

11972944

- 19 Ex sagacitate.  
 20 Inseruanda viduitate.  
 21 In conseruacione generis humani.  
 22 Ex pulchritudine.  
 23 De indicio Paridis.  
 24 Laudantur etiam si ex bonis parentibus orta sint.  
 25 Si se magis domini contineant.  
 26 Ex verecundia.  
 27 Ex constantia & patientia.  
 28 Si maritos honorauerint.  
 29 Mulieribus danda est praeminentia in rebus domesticis administrandis.  
 30 Mulieres gaudent priuilegiis egregiarum personarum & alii.  
 31 Honorantur in hoc quod vocari debent dominis.  
 32 Laudantur etiam & honorantur ex cultu & ornatu.  
 33 Ex taciturnitate & silentio.  
 34 Si jocundis exercuerint.  
 35 Ex amicitia & amore erga maritos.  
 36 Ex fide erga viros.  
 37 Honor deferendus est mulieribus in assurgendo.  
 38 Laudanda etiam sunt ex felicitudine.  
 39 Item propter multa remedia salubria ex corporibus earum in medicina reperta.  
 40 Mulieres coruscant radios maritorum,  
 41 Mulieres etiam decorantur titul nobilitatis, & aliis tit dignitatum & honoris.


### TERTIÆ PARTIS ARGUMENTA, 50. considerationes complectentis.

- 1 De sede & throno Dei, de divinis nominibus, laudibus, gloria, & adoratione.  
 2 Iesu Christus Filius Dei sedet ad dextram Patris, & de throno eius, & sedere a dextris est honor.  
 3 De sede Spiritus S. & eius throno.  
 4 De throno & sede Deipara virginis Mariae, quae exaltata est super hierarchias, & chorus angelorum.  
 5 Tres sunt hierarchie Angelorum, & de nouem ordinibus, nominibus, distinctionibus & excellentiis eorum.  
 6 De prima hierarchia, & ordine Seraphin, & loco demonum, qui ab illo ordine descenderunt, & qui in illis collocabuntur, & an sit diabolus ordo in inferno.  
 7 De ordine Cherubin, & loco illorum, qui ab isto ordine ceciderunt, & qui in illis collocabuntur.  
 8 De ordine Thronorum.  
 9 De media hierarchia, & ordine illius ordinis, qui dicitur Dominationum, & loco illorum, qui ab isto ordine ceciderunt, & qui in illis collocabuntur.  
 10 De ordine Principatum, & loco illorum, qui ab illo ordine corruerunt, & qui in illis ponentur.  
 11 De ordine potestatum.  
 12 De tertia hierarchia, & quomodo diffiniatur, & de eius potestate & officio.  
 13 De ordine Virtutum.  
 14 De ordine Archangelorum, & loco illorum, qui ab eo cecidere, & qui in illis collocabuntur.  
 15 De ordine & officio Angelorum, & quod quilibet habet unum bonum angelum, aliqui vero duos.  
 16 Angelorum multiplex est effectus.  
 17 Qui ad ordinem Angelorum assumuntur, & qui ab illo ordine ceciderunt.  
 18 Anima defunctorum in quibusdam ordine collocantur.

- 19 Andabilis sit decimus oratio & radiso.  
 20 Nendum Angeli habent loca & sedes, tria sed etiam beatissima.  
 21 Deus dat gloriam sanctis in gloria.  
 22 Sancti etiam honorandi sunt interris.  
 23 Sanctos honorandos esse, & laudandos, multipliciter probatur.  
 24 Sanctos esse honorandos etiam probatur exemplis.  
 25 Festa Sanctorum celebrantur ab Ecclesia, die quam mortui sunt.  
 26 Adam an sit primus in celo post sacram Virginem Mariam.  
 27 In ordine Sanctorum an Patriarche & Prophetas sint prefrendi.  
 28 Sanctus Ioh. Bapt. an sit maior alijs.  
 29 Apostoli tanquam primores Ecclesia, an debeant preferri Patriarchis & Prophetis.  
 30 Petrus Apostolus inter Apostolos obtinuit primum.  
 31 De excellentia Petri, & Pauli Apostolorum, & quod illorum maior.  
 32 Lazarus fuit primus discipulus Christi, & primus inter Discipulos, Martyres, & Confessores.  
 33 Martyres sunt laudandi & extollendi post Apostolos & Prophetas.  
 34 Doctores Ecclesia sunt honorandi.  
 35 Precipui inter Doctores sunt quatuor Evangeliste, & quis eorum maior, & quomodo figurentur.  
 36 Post Evangelistas quatuor Doctores Ecclesia multum laudandi & honorandi sunt.  
 37 Delande & honore Innocentum.  
 38 De lande & loco Confessorum.  
 39 Delande Virginum, & laureola eorum.  
 40 Delande & loco viduarum.  
 41 De lande & loco coningularum.  
 42 De pueris baptizatis, & an unus preferatur alterius.  
 43 De loco puerorum non baptizatorum in iudicio universalis.  
 44 Nendum sancti sunt venerandi, sed etiam eorum reliquiae, verumeriam eorum imagines.  
 45 Quidicantur sancti, & qui beati.  
 46 Quis possit sanctum canonizare.  
 47 Episcopus quem sanctum venerandum decernere potest sine populo.  
 48 Quae requirantur ad hoc, ut quis possit sanctus canonizari.  
 50 Qua forma in canonizatione Sanctorum seruanda sit.

### QVARTÆ PARTIS ARGUMENTA, 86. considerationes complectentis.

- 1 De equiparatione hierarchiarum militantium, ad hierarchias triumphantibus, & de ordinibus illorum.  
 2 Status Ecclesiasticus est preferendus temporali ratione institutionis.  
 3 Sacerdotes sunt honorandi ratione meditationis, inter Deum & populum.  
 4 Tum ratione principalitatis & utilitatis.  
 5 Tum exemplo paganorum & infidelium.  
 6 Tum propter eorum potestatem, qua omnes alias excedit.  
 7 Papa omnes dignitates mundi excellit.  
 8 Cardinalis Hostiensis ex privilegio secundum lucum in Consistorio obtinet.



INDEX.

1. *Be primum locum post Apostoli-*  
*aliis dignitatibus preferuntur, & de-*  
*orum differentia.*
- 11 *Cardinales preferuntur Episcopis, & sic maior offi-*  
*cio, minor vero ordine preferitur.*
- 12 *Cardinales Episcopi preferuntur aliis.*
- 13 *Inter Cardinales in cancellaria preferuntur vicecan-*  
*cellarius.*
- 14 *Camerarius habet dignitatem ultra alios ratione*  
*iurisdictionis.*
- 15 *Cardinales presbiteri preferuntur diaconis.*
- 16 *Cardinales residentes in curia aliis sunt digniores.*
- 17 *Penitentiarius habet officium ratione cuius dicitur*  
*habere dignitatem.*
- 18 *Legati cardinales sunt digniores, & excellentiores*  
*legatis missis.*
- 19 *Primates etiam preter quam quatuor ordinarios*  
*precedunt Archicopos & Episcopos.*
- 20 *Archiepiscopii precedunt Episcopum in loco, ubi*  
*ambo habent administrationem.*
- 21 *Archiepiscopus Mediolanensis precedit Ravenna-*  
*tensis, & an Bituricensis precedit Senonens. & Lug-*  
*dunensis.*
- 22 *Archiepiscopus in terra Episcopi honorare debet*  
*Episcopum.*
- 23 *Inter Episcopos in sessionibus, subscriptionibus, &*  
*conciliis est sanguinus ordo ordinationis.*
- 24 *Episcopi exempli sedere debent in aliquo loco.*
- 25 *Episcopus debet precedere quoscunque sue dioecesi.*
- 26 *Episcopus Heduensis debet precedere alios Episcopos*  
*provinciae Lugdun.*
- 27 *Exempti ab Episcopo, & habentes iura Episcopalia*  
*in dioecesi tenentur prestare reverentiam Epi-*  
*scopo.*
- 28 *Episcopum honorare debet Princeps.*
- 29 *Protonotary participantes, cum habeant officium in*  
*curia, preferuntur aliis officiariis post Vicecan-*  
*cellarium, Camerarium, Penitentiarium & Re-*  
*frendarium, & iude de dignitate Protonotariorum.*
- 30 *De ordine aliorum officiariorum curia Romana.*
- 31 *Quoniam Abbates generales preferuntur omnibus*  
*aliis Abbatibus.*
- 32 *Abbas regularis preferuntur ceteris clericis.*
- 33 *Sicut Abbas preferuntur clericis secularibus, ita pre-*  
*positus qui est loco Abbatis.*
- 34 *Abbas post depositam dignitatem abbatalem debet*  
*habere primum locum in choro.*
- 35 *Dicta de Abate habent locum in Abbatissa.*
- 36 *Idem in priore, & in priorissa.*
- 37 *Decanus in Ecclesia cathedrali est maior dignitas*  
*post pontificalem.*
- 38 *Decani, Prepositi, Priores, Rectores, Praeceptores, &*  
*alii secularis habentes jurisdictionem, & qui*  
*presunt, Ecclesia collegiata habent dignitatem.*
- 39 *Archidiaconus in Ecclesia tanquam oculus Episco-*  
*pi est maior post Episcopum de iure commun.*
- 40 *Tesauraria de conjectudine potest esse maior di-*  
*gnitas in Ecclesia.*
- 41 *Prepositura videtur maior dignitas de iure quam*  
*decanatus.*
- 42 *Canoniciatus est prima post decanatum in Ecclesia*  
*Heduensi.*
- 43 *Maior auctoritate preferuntur.*
- 44 *Minor ordine, sed maior administratione preferuntur*  
*majori ordine in loco administrationis.*
- 45 *Existens in maiori dignitate, quam sit locus ubi*  
*est, non precedit omnes de illo loco, quando est ibi*  
*ut unus de illo loco.*
- 46 *Vicarius Episcopi procedere debet Archidiacono-*  
*nus, nec valet consuetudo in contrarium.*
- 47 *Inter plures eiusdem dignitatis & nominis pre-*  
*feruntur, qui in maiori loco habent dignitatem*  
*& nomen.*
- 48 *Inter plures aequaliter promotoris in uno loco pre-*  
*feruntur, qui merito vita, nobilitate, vel scientia alios*  
*anteceperit.*
- 49 *In habentibus eandem dignitatem in uno eadem-*  
*que loco preferuntur, qui a maiori receperit dignita-*  
*tem.*
- 50 *Officialis principalis Episcopi cum habeat dignita-*  
*tem alios clericos secularis procedere debet.*
- 51 *Clericus secularis preferuntur regulari.*
- 52 *Excellentia unius religionis attenditur ex nouem.*
- 53 *Antiquitas religionis confert & valet ad hoc, ut*  
*una excellentior iudicetur alia.*
- 54 *Ordo Monachorum nigrorum, tanquam primus,*  
*omnes alios procedit.*
- 55 *Primus & dignior ordo in ordine S. Benedicti est*  
*Cluniacens.*
- 56 *Monachi nigri preferendi sunt Canonicis regulari-*  
*bus, sed Canonicis regulares alii religiosis prefe-*  
*runtur.*
- 57 *Ordo Vallis umbrosa post Cluniacens preferuntur.*
- 58 *De excellentia ordinis Cisterciens.*
- 59 *De excellentia ordinis Camaldulensium.*
- 60 *De ordine humiliatorum.*
- 61 *De ordine illorum, qui dicuntur Calestini.*
- 62 *De ordine & laude Carthusiensi.*
- 63 *De ordine S. Trinitatis, vulgo les Mathurins.*
- 64 *De religiosis S. Ioan. Evangelista, qui dicuntur Ie-*  
*rosolymitani.*
- 65 *De religiosis S. Antonij, & ordine illorum.*
- 66 *De institutione, & laude ordinis Premonstranten-*  
*sium.*
- 67 *De ordine Grandimontensi.*
- 68 *Quoniam sunt alii ordines mendicantium, & fratres*  
*predicatores minoribus preferuntur.*
- 69 *De ordine, & laude fratrum minorum, quos predi-*  
*catores procedunt.*
- 70 *De origine ordinis Carmelitarum, qui de iure aliis*  
*preferendi sunt. Et de ordine illorum, qui dicun-*  
*tur Servita.*
- 71 *De ordine, praeminentia, seu precedentia Eremita-*  
*rum S. Augustini.*
- 72 *De antiquitate & excellentia monialium.*
- 73 *De precedentia Monachorum nigrorum, & Cno-*  
*micorum regularium.*
- 74 *Qualis si honor, an si qui, an procedere, an esse in*  
*medio.*
- 75 *Cur in aliis Ecclesiasticis, puta in processionibus,*  
*inter ecclesiasticos, minores procedant, & maio-*  
*res sequuntur. Sic usque in laicis.*
- 76 *Antiquiores clerici & doctores, primum locum: de-*  
*inde ceteri ordinatim loca habere debent.*
- 77 *A Subdiacono usque ad lectorum omnes sunt subditi*  
*Diacono.*
- 78 *Vbi concurrunt, dignitas ecclesiastica & secularis,*  
*preferuntur ecclesiastica.*
- 79 *Filiu sacerdos precedit patrem non sacerdo-*  
*tem.*
- 80 *Parvus in Ecclesia, praeterea est honorandus.*
- 81 *Rector unusquisque parochie, in ea est prefi-*  
*dus.*

8 = 16 & = 1 N=6

## ARGUMENTORVM.

### QVINTÆ PARTIS ARGVMEN- ta, 38. considerationes continentis.

- 1 Reges & Principes quomodo dominia habuerint.
- 2 Honor & gloria est boni regni primum.
- 3 Non solum primum optimi regis est honor mundanus, sed & gloria caelestis.
- 4 Reges laudantur & commendantur ex veritate.
- 5 Ex iustitia.
- 6 Ex pietate seu clementia.
- 7 Ex affabilitate.
- 8 Ex liberalitate.
- 9 Ex magnanitate, & magnificencia.
- 10 Ex sapientia, qua maxime in principe requiriuntur.
- 11 Ex castitate, & concinnitate.
- 12 Ex fortitudine.
- 13 Ex fide.
- 14 Principatus Romanorum ex tribus principiis laudans exiit.
- 15 Reges & Principes ex lata & populoa gente gloriam consequuntur.
- 16 Honor principis in pace subditorum consistit.
- 17 Principes gloriam summam etiam apud Ecclesiarum restauracione consequuntur.
- 18 Laudantur reges & principes ex pulchritudine.
- 19 Laus & honor regis augetur per dignitates subditorum, & si plures habeat vasallos.
- 20 Laudantur principes ex severitate, & quomodo.
- 21 Gloriosum est optimo principi, habere rationem studiorum & uniuersitatis litteratorias in suo regno.
- 22 Reges laudantur ex coronatione.
- 23 In sceptro eius honoratur Rex.
- 24 Principes honorantur pluribus iuribus regalibus eis de iure solum competentibus, & prater alios, vide sub ista considerazione 208. casus enumeratos.
- 25 Rex laudatur ex constructione ciuitatis.
- 26 Honor principis maxime exaltandus est.
- 27 An Imperator inter omnes principes sit primus.
- 28 An Imperator sit dominus totius mundi, & si semel fuerit monarca universalis.
- 29 Rex Francie procedere debet electum in Imperatorem nondum coronatum.
- 30 De excellencia regis Francie, qui Imperator est, & monarcha in suo regno.
- 31 Rex Francie in suo regno omnes regnolas, etiam alios reges praeedit, & ibi de excellentia & laude armorum Francie.
- 32 Rex in suo regno in culmen sedere debet.
- 33 Princeps non solum honorari debet, sed etiam adorari dicuntur.
- 34 Principi obtemperandum est.
- 35 Pro Rege orandum est, ubi etiam aliquid scribitur de excellentia principum.
- 36 An princeps solitus legibus obligetur ex contractu,
- 37 De excellentia regum Hispanie, & quis illorum procedere debeat.
- 38 De Regis Anglorum excellentia, & aliorum regum ordine.
- 39 De excellentia Reginae, qua post regem, & ad exercitus sedere debet.
- 40 Mater Regis, cunctis aliis preferenda videtur.
- 41 Post Regem & Reginam preferitur primogenitus.
- 42 Sicut primogenitus preferitur, ita filius eius.
- 43 Coniunctudo sedendi quo ad principes, & nobiles iuxta Regem attendi debet, & ibi, quod partes Francie alios precedunt.

- 44 An dignitas Archiducalis sit dux senior Ducorum.
- 45 Dux Burgundie in coronatione Regis in loco, ubi principes congregantur, omnes alios praecedit.
- 46 Duxes sunt preferendi comitibus, & de ducibus, & comitibus Gallie, & ordine illorum.
- 47 An marchio procedere debeat comitem.
- 48 Ille qui marchio & comes prefertur marchioni tantum, vel comiti tantum.
- 49 Princeps vi expulsus a dominio per hostem, retinet dignitatem.
- 50 Comites Palatini qui non habent territorium, habent dignitatem & procedunt alios non comites.
- 51 Comes habens dignitatem a iure, & non a principe procedit milites & barones.
- 52 Comes non recognoscens superiorum, equiparatur principi: si vero recognoscit superiorum, equiparatur praesidi.
- 53 Comes est nomen dignitatis, quando profertur simpliciter, & nunquam debet ornamento carere.
- 54 De dignitate speciali principatus, qualis sit.
- 55 De dignitate vicecomitatus, qualis sit.
- 56 Barones non habent potestatem principis, procedunt tamen alios nobiles.

### SEXTÆ PARTIS ARGVMENTA, 38. considerationes complectentis.

- 1 De ordine dignitatum & officiorum illustrium, & de tribus dignitatibus officiorum, administrantium, & honorariorum.
- 2 Tres ordines etiam reperiuntur in aliis officiis ab illustribus.
- 3 Maior honor administrantibus, vacantibus & honorariis presentibus, quam absentiibus debetur.
- 4 Inter vacantes, qui priori tempore vacauerint, preferuntur.
- 5 Habens administrationem, semper preferuntur honorario.
- 6 De officiis circa personam principis existentibus, qua sunt in quadruplici differentia.
- 7 De officio magni magistri.
- 8 De officio prepositi sacri cubili.
- 9 De officio chartulary, qui stat in Camera cubiculariorum, hoc est, cambellanorum.
- 10 De officio magnifici, qui dicitur comes facti stabuli.
- 11 De officiis protectorum, stipulatorum, seu custodum corporis principis.
- 12 De officio medicorum existentium iuxta personam principis.
- 13 De officio Archiatri, seu ostiarii sacri palati.
- 14 De pluribus comitibus sacri palati, qui principem sequuntur seu comitantur.
- 15 De comite horreorum.
- 16 De officio prefecti fabrorum.
- 17 De officiis finaniarum & primo de quatuor generalibus Francie.
- 18 De thesaurariorum, & eorum origine, & de dignitate.
- 19 De receptoriis generalibus.
- 20 De receptoriis particularibus.
- 21 De confraternali officiis.
- 22 Curiales in multis casibus ultra alios a iure honorantur & prouilegiantur.
- 23 Curialibus permititur cultus ornator & preciosissimis non curialibus.

# INDEX.

- 24 Illegitimus per oblationem curia de eo factam legitimatur.  
 Curialium predia absque certa solennitate alienari non possunt.  
 26 Curiales nouem vncias pro legitimababere debent.  
 27 Curiales principi obsequentiis, si fuerint ignobiles, nobilitantur.  
 28 Curiales & famulantes principis dignitatem habere dicuntur.  
 29 Curiales censentur esse illustriores, & praeferuntur alii etiam data paritate gradus, aut dignitatis.  
 30 Curiales ubi conuiniri, & eorum cause, & negotia tractari debeant.  
 31 Curiales a tutela excusantur.  
 32 Item ab hospitiis militum.  
 33 Item a talibus & collectis.  
 34 Item a veetigalibus & pedagiis.  
 35 Item a residentia ratione officij, aut dignitatis.  
 36 Curia principis exaltanda, si curialibus virtuosis abundet.  
 37 Quales curiales landandi sint.  
 38 Curialibus facilius parcitur, & cu eis mitius agitur.

## SEPTIMÆ PARTIS ARGVMEN- TA, 52. considerationes, complectentis.

- 1 De quinque gradibus dignitatum, & ibi de superilustribus.
- 2 De illustribus, & qui sunt illustres.
- 3 De excellentia illustrium, & priuilegiis eorum.
- 4 De spectabilibus & laudo illorum.
- 5 De clarissimis & excellentia illorum.
- 6 De iuris & eorum honore.
- 7 De officio cancellary, & excellentia illius.
- 8 Cancelarius an praecedere debeat Connestabilem vel édiuerso.
- 9 De praesidentibus parliamentorum, & eorum excellētia, & etiam parlamenti Parisiensis.
- 10 De locum tenentibus regiis, seu gubernatoribus patriarum, & eorum excellentia.
- 11 De magistris requestarum, & illorum laude.
- 12 De consiliariis parliamentorum, & eorum laude.
- 13 Offendentes consiliarios principis, incident in crimine laje maiestatis.
- 14 De precedentia consiliariorum magni consiliad consiliarios parliamentorum.
- 15 De officio praesidentium in camera computorum, & de aliis superficiariis illius camera.
- 16 De secretariis principum, & graphariis supremorum curiarum.
- 17 De prefecto urbis, seu proposto Parisensi.
- 18 De officio pretoris, & cui adaptari posse.
- 19 De praesidebus prouinciarum, & an adaptentur Balliis & Senescallis Francie.
- 20 De gubernatore cancellarie in Burgundia, & eius officio.
- 21 De grauariis, seu forestariis, & eorum officio & laude.
- 22 De granatariis habentibus iurisdictionem circa distributionem salis, & eo abutentes.
- 23 De electorum regiorum officio seu dignitate.
- 24 Gerentes magistratum cœteris sunt preferendi.
- 25 Dicta de Balliis, seu Senescallis, habent locum in eorum locum tenentibus generalibus.
- 26 Quis preferri debeat, an locum tenens ciuilis, an criminalis.
- 27 Acessoribus qualis honor debeatnr.

- 28 Adnuocati in loca, ubi redditur iurisdictione, secundo loco sedere debent.
- 29 Officium aduocationis quadrupliciter landantur, sum primo, quia est licitum.
- 30 Tum, quia est utile.
- 31 Tum, quia est necessarium.
- 32 Tum etiam, quia meritorium.
- 33 Aduocatus fisci inter ceteros aduocatos in auditoria iudiciale preferendus est.
- 34 Post aduocatum fiscum, procurator fisci sedere debet.
- 35 Receptores prouinciarum ante aduocatos simpliciter graduatos sedere debent.
- 36 Inter alios aduocatos praeferuntur habentes dignitatem.
- 37 Aduocatus minor ordine, sed maior administratio ne in loco administrationis preferetur.
- 38 De controvērsia circaprecedentiam, seu praesidentiam, inter locum tenensem sedis cancellariae contractum in Burgundia.
- 39 De contentione inter locū tenētes dicta cancellariae, & aduocatos fiscales presidatum, seu ballinatum.
- 40 De praesidentia locum tenentium dicta cancellariae & grauariorum seu forestariorum.
- 41 In auditoriis iudicium post officiarios principis, nobiles preferendi sunt in sedendo.
- 42 Examinatores, seu inquistoris ubi sedere debeant in auditoriis.
- 43 Aduocati non salariati, non debent preferri habentibus stipendia.
- 44 Inter aduocatos an preferatar, qui magis ornatus, & pro honore status melius induitus est.
- 45 Inter aduocatos presertur filius aduocatus fisci.
- 46 Inter aduocatos ordo promotionis obseruandus est.
- 47 Quis vita merito, nobilitate, aut scientia amecellit, ceteris preferendus est.
- 48 Aduocati Doctores licentiatis, & licentiati bacalaureis preferuntur.
- 49 Aduocati ex pulchritudine laudari possunt.
- 50 Graphariis seu scribis cansarum, seu actorum curiae, commodus locus datus est in auditorio iudicis, etiam cuiuscunq; gradus.
- 51 Apparitores locum in auditorio deputatum & convenientem habere debent.

## OCTAVÆ PARTIS ARGVMEN- TA, 50. considerationes continentis.

- 1 Quid sit nobilitas.
- 2 De origine seu derivatione nobilitatis.
- 3 Quid apud antiquos fuerit gentilitas, & quare nobiles dicantur gentiles homines.
- 4 De speciebus nobilitatis.
- 5 Nobilitas vera, an sit dabilis, & de numero commendabilium.
- 6 An sit nobilitate generis intumescendum, & inane gloriandum.
- 7 Inter plures eiusdem qualitatibus nobiles preferuntur.
- 8 Nobilitas causatur ex origine prædecessorum.
- 9 Ex sapientia.
- 10 Ex scientia iuris ciuilis.
- 11 Ex indicatura & officio principis.
- 12 Doctor dicitur nobilis.
- 13 Nobilitas causatur ex quacunque virtute.
- 14 Ex quacunque dignitate.
- 15 Ex Ducatu, Comitatu, & Baronia.
- 16 Ex communi opinione.
- 17 Ex principis concessione.
- 18 Ex loco.

# ARGUMENTORVM.

- 19 Ex adharentia lateris principis & seruitio.  
 20 Ex usu immemorialis temporis.  
 21 Ex matrimonio.  
 22 Ex disuiss.  
 23 Ex adoptione.  
 24 Nobilitas transit in filios in infinitum.  
 25 Nobilitas causatur ex militia.  
 26 Nobilitas etiam dependet ex clericatura.  
 27 Nobiles ex multiplici specie preferuntur nobilibus  
ex una specie tantum.  
 28 Nobiles ex sapientia & virtutibus preferuntur no-  
bilibus ex genere vel diuitiis.  
 29 Nobilitas virtutum preferuntur nobilitati acquisita  
ex dignitate.  
 30 Nobilitas animi prefertur.  
 31 Nobiles genere quomodo ceteris sint preferendi.  
 32 Omnes virtutes pene nobilitatis famulantur.  
 33 Nobiles in paenitentia honorantur, & eis deferuntur.  
 34 Maior fides in promissis nobilium exhibetur.  
 35 Licitus & magis laudabile est nobili donare, quam aly.  
 36 In electionibus nobiles anteferuntur.  
 37 In testimoniosis ferendis nobiles preferuntur.  
 38 Nobilitati deferuntur quoad honores, salutationem, &  
sedes inter iudices assignationem.  
 39 Nobilitati in beneficis est deferendum.  
 40 Nobilitati deferuntur in bonis, quia maior dos dan-  
da nobili.  
 41 Excessiva dos constituta per nobilem reducitur ad  
debitam mensuram, secus in plebes.  
 42 In constituenda & restituenda dote furiosis nobilio-  
res sunt vocandi.  
 43 Nobiles nomina sua in instrumentis solent facere ap-  
poni.  
 44 Nobili deferuntur in privilegio condendi testamentum.  
 45 Nobilitati in hoc deferuntur, quod incola duarum ci-  
tatum tenetur ad munera imposita per nobilio-  
rem civitatem.  
 46 Nobilium appellations Comites & Marchiones  
comprehenderunt, & quod Imperator se nobilem  
dicat.  
 47 Nobiles laudantur ex pluribus.  
 48 Nobiles excusantur a talibus collectis.  
 49 Nobiles diuersarum regionum diuerso modo lauda-  
ri possunt, secundum diuersos ritus eorum vivendi.  
 50 Unus est magis nobilis, quam alius & diuersi sunt  
gradus nobilitatis.

## NON AE PARTIS ARGUMENTA, ta, 48. considerationes complectentis.

- 1 Quis procedere debeat, an doctor, vel miles.  
 2 Plura militum genera reperiuntur.  
 3 Inter omnia exercitia mortalium nihil excellentius,  
nihil praeclarius militia.  
 4 De militibus Christiana fidei, qui dicuntur milites  
Ierosolymitani.  
 5 De aliis militibus, qui templarii dicebantur.  
 6 De militibus Allemannie, qui dicuntur milites Dei-  
para Marie virginis.  
 7 De militibus in Hispania, qui vocantur sancti Ia-  
cobi de Spata.  
 8 De militibus Calatravensibus, qui sunt in Portuga-  
lia.  
 9 De militibus, qui sunt in regno Castella, quos etiam  
instituit rex Aragonia.  
 10 De militibus ordinis sancti Michaelis in Francia  
& aliorum ordinum.

- 11 De militibus armata militia, quibus danda est  
est summa laus, si habeant necessaria ad militiam.  
 12 Duplex est militia armata secularis scilicet, pede-  
stris & equestris.  
 13 Inter milites equestres sunt multa dignitates.  
 14 Locum tenentes regi in aliquo exercitu omnibus  
sunt preferendi.  
 15 De contentione duorum Capitanorum, quis illorum  
esset dignior.  
 16 Admirallus seu Comes maris, post Conestabilem  
preferuntur.  
 17 De laude & precedentiis quatuor Marcescal-  
lorum.  
 18 De laude & honore Capitanorum.  
 19 De 100 militibus nobilibus, & 200 sagittariis com-  
misitis pro custodia regis nostri.  
 20 De primitariis & propositis laborum, qui forte  
portant stendardum.  
 21 De Marescallis hospitiorum, & epidemeticis, seu  
vulgo Forreriis.  
 22 De castrensiis militibus.  
 23 De militibus praesentialibus.  
 24 De circitoribus militibus.  
 25 Gloria militibus est exhortanda.  
 26 Milites laudantur ex cingulo eis imposito per du-  
cem exercitus.  
 27 Ex corpore bene disposito.  
 28 Ex formositate & pulchritudine.  
 29 Ex audacia & terribilitate.  
 30 Ex latitudine pectoris.  
 31 In sobrietate.  
 32 Ex pauperitate.  
 33 In castitate.  
 34 Ex obedientia.  
 35 Ex scientia rei militaris.  
 36 Ex vigilancia.  
 37 Ex patientia.  
 38 In fortitudine.  
 39 Milites appetunt laudari, & prodest laus a duci  
prolata de eis.  
 40 Milites laudantur ex de-  
 41 Ex fidelitate.  
 42 Ex perseverantia.  
 43 Ex charitate.  
 44 Ex sapientia & consilio.  
 45 Ex felicitate.  
 46 Ex multis miles consequitur honorem in duello.  
 47 Milites armigeri excusantur a collectis.  
 48 Milites & pugiles laudantur ex vulnerum cica-  
tricibus in praelio suscepisis.

## DECIM AE PARTIS ARGUMENTA, 46. considerationes comprehendentis.

- 1 Scientia est de numero honorabilium & literati sunt  
honorandi.  
 2 Scientia laudatur, quia necessaria ratione perfectionis.  
 3 Item ratione illustrationis.  
 4 Item ratione appetitionis.  
 5 Item ratione fructificationis.  
 6 Item ratione utilitatis.  
 7 Scientia utilis est, quod probatur exemplis illorum,  
qui ex ea habiti sunt in magno pretio & honore,  
& multa acquisuerunt.  
 8 Scientia est honorabilis & gloriofa.  
 9 Despectem artibus liberalibus, que sunt, & quare li-  
berales dicantur.

# INDEX

- 10 Inter literatos praferuntur Theologi.  
 11 Item ratione certioris veritatis.  
 12 Item ratione dignitatis materia.  
 13 Item ratione posteroris, nobilioris & stabilioris finis.  
 14 Item ratione utilitatis.  
 15 Item ratione excellentioris doctoris.  
 16 Item ratione discipulatus perfectionis.  
 17 De excellentia iuris canonici, ex nouem rationibus.  
 18 Anus canonicum & iuris scientia dici debent.  
 19 De excellentia iuris civilis ad omnes alias scientias  
ex origine.  
 20 Ex effectu.  
 21 Ex fine.  
 22 Ex excellentia iuris civilis, ex eo, quod theologia eius  
patrocinio utatur.  
 23 Quomodo scientia theologalis participet cum scientia  
legali & canonica.  
 24 Doctores iuris civilis sunt multum honorandi.  
 25 De precedencia iuristarum & Medicorum.  
 26 Inter doctores eiusdem scientiae praferuntur actu te-  
gentes.  
 27 Praferuntur qui maiora stipendia habent.  
 28 Praferuntur qui libros componuerunt.  
 29 Doctor antiquior praferitur iuniori.  
 30 Doctor excellens, licet iunior, antiquiori non doctori  
preferitur.  
 31 Doctor creatus a maiori prefertur creato a minori.  
 32 Doctoratus in famosiori universitate praferendus  
est, & de pluribus universitatibus.  
 33 Doctor habens plures gradus, prefertur.  
 34 Prefertur, qui primolicentiatum, & postea doctor, illi  
qui secundolicentiatum, & primo doctor affectus  
est.  
 35 Data paritate temporis & gradus inter doctores  
preferuntur diuites & nobiles.  
 36 Doctores in assumptione doctoratum honorantur plu-  
ribus insigniis.  
 37 Doctor non tenetur semper uti doctoralibus insigniis.  
 38 Virgines insignia sibi non debua, amplius illas vix  
non debet.  
 39 Insignia doctoratus prescribi possunt.  
 40 In iunctu doctores ad se venientes innitare ad  
sedendum.  
 41 Doctores consiliarii principis nuncupantur.  
 42 De excellentia Philosophi ad Medicum & Orato-  
rem.  
 43 De excellentia Medici ad Philosophum & Oratorem.  
 44 De excellentia Oratorum ad Medicum & Philo-  
sophum.  
 45 De laude Poetarum.  
 46 De laude Historicorum.  
 47 De laude Grammaticorum.  
 48 De laude Dialecticorum.  
 49 De laude scientiarum Mathematicarum, & Ari-  
thmetica.  
 50 De laude Geometria.  
 51 De laude Musices.  
 52 De laude Astronomia seu Astrologia.
- 4 Musuli in omni arte & statu preferendi sunt sce-  
minis.  
 5 Defensores ciuitatum praferuntur cateris ciuitibus non  
habentibus maiore dignitate, aut maius officium.  
 6 Magistratus municipales praferuntur cateris mu-  
nicipibus.  
 7 Qui praeunt cognitioni vici, seu villa vel castri,  
preferuntur cateris.  
 8 Post tales praferendi sunt satrapae, hoc est sapientes.  
 9 Non solum sapientes, sed etiam quandoque imbecil-  
les laudantur.  
 10 Vxorati preferuntur non uxoratis.  
 11 Sicut ciues praferuntur habentibus tantum incola-  
tum, ita & Burgenses.  
 12 Habens liberos prefertur non habenti.  
 13 Inter duos aequales, qui est in suo territorio, est maior  
altero.  
 14 Cini ciuitatis suprema, prefertur primario medio-  
cris ciuitatis.  
 15 Legitimi plebii praferuntur bastardis, etiam ex  
nobili genere ortis.  
 16 Inter plebeios ubi nulli est dignitas, patres sunt  
preferendi filii.  
 17 Inter plebeios equalis status senes praferendi sunt  
iuuenibus.  
 18 Inter plebeios praferuntur habentes aliquam sci-  
entiam, maxime legalem, & artem medicinae.  
 19 Inter plebeios praferuntur notarii & tabelliones.  
 20 Inter plebeios praferuntur virtuosi.  
 21 Inter omnes honorandus est, & laudandus, qui ab  
omnibus, & publico indicio bonus & opimus  
iudicatur.  
 22 Inter plebeios praferri debent originarii cateris  
peregrinis.  
 23 Praferendi sunt, qui pulchra nomina habent.  
 24 Praferendi sunt inter extraneos, qui non sunt in-  
famata nationis.  
 25 Praferendi sunt, qui ex honestis parentibus orti  
sunt.  
 26 Praferendi sunt, quae sunt magna auctoritatis, seu  
potestatis.  
 27 Divites praferuntur cateris.  
 28 Praferendus est honestus in honesto.  
 29 Praferendus est viuis inuicti.  
 30 Praferuntur cateris pulchriores.  
 31 Artificium quomodo mutet hominum conditionem  
& quod potentius suu officio.  
 32 Artificium est necessarium in Republica.  
 33 Inter artificia est contentio de nobilitate & ex-  
cellentia.  
 34 Multi artifices privilegiantur.  
 35 Inter plures artifices praferuntur, qui sunt artifices  
principum.  
 36 Praferendi sunt habentes officium in sua arte.  
 37 De laude agricolarum, quorum plures sunt species,  
& de privilegiis eorum.  
 38 De laude argenteriorum, seu aurifabrorum, & alto-  
rum fabrorum in omni genere metallorum.  
 39 Inter artifices praferuntur library & impressores.  
 40 De laude alchimistarum, & analchimista sic licita.  
 41 De laude lanificum, qui sunt in multipli differen-  
tia, prout circa diversa lanifica versantur.  
 42 De laude fabrorum lignariorum.  
 43 De laude artificum, qui circa lapides versantur.  
 44 De laude artificum, qui circa colores versantur.  
 45 De laude mercatorum, qui sunt in multipli diffe-  
rentia.

## VNDECIMAE PARTIS ARGVMEN- ta, 53. considerationes complectuntur.

- 1 Cura administratorum ciuitatum qualis esse debet.  
 2 Tres sunt statu seu ordines hominum, quorum ple-  
bey sunt infimi, & ex his sunt nouem medi.  
 3 Mechanica artis septem sunt species, seu septem sunt  
artes mechanicae.


# ARGUMENTORVM.

- 46 De laude hospitum, & multis privilegiis eorum.  
 47 Quo loco sit ponendum hospes in domo.  
 48 De laud. medicina, nec non diuersorum medicorum.  
 49 De laude venatorum.  
 50 An sit licita venatio.  
 51 De laude pescatorum, & an sit licita pescatura.  
 52 De laude artificum ludos exercentium.  
 53 De laude saltatorum.

## DVODECIMÆ ET VLTIMÆ partis argumenta, 100. considerationes continentis.

- 1 De laude excellentia, & dignitate diuina.  
 2 De excellentia Paradisi cœlestis.  
 3 De excellentia animæ & privilegiis.  
 4 De excel. unius paradisi terrestris inter alios.  
 5 De excel. unius cœli ex duodecim.  
 6 De excel. unius hierarchia super alias.  
 7 De excel. stell. rum fixarum ad planetas.  
 8 De excel. unius ex planetis.  
 9 De excel. unius ex circuitis positis in 8. cœlo.  
 10 De excel. mundi.  
 11 De excel. unius seculi inter alia.  
 12 De excel. unius ex quatuor elementis.  
 13 De excel. unius ex quatuor partib. terra.  
 14 De excel. unius ex ventis.  
 15 De excel. certarum zonarum cali ad alias.  
 16 De excel. certorum climatum ad alia.  
 17 De excel. unius ex tribus partibus orbis.  
 18 De aliquibus aquis, fluminis, & fontibus.  
 19 De excel. aliquorum montium.  
 20 De excel. Christianæ sectæ ad alias.  
 21 De excel. unius secta Christianitatis, ad alias.  
 22 De excel. unius ex trebus linouis.  
 23 De excel. unius modi cognoscendi vires & perficiendi seu habendi notitiam rerum.  
 24 De excel. unius boni ad alia.  
 25 De excel. aliarum virtutum ad alias.  
 26 De excel. veritatis ad omnes res mundi.  
 27 De excel. unius ex præceptis diuinis.  
 28 De excel. unius ex septem beatitudinib.  
 29 De excel. unius ex operibus misericordia.  
 30 De excel. unius ex donis Spiritus sancti.  
 31 De excel. unius ex sacramentis.  
 32 De excel. unius ordinis ad alios.  
 33 De excel. unius via ad alias.  
 34 De excel. aliquorum diuinorum legum.  
 35 De excel. unius ex gradibus prophetia.  
 36 De excel. unius ex iuribus, nec non de excellentia  
unius ex tribus præcepis iuris.  
 37 De excel. certorum numerorum ad alios.  
 38 De excel. unius temporis ad alia.  
 39 De excel. certorum annorum ad alios.  
 40 De excel. unius ex quatuor temporib. anni.  
 41 De excel. unius mensis ad alios.  
 42 De excel. certorum dierum ad alios.  
 43 De excel. aliquorum horarum ad alias.

- 44 De excel. aliquarum potentiarum animæ.  
 45 De excel. aliquarum complexionum.  
 46 De aliquibus membris corporis humani.  
 47 De excel. sanitatis ad omnes res mundi.  
 48 De excel. laboris.  
 49 De excel. ocij.  
 50 De excel. nature.  
 51 De excel. consuetudinis.  
 52 De excel. fortune.  
 53 De excel. amoris.  
 54 De excel. pecunia.  
 55 De excel. unius ex trib. modis regendi Republicam.  
 56 De excel. aliquorum regnum.  
 57 De excel. aliquarum insularum.  
 58 De excel. aliquorum ducatum, comitatum, &  
principatum.  
 59 De excel. unius ex duodecim tribubus Israël.  
 60 De excel. aliquarum ciuitatum inter alias.  
 61 De excel. aliquarum urbium, seu oppidorum.  
 62 De excel. quorundam templorum, seu ecclesiistarum.  
 63 De excel. unius capella inter alias.  
 64 De excel. unius campanilis inter alia.  
 65 De excel. quorundam castrorum inter alia.  
 66 De aliquibus theatris & amphitheatris.  
 67 De excel. certorum palatiorum.  
 68 De excel. mūrorum aliquarum ciuitatum.  
 69 De excel. quorundam turrium.  
 70 De excel. aliquarum portarum.  
 71 De excel. aliquorum pontium.  
 72 De excel. aliquarum domorum.  
 73 De excel. aliquarum Bibliothecarum.  
 74 De Pyramidib. obeliscis, & Labyrinthis.  
 75 De excel. aliquorum sepulchrorum.  
 76 De excel. aliquorum hortorum.  
 77 De excel. aliquorum balneorum.  
 78 De excel. aliquorum animalium terrestrium.  
 79 De excel. quorundam animalium insectorum.  
 80 De excel. antiquarum animalium.  
 81 De excel. aliquorum pisium.  
 82 De excel. aliquorum onorum.  
 83 De excel. aliquorum granorum.  
 84 De excel. aliquorum vinorum.  
 85 De excel. aliquarum carnium.  
 86 De excel. aliquorum caseorum.  
 87 De excel. aliquorum oleorum.  
 88 De excel. aliquorum fructuum.  
 89 De excel. aliquarum syluarum & arborum.  
 90 De excel. aliquarum arborum, & radicum.  
 91 De excel. aliquorum lapidum.  
 92 De excel. aliquarum gemmarum.  
 93 De excel. aliquorum colorum.  
 94 De excel. aliquorum florum oderiferorum.  
 95 De excel. aliquorum ex metallis.  
 96 De excel. aliquarum vestium.  
 97 De excel. paruarum rerum.  
 98 De rebus sibi obuiantibus, quæ cedere debeant.  
 99 De excel. prioritatis tempore.  
 100 De excel. posterioritatis:





# PRIMA HVIVS OPERIS PARS, QVÆ TERMINOS DECLARAT ET DIFFINIT, ALIASQVE DOCTRINAS AD PRÆSENTIS materiæ cognitionem necessariam demonstrat.

Ocloginta Considerationes continet.



RIMA consideratio est de honore, cum secundum Beat. Tho. 2.2:q. 103. honor testificationem quandam importet, de excellentia aliquius. Vnde homines, qui volunt honorari, testimonium suæ excellentiæ querunt: & hoc est aut coram Deo, aut coram hominibus. Et hoc casu ultimo testimonium non potest aliquis ferre, nisi per aliqua signa exteriora, vel verborum, vel factorum, vel rerum, de quibus singulariter in suis locis dicemus. Et ex his dicit Anton. Florent. in sua Sum. in 4. part. tit. 5. §. 1. cap. 10. quod honor consistit in signis exterioribus. Et secundum Philosop. 4. Ethicor. honor est maximum bonorum exteriorum. Et, secundum eundem 2. Ethic. honor est exhibitus reuerentia in testimonium virtutis: vt ibi dicit Anton. Florent. facit text. in l. si honore. ff. de mun. & honor. alleg. per Barb. in add. ad Bald. in cap. 1. de feudis datu minimu[m] valuaſ. in vſibus feud. Sed est error in illa apostilla, quia voluit alleg. l. honor. quæ infra alleg. Arist. lib. 1. Rhetor. Honor est beneficiæ gratiæ indicium, vel etiam est cuiuslibet virtutis præmium, secundum eundem 8. Ethic. & secundum Tho. 2.2. q. 128. art. 4. & quol. 131. & Luc. de Pena in l. 1. C. de veteranis. l. 12. vbi dicit etiam, quod honor est administratio reip. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine sumptu. l. honor. ff. de muner. & hon. in princ. Not. Io. de Plat. post gl. in l. sicut. C. eod. l. 10. & ibi dicit text. in d. l. hon. quod honor municipalis est Reip. administratio cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens. Vel etiam honor est proprie reuerentia & dignitas, quæ quavis ex causa exhibetur. Vnde Virg. *Hand equidem talime dignor honore*. Et ideo dicitur dignitas, vt dicit Cicero libro primo ad Cæsar. iun. Tu cum ea quæ es ē senatu summo cum honore consecutus. facit l. decurionatus. ff. de vacat. muner. Et honor administratio magistratus dicitur, vnde Consulatus & Prætura honoris dicuntur, & ius honorarium ius prætoris, vt l. curiales qui honorari. C. de decur. lib. 10. & in Authent. ut ordinaria prefectura. per totum, columna quinta. & Ouidius libro primo Fastorum. Verbaque honoris libera Prætor habet. Quandoque etiam dicitur pulchritudo. Virgilii. Friesius & Sylvis Aquilo de cussit honorem. & alibi idem. Et latos oculis afflata

honores. Aliquando pro præmio. Vnde idem Virgil. *Ipsis præcipue ductoribus addit honores*. Et sic aliquando pro donatione vel remuneratione, vt habetur in l. si mandauero. in princ. ff. mand. Et quandoque exponitur honor: id est, salarium, l. 1. §. præinde. ff. de var. & extraordim. cognit. & inde dicitur honorarium, adem l. prima, q. §. in honoraris. & in l. si mensur falsum modum dixerit. & in l. properandum. §. in honoraris. C. de iud. Quandoque ponitur pro sepultura, vt Virgil.

*Cernit ibi maſtos, & mortis honore carentes.*

Aliquando pro obseruantia & cultu, vt apud eundem Virgilium:

*Semper honore meo semper celebrabere donis.*

Aliquando pro pudicitia, vt ibi: *Et raps Ganymedis honores*. Aliquando pro amore, vt apud Ouid.

*Per si quis amata tangit honos animum.*

Et ex hoc descendunt honorarium, honoraria, honorus, honora, honorum, honoro, honoras, honorificus, honorifico, honorificantia, honorabile, & honestus: de quibus per Calepinum in suo Dictionario, in verbo, *Honor, & Honos*. Quæ cum non sint ad propositum nostrum seu materiæ nostræ, ad ibi dicta me remitto. Et, vt dicit Anton. Florent. vbi supra. Reuerentia est idem, quod honor, sed ex una parte est principium motuum ad honorandum, in quantum scilicet aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, honorat. Ex alia vero parte est finis honoris, in quantum scilicet quis ad honoratur, vt in reuerentia ab aliis habeatur. Proprie tamen honor est in se ab aliis, & est quædam præstatio alicuius præminentia in aliqua exhibitione illi, qui honoratur. Et, vt dicit August. lib. 5. De Ciuitate Dei. Honorem non debet sequi virtus, sed virtutem honor. Et istud bonum honoris, & gloriæ multum appetitur. Vnde Augustinus De Ciuitate Dei, allegans Ciceronem in primo Officiorum. Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloriæ. De quo Florent. in sua Sum. part. 1. titul. 7. capite tertio, §. primo, in medio, ibi, bonum honoris, & statim dicam amplius.

**S**ecunda Consideratio. Honor cunctis rebus præferendus est. l. Italianus. vbi not. ff. si quis omis. causa testa. quam ad hoc allegat dom. meus Ias. in l. reprehendenda. vbi illud idem not. C. de instu. & substit. in 3. not. Barb. in consi. 47. colum. 19. in 1. vol. & dicit Bald.

in c.1.de hon. & vit.cler. quod honor non potest numerario pretio estimari : & idem Bald. in cap.ex senore in 2.column. de appellat. Vnde quod plus est, honor assert utilitatem. l. si longius , in fin. ff. de indic.

2 Et vbiunque est questio honoris, dicitur esse, ardua causa, per text.in ratione sui, in l.si inimicuie, in fin. ff. de his, quib. vi indiqu. In tantum, quod pro tuitione & defensione honoris est permisum duellum de iure, prout tenet Bald. in cap.1. circa princ.5. column. de pace tenenda ut vsibus fendor. Vnde dicit texus in l. miles. §. sacer. ff. de adulter. Verecundum esse honorum suum in ultum relinquere. Et dixi in commentaris nostris super consuetudines Ducatus Burgundia, in titul. des iustices. §. 5. in gloss. s. i. n. agrace, n. 165. Et dicit

4 tex. in can. nolo. 12. quod is crudelis est, qui famam suam neglit. Et adeo honor & honestas in pretio habendi sunt, ut pari passu cum vita ambulent. l. iusta. ff. de manumiss. vind. Faciunt quæ dicit idem d. meus Ias. in repet. l. admonendi in 95. column. verf. tertio ex predicta conclusione. ff. de iure iurand. Vbi satis ample commendatur fama, ex qua quis consequitur honorem. Inde est, quod id, quod non prodest fieri non seruato honore, fieri non potest, text. in l. in eadem causa. ff. ex quib. caus. mas. Notat plene Pet. Gytaldi in suis singul. singul. 82. Et de honoris commendatione vide per Bonum de Curtili in suo tract. nobilitatis in 2. part. num. 42. usque ad numer. 48. Dicit tamen Felin. in rubr. de m. & obed. quod non dicitur pati præiudicium de reditibus, cui aliis præfertur, per cap. cum olim , extra de consuetud. & dicit Bartol. in consil. 29. in II. column. in 1. volum. quod interesse huiusmodi est minus omni alio interesse. Et etiam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio approbantur. 2. 3. qu. 4. cap. sicut excellentiam, circa med. & 40. distinct. c. non loca. quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei , extra de 5 temp. ordin. cap. ad aures. Et non qui maior est, sanctior est, sed qui sanctior est, maior est. 40. distinct. cap. multi. Alber. de Rosa. in l. nemo. C. de officiis magistri milit. & Lucas de Penna in l. 1. Cod. de prepositi sacri cubiculi lib. 12.

6 Quicquid sit, tenebas, quod interesse honoris est maius omni alio interesse. Nam, vt dicit Cicero de amicitia ; Vbi enim istum inuenies, qui honorem amici anteponat suo? & , vt ait Aristot. lib. Oeconom. Multo grauius fert aliquis, si honore suo priuatur, quam si bona sua ei auferantur, & huiusmodi honores terreni plus cupiuntur, quam celestes, ext. de re nun. cap. nisi. §. pro graui. Luc. de Penna in l. filios. C. de decu. l. 10. imo, vt dicit idem Luc. de Pen. in l. p. C. de inc. pred. ciuit. in 8. & 9. column. lib. 11, quod honor publicus publico commodo præferendus est. Imo etiam pro honore iudicij, seu eorum, quæ aguntur in iudicio, iniquitas toleratur: & sic pro honore Principis potest tolerari iniquitas, prout ibi dicit idem Lucas.

7 Et pro honore sustinendo etiam agendum est actione injuriatum, vt dicit Baldus in l. obseruare. §. ante quam. ff. de officiis. procons. & dixi ample in commentariu nostru super Consuetud. Ducatus Burg. in rit. de feud. §. 4. in gloss. i. in verb. ad illud. cum sequen. & in titul. des enfans de plusieurs liebs, §. 4. in gloss. i. ver. qui dicantur. Imo, vt d. Etum est, potest resti armata manu. Imo etiam alium occidere prout pro defensione corporis: vt tenet Petrus Geraldus in suis singularibus, singul. 33. quem vide. Aduerte, quod etiam non administrans honorum cui debetur, puniendus est. vt sunt textus ad literam in l. singuli. & in l. sicut. Cod. de officiis. iudic. vide in proxima parte, in consideratione triginta septima.

**T**ertia consideratio. Virtutis vertitum aliquid est honor, vt ait Valer. libro secundo de Institutis antiquis. & facit text. in §. cumque. §. si. in proœm. Inst. Ideo dicit Arist. honorum esse reverentiam , & dignitatis collationem, quæ datur in testimonium virtutis, & dicit Arist. 8. Ethic. quod honor est præmium virtutis. & in 4. Ethic. dicit, quod virtuti perfecte non fieri vriue dignus honor. Luc. de Penna in l. per singulas. C. de decur. lib. 10. Præmia autem honoris point Plutarchus in sua Polit. & Textor in sua Officina, in c. præmia virtutis, & doctrina, fol. 114. De quibus alibi dicam. Duo tamen elementa virtutum esse reor, honoris spem , & pœnæ metum. Illa quippe ad honesta studia alacriores reddit , hic de prauatos impetus habescere cogit , radiosque facie ad ea , quæ à rationis libra visuntur semota. His ad terrotum increscentis audaciæ, pœnarum genera octo legibus sanciri M. Tullius scribit: damnum, vincula, verbeta, talionem, ignominiam, exilium, mortem, servitutem. Et vide infra in hac parte in quinta & 64. consideratione.

Differunt tamen honor, & reverentia , cum reverentia ex una parte sit principium motuum ad honorandum , in quantum scilicet aliquai, ex reverentia , quam habet ad aliquem, eum honorat. Ex alia vero parte est finis honoris , in quantum scilicet quis ad hoc honoratur, vt in reverentiam ab aliis habeatur. Honor ergo , vt dictum est, & exhibitio reverentiae in testimonium virtutis, secundum Philosophum 2. Ethicorum, revereri est actus timoris. ita dicit Anton. Flor. in 4. parte sua Summa. titul. 5. §. primo. Dixi ante in prima Consideratione , & dictus sum infra ample de reverentia in hac parte , in 71. consideratione.

Et etiam differt honor à laude, quia honor est propter se , & in se , sed laus ordinatur ad aliud. Ideo honor est excellentior laude , vt dicit S. Thomas in expositione eius super Psalm. 40. column. 7. & in expositione eius super libros de anima. Et 2. 2. quest. 103. 1. distinctio. supra numer. 3. & 3. distinct. quast. 1. artic. 2. & 3. dicit idem Thom. 2. 2. quoniam lib. 1. Sed honor est testimonium excellentiae , quæ est in homine , sed maxime secundum virtutem , ideo secundum virtutem & dignitatem dantur honores , nec iadignis debent dati , cum , vt dicit Aristoteles quarto Ethicorum. Praeius honore non est dignus, & conuersus in tyrantem ad noxam. cap. hec, 45. distinct. Lucas de Penna in dict. l. per singulas. in fin. Cod. de decurionib. lib. 10. & in l. prima, C. de veter. lib. 12. & in l. 2. in 4. col. C. de dig. lib. 12.

**Q**uarta consideratio. Cum honorem conferre principis sit, l. 3. C. de con'ulib. & non s'argendis. l. 12. ideo honorandus est, quem princeps honorat. text. in l. restituende. in fin. Cod. de aduoc. diuers. iud. facit text. in l. 1. ff. de albo scribendo. ibi, nonnulla ante scribi oportet. qui dignitatem Principis iudicio sunt consecuti. hinc dicit gloss. in cap. qui autem in verb. dignus. 17. quest. 3. quod quæ Princeps iudicat dignū, & nos iudicamus, alleg. cap. 1. 9. 4. distinct. & ff. de re iud. l. quidam. facit tex. in l. 1. 6. hu cunabulis. ibi, credidit eum princeps. ff. de officiis. prefat. præf.

Sic etiam dicitur, quem Papa approbat, nemo improbare potest. cap. hec est si les. 24. qu. 1. & ibi notat gl. q. 1. c. vina. 35. quæq. 9. in ver. notite. nam nullus debet esse tanto superbia & stigio tumidus, vt regalem sensum contemnat. l. si imperialis. C. de legib. & sacrilegij instar est , diuinis super quibusdam administrationibus , vel dignitatibus promulgandis obuiare bene-

beneficiis, ut est text. in l. *sacrilegij in l. t. C. de diversis scriptis. l. lege repetita. Cod. de ergo mil. annona lib. 12. & in l. s. Cod. de privilegiis corum, qui in sacro palatio militare. & l. i. Cod. ut dignitatum ordo seruetur. & dict. l. Imperator. in l. i. Cod. de domesticus, & prorect. lib. 12. quod pena sacrilegij, est, si his honorificentia non deferatur, quæ contingere nostram purpuram digni sunt estimaci. ita dicit & tenet Bartol. Veron. in suo tract. de Imp. eligen. in verb. pro imperat. in 2. colum.*

**I** Vinta consideratio. Ad honorem peruenitur multis aliis de causis. Primo deuenitur ad honorem ex virtute, quoniam, ut dicit Arist. 8. Ethic. *honor est premium virtutis. & 3. Ethic. dicit: Virtus perfecta non sibi condignus honor. & 4. Ethicorum dicit: secundum veritatem soles virtuosus est honorandus.* ut ait Augustin. de Ciuit. Dei. Antiquitus Romani colebant virtutem & honorem pro diis, Vnde duo templo construxerunt, sic sita: quod nullus intrare poterat Templum honoris, nisi prius pertransisset Templum virtutis. Ad signandum, quod nullus honoraretur, nisi meruerit honorem aliqua virtute, dicam infra de hujusmodi virtute in hac parte in 6. consideratione. Et sicut etiam recitat Textor in sua Officina. cap. de Deis. Veteres honorem in numero Deorum ascripserunt: & eidem templum diauctuerunt, authore Plinio.

Secundo quis honoratur propter imaginem Dei, secundum quam creatus est. Sic homines honorandi sunt, & quibusunque rebus digniores sunt: ideo homo dignitatem primam inter ceteras creaturas obtinet. *l. iust. 3. sine in princ. iuncta gloss. in verbo, dignitatem, ff. de edit. edict. & eius gratia omnia inuenta sunt, l. in pecudum. 5. 1. ff. de usuris. vnde etiam 1. Pet. 2. Omnes honorate. & de hoc honore dicam in secunda parte, per totum.*

**3** Tertio quis honorandus est propter diuinam maiestatem, & æternam gloriam, ut est Deus, & sancti eius, & de his dicam infra in tertia parte.

**4** Quarto quis est honorandus propter eius dignitatem, ut sunt Principes, Praefati, & habentes officia & dignitates a Principe, & de his dicam in 4. 5. 6. & 7. partibus huius lib. Vbi ponam de Principibus praefatis, & aliis officiis Ecclesiasticis & temporalibus. & dicitur 1. Pet. 2. *R. gen. honorificate.*

**5** Quinto honorandi sunt seniores propter antiquitatem, ut habetur Leuitici 19. *Coram eano capite co-surge, & honora personam eius.* de quo infra dicam in 11. parte, in 17. consideratione.

**6** Sexto honorandi sunt aliqui propter ministerium, quod habent, ut sunt Sacerdotes & religiosi, quia ministri Christi sunt. de quibus infra dicam in 4. part. in princ. 3. 3. 4. 5. & 6. considerationib.

**7** Septimo honorandus est quis propter maiorem locum, quem habet in ciuitate, & plus potest professe communitat, quam alius. de quo infra dicam in 11. parte, in 5. consideratione. Et ponitur in serm. discipulis 28. vbi ponit causas, quare quis sit honorandus.

**8** Octavo, ut dicitur ibi, quis honorandus est propter participationem diuinitatis dignitatis, quoniam, ut dicit, sic honorandi sunt parentes: quia representant Dei honorem, & dignitatem eius, qui est pater omnium, & à quo sunt omnia. vnde, ut dicitur, parentes sunt honorandi, ut habetur Exodi vigesimo. *Honora patrem & matrem, ut sis longanus super terram.* de quibus infra dicam in undecima parte, decima sexta consideratione.

**S**exta consideratio. Secundum Ant. Flot. in sua sum. 1. 4. part. tit. 5. c. 11. §. 2. diuersa genera personarum in scriptura sacra mandantur honorari. Primo enim (ut dicit) Rectores. Eccl. 10. *In medio fratrum rector eorum in honore, & multo magis praelati Ecclesia, quam seculares personæ. 1. ad Timotheum quinto. Qui bene præsunt presbiteri, duplui honore sunt digni, argum. ad hoc 96. dist. cap. duo sunt. Maxime qui in verbo laborant, ut dicit Petr. Abbas Cluniac. in 1. lib. epig. vbi dicit, quod est honor, qui tantum Creatori debetur, ut honor, qui creaturæ impenditur, & quem sibi inuicem rationabilis creatura exhibere deberat.*

Secundo, ut dicitur, sunt honorandi deuoti viti, 2. hoc fit propter inhabitantem Spiritum sanctum, sicut capsella propter reliquias. Et propter hoc Tobias fuit honoratus à rege Salmanasar.

Tertio honorandi sunt Sacerdotes. Eccl. 7. *Honorifica Sacerdotes, 6. q. 1. c. Sacerdotes. Exemplo B. Martini preferentis sacerdotem Imperatori. Reliqui etiam ministri sunt honorandi secundum gradum ordinis, 93. dist. dixi ante, & dicam infra in 4. parte.*

Quarto dicitur, honorandi sunt medici. Eccles. 33. *Honora Medicum. Et si corporū, ut dicit, multo magis animatum, cum Confessores dicantur medici animatum. c. cuius infirmitas, extra de pœn. & remiss.*

Quinto honorandi sunt dono sapientie prædicti. 5. Sapient. 8. *Propter hanc, scilicet sapientiam, habebbo honorem apud seniores.* Propter hoc Ioseph à Pharaone, Daniel à Nabuchodonosore honorati fuere. Dicam infra in 16. parte. Vbi amplè de viris literatis, & sapientibus.

Sexto à superioribus ad aliqua officia exercenda, 6. ut oratores, & legati, & vicarij Principium, ad Phil. 2. *Eum cum omni honore habebote.* & loquitur de Epa-phirodito misso ab eo ad eos: quod quomodo sit, vide Bartolum, Cepollam, in tract. at. suo de Imperatore. militum eligendo. in verb. pro Imperatore. 3. & 4. column. & dicam infra in 7. part. in 10. consideratione. Vbi loquar de locum tenentibus Regiis. Vnde quia missi à Nabuchedonozore reuersi sunt sine honore, turbatus est contra illos de Ierusalem, ut habetur Iud. c. 1. & ut habetur 2. Paralip. 36. quia illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque Prophetis, ideo ascendit furor Domini in eos.

Septimo honorandi sunt religiosi. August. in regula 7. *Honorare Deum in vobis inuicem, curus templa fatti estis, Templum materiale honoratur, quasi D. o dicatum: quanto magis rationale dicatum Deo per votum religionis, ut dixi supra in considerat. precedenti, ibi. Sexto honorandi.*

Octavo, ut dicitur, honorandi sunt senes, ut etiam 8. dixi ante in precedenti consideratione, ver. 5. *honorandi sunt senioris, & habetur Eccl. 14. Honora personam senis.* Similiter & priores in ordine, sicut antiquitus primogeniti, sicut Iacob à Pharaone.

Nono omnes vniuersaliter inuicem. Rom. 12. *Honora inuicem præsentes, quoniam, ut ait Aristot. 6. Topic. Omnes honorem appetunt, & 1. Pet. 1. scribitur: Omnes honorate.*

Dicimo tu adde, quod etiam medici sunt honorandi, ut habetur Ecclesiast. 28. *Honora medicum, cum propter necessitatem creuerit eum Dominus.* dicam infra in 10. parte, vbi describam de scientia medicinae.

Vnde decimo honorandus est Deus, Prou. 3. & Psalm. 28. 1. Reg. 2. imo habetur 1. ad Tim. 1. *Soli Deo honor, & gloria.* & Deute. 5. *Donum Deum tuum adorabis?*

ii & illi soli seruies, Et honor a Dominum de tua substantia. Et gloriā meā alteri non dabo. Eccl. 7. Honora Deum ex tota anima tua. & dicturus sum iusta ample in 3. part. in 1. 2. & 3. considerat. vltima parte in prima considerat.

12 Duodecimo honorandus est maritus ab uxore, Ester. 1. Vxores deferant maritis suis honorem. quia major dignitas est in sexu virili, l. 1. ff. de Senat. Inde uxor Philonis Philosophi in cœtu matroharum interrogata, cur coronam auream sicut cæteræ non ferret, respondit, quod uxor satis habet ornamenti, viri virtutem, & honorem.

13 Decimotertio seruus debet honorare dominum suum. Malachia 2. dicam etiam infra in 1. parte.

14 Decimoquarto, honor debetur operantibus ad bonum, ad Rom. 2.

15 Item, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Exod. 20. Deut. 6. Mait. 15. & Marc. 7. Eccl. 7. Honora patrem tuum, & genuum matris tue ne obliniscaris. De quo Anton. in d. sua sum. in 4. p. art. 11. 5. cap. 9. & Bern. de Bustis in 1. part. sui Rosarii ter. 20. in litera L. de quo infra in 11. part. in 16. considerat. & supra in præcedent. considerat.

1 Septima consideratio. Subditi tenentur præstare seruitium, honorem, & reuerentiam domino, l. 1. C. de off. præfct. vigil. l. potiores, C. de off. rect. prouinc, Bald. in l. cum plures. C. de cond. inf. dixi in Commentariis nostris super consuetud. Ducatus Burgund. in titul. des. sifff. 5. Le vassal. in gloss. prima, quasi per totum. Qibus autem de causis homines subiiciantur alijs, ponit Lucas de Pen. in l. unica. Cod. de magistris scriniorum libro duodecimo.

1 Octava consideratio. Honor debetur omnibus prælatis & superioribus ratione excellentiæ. Cultus autem consistens in obsequio obedientiæ & beneficij, ratione gubernationis, etiam debetur prælati ex debito legali. Alijs autem in dignitatibus constitutis ex debito morali, ut amplè declarat S. Thom. 2. 2. quæst. c. 2. 1. distinction. supra secundum num. & ut ibi dicit secunda distinctione supra tertium numeri. Honor debetur constitutis in dignitatibus ratione excellentiæ: timor autem in ratione potestatis, obedientia vero, & tributum, ratione gubernationis. Et ille honor, qui debetur ratione excellentiæ, est diversus secundum diuersitatem excellentiæ, idem Sanct. Thoin. 2. 2. quæst. 63. 3. distin. per totum. & idem alio modo prosequitur, quomodo quis honoratur: quod dicit fieri quadrupliciter, scilicet propter virtutem propriam, ut virtuosi: vel propter virtutem alterius, scilicet Dei, vel Comitis: ut superioris: vel propter lignum virtutis, ut senes: vel propter participationem diuinæ bonitatis, ut domini & parentis. ita dicit 2. 2. quæst. 63. terza distinctione per totum.

2 Et tamen conditione inferiores debent præstare honorem superioribus, ut si superiores id, quod debent, non impendunt inferioribus, inferiores eis debitam obedientiam non impendant. Frustra enim exigit debitum, qui quod debet non impedit, argument. c. esto. 93. distinctione, 2. 2. quæst. 5. c. de forma. Ita dicit Ioan. de Turrecremat. in cap. cum beatus 45. distin.

1 Nonna consideratio: Honores sunt æqualiter distribuendi. l. & cun. §. præses. ff. de muner. & hon. & etiam gradatim sunt conferendi, l. ut gradatim ff. de muner. & honor. & non maiorem honorem,

nisi prius minorem suscepere, gerere potest, l. honor. 6. gerendorum. Digestus de munerib. & honorib. Per gradus enim est ad ordines ascendendum. c. sciu. 2. quadragesima octava distinctione. Calum enim appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Non autem descendendum est, d. l. nulli, Cod. de numerarii. ubi Lucas de Penna lib. 12. In singulis autem gradibus Ordinum & honoribus conferendis interstitia sunt seruanda, cap. in singulis. septuagesima distinctione, & cap. sequenti, & in C. de muneribus non continuando, libro decimo. Et genus humanum quidem consistere non posset, nisi quidam maiores existent. cap. ad hoc. 89. distin. sicut etiam in Angelis. dist. cap. ad hoc. & notatur in cap. de Constantinopolitana 22. distinction. in fin. & gradus diuersi, & status in Ecclesia conseruant Ecclesiæ unitatem. d. c. p. ad hoc. & hoc plene tractat Ambros. in 3. de officiis. cap. quarto, sine tamen suffragatione temporis, aut merito laboris ad mundi honoris indignum est perueniri, cap. miramur, ante fin. 61 distin.

D Ecima consideratio. Diuersis & variis modis honorandi sunt homines. Primus modus est, diligenter præstare auditum loquentibus, unde Sapientia octauo dicitur: *Lingue me respiciam*. Secundus est, loqui reuerenter. Eccl. 5. Honor est in seruione sensati. Tertius est, assurgere venienti. Leuit. 19. *Coram eno capite corsurge*. Vnde Indices debent Aduocatos in Consistorio, & Auditorio recipere, & reuerentiam cum salutatione deferre, & sedendi locum tribuere, l. finali, Cod. de officiis. lude. Et obsequium est in assurgendo, ut notatur in l. 5. non servire. paragraphe liberius. in off. magna, ff. de cond. indebit, & in l. etiam 2. C. de obseq. paup. præstand. Unde refert Aulus Gellius Noctium Atticarum libro sexto capite nono. Quod Cnæus Flavius Annij filius dicitur ad Collegium venisse visere ægrotum, & in conclave postquam introiit, adolescentes ibi complures Nobiles ledebant: ij contemnentes eum (forte quia patre libertino natus, aut quia Scriba fuisse) assurgere nemo ei voluit. Cnæus Flavius Annij filius ædilis id arrisit. Scilicet curuē iussit ibi asservi: eam in lumine apposuit, ne quis illorum exire posset, vtique ij omnes inuiti viderent se in sella curuli sedentem. Et Imperator Antonius Augustus cognomento Pius à prefectis praetorio salutatus, paululum eis assurgit, ut in l. primis, Cod. de sentent. pass. Et Reges Epilcopis assurgere solent. cap. soluta, de maiestate & obedientia. Vbi est textus, Quartus est, decenter assurgere sedenti. Elaiae sexto. Vidi Dominum sedentem, & postea Seraphin stabant, &c. Quintus comitati incedentem, secundo Regum 15. Vnueristi seruus eius ambulabunt iuxta eum, scilicet David, imitantes cum fugeret de Ierusalem à facie Absalonis. Virgilius: *Ipsæ uno graduū comitatus Achate*. & ibi: *magna comitante caterua*. Idem est in his, de quibus Cicero in Catone ait: *Hac enim ipsa honorabilis, que videntur leuia atque communia, salutaria appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consulti*. Item in libro de Oratore: *Cumque maior natu, & consularis Sergium Galbani affectaretur*. Et Gellius libro duodecimo, capite decimoquarto. Scriptum est in Antiquitatibus, ut à coniuiu seniorum à minoribus domum reducerentur, eumque morem Romanos accepisse à Lacedamonis traditum est, qui Lycurgi legibus vterentur. Sextus insignis humiliationis, ut inclinationibus & huiusmodi. Ecclesiast. tertio: *Ab hominibus honoratur, scilicet Deo*. Septimus in exhibitione senioriorum, ut locat-

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

lotione pedum & manuum, & huiusmodi. Eccles. 3.  
*Qui tunc Deum, honorat parentes.* Hæc allegatio ad istud propositum non videtur aliquid facere : quicquid dicat Anton. Flor. sed inclusus dictum est hic ante in 6. co. s̄iderat. Sed mos laundi pedes tam inter sacerdotes, quam laicos, fluxit ab instituto Christi, ut habeatur Ioan. 13. de quo Polydo. de inuentoribus rerum s̄. 4. cap. 10. Octauus in rerum honorabilium collatione, ut honorabilius ferculum, & huiusmodi. unde Num. 24. dicit Balach Balaam: *Deuoueram te hono-  
rare, scilicet muneribus, sed & Deus priuauit te hono-  
rare.* Nonus in proprietate magnificenter depositione, ut depositio caput, & huiusmodi. Apocal. 4.  
*Cum gloriam & honorem darent illa quatuor ani-  
malia sedens super thronum, & viginti quatuor senio-  
res deponebant coronas, &c.* Magistratibus vero, & aliis potentioribus caput aperimus, tanquam omnia nostra aliis parere debent, ait Plutarch. Hinc haud dubie nobis mos est, & orate nudo capite, & superiores reueteri. Quod de oratione dicitur, ut habetur 1. ad Corinth. 11. *Omnis vir orans velato  
capue, deturpias caput suum.* licet secus de muliere, ut ibi. Decimus est in alterius præpositione, in descendendo, in sedendo, in loquendo: de quibus si agulis statim amplius dicam. Et hos decem modos honorandi ponit Anto. Flot. in sua Sam. in 4. p. art. m. 5. §. 2. in fin.

**V**Ndecima consideratio. Alij modi honorandi aliquem ponuntur per Doctor. nostros per diuersa signa, quibus cognosci potest, quod honor adhibetur, & aliqua ponit Fel. in v. brio. de mat. & obed. vbi primo dicit, quod inter alia signa honoris est. quod quis sedeat. Quoniam qui sedet, dicitur magis honorari, quam stans. Bal. in 1. quoties, Cod. ubi sensu-  
ress, vel clariss. per illam text. in ver. edendi quoque, in alia parte. vbi vit in dignitate constitutus litigans coram iudice, non debet stare, sed sedere paolo inferius. & arguit Bald. ad Episcopum accusatum, qui non debet stare coram iudice, sed sedere, quod tamen videtur esse intelligendum, dum eorum causa non agitat. alias fecus, secundum glo. ibi in d. verbo, sedendi. & etiam qui recumbit, maior est quam qui ministrat.

**L**uc. 22 Secundo dicitur major, & honoratur, qui sedet à dextris. Bart. in leg. decr. in 3. not. Cod. de sarc. ecc. glo. in cap. quam periculosem 7. quest. 1. Facit ad hoc illud quod dicit in Evangel. Vnum à dextris, & alium à sinistris. & est text. in eas. solite. in ver. hoc autem si prudenter. Ibi: in sinistra par. es. dere. de malo. & obed dicit enim Bartol. in suo tract. de insigni-  
bus & armis. in 4. col. um. quod dextera pars est principium motus. & in ista parte, in 38. confid. in 88. conclu. Et plene declarat Jacob. Bonaudi in gloss. suis ad Ioan. de Terra rubra, in lib. suo de vinea ecclesiæ, artic. 2. primi tratt. in 4. conclus. in ve. b. à dextris. Quid autem dicatur à dextris, vel à sinistris, dicit Barth. Veron. in suo tract. de imperat. eligendo. in verb. ratione dignitatis. quod istud intelligendum est maxime, quando insignia literæ, vel figura in clypeis, cooperibus, vestibus, parietibus, vitrinis, vel in loco ad similitudinem cœli pinguntur : & in aliis etiam casibus, ut habetur plene per Bartol. in d. suo tract. de armis. & in tract. de insula. 3. colum. cum seq. qn. vlt. & pen. ante primam flouram. vbi omnino est viden-  
dum. & ponit Bartol. Veron. in loco hic ante alleg. Exemplum de Venetis, qui male ponunt in sigillis

leonem in parte dextra, & ducem in parte sinistra, habendo respectum ad contrarium. Quoniam, ut dicit, imago impressa dicitur esse in latere dextro, quæ nos respiciendo est respectu lateris sinistri nostri; sicut si quis faciem suam ad meam conuerterat, latus eius dextrum est respectu mei sinistrum, secundum Bart. in d. suo tract. Idem si imaginem nostram in speculo inspiciamus. Eadem autem in sigillis exlata ab altera parte reperiatur, quoniam eius terga, non faciem inspicimus.

De primogenito, quomodo sedes ad dexteram, dicam in fratre quinta parte, in 41. consideratione.

**D**uodecima consideratio est. Quis dicitur magis honorari, qui sedet prope dominum, & tanto maior dignior dicitur, & altior. gl. notab. in §. aliam. in re h. altiora, Inst. de bon. poss. & ibi per Porc. & Angel. & per Ioan. & Imol. in l. qui soluendo. la. 2. ff. de her. n. 1. Bald. in i. obser. iare §. antequam vero. iuxta fin. de offic. oroconf. & leg. Et ideo, ut dicit Ver. in loco supra alleg. Adam & Petrus magis honorantur, ex quo sunt proximiores virginis, & de hoc honore sedendi iuxta principem habetur 2. Esdr. 3. c. & vide lo. de Terra rubra in loco alleg. ut in precedenti consideratione.

**D**ecimatercia consideratio. Dicitur honorari quis, ex quo est in medio duorum vel plurium: quoniam, ut ait Salustius in lugurino: Apud Numidas locus dignior erat in medio. & ideo ut dicit Veron. in loco supra all. dux Venetiatur stat in medio fex Consiliatorum. quod intellige, quoniam omnes sunt æquales aliqui qualitate: sed si non esset aliqua æqualitas, semper maior deberet esse in eminentiori, & altiori loco. Sicut videmus, quod cum æqualis Pater, æqualis Filius, æqualis S. sanctus: ideo Pater stat in medio, Filius ad dexteram Patris, & S. sanctus ad sinistram, ut dicam in 3. par. 3. in 1. 2. & 3. confid. Facit; quia mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique potita est. Et Cicero lib. t. Off. Eadem ratio est habenda vestitus, in quo sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est.

**D**ecimaquarta consideratio. Dicitur honorari; qui sedet in principio, sive in capite, & altiori loco, quod probatur; quia à dignioribus est inchoandum, ut est text. cum gl. in §. fin. Inst. de iure nat. gen. & ci. vnde Virg. in Buco. A lone principum Muse. Facit ad hoc illud: In capite libri scriptum est de me. & ad hoc videtur text. in 1. 1. §. Seruus autem Sulpitius ff. de or. sur. vbi sic dicit: Seruus autem Sulpitius cum in causis orandi primum locum, aut certe post M. Tullium obtineret & text. in c. quia tua. 50. dist. ibi: a capite incipiente. Et ita per hoc tenet idem Ver. in loco hic ante alleo. facit quod scribitur de Saulo lib. 1. Regum 9. c. sic: Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant iuncti.

**D**ecimaquinta consideratio. Magis dicitur quis honorari; qui parieti magis est proximus, ut probatur in text. cum gloss. in d. §. aliam. & probatur in capit. ep. copos. decimo septima distinctione. vbi dicitur, quod episcopus in ecclesia, in consesso presbyterorum sublimior sedeat: quia locus

ille dicitur dignior. Ita videmus seruari in tribunali-  
bus, vbi ius redditur, & in locis vbi nuptiae celebran-  
tur. Ita etiam tenet idem Veron. in loco prædicto. Ex  
quo etiam dicit, pro in cedendo ille, qui est iuxta pa-  
riem, dicitur esse in digniori, & nobiliore loco: quod  
comiter obseruamus, nra tres essent personæ simul, vt  
dictum est, quia tunc esse in medio, est magis hono-  
rabile, si tum omnes tres sint eiusdem qualitatis, ne  
dicatur, quod ultimus sit inferior, aliorum unus pre-  
cedere debet, iuxta illud vulgare apud omnes: si tres  
incedat, unus precedere debet. Veneti tamen seruant,  
quod esse à latere dextro, est honorabile, vt dicit Vero,  
vbi supra.

**D**ecimasexta consideratio. Qui sedet immediate  
post episcopum, & subscrigit primo loco, dicitur  
esse in eminentiori loco. Fel. in rub. de mai. & obed.  
Card. in consil. 32. dicam s. fr. in 4. part. Et qui primus  
est post principem. 2 Esdr. 3. c. Item qui primo deambu-  
lat, dicitur magis honorari, cum qui comitantur  
dicantur honorem facere illi, quem comitantur vt di-  
xi ante in confid. præcœa. & faciant quæ dicunt Io. de  
Imo. & Ang. in l. qui soluend. ff. de h. anf. & facit text.  
in cap. sedes. Apostols. a. in ver. minores & vihores. ex-  
tra de res. Se qui procedit maior est illo, qui suble-  
quitur. text. in l. 1. in fin. C. de prepo. sacris cibis. l. 12. Et  
angeire quis dicitur in cundo loquendo, sedes prior,  
locus completior decernendi loquendique facultas  
antiquior, & vetustior. l. 1. & ibi gl. in ver. a. reire. C. de  
conuicione. Melior text. in l. 2. C. de prese. præte. sine ur-  
bis, & c. l. 52.

**D**ecimaseptima consideratio. Qui prius nominat,  
dicitur honorari, prout dicit Bal. in aub. hoc am-  
plius. vlt. col. Cod. de fidei. & probatur in cap. si quis  
suo impedimento. ibi; s. os. prono. de ele. l. 6. & in l.  
seruus comma. is. ua. quod ibi not. Bartol. ff. de h. seru.  
& faciant quæ dicit d. meus Ias. in l. 1. in p. i. in 5. co-  
lum. ff. de ver. abi. vbi dicit, quod denominatio debet  
firri à digniori, quod ibi comprobatur per multa. Fa-  
ct; quia in concionando maiores praeponi debent.  
& in omnibus facit text. in A. b. de aje. s. c. s. §.  
vlt. dum inquit; quia & maximorum, & mediocrum;  
& parvolorum nobis cura est. & ibi glos. in verbis,  
maximorum coll. 4. & quod ordo scripturæ, vel no-  
minationis titulum conferat prælationis, scribit Guil.  
Benedict. in rep. cap. Raynatus in verbo, sermonum  
2. numer. 28. extra de letam. Consului in casu emer-  
genti, in nominatione filiorum primi gradus & sedis,  
in consilio meo incipiente: Le cas est tel. en pays de  
droit et crise.

**D**ecimaoctava consideratio. Honor est illi, qui  
primo officit, & ideo primogenitus primo ante  
fratres offerre debet, vt dicit Martinus de Cazariis  
in tract. de primogenitura. Ex quo dicit Ioan. Saxon  
in suo Commentario consuetud. Turon. in rub. de  
success. feud. art. 3. quod secundogenitus in oblationi-  
bus, & processionibus cedere debet primogenito;  
& ita dicit se semel respondisse cuidam nobili Pi-  
stauensi. Et facit quo ad nos in hac nostra patria  
ducatus Burgundiæ, vbi non est considerabilis pri-  
mogenitura, taliter, quod omnes filii æqualiter  
succedunt. Si tamen fiat diuissio alicuius hereditatis,  
in qua quilibet habeat suam partem hereditariam  
in tanta iurisdictione, quantam alter habet, si sint

ambo, aut omnes eiusdem parochia. est tamen des-  
erendum per alios iuniores, & minores annis primo-  
genito in oblationibus & processionibus & aliis acti-  
bus, in quibus potest adhiberi honor ita, quod etiam  
vxor primogeniti præcedere debet aliam, & in obla-  
tionibus & processionibus in danda & osculanda pa-  
ce, in deambulationibus, in conuiciis, & pluribus aliis  
actibus. secundum quod etiam videre poteris ex di-  
ctis Io. Fab. in d. s. aliam Inst. de honor. posse.

**D**ecimanona consideratio Maximum signum est  
honoris in eo, qui primam vocem habet & de-  
bet primo loqui. Eccl. 22. Loquere major natus, decet  
eniente, &c. & dicit Præposi. in cap. episcopos. 17. di-  
stinct. col. 2. quod qui dignior est, primo votum dare  
debet. facit quod dicit Bald. in cap. 1. in rub. de contro-  
uers. feud. ppud pares iur. & Lud. Rom. in si g. suo 81.  
vbi dicit quod licet de iure in consilios dandus senior  
primo loqui debeat, per text. in d. cap. & Bald. ibi, in  
l. column. & facit text. t. fin. C. de tyro. l. 12. & in l. 2. C.  
de principe. & in l. 2. C. de præf. præte, eo l. 12. tamen  
iste usus apud domin. de Rota non seruat; quia etate  
minores in consilios dandis primo loquuntur. Et di-  
gnior dicitur interdum propter antiquitatem, puta si  
primo fuit adeptus dignitatem, iuxta not. per Innoc.  
in cap. tua. xxi. de n. & obi. & per Bart. in l. 1. ff. de  
albo scrib. & sic in capitulis, coll. gis, seu vniuersitatibus  
dignior semper est præferendus, ut antiquior Ca-  
nonicus facit congregare Capitulum. Aliquando dicitur  
dignio, qui clarius bus fulget virtutibus. text. est  
in Aub. de mon. hu. g. ver. c. 1. Et sic quando via res  
est communis inter plures, & non potest stare nisi penes  
vnum, vt sunt tabulæ testamenti, seu aliud instru-  
mentum, dignior est concedenda, vel apud seniorem  
deponenda. & si ff. de pa. 17. Et sic frater maior na-  
tus debet habere & custodire claves castri. Item testi-  
bus deponen ibus in pari numero dignioribus est  
credendum. in ob. carmen. g. 1. ff. de testib. Et de materia  
dicam s. fr. 1. in 10 parte 10 29. consideratione. de docto-  
ribus, qui primo vocem & opinionem dare debeant,  
seniores, an iuniores.

**V**igesima consideratio Honor illi, cui reverentia  
exabetur, vt probatur in rub. Cod. de offic.  
rect. prouin. & in cap. statutum, & ibi gloss. & doct. de ma.  
& obed. per gloss. in l. 1. § si vicinus, & ibi doct. ff. de aqua  
plu. & de qua dixi supra. Nam reverentiam debet mi-  
nor maiori impendere. gl. fin. in l. m. l omnino. Cod. de  
pal. sac. l. 1. 12. & infirmiores indices superioribus re-  
verentiam tribuere debent. vt est tex. in d. 1. 20. 10. 18. &  
in l. 1. C. de offic. pr. f. urb. & minores maioribus de-  
bent honorum. 2. & t. C. de offic. d. s. in d. dixi. fra-  
ista parte in 71. confid. in cap. reverentia est honor. in fin.  
cum seq. maxime salutando, Iacob. Rebuff. in l. 2. Cod. de  
prox. sac. scir. lib. 12. de quo infra.

**V**igesimaprima consideratio Non solum semper,  
& indeterminate honor ab inferioribus debetur  
superioribus, sed etiam quandoque superiores hono-  
rare debent inferiores, l. potior. §. 1. Cod. de offic.  
rect. prouin. quoniam, vt ait Hiet. de quo habetur in  
cap. esto subiectus. 95. d. 3. in. Episcopi honorent cle-  
ricos quasi clet. vt ipsis episcopis a clericis quasi e-  
piscopi honor deferatur. Subiungitque, secum est  
illud orat. Domi. cur ego, inquit, te habeam in  
principem, cum tu me non habcas vt senatoriem de  
quo



mento relinquens. t. numero 21. 22. & 33. de testam. in antiqu.

**V**igesimasexta consideratio. Quis dicitur honoratus? rati in salutatione: quoniam ex quo quis salutatur, honoratur, ut dicit Iacob. Rebus in l. in sacra. C. de proximis sacerorum scrib. lib. 12. vbi etiam dicit, quod salutando videtur fieri reverentia, per l. fin. C. de offic. diuers. sud. & per l. pecunium. C. de prox. mis. fuer. scrib. Ideo, ut dicit Specul. in titul. de aduocatio. §. 5. iudex est reverenter salutandus: immo per salutationem videtur esse remissa iniuria. capit. cum Adrianu. 63. d. fin. 7. capit. omnis qui. 24. quaest. 1. & ex non salutatione presumitur quis inimicus, ut tenet gloss. fin. in d. capit. cum Adrianu. & all. cap. cum super de offic. deleq. & dicit dominus meus Iason in l. apertissimi. colum. 2. C. de indic.

Videtur tamen, quod maior etiam porrigit salutem minori, ut pater filio: vt in cap. 1. in prim. de feud. cognit. ut etiam videmus in literis regiis, rex dirigendo literas suas exequendas, etiam nuncio, seu seruienti porrigit salutem, sic dicendo: *Franciscus Desoratia Francorum rex salutem &c. salutem.* Vnde Traianus Imperator (ut Eutropius scribit) persæpe amicos salutationis gratia visitauit. Quippe ipse omnibus in omnia se æqualem exhibuit. Cuius persæpe tale erat dictum: *Talem priuatis Imperatorem esse oportere, quales priuatos sibi optat habere.* Item; Antonius Imperator cognomento Pius tantum detulit senatu, quantum sibi priuatus ab alio principe deferri optauit: ut ait Iul. Capitolinus in eius vita, maxime iurisperitis. Nam ipse a præfectis pretorio tunc amicis, & principibus officiorum & utriusque ordinis viris salutatus, eis aliquantulum assurgit. ut est text. in l. 1. C. de seni. pass. dixi supra in 21. consil. Et quando Papa scribit inferiori, puta episcopis aut regibus quomodo debeat eos salutare, ponit Ioannes de Montholono in suo prompt. iuri. in ver. salutare, arti. salutare Priscum & Aquilam.

3. Item etiam par pari. l. Publia. §. Titius. & l. Quintus Cecilius. s. de pos. Etiam inferior superiori mandat salutem, excepto principe: quia ab inferioribus non salutatur, exceptis quibusdam, quibus in priuilegium conceditur, de quibus in l. 2. C. de prox. sacr. scribent. l. 12. & in l. 1. C. de silentiaris. eod. lib. & post salutem datur potestas osculandi, excepto Papa & Imperatore, qui osculantur in pede. l. 1. Cod. de domest. & proiect. dicam infra in 33. consil. 4. parte. Vnde 4. fluxit mos de osculandi pedes Papæ aut Imperatoris, & oculo salutandi: vide Polyd. de iument. rerum. lib. 4. c. 10. vbi etiam dicit, quod cæteri præsules dextram manum australi adeuntibus osculandam porrigit, & viri dextram dextræ iungere solent salutationis causa.

5. Aduerte tamen, quod inferiores iudices scribendo iudicibus superioribus, ut dominis de Parlamento non debent se in subscriptionibus suis nominare fratres. text. est in l. singuli. Cod. de offic. diuers. iudic.

**V**igesimaseptima consideratio. Majoritas consistit in prærogativa ordinis. Nam presbyter maior est diacono. c. legimus. in fin. 93. dist. & c. statutum. extra de ma. & obed.

**V**igesimaoctava consideratio. Majoritas etiam consistit in prærogativa consecrationis: vnde episcopus est maior presbytero, ideo magis honorandus est

c. olin. & c. episcopus in ecclesia. 95. dist. & c. manus. de consec. dist. 5. & c. perfectis. ver. ad episcopum. 25. dist.

**V**igesimanona consideratio. Majoritas habetur in prærogativa administrationis: vnde Archidiaconus maior est archipresbytero, & ei obedire debet. d. capit. perfectis. versicul. archipresbyter vero. 25. dist.

Et cum ad præcedentia deueniatur ratione maioritatis, propter quam quis laudatur, honoratur & reueretur, videat plene in quibus consistat hæc maioritas, per Felyn. m. rubr. de ma. & obed. per Alberic. in suo Dictionario. in verb. maior, & majoritas. de quibus suis locis dicetur: ideo circa ea aliter hic non insisto.

**T**rigesima consideratio. Etiam majoritas consistit & præminentia in eo, qui recumbit, non in eo, qui ministrat. Lue. 22. quod tamen Christus noluit esse inter suos discipulos, inter quos ministrabat. Lucæ eodem loco. & Matth. 26. vbi inter illos ordinavit, quod maior esset minister. Et inter istos recumbentes digniores sunt, qui in primo scamno honoris recumbunt: & communiter videmus in scamno, quod est versus ignem, vel à latere dextro, ita quod dignior est secundus illius scamni, quam primus alterius, ut alibi dicam.

**T**rigesimaprima consideratio est. Honor etiam debetur, & defertur illi, qui est maximæ autoritatis, seu qui consequitur laudem & honorem ex autoritate, facit text. in cap. dudum ad audientiam, circa med. ibi: inuenimus, quod pro preposito sanctorum Apostolorum autoritas faciebat extra electionem. & in l. Quintus. §. Pomponius, ibi: ad authoritatem scribentis. & ibi: sed ad authoritatem defuncti conseruandam id pertinet. ff. de annuis leg. & in l. 3. §. 1. versic. quo argumenta. ibi, alias dignitas & autoritas confirmat rei, de qua queritur, fidem, ff. de testib. & in leg. 2. §. post hos Q. Mutius, ibi: ex quibus Gallum maxima autoritatis. & in §. post hunc. in princ. & in §. primus diuus Augustus, ibi: vt maior iurius autoritas haberetur. & ibi: sed plurimum in ciuitate autoritatis habuit: & ibi: sed Proculi autoritas maior fuit. ff. de orig. iur. & in l. pen. §. Papiniatus. ibi: & huiusmodi sententia subtilissimum testem adducit Saluum Julianum, summa autoritatis hominem. Cod. de cond. iud. & hoc modo assumitur autoritas hoc casu pro quadam reputatione sua estimatione, ut probatur in l. cognit. orig. §. 1. & ibi gl. s. in verbo, estimatio. ff. de var. & extraord. cogn. Sicut dicimus, quod hi maioris autoritatis sunt, qui habent potestate in se dignitatem. l. 1. ff. de albo scrib. & l. 1. Quintus. §. 1. cum similib. Et hec autoritas, sive estimatione (quam vulgo reputationem appellamus) multis modis acquiritur, de quibus suis locis dicetur, & de his scribit aliqua Barth. Cepolla in suo tracta. de Imper. eloendo. in vers. autoritatis. vbi multum commendat autoritatem, & autore Iosepho, ordo in Romanorum militia hic erat, ut milites ad centuriones, illi ad tribunos (quod Graeci Chilarchos vocant, hoc est, qui mille præterant hominibus) mane conuenirent salutatum, & sic ordo dignitatum & autoritatum obseruabatur.

**T**rigesimasecunda consideratio. Consistit etiam honor in commendatione noui presidis prouincie, in suo nouo & ineundo aduentu ingredientis aliquam celebrem ciuitatem, vel prouincia caput: ut est text. in l. si in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouincia caput aduenierit Potestas, deberet se commendare, laudesque suas cum granitate audire, cum id prouincialis

*ciales honori suo sibi vendicent. ff. de officiis. Procons. & leg. & istud communiter obseruatur in Italia in aduentu noui Potestatis: & apud nos non solum in aduentu noui Regis, sed & Gubernatoris nobis alicuius patriæ, & nouorū Baliuoru in suis prouinciis. vide quæ dixi infra ista parte, in 47. considerat. incip. ex quo ex laude, & dicit Eald. in cons. 418. i. 1. p. 24. quod honor est, quādo in iucunda visitatione domini sunt ei honorantia, sicut sunt xenia, caritatiæ, seu blanditiæ, quæ sunt pro ipso vitando vel missio ab eo, & similia, & ad istam honorificentiam pertinent omnes operæ obsequiales & reuerentiales, quod videtur esse contra id quod dicit consil. suo 335. in prima parte. Vbi dicit, quod honoris nomine continetur id, quod est sine onere.*

**T**rigesimatercia consideratio est. In eo, quod quis ratione majoritatis meruit laudem & honorem de bonis operationibus seu beneficiis in Republica exhibitis, & impensis, collaudandus est publicis vocibus, ne per silentium, bonum, quod fecit, videatur incognitum. ut est textus & Doctores in *lege unica, Cod. de questor. & Magistr. Offic. lib. duodecimo.* & in hoc delectatur Princeps, cum audit Officiales suos collaudari à subditis de bono regimine officijs: & hoc casu admittit voces populi exclamantis, *viva talis, qui in officio se bene gerit.* sicut faciunt Romani de Papa, ut docent gloss. & Ioan. de Platea in *A. L. vniuers. C. de questorib.* Et licet voces populi collaudando sint admittenda, dicit *leg. unica, & l. insinu. C. de officio Rektor. prouinciar. & s. renouamus. in Authent. ut ordinaria præficiu. coll. 5.* Faciunt quæ dicta sunt intra ista part. in quadagesima septima consideratione, incip. ex quo ex laude. Non tamen in eligendo vel puniendo, *I. si constat, ff. de appellat. leg. decurionum, Cod. de pœnâ. cap. 2. de elect. & in cap. ex literis. de excess. Prælat.* & plenè declarat Gulielmus Benedicti in *l. 1. repet. cap. Raynut. in verb. mortuo itaque testatore. t. numer. 191. & 192. usque ad num. 197. D. xi supra in 12. consideratione.*

**T**rigesimaquarta consideratio est. Honor etiam in audendo Principem, & alios iudices reuerenter salutando consistit, ut dicit Ioannes de Platea in *rubr. C. de preposit. sacri cubic. lib. 12.*

**T**rigesimaquinta consideratio est. Honor consistit & habetur in pœnâ virtutis ex unctione statuæ in publicum. Cum olim multi fuerint honorati ex unctione statuarum, inter quos enumemat Textor Niuernensis in sua Officina 49. qui fuerunt honorati ex unctione statuarum. Et in tantum consistit honor in statua alicuius, quod si ipsa statua rumputur, datur actio iniuriarum. *I. s. statua. & ibi Dd. ff. de iniuriis.*



**3** Qui statuas meruerint, teste Textore Niuernensi, sunt sequentes.

Sextus	1	Demeirus Phalereus	8
Aristogiton	2	Eunomius	9
Armodius	3	Fauorenus	10
Astv'us	4	Verrius Flaccus	11
Apolycus	5	Iſocrates	12
M. Portius Cato	6	M. Claudius Marcellus	13
T. Coruncanus	7	Mutius Scævola	14

Prolemaeus Philopator	15	Tanaquil	33
Oppianus	16	Pausanias	34
Horatius Cocles	17	Phyrne	35
Demosthenes	18	Claudius Imperator	36
Conon	19	Epicurus	37
Euageras	20	Iosephus	38
Mercurius	21	Minutius Augurinus	39
Polydamas	22	Trebius	40
Cylon	23	L. Aſtius	41
Octauus orator	24	Numa	42
Vestritus	25	Seruarius	43
Nerua Imperator	26	Gorgias Leontinus	44
Archias	27	Plato	45
Claudianus	28	Chelia	46
Iunius Rusticus	29	Porsena	47
Virgilius	30	Phocion	48
Berosus	31	P. Lucullus	49
Antonius Musa	32		

Mulieres etiam olim forte habuerunt statuas, cum **4** Hyppiades statuæ mulieram equestres vocabantur, cuiusmodi fuisse videntur Amazonum, quæ mortaliū primæ equum scandere aitæ sunt, si Lysia oratori creditur.

Qui autem fuerint qui primo statuas inuenierint, ponit Polydotus *de inventoribus rerum, lib. 2. Cap. 13.* & ibi ponit, quomodo alias fuerint prohibite. Et de vnu Imaginum, quomodo & in quibus olim vtebatur imaginibus, & qui poterant, scribit Budæus in *Annotacionibus, in l. fin. ff. de orig. ear. dicam statim, ex quo dixit, quod hodie loco imaginum posteriora tempora vtuntur armis. Hodie apud nos loco istarum statuarum in inferioribus à Principibus sunt monumenta, seu sepulchra eleuata: alij faciunt ea extra & supra terram eleuati ex altitudine trium pedum vel circa, & supra magnum, & latum lapidem, vel marmorem ponit nonnunquam in medio chori ecclesiæ, yr. pattoni, & fundatores Ecclesiarum, puta Præcipes, Daces, Barones, & huiusmodi. Reges autem nostri faciunt sibi erigere statuas, & ex more cuique Regi post eius mortem erigitur statua in palatio Parisiensi. & fit talis, quod per eam demonstratur, qualis fuerit regiminis: quoniam si fuerit bonus, prudens, & verus Rex, sic quod suo tempore iustitiam administraverit, habet manus elevatas, & in altum tendentes: si vero male aut vnicam, vel ambas habet depressas, & basi tendentes, & per hæc denotatur, quod fuit malus administrator Iustitiae: quod timens Ludouicus undecimus, ne in statua eius post mortem fieret hæc depressione manuum vel manus, eius vita durante fecit fieri suam statuam, & sunt numero sexaginta duo, usque ad Franciscum primum, qui hodie regnat; & quilibet illorum habet suum epitaphium, per quod ostenditur, quot annis vixerit seu regnauerit, & licet ad ine nullo modo deuenient, tamen alia hic ex Chronicis & Francorum gestis calculando illorum tempora descripsi.*



### De Regibus Franciæ Carmen.

**Spice quo Franci regnarunt tempore Reges.**  
**Quis prior & Regum Gallica scepira tulit:**

## PRIMA PARS

Pharamondus.

*Prima Pharamondus decimo si iunxerit unum  
Occupat, & Salique legu origo fuit.*

Cladio.

*Cladio succedit pacis seruator honeste,  
Quatuor incolumi corpore lustra videns.*

Meroueus.

*Meroueus sequitur, toto qui iustior orbe,  
Tradiderat decies annua iura pater.*

Childericus.

*Sex quater imperium Childericus posidet annis,  
Cum coco subito carpitur ense necis.*

Clodueus.

*Et Clodueus fidei seruator, & equi,  
Galica terdenis mesibus arua tenet.*

Childebertus.

*Iamque quater decies nonus superadditur annus,  
Childeberte tuum cum decus orbe cadit.*

Clotarius.

*Quinque suo decades Clotarius addidit anno,  
Attamen immensum contegu vrna caput.*

Childricus.

*Childricus decimo decies tres porrigit annos,  
Dicitur & probitas multa frisse viro.*

Gontranus.

*Hunc celere sequitur Gontranus tramite princeps,  
Biferna imperium seruat olympiade.*

Childebertus I I.

*Prosperior dictus Childebertus præsidet annis  
Bisseptem, duras ed iacet alter humo.*

Theodobertus.

*Mox Theodobertus decimo cum iungere annos  
Septem, tunc versa force relictus abit.*

Theodoricus.

*Vix vim addideras cum cu Theodorice, tandem  
Imperi celsa protinus arce cadu.*

Clotarius.

*Vndeciesque quater postius Clotarius armis,  
Insignis populo libera iura dedit.*

Dagobertus.

*Tum Dionysea Dagobertus conditor edis,  
Bisseptem æstates tradidit imperio.*

Clodoneus.

*Clodouee tibi decimo coniungere sextum.  
Non datur, in fatum tendere nemo potest.*

Clotarius.

*Cum tibi fallaci vultu fortuna minatur,  
Clotari, quartus respuit annus opes.*

Childericus.

*Et tandem decimus septem vix iungitur annus,  
Childrici nocuo cum perit ense decus.*

Theodoricus.

*Atque nouem decem Theodoricus iunxerat annos,  
Æthercum celeri cum pede carpit iter.*

Clodoueus.

*At Clodoueus sola trieteride regnans,  
Saucius incerte cuspidé mortuus abest.*

Childebertus.

*Bis decies rutilans Phœbus compleuerat orbes,  
Cum Childeberti Gallica sceptra ruunt.*

Dagobertus.

*Vnica cum soboles Dagobertus regna ministrat,  
Sed sua sub quarto lilia sole cadunt.*

Clotarius.

*Insignis totidem Clotarius induit annos,  
Cuius inexuncto nomine fama volat.*

Childericus.

*Vix adit imperium Childericus, fata repente  
Vertuntur, lapsu labitur ille graui.*

Theodoricus.

*Non puduit molli Theodorice viuere lustro,  
Sed vetuio tandem virtus amore cadi.*

Carolus Martellus.

*Iam Martellus adeſt, belli cui firma potestas,  
Imperium quinta linquit olympiade.*

Pipinus Parvus.

*Quinque ter atque tribus Gallus Pipinus habetur,  
Maximo cui paruo corpore virtus erat.*

Carolus Magnus.

*Maior hic imperio dominatur Carolus omni,  
Per binas hyemes lustraque iure nouem.*

Ludouicus Pius.

*Bis denisque Pius Ludouicus quinque peractis  
Imperat, & mortis vulnere pulsus obit.*

Carolus Calvus.

*Carolus octauum terdenis præbuit annum,  
Hausta sed innocuo toxica corde nocent.*

Ludouicus Balbus.

*At Balbus binis Ludouicus præbuit annis,  
Galica non modico robore scepera tenens.*

Ludouicus III.

*Heu Ludouice tibi dextro quid sceptra feruntur  
Sydere, cuius lustro tollitur umbra breui?*

Carlonus.

*Vix totidem regno Carlonus traditur, ecce  
Sydere tenuis spiritus arte iacet.*

Ludouicus Iners.

*Mox Ludouicus adeſt, Lachesis cui bina repente  
Tradidit inmitis stamine lustra suo.*

Carolus Simplex.

*Bisseptemque tribus regnauit Carolus annis,  
Et humili simplex pectore dictus erat.*

Rodulphus.

*Ter quater insignis dominatur Lande Rodulphus,  
Ecce repentino turbine pulsus abest.*

Ludouicus IV.

*Ter numcrant bis sex Ludouici tempora Regis,  
Robore cui subsumt pars tropæa suæ.*

Lotharius.

*Lothari primus terdenis iungitur annis,  
Gallia magnanimo tunc manet orba duce.*

Ludouicus.

*Cui soboles nulla est primoque extinguis in anno,  
Hac Ludouice breui sunt data scepera die.*

Hugo Capetus.

*Virtus ipsa pater nono cum viuitur anno,  
Conditur iniuncta sorte Capetus humo.*

Robertus.

*Bis deciesque quater dominatur iure Robertus,  
Qui prius hostilem terruit ense manum!*

Henricus.

*Ter tribuunt decade Henrici fata, nec unquam  
Largior in magno munere dextra fuit.*

Philippus.

*Sex decies tandem quartus tibi iungitur annus,  
Libera cum populo iura Philippe canis.*

Ludouicus Grossus.

*Iam Ludouicus adeſt, morii ſed ille propinquus,  
Altero cum nevit bis tria lustra foror.*

Ludouicus Iunior.

*Hincque quater decies Ludouicus prefuit annis,  
Atque tribus victo vitor ab hoste manet.*

Philip-

Philippus Augustus.  
*Gallerum totidem moderatur regna Philippus,  
 Nobile cui valido corpore robur erat.*  
 Ludouicus VIII.  
*Florida quam celeri truncantur flamina motu,  
 Sed prius autumnos ter Ludouice vides.*  
 Ludouicus Sanctus.  
*Sancte quater decies, annis cum quinque peractis,  
 Imperium merito iam Ludouice tenes.*  
 Philippus Posterior.  
*Vixit in audito regno probitate coruscans,  
 Posterior septem lustra Philippus habet.*  
 Philippus Pulcher.  
*Iamque quater septem Pulcher coniunxerat annos,  
 Tunc immaturo labitur umbra die.*  
 Ludouicus Hutinus.  
*Per binas hyemes regni vix scepta feruntur,  
 Cum Ludouice tibi trifia fata nocent.*  
 Philippus Longus  
*Insignis sextum Longus numerauerat annum,  
 Gratia cui grato corde virilis erat.*  
 Carolus Pulcher.  
*Carolus hinc sequitur, bina trieteride Gallis  
 Praesidet, & pulchro grator ore fuit.*  
 Philippus Valelius.  
*Felici valida moderaru sorte Valebi,  
 Ea deciesque tribus scepta tenere datur.*  
 Ioannes.  
*Tunc Ioanni nec nono coniungere sextum,  
 Toxicis propulsis legibus Angla sinunt.*  
 Carolus.  
*Carle decennali sextus cum iungitur annus,  
 Tunc virtus Galla perditur omnis humo.*  
 Carolus.  
*Trifia si numerant florentia tempora Carli,  
 Hac deciesque quater binaque cernit hyems.*  
 Carolus.  
*Sepius ex Anglo victoria dona rebelli,  
 Tertiater decies Carolus ecce tenet.*  
 Ludouicus XI.  
*Ast Ludouicus adeps clarus, nec inferior illo,  
 Ea tria si memini, nunc sua lustra ferunt.*  
 Carolus VIII.  
*Hostibus hic vicit vicit remeauit in orbem,  
 Carolus, & vicitus post tria lustra cadit.*  
 Ludouicus XII.  
*Eis septemque tribus Ludouicus praesidet annis.  
 Cuius & in toto floruit orbe decus.*  
 Franciscus I.  
*Iam Franciscus adeps Gallus generosior illo  
 Alter & in toto non fuit orbe prior.*  
*Magnanimus bello (lustru vix quinque peractis)  
 Cum decorat meritum parta corona caput.*  
*Helvetius dextro domuit qui Marte rebellis,  
 Oppida vicerici tradit & alta manu.*  
*Imposuisse potens Anglo qui frena feroci  
 Sadulus, hic patrio ductus amore natus.*  
*Italiam pergit, Francum remeauit in orbem  
 Sepius, & pulsis hostibus ultor adeps.*

**T**RIGESIMASEXTA consideratio est. Etiam honor consistit in triumphi receptione, cum duces belli aut Principes victoriam contra hostes & inimicos obtinuerint, de victoria triumphabant: hoc est, in introitu ciuitatis auratis curribus vehebantur, quos albi trahabant equi, capite lauro coronato. Pompeij tamen currum in triumpho Aphrico traxerunt elephanti. Quem imitatus Cæsar vectus est elephantis quadraginta dextera laevaque lychnos gestantibus, auctore Tranquillo. Et Gordiano quadrigæ elephantium decretæ sunt triumpho Persico. Habuit & Au-

telianus currum cum quatuor cervis iunctis.

Morisque fait, ut in triumphatum currum sedarent eorum filii. Vnde & Aemylius Paulus speciosissimo triumpho filium duxit, quem triduo post ammisit.

Triumphatem sequebantur laureati milites triumphantis, ut quia lautus semper viret, signum esset rem publica florere.

Item captivi hostium duces in triumpho circumiecti, præcedebant currum triumphalem.

Item triumphantis rem diuinam facientis verba erant: *Dy, quorum natus & imperio nata, & au-  
da est res Romana, eandem placati propitiisque ser-  
nate.*

Item moris erat Consules ad cenam invitari à triumphante: deinde rogari, ut venire supersederent, ne esset aliquis maioris imperij & autoritatis triumphante.

Item in triumpho lignæ turres, & captarum ur-  
bium, arcium, & montium simulacra, omniumque vi-  
ctorum simulacra, aurum præterea & argentum fere-  
batur.

Moris item fuit Imperatoribus belli civilis victo-  
ria quantumvis magna non triumphare, quia ciues, non hostes occidissent.

Item ut milites & abiectissimi quique triumpha-  
lem currum sequentes, diuersis coniunctis triumphan-  
tes incesserent, ne prospera illa fortuna plus æquo super-  
bitent & insolecerent. Sic triumphante Cæsare  
milites dixerunt: *Gallias subigit Cæsar, Nicomedes  
Cæsarem. Item, Romani servate uxores, Mæchum cal-  
num vobis adducimus.*

Ventidium quoque Bassum Parthico triumpho si-  
cuti milites decantarunt: *Qui Mulos fricabat, factus  
est Confusus.*

Porro lege cautum erat, ne dux triumphatus ante triumphi initium urbem ingredieretur.

Item ne quis triumpharet, qui minus, quam quinque hostium millia vna acie superasset.

Nulli item licuit triumphare, qui nec Dictator, neque Praetor, nec Consul res gerisset. Nec pro instan-  
tato, sed aucto dumtaxat imperio triumphus conce-  
debat.

Item nemini prius decernebatur triumphus, quam  
regionem (de qua triumphatus erat) successori pa-  
catam reliquerit.

Item pœna à lege erat constituta ei, qui super interfectorum numero mentiretur. Ideo triumphan-  
tes urbem ingressi de veritate apud Censores iura-  
bant.

Item triumphantes habebant Iouis insignia, faciemque è rubrica illinibant, ut esset coloris ætherei sce-  
ptrumque gerebant.

Qui autem de diuersis regibus, & populis trium-  
pharunt (ut scripsit Textor in sua Officina) sunt se-  
quentes.

Lucius Attilius Catilinus triumphauit de Sardis.  
 Gn. Dominicus de Aruernis, & Batulo coruti-  
duce.

Livius Salinator de Illyriis seu de Hasdrubale, ut  
testatur Livius lib. 37.

Marcus Attilus regulus de Salentinis.

Paulus Aemylius junior de Liguribus, & Petseo  
Macedonum rege, cuius triumphi ordine pulchre  
recitat Philippus Bergomensis in suo supplemento  
Chronicorum.

Menenius Agrippa Lanatus de Sabiniis:

# PRIMA PARS

Marcus Antonius Triumvir de Armenia Rege.

Marcus Aquilius consul de Aristonicus Rege.

Iunius Bubulcus Brutus Dictator Aequos subegit, ac die octavo de eisdem triumphauit.

Furius Camillus Veios decennali obsidione domuit, ac de eisdem triumphauit.

Sp. Cassio duo triumphi contigerunt.

M. Cutius de Samnitibus & Sabinis.

Publius Decius Iunior de Samnitibus.

Gn. Dauidius primus de nauali victoria triumphauit.

Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis, Samnitibus, Vmbbris, Marsis, ac Thuscis triumphauit.

Fabius Gurges de Samnitibus.

Q. Fabius Max. de Liguribus, de Lybicis. Aethr. Samnitibusque, & aliis multis nationibus triumphos quinque egit.

Gneus Fulvius Flaccus de Samnitibus.

M. Fulvius Nobilior ouavit de Aetolis, triumphauit de Ambraciensibus.

L. Lucetius Tricipitinus de Volscis.

Marius de Teutonibus & Iugurtha.

Propertius lib. 4.

Dij melius, quantus mulier foret una triumphus,

Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.

Q. Cec. Metellus de Iugurtha & Numidicis.

L. Mumius de Achæis.

M. Horat. cōsul de Sabinis sine autoritate senatus.

L. Papyrius Cursor de Samnitibus.

L. Papyrius Crassus eius filius de Priernatibus.

Gn. Pompeius Magni Pompeij pater de Picentibus.

Pompeius Magnus de Larba, Mithridate, Ariostobulo Rego Iudæorum. Hic triumphus maximus ac splendidissimus omnium fuit, qui hactenus Romæ fuerunt.

Aul. Posthumus Tubero de Volscis.

L. Amylius Paulus de Liguribus.

Q. Capitolinus quinques consul de Volscis.

Scipio Africanus de Hannibale, & Syphace Numidæ Rege, cuius triumphi formam Appianus historicus stylo diligenter perscripsit.

Sulpitius de reliquiis Brenni.

L. Valer. Valesij filius de Veientibus, & Sabinis.

Val. Corvinus, qui sexies fuit consul, de Samnit.

L. Valerius Potitus de Volscis, & Aequis sine autoritate Senatus.

M. Atilius Glabrio de Antiocho, & Aetolis.

Aurelia. Imp. de Zenobia Palmirenorum regna.

Septimus Seuer. Imp. de Arabibus & Adiabenis.

Dagobertus Rex Francorum de Saxonibus.

Papyrius Naso de Corsis.

Iulius Cæsar, confectis bellis, quinques triumphauit: primum triumphum egit Galliæ. Sequente Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africani, nouissimum Hispaniensem.

Triumphauit Bacchus de Indis, & primus omnium triumphauit veetus Indico elephanto, ut scribit Diodorus, & diadema regium ad triumphum inuenit.

Tatius de Sabinia.

Gordianus de Persis.

M. Claudius Marcellus de Hiberis.

Augustus curules triumphos tres egit: Dalmaticum, Aetiacum, Alexandrinum continuo triduo.

Antonius Commodus triumphauit de Germanis.

Domitianus de Dacis & Catiss.

Papyrius Cursor de Corsis in monte Albano.

Paulus Orosius, & cum eo Blondus Foroiuliensis scribunt Romanos triumphos numero fuisse 330.

Vltimus omnium triumphauit Probus Imperator de Germanis & Benniis omnium gentium ferociissimos.

Qui triumphabat, triplici iudicio honorabatur. Primo exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat, secundo Senatus, tertio populus. Erat autem triumphus omnium honorum, qui à populo Romano dari solebat, maximus. Nam illa pompa solennis erat, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria, ut dictum est. Et que in admodum Romani victoribus Imp. suis magnum honorem, & triumphum psallendo, & cantando impenderunt, qui hostibus superatis Romanam rediissent: Sic etiam 1. Reg. 17. legitur de Dauid, postquam Goliam quinque lapidibus occidit, & populū eius vicit, reuersus, cum magna gloria receptus est à suis, & mulieres in eius laudem cecinetū dicentes, Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Exo. 15. c. dicitur, quod quando Dominus liberavit Israel de manu Ægypti, & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, tunc Moyses cecinit carmen hoc Domino: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascenforem proiecit in mari. Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem, &c. Similiter Maria soror Moysis & Aaron lumpsit tympanum in manu, egressaque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris praæcentes & dicentes, Cantemus Domino, &c. Sed maior victoria & triumphus, & de quo major laudis honor impendi debet, est de gloriola & triumphanti resurrectione Imper. nostri Iesu Christi, qui magnifice triumphando ab inferis ad nos reuersus fuit, ut per pulchre scribit Bern. de Bustis in 2. parte sui Rosarij, ser. 17. in princ. Similiter Iudas Machabeus superatis hostibus opinicia, solemnitatem, festivitatem & gratiarum actionem celebravit pro parte victoria, ut habetur 2. Machab. 8. ibi: Et cum opinicia agerent in Ierosolymis. Et habetur Apoc. 3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vita, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius. Ideo triumphantes indui debent, & ornari vestimentis albis, ut fecit Ludo. XII. habita victoria contra Genuenses, dum ingredetur Genuam, anno 1580. dixi infra ista parte 28. considera. 62. concl. Legitur & Iudith. cap. 15. quod postquam Iudith iugulavit Holofernem, & Allytij vieti fuerunt, omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus, & iuuenib. in organis & cirharris, & c. seq. scribit, quod tunc cantravit cantus Domino dicens: Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalibus, modulamini illud Psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius, &c. Et factum est post haec: Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum, & mox, ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & re promissiones suas. Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriarum celebratum est cum Iudith.

Quis vero primus apud Romanos triumphum, aut orationem duxerit, scribit Polydorus Vergilius libro secundo, capite decimo sexto, de Inuentoribus rerum, & ibi de multis, qui triumphaverunt. Plinius vero 7. Natur. Histor. inter plura alia de laude Cicer. ait, quod primus in toga triumphum, lingueque laetare meruit.

Macrob. ih. Saturn. dicit, Bullam esse insigne triumphantium. Quomodo autem fiebat, ad quid & ubi porta-

portabatur hæc Bulla, vide Calepinum in ipsius dictio.  
in verbo, Bulla. Toga regia, quæ erat auro, & purpura  
intexta, qua reges vtebantur, à Liuio inter insignia  
triumphantis numeratur, purpura ante vocata, & erat  
sine pictura. Erant etiam alia ornamenta triumphalia,  
vt Liu. et adit lib. 30. aurea corona, aurea patera, sella  
curulis eburnea, scipio eburneus, tota picta, palmata  
tunica.

**T**rigesima septima consideratio. Honor consistit  
in bibendo in auro, esse secundum post regem,  
vestiri purpura, & cognatum principis vocari: vt ha-  
betur 2. Esdra 3. cap. maxime (vt dicit ibi text.) propter  
sapientiam. Hinc videamus, quod doctores tan-  
quam sapientes, & scientia præcellentibus, parentes prin-  
cipis vocantur, per text. & gl. in Lex diuini Pii. C. de lo-  
car. vbi Domitius Vlpianus, qui erat præfectus præ-  
torio, ab Alexand. Imperatore eius parentis nuncipatur.  
Etiam antecessores principis dicuntur, per text. in  
9. cumque. & ibs noi. per gl. & dcl. in proœmio Institu-  
tionum.

**T**rigesima octava consideratio. Etiam honor con-  
sistit in delatione insignium, & armorum: Nam  
qui majoribus insignibus vtruntur, majoribus hono-  
ribus præfulgent, & in digniori loco collocari debent.  
Faciunt quæ dicunt doctores in cap. 2. apostolica. de  
priu. in 6. & in c. 1. 41. distinſt. cum tex. in cap. penul.  
extra. de vita & honest. cler. vbi ex qualitate, & precio-  
sitate ornamentorum, augetur dignitatis prærogativa.  
vt dixi infra in 4. part. in 32. consideratione. s. b. duodeci-  
mo Abbates. Et quælibet dignitas habet sua insignia:  
Nam Papa imponitur Frigium, Imperatori Diadema  
seu insula, Regi corona, Episcopo mitra, Archiepisco-  
po pallium, Doctori biretum, vt dicit Lucas de Penna  
in L. murileg. in prin. C. de murileg. lib. 11. de quibus  
omnibus infra dicam.

Hinc sumpta occasione hic scribam de insignibus  
diuersorum statuum mundi, & armis, tam princi-  
pium, dignitatum, quam aliorum, & de his sigillatim  
faciam centum conclusiones sequentes; remissive ta-  
men interdum ad loca sua in præsenti opere tachas;  
& primo faciam decem de insignibus, & alias de ar-  
mis.

**P**rima conclusio sit de insignibus regum  
Romanorum. Nam, vt resert Polydo-  
rus de inventoribus rerum libr. 2. capitu-  
lo. Romanorum regum insignia erant  
fasces cum securi, corona aurea, sella e-  
burnea, trabeæ curules, phaleræ, annuli, paludamenta  
prætexta, togæ pictæ, tunicaeque palmaræ, & omnia  
denique decora, quibus imperij dignitas eminebat. Ex  
duodecim Thuscix populis (quos Tarquinius Præfex  
subegit) originem habuere, quibus Tarquinius simul  
atque id senatus permisit primus vius est. Verum Ro-  
mulus ex more duodecim Herutrix populorum,  
qui singuli singulos regi statim creato lictores da-  
bant, antea 12. lictores assumpserit. Alij à numero au-  
num, quæ augurio regnum portenderant, eum secu-  
tu: n numerum autumant. Hi magistratibus ministraban-  
t, fascesque virgarum alligatos, cum securibus ge-  
stabant, & huiusmodi virgæ ex Betula arbore fieri  
consueverant, quæ est arbor Gallica, mirabili can-  
dore atque tenuitate, & terribilis magistratum vir-  
gis, secundum Plinium lib. 16. cap. 19. naturalis hi-  
storia.

**S**ecunda conclusio est. Etiam Diadema, & corona  
sunt insignia Imperatorum, & etiam sceptrum, vt

infra habetur in 5. part. in 19. consid. vbi ponitur etiam  
de rationali, de quo statim dicturus sum.

Sed prius videndum est varia esse genera corona-  
rum, & qui primus eas inuenierit, Polydorus de inuen-  
toribus rerum. lib. 15. cap. 17. resert, Liberum patrem  
coronatum repertorem fuisse, qui primus omnium  
imposuit capiti suo coronam ex hedera. Moyses ta-  
men, qui multis extatibus Liberum patrem præcessit,  
coronas aureas fecit, secundum Iosephum in 3. & 8.  
antiquitatum. Ægypti regum ( teste Cælio lectionum  
antiquarum, lib. 13. cap. 61.) mos fuit peruetus, Diade-  
mata serpentis aspidis imagine distincta gestare. Prin-  
cipio ex arborum ramis fieri coronas in ludis, & sa-  
cris certaminibus mos fuit. Postea varia florum mix-  
tura componi ceperunt. His Glycera primo adiuue-  
nit. Paulus post subiere quæ vocatæ sunt Ægyptiæ, si-  
ue Hyberniæ, factæ è bracteis ligneis siue eburnis, va-  
riis coloribus infectis. Deinde subsecutæ sunt è la-  
mina ænea tenui inaurata, aut argentea, quæ propter  
gracilitatem corolle dicuntur. Crassus autem diues  
primus suis ludis coronam aureis argenteisque foliis  
dedit, & alijs alias. Hinc denique multifariæ coronæ  
repertæ sunt, & in maximo pretio habitæ, precipue a-  
pud Romanos, & tempore consulum. Erant enim mi-  
litares coronæ, puta Triumphalis, qua donabantur  
seu coronabantur in triumphis Imperatores, seu  
triumphantibz dabatur, & ex lauro primitus siebat: quo-  
niam ea arbor præcipue est letitiae victoriatu: que  
nuncia: sed deinde ex auro fuit facta, & hæc dicitur  
aurum coronarium, erantque eiusdem & virtutis, &  
honorarij præmia.

Muralis dabatur ei, qui primus murum hostium  
subierat, seu oppidum hostium per vim ascendisset,  
hæc etiam aurea erat muri pinnis decorata.

Castrensis (quæ & vallaris dicitur; quia insigne val-  
li castrensis haberet) similiter aurea erat. hac donaba-  
tur qui primus hostium castra pugnando introisset, &  
irrupisset.

Naualis patiter aurea erat, & dabatur ei, qui  
primus maritimo prælio vi, & armis in hostium  
naue in transiliebat. Ea rostris nauium erat insi-  
gnita.

Oleagina, qua victores in Olympiaco certamine  
donabantur, vel ob conuersum hostem.

Oualis, quæ & myrtle dicebatur, dabatur his, qui  
urbem intrabant ouantes, quando bellum leviter, &  
sine cruento perfecissent, deditio[n]e facta: aut cum bel-  
la non recte indista esset, nec cum iusto hoste gesta,  
aut cum hostium nomen humile esset, ut seruorum  
aut Piratarum.

Obsidionalis dabatur duci, qui exercitum suum ab  
obsidione hostium liberasset, & dicta est graininea;  
quia siebat ex eo gramine, quod ibi natum fuerat, vbi  
obsidebantur. Hanc S. P. Q. R. Fabio maximo de-  
dit secundo bello Punico, quod urbe obsidione li-  
berasset. & hanc Plinius lib. 22. aliis nobiliorem fuisse  
dicit.

Ciuica corona erat celeberrima, quam ciuiis ciui, à  
quo in bello seruatus fuerat, & à morte liberalisset te-  
stem vita salutisque perceptæ dabat: & hæc siebat ex  
fronde querna: quoniam querus primum mortali-  
bus victam præbuit, qui glande vescebantur: vel quia  
Ioui (in cuius tutela sunt ciuitates) sacra quercus est.  
de hac Plin. lib. 6. meminit appellans eam militum  
virtutis insigne clarissimum. Vnde præclare Antoni-  
nus Pius, teste Capitolino, Scipionis recolendam sen-  
tentiam frequenter usurpabat, dictans se malle vnum  
ciuem servare, quam mille hostes occidere. Hanc

consuetudinem ciuib[us] claris coronas dandi secundum Valerium lib. 12. de institutis antiquis, Athenienses primi omnium introduxerunt, hoc honore laudissimo virtutis alimento primum Petilem decorantes, & coronantes. L. Gel. vir censorius censuit Cic. consulem hac ornandum coronam, quod eius opera atrocissima illa Catilinae coniuratio deleta vindicata que fuisset.

Hederalis dabatur Poetis.

Populea dabatur iuuenibus virtutem imitantibus & has coronas posuit etiam Lucas de Pen. in rub. C. de auro coronario, lib. 10. Et dicit idem in leg. 4. C. de vestib[us] alobieris. lib. 11. quod legitur in historia scholastica, quod quatuor sunt insignia regalia, scilicet purpura, fibula aurea, sceptrum & diadema, vel secundum Hugo. lib. 2. de sacramentis, sex sunt insignia, quibus excellētia regalis ordinis ostenditur, & sacramentum iustum figuratur: puta Annulus, per quem designatur fides, Armilla, per quam bona operatio. Sceptrum, quo iustitia. Gladius, quo vindicta. Purpura, per quam reverentia, & Diadema, per quod designatur in rege gloria.

**T**ertia conclusio est de rationali, quod erat olim insigne supremi seu maximi sacerdotis, vel secundum Beroaldum in Apulcium, Galerus, id est pilus rotundus in modum galeæ factus, erat insigne pontificum. Hodie vero est tiara. Guillelmus vero Durandus in suo rationali diuinorum officiorum libr. 3. cap. de indumentis legalibus, seu veteris testamento, dicit, quod secundum Mosaicam legem erant quatuor indumenta legalia tam minoribus sacerdotibus, quam principi sacerdotum communia, de quibus legitur Exod. 28.

Primum dicebatur Manastasim, quod Graece, bracca, Latine vero feminalia linea dici potest, de bysso retorta contextum: quo vrebantur pro eo, quod legitur Exod. 20. cap. in fin. Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudo tua. & Ezech. 24. Feminalia linea erunt in lumbis eorum.

Secundum Cathemone siue linea, quod nos subculam, vel albam, eratque bitcinum, & duplex.

Tertium Balthaeus, id est, zona, vel cingulum latum, quasi digitis quatuor contextum de bysso, purpura, & hyacintho, per quæ quatuor elementa significantur.

Quattuum est Tiara, quod nos mitulam vel mitram appellamus, à Tydari pontificiali plurimam distinxens, quasi formam rotundæ cassidæ repræsentans.

Super hæc quatuor communia, quatuor propriis indumentis pontifex vrebatur.

Primum erat tunica hyacinthina, quæ Latine talatis dicitur, quæ habebat pro fimbriis mala granata cum octoginta tintinnabulis aureis intercalari modo disposita, ut audiretur sonus, cum Pontifex ingredetur Sanctuarium, ne forte moreretur.

Secundum erat Ephot, id est, Superhumerales, de quatuor predictis coloribus auroque contextum sine manicis, ad modum colobij, habens aperturam in pectore quandam, ad magnitudinem palmi, in qua Longion eiusdem mensura inscrebatur. In cuius parte superiori videlicet super humeros infibulati erant auro duo lapides onychini, quibus duodecim nomina filiorum Israel erant insculpta, sex in uno, & sex in altero. Samuel autem, & David indui leguntur Ephot. Illud erat lineum: & proprie quidem Ephorar dicebatur.

Terrium dicebatur Hesecu, Graece Longion, Latine

vero rationale vocatur, quod pontifex cerebat in pectoro. dictum est autem rationale iudicij: quia ibi erat lapis, in cuius splendore sibi Deum esse propitiū cognoscebant. Erat autem rationale quadrangulum duplex in modum vnius palmi de quatuor predictis coloribus auroque contextum, habens duodecim lapides per quatuor ordines. In primo Sardium, Topazium & Smaragdum. In secundo Carbunculum, Sapphyrum, & Iaspideum. In tertio Ligurium, Achatem, & Amethystum. In quarto Chrysolitum, Onychinum, & Berillum: in quibus erant scripta duodecim nomina filiorum Israel in singulis singula, iuxta ordinem sue nativitatis. Erant enim in eo scripta hæc duo nomina, hurim, & thumlin, id est, veritas, & disciplina.

Quartum, & ultim uerat capitis ornementum, videlicet Tiara, sex Tydaris in acutum procedens, habens circulum aureum cum malis granatis, & floribus: ex qua supra frontem pendebat aurea lamina quam Petalum dicunt, ad modum lunæ dimidiæ, in qua scriptum erat, Anoth. Adon uisid est, sanctum nomen Domini. Tetragrammaton, id est, quatuor literarum, ne vero cum inouebat Pontifex, moueretur & lamina, ligabatur vitta, seu iunctura hyacinthina perspicua, quæ summitates posteriores diffundebat.

Noster ergo pontifex pro sc̄enicalibus habet sandalia: pro linea, albam: pro baltheo, cingulum: pro pederi, tunicam: pro Ephor, amictum vel stolam: pro Longio, pallium: pro Tydari seu Tiara, mitram: pro lamina, crucem: & quedam ex his diuersam habent formam ab illis, sed eandem figuram. hæc ille. Et post historiam ibi per eum positam vide, quomodo declarat secundum allegoriam & tropologiam. Et aduerte quia Papa non vtitur baculo, sed tantum inferiores prælati, ut infra dicetur.

Aduerte etiam, quod chlamydem purpuream, tamnicam hyacinthiam, coronam, frigium, lorum, & superhumerales habet ex concessione Constantini Imperatoris: ut dicit ipse Durandus in d. lib. 3. cap. de m. &c. & de hoc habetur in Canon. Constantinus II. 69. distincto.

**Q**vara conclusio erit de insignibus Patriarcharum, Cardinalium, & Archiepiscoporum. Nam Patriarchæ, & Archiepiscopi habent crucem, quam ante se deferri faciunt. vi habetur per Card. in elev. 2. in prim. de prius reg. habent & pallium, & etiam nonnulli episcopi, de quo dicturus sum in 4. parte, in 26. consideratione.

Innocentius I V. in concilio Lugdunensi Cardinalibus insigne dedit, quod capite perpetuo deferre debent, hoc est, rubrum galenum. Idque diligenter seruatur secundum Gaguinum in suis Chronis super Francorum gestis, in vita domini Ludovici.

**Q**uinta conclusio. Episcopi vero habent mitram, quæ habet duo cornua, ad denotandum, quod debent lete vetus, & nouum testamentum: ut habetur per Archidiaconum, & Ioanne de Turrecrem. in c. disiplina 45. d. s. Et quod mitra sit episcopale, & pileus regale insigne, test. est. & ibi Bald. notat, in c. inter dilectos. q. sed contra, extra de fide inst. etiam mitra episcopalis dicitur Cidaris.

Hæc vero mitra est loco Tiare seu Cidaris, ut dixit Durandus in loco predicto. Sed & alia sunt ornamenta Praelatorum, ut sunt Dalmatica, chirothecæ, annulus, & baculus, de quibus hic infra. & isto non vtitur Papa. c. 1. de sacra vesti. ad f. sed vtūtū episcopi, & cō-

pagis scand. aliis. 93. dist. c. nonnulli. g. compagis, &c. seq.  
& annulo celeri de vir. q̄ bon. cle. extra. Et de his o-  
mnibus vid. per dictum Durandum in praetatio loco,  
vbi ample.

Sed v̄lus talium Pontificalium non competit in-  
ferioribus ab episcopis de iure communi, & ista om-  
nia tendunt ad gloriam, honorem, & magnificentiam  
ecclesiastum, & non in amplitudinem officij dantur,  
quando conceduntur inferioribus prælatis, puta ab-  
batibus, & ideo dicit Geminianus in c. vt apostolica. de  
priuilegiis. in 6. quod hæc operantur pontificalia in istis,  
quod genitalia in multis.

Netamen scandalum in ecclesia generetur, abba-  
tes, & inferiores prælati exempti ab episcopis, si ha-  
beant priuilegium portandi mitram, possunt tantum  
vt in concilii & synodis episcopalibus, non tamen  
aureas vel argenteas laminas habentibus. Non exem-  
pti vero simplicibus, & albis, ac planis vrantur. Ita  
est texus ad literam in 4. cap. vt apostolica. de priuilegiis. in 6.

Aduerte, quod exempti non possunt talia deserre in  
potentia episcopi sive diœcesis, nisi hoc habeant ex  
speciali priuilegio, vt dicit ibi text. & Geminianus ex  
allo text. per hoc enim detrahitur honori episcopi. &  
ibi ponit Geminianus, quod exempti debent in or-  
dine præfetti non exemptis. dixi alibi plene.

**S**exta conclusio ex premisis est: quod & isti princi-  
pes seu pastores habent aliud infligne, quod dicitur  
virga, seu baculus: quo vrantur maximi viri Ecclesiastici.  
Vnde dicit text. in c. inter dilectos. §. sed & contra.  
& ibi Bald. exira de fide instru. quod Baculus est  
pastoris, & sceptrum est regis: & vt dicit Aug. Da-  
thus lib. 3. suarum orationum oratione 38. bonus pastor,  
qui iuxta salvatoris vocem animam suam dat pro ouibus suis, quintuplicem virginem gestare perhibetur. Vir-  
gam disciplinæ, per quam audacium & improborum hominum insolentiam compescat: Virginem potestatis quam iuste præsit. Virginem cognitionis, & scientie, per quam instruat. Virginem custodiæ, per quam iustitiam, liberalitatem, pacem, & legum disciplinam custodiat ac tueatur. Virginem miserationis, per quam tenuioribus, & iniuria laborantibus pie mitericorditerque subueniat. Virginem debellationis, per quam victoriam assequatur.

Datur igitur virga prætoribus, propter disciplinam.

Datur principibus, propter suminam regendi potes-  
tatem.

Datur senioribus, in quibus sapientia manus ex-  
cellit.

Datur præsidibus, ad custodiam obeundam.

Datur regibus ad manuetudinem, & clementiam exerceendam.

Datur imperatoribus, ad hostilem impetum co-  
cendum, atque iniuriam propulsandam.

Et, vt ibi dicit, assumpit Zacharias propheta virginem duas ac pauit gregem suum: ac duæ virginem quidem sunt præclaræ eximæque virtutes: altera iustitia, altera vero mansuetudo, per quas possit, qui imperat, parcere subiectis, & debellare superbos, de quibus per prophetam Dominus: Visuabe, inquit, eos in vir-  
ga ferrea. Virginem autem tenebat Assuerus Rex, campique fletebat illis, qui eius iniussu ipsius thalamum fuisse ingressi, ut liquido pateat populos ad obsequia atque obedientiam principum eruditri oportere. Rha-  
damanthus, & Aæcius, Platone testante, virginem tenen-  
dum iudicant. Minos vero considerans sedet solus, ha-  
bens aureum sceptrum, vt de eo inquit Ulysses apud Homerum, vidisse sceptrum tenentem, iura mortuis

dantem & magistratus quoque & rectum iudicij ex-  
amen dispicere, & iustum iudicium debet iudicare.  
Nempe virga hæc iustitiam designat, & potestatem.  
Virga directionis, inquit propheta, virga regni tui. Et  
virga quidem corripit delinquentes, quemadmodum  
& baculus imbecilles tuetur, ac sustinet. Virgatua, ait  
propheta Psa. 22. & baculus tuus, ipsa me consolata suni:  
Hoc virga, inquit, velut demissa cælius hostium vim  
arcet, ac denitat infida; dicente propheta Psal. 111. Vir-  
gam virtutis tua emittet Deus ex Sion: dominare in me-  
dio inimicorum tuorum. Quod si arca fœdetis in veteri  
testamento duo continebat, scilicet manna, & virginem;  
satis argumenti esse debet, magna in hoc præclaro in-  
signia mysteria contineri: videlicet manna, vt denota-  
ret in prælatis & pastoribus dulcedinem exhorta-  
tionis ad bonum quo ad bonos: & virginem, vt denota-  
ret correctionem quo ad malos, secundum etiæ, quod  
lex hoc contingere debet secundum Philosophum Io.  
Ethicor. vt refert & sequitur Io. de Turrecremata in c.  
disciplina 45. dist. vi. 1. cap. pro quo facit text. in c. omnis  
autem lex. 3. dist. vii. in c. facta sunt autem. 4. distin. & in  
l. 1. vers. n. in ut elega. ter. ff. de inst. & iure.

Has duas virginas solent deferre, & gerere reges Frâ-  
cia cum depinguntur, aut eorum imagines, seu statu-  
fiunt, & eleuantur. Quoniam unam virginem portant  
in manu dextera: in qua supra in summitate virga est  
vnum lilyum, quod habet vim sceptri, & ad instar sce-  
ptri fit. Alteram vero gerit in manu sinistra, in cuius  
apice est representatio manus, quod habet vim iusti-  
tiae, & illius administrationis: & modo quo iustitiam  
administrauerint, & regnum gubernauerint; habent  
prædictas manus. Quoniam si bene:habent manus e-  
levatas; quia iustitia de cælo prospexit, quam manus  
demonstrat; si male, habent manus depresso, vt denota-  
tet mala eorum administratio iustitiae. Et sic illa ma-  
nus posita super virginem denotat autoritatem, corre-  
ctionem, dignitatem, & potestatem, quam debet ha-  
bere princeps in subditos in virga pastorali.

Quæceret forsitan aliquis, quare summus Pontifex  
non vtitur virga pastorali, & tamen alij inferiores ca-  
vuntur. Guillelmus Durandus in dicto 3. lib. in cap. de  
baculo, ponit rationem historiæ, & rationem mysteri-  
cam.

Historia est, quoniam B. Petrus Apostolus Martia-  
lem discipulum suum (quem dominus inter discipu-  
los constituit, cum dixerit: Nisi efficiamini sicut par-  
vulus ille, non intrabitis in regnum cælorum) misit cum  
quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, quo in  
via ad viginti dies defuncto collega eius redit ad  
nunciandum hoc Petro. Cui Petrus: Accipe hunc ba-  
culum & tangens eum dic: surge in nomine Domini, &  
predicas. ille vero in vigesimo die à tempore mortis  
missus retigit eum, & surrexit, & prædicauit, & ita Pe-  
trus baculum à se amouit, & subditis dedit, nec recu-  
perauit.

Innocentius vero Papa III. in Speculo ecclesie scri-  
psit, quod Beatus Petrus misit baculum suum Eu-  
chario Treuirorum episcopo: quem vna cum Vale-  
rio, & Materno ad prædicandum Euangelium gen-  
ti Teutonicæ destinavit. Cui successit Maternus in e-  
piscopatu, qui per baculum Petri de morte fuerat  
incitatus, quem baculum usque hodie cum magna  
veneratione Triurensis ecclesia seruauit, & adhuc  
seruattimo Papa in illa diœcesi vtitur baculo, & non  
alibi.

Mystica vero ratio est; quia baculus in summitate  
curvis est quasi ad attrahendum: quod in Romano  
Pontifice necesse non est. Quia nullus ab eo finaliter

diuertere potest. Hæc ratio mihi videtur fruola; cum Romanus pontifex magis ad se habeat attrahere deuiantes, & errantes à fide catholica, quam alij prælati. Cum ex quo est caput ecclesiæ catholice, ad ipsum magis spectat purgare errores, quam ad membra. Et dicit B. Thom. quod Papa non habet coarctatam potestatem, quæ donatur in curatōne baculi, ut dicit Fel. in rub. de const. col. 2. ver. bene facit quod nos. B. Tha.

Præterea, ut dicit idem Durandus, per baculum designatur coertia, quam quia exenti pontifices ab homine recipiunt, ideo à solis superioribus baculos recipiunt, & habent. Romanus vero Pontifex; quia potestatem à solo Deo accipit, baculum non habet. Hæc ratio adhuc non mihi videtur consonanea quia etiam Romanus Pontifex potestatem saltem secundario accipit ab electoribus. secundum text. in c. vbi periculum. de elect. in 6. Imo potius videretur, quod virgam & baculum potius deberet habere, quam alij. Quoniam cum capite, scilicet Christo, conuenit, deberet illum habere, ut Christi potestatem signaret: de qua habetur Psal. 44. *Virga recta sua directionis virtus regit: quia dilexisti iustitiam, odio iniquitatem.* Propter quod alibi dicitur: *Reges eos in virga ferrea, dicitia ferri vigorem signat aequitatis, qua Christus tanquam vas sigilli peccatores confringet.* Verum potestas Christi non solum est virga, sed baculus: quia non solum corrigit, sed etiam suertat. Vnde Psal. 22. iam superius all. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata es.* Sic exemplo Christi sumimus pontifex, tanquam eius vicarius, non debet esse sine baculo. Saltem si non vult eo uti pro coertia, quod denotaret consolationem; sicut hodie videimus nostros summos pontifices esse multum consolatiuos, præsertim in concessione Indulgentiarum, gratis, quod facere debent. & omnia sua conuertendo in defensionem Christianitatis, quæ iam his nostris temporibus tanta passa est, ut de expurgatione, & captiuitate Rhodi videimus, & adhuc non est sine magno peticulo, quod multa parietur, propter gueras, & dissensiones Christianorum, que nunc sunt inter principes Christianos, quas debet summus Pont. suo baculo sedare, & pacificare, illos compellendo ad pacem pro tutitione Christianitatis, illis auxiliū, & fauorem tam in pecuniis, quam hominibus armatis præstando. Ecce quomodo baculo suo uti deberet, Deus omnipotens in omnibus prouideat.

De insignibus vero principum, Imperatoris scilicet & Regum, ponitur infra in pars. in 19. consider. cum seq. vbi ponitur de Diademe, & Corona, que sunt insignia Imperatorum & Regum: etiam de Sceptro, ut iam prædictum est.

**S**extima conclusio. Insigne senatorum, seu ordinis Senatorij erat latusclavius secundum Sueton. in vita Cæsaris Dictatoris. & calcens lunatus, qui tunen communis nobilitatis fuisse puratur. Inuenialis de Quintil. Appositum negre iunum subtextit aliud. Cic. Philip. Est enim solum quidam senator voluntarius letitus, ipse a se apertam curiam videt, post Cæsaris mortem mutantem calcet, pater conscriptus reperire factus est, id est, latuclavius in eam sumpsit.

Latusclavius, quod etiam Laticlavius dicitur, pro senatoria dignitate ponitur: & ius annulorum auctorum, pro equestri ordine, ut dicit Budrus in l. vi. de senatoribus. ff. vbi etiam refert, quod Laticlavius est tunica purpurea prætexta latior, & longior tunica vulgari ac discincta, cui toga superinductatur ut tunica: & tali veste Tullius Hostilius primus est regibus

Romanis vsus est. Credo, quod hodie sit cappa seu ille mantellus magnus, latus, longus, & tubeus, quem deferunt præsidentes in Consistoriis seu Parlamentis cum reddunt ius, seu pronuntiant Arresta curiæ populo. Qui loco lictorum etiam habent ostiarios cum virga alba & tenui.

Legitur apud Plutarchum in Problem. quod lictores cum lecuri, & virgarum fascibus, prætexta vestis cum eburneo curru erant insignia consulium. Sicut Lituus augurum secundum Cic. i. de diuin. Tunica picta cum æneo pectoris tegmine Saliorum Mattis, ut inquit Luius lib. 1. ab urbe condita. Spicca corona, & alba infusa fratribus Atualium, teste Gellio lib. 6. cap. 7. principis judicium Ægyptiorum aurea catena ē collo suspensa, qua pendebat signum, quod veritatem dicebant. autore Diodoro lib. 2.

**O**ctaua conclusio. Insignia militaria sunt plura, ensis scilicet, torque aureus, & calcaria deaurata: de quibus infra dixi in nostra parte, in pluribus consideratio ibi, & quemadmodum hasta est signum bellicosa caducum est pacis.

De insignibus vero literatorum, infra dicam in 10. parte, n. 36. coi. s. t. Nota tamen, quod sicut purpura est regum, ut dixi, & probatur per totum titulum, de velib. oloberis. lib. II. C. & in l. vi. C. qui militare non poss. lib. 12 ita chlamys militum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, habitus eusticorum, cencilla monachorum appellatur, ut in glo. in verb. fibulio. i. l. tonio. C. nulli licet infreni. lib. II. de quo meminit Bald. in capit. causam col. 1. extra de probat.

**N**ona conclusio. Repetitur ex communi vsu etiam aliud insigne, quod est Ducum, comitum & Marchionum: & est pileus circundatus quadam corona rotunda, non erecta, nec ascendentē in modum zonæ circumdantis pileum, & apud nos ita seruatur, ita quod licet duces habeant iura regalia, non tamen portant coronam erectam prout Reges.

Et de huiusmodi pilei ducalis inuentione, seu introductione pro fuligine seu infusa, non video originem, nisi eam; quia cum capiebantur olim servii aut captiui, sequebantur ducem in triumpho, & post eum deferebant pileum, ut de Terentio capro à Scipione Africano, qui illum sequendo deferebat pileum in triumpho ipsius tanquam ducis, ut refert Quintilianus in gladiatore. de quo meminit Lucas de Penna in l. muris legi. Cond. de muris legi. lib. II. Ex quo postmodum in signum huius triumphi duces accepérunt pro corona pileum, & iste modus apud nos obseruatur. Vel dicendum videtur, quod huiusmodi mos gerendi pileum per Duces, vel Comites est introductus ex eo, quod sicut olim flamines gentilium inter alios tanquam duces, & pastores suorum, portabant pileum, in quo erat desuper breuis virgula habens aliquid lanæ, ut dicit Albericus in suo Distionario, in verbo. Flamines. ita hodie illæ mos remansit non solum apud Cardinales, Episcopos, & pastores, sed etiam apud Duces, & Principes, quod gerunt pileum, in quo est zona circundans eum in signum dignitaris, & præminentia inter alios, quia non deferebant coronam, que solum Regibus competit. Et hoc quoniam in eo dignitatis gradu videntur esse Duces in secularitate, sicut flamines in spiritualitate, ut inferius examinabitur.

De iure reperio, quod pileus lineus, seu sericus, est insigne hodie prohibitum clericis, ut ait glos. in elem. 2. de iure. & bon. cler. apud Græcos tamen sacerdotes deferebant in signum dignitatis, ut dicit ipse Lucas in dicto loco. Tamen quo ad duces, Cardinales, episcopos,

pos, protono;arios licet diuersimode, est multum in vſu. Et sicut pileus tigit, stringit, & gubernat; ideo etiam videtur, quod dux suos subditos tegere & gubernare debet. Et est etiam insigne libertatis; quia magis debent esse liberi apud principem supremum, quam alij: quia antiquitus serui manumissi accipiebant pileum raso capite, facit i. unica. S. sed & qui. C. de latrataliberti. toll.

Hic vero pileus istorum ducum designat præminentiam supra alios, & est in modum coronæ non erectæ, ut dixi, & tali insigni solent vti Duces in signum excellentiæ, & dignitatis: quia excellentiæ, & digniorem gubernationem habent cæteris.

Isto etiam insigni vtuntur apud nos Presidents Parliamentorum; quia habent certum pileum ex nobili panno, rotundum, foderatum, ut ita dicam, & vulgo dicitur *vn mortier* (Cum graues illi debeant esse) qui habet circum circa unam zonam ex panno aureo, & supra pilos sericeos, & auratos, ad denotandum excellentiæ illius status, & officij. Et istud ornementum seu insignie proprie dicitur *fasciale*: de quo plene in *fr. 7. par. 2. 24. co. fid. in c. generalis e. t. i. ver. tantum est. n. f.*

**D**ecima conclusio. N. ueniendo amplius ad matrem armorum, & vnde originem habuerint, que hodie ita sunt in vſu apud nos. In qua dico, quod tria fuerunt iura apud antiquos, Agnationis, Gentilitatis, & Stirpis: sed nobiliorum fuisse videtur gentilitas, ut ex definitione Ciceronis apparet, eorum scilicet, qui imagines generis sui proferre poterant. Inde Tranquili in Vespasia. *Flavia gens, inquit, obscura illa quidem ac sine maiorum imaginibus, sed tamen reupublice nequaquam paenitenda.* Vnde imagines pro nobilitate generis accipi sepe solent. Cicero. *de lege agraria* significare volens nouium hominem, id est, nulla generis nobilitate commendabilem, consulem tamen factum, ita ad populum inquit: *Quemadmodum cum perebam, nullus me vobis autores generis mei commisidari vidi: sic si quid deliquerat, nullae sunt imagines, que me a vobis deprecentur.* Idem in Pisonem: *Obrepserit ad honores errore horribilis, commendatione fumosarum imaginum, quare sunt nihil habet prater colore m. Fumosas imagines appellavit Cicero antiquissimi generis stemmata. ut legi omnino debeat apud Iuuen. Fumosus equum cum dictatore magistris.*

Hoc autem ius quæsiſſe se ab ædilitate gesta, his verbis refert Cicero ultima in Verrem actione: *Ob eam rerum laborem ac solitudinem fractum ille datus, antiquitatem in senatu sententia dicende locum, togam prætextam, sellam curulem, vnu, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam.*

Ex quo loco apparet, ex honoribus gestis imagines familiarium comparari, aut etiam retineri solitas esse. Vnde in principio legis agrariae: *& in hoc more possum, Quirines, in istiusque in uorum, ut h. qui beneficio veliro imagines familia sue consecutis sunt, eam primam habeant concessionem, ouia oratiam beneficij vestri cum suorum laude consurgant.* Qui in oratione nonnulli aliquando digni, maiorem loco reperiuntur. Plerique autem hoc perficiunt, ut tamen majoribus eorum debitum esse videatur, vnde etiam, quod posteris solueretur, redundaret.

Qui autem ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, hi terræ filii & se sece orti, & homines noui vocabantur. Vnde Cic. in 7. epist. Cornelius quidem cuius familiaris, summo genere natus, terra filius. Summo autem genere natus ab eo per ironiam dicitur. Et

Petius: *Praesto est mihi Manu heres, progenies terra. Iuuenalis: Vnde fit, v. mulim fraterculus esse giga tum.*

Hæ imagines etiam stemmata vocantur, ut per Satyricum: *S. stemmata quid faciunt?*

Cetera autem erant simulacra per armariæ disposita. Vnde illud ejusdem:

*Toraliet veteres exornent undique cere  
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.*

Mos autem fuit olim Romæ, ut imagines maiorum in funeribus ducerentur, ad gentilitatem ostendendæ, id quod Cicero ostendit in secundo de oratore: *Bute, quid sedet quid anum illam patre nuntiare vis tu? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides i. quid maioribus tuis?* De anu Iunia agnata Bruti loqués, quæ funere efferebatur. Plin lib 35. c. 2. *Apud maiores, inquit, in atris imagines erant, quæ spectarentur, expressi vulnus singulis disponebantur armarijs, ut essent imagines, quæ comitarentur genitilia funera, semperque defuncto aliquo, torus aderat familiæ eius, qui unquam fuerat, populus.* Stemmatæ vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablinavero codicibus implebantur, & monumentis rerum in imaginatu gestarum. Aliae in foribus & circa limina animotum ingentium imagines erant, affixis hostiū spoliis, quæ nec emptori refringere licet: que etiam dominis mutatis, dorsis ornamenta erant, ut dicit Plinius.

Pro iis, ut opinatur Budæus, posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, que arma vulgo vocantur, quæ ipsa quoque primum, ut simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclaræ gestarum decora. Que tamen gestantium nonnulli hodie, atque etiam plerique moribus ac vita instituto hoc certe perficiunt, ut tantum majoribus eorum honoris debitum esse videatur; vnde etiam quod posteris solueretur redundaret, ut Cic. dixit. haec tenus Budæus in *L. f. ff. de orig. iur.*

Ex quibus cognoscimus, vnde habuerunt originem insignia seu arma, de quibus præsens est questio. Nam etiam Alexan. Magnus in sequendo vestigia antiquorum, & prædecessorum, & volendo exaltare nomina Athletarum virtuosorum, & militum bene certantium, ut magis atque magis animarentur ad decertandum contra hostes, & ut præmiarentur in honore, sicut in piazio: statuit consilio Aristotelis præceptoris, donare & tribuere militibus suis bene & valide certantibus & merentibus insignia, vexilla, & alia. Nam donis, & gratiis quis inuitatur ad bonum, norat Pet. de Anch. in *ele. 2. vir. 3. nos itaque. in fin. de reliq. & venerat. sanctor.* Item blandimentis, & honoribus. c. que sincera. q. 5. dis. 10. c. quā in p. 1. q. 2. notatur in *L. 4. ff. de ineff. i. st. idem muneribus. c. num. cum c. seq. & c. pen. 23. q. 4. facit l. 1. ff. de iust. & iure. ibi; bonos non solum meritorum, verum etiam præriorum exhortatione efficere cupientes, concordat can. non vos. circa initium. 23. q. 5. Hic ea ipsa hodie in vulgari nostro vocantur *Cordes d'armes.* Ex quo sit ex obseruantia, quod milites principis, & alij portant sua insignia seu arma, ut inter alios cognoscantur, maxime in bello, quum ibi interficiunt cum eorum principe. facit *L. sigmata. in his verbis, ad imitationem tyronum. de fabr. cens. lib. II. C.**

**V**Ndecima conclusio. Arma seu insignia etiam possunt ad perpetuū hominū memoriam in multis locis, ut in sepulturis: ut habetur *I. Mac. 13. cap. ibi;* Adiſcavit Simon super sepulchrum fratru sui & fratribus ad ſificium alium vnu, lapide polito retro & ante. Et statuit septem pyramidas, unam contra unam patri & matri, & quatuor fratribus. & his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad memoriam aeternam: & iuxta

armatae fculptis, que viderentur ab hominibus natus in tribus mare. & i. Reg. 31. cap. ibi Posuerunt Philist. arna Saulis interfelli in templo Astaroth, corpus vero eius suscenderunt in muro Betisban.

**D**odecima conclusio. Non est dubium de iure, quod honor est portare arma, vehicula seu vexilla honoratorum, & suorum predecessorum: text. est in l. 1. & ibi Ioan. de Plat. & in l. fin. C. de proposit. sacrifici. lib. 12. & in l. univ. C. de honora. vehicul. lib. 11. & dicit Bald. iu. l. generaliter. §. fin. C. de insl. & subst. quod portare arma est honor, ut etiam satis patet ex supra dictis. Et sicut nomen decorat. §. sed nos. Inslit. ad Ter. Tull. ita & haec arma decorant.

Vnde haec fuit causa hic inferendi materiam armorum, hoc est, insignium, non armorum ad bella necessariorum, cum alibi de his dicturus sim infra in nona parte, vbi describam de arte militari: sed hic ponam, quomodo laudantur & honorantur, aut laudari poterunt homines in armis, seu scutis, secundum quod in eis apponuntur metalla, colores, animalia, & alia huiusmodi, quae dant autoritatem, & honorem seu laudem in illis.

Et haec materia armorum generat arma: quoniam ut dicit Ouid. *Bella monet clypeum, deque armis, arma feruntur.* Quia de his saepe solet esse grandis questio inter nobiles, sicut videmus apud Ouidium in 12. *Metamorph.* inter Aiaceim, & Vlysiem pro armis ipsius Achillis. dicam latius i. fra in 48. conclusione.

**D**ecimateria conclusio. Donator seu legans pecuniam, ut fiat aliquod opus, puta Templum, aedes sacre, hospitale, imagines, &c. nomen vel arma sua in eodem inscribere, ponere seu depingi facere potest: nec debet abtrahi, seu deterri, etiam ut alterius arma ponantur. text. in l. quis liberalitate. in princip. & fin. ff. de op. pub. Notat Alberic. in L. legatam per illum text. in fin. ff. de administ. rerum ad ciuitat. pertinentium. facit text. in l. fin. in fin. C. de statu. vbi ait, sed eius, cuius ad honorem petitur expensis propriis statuam collocari precipit. Quod intellige si donauerit sponte, & ex liberalitate: quia si coactus, ut sunt qui condempnatur apud nos ad emendas ciuiles, non possunt procurare, ut sua arma apponantur in dictis operibus publicis factis ex illa mulcta, per d. text. l. qui liberalitate. Amplia procedere, etiam si aliquam sumam & non totam donauerit; quia talis donans etiam arma sua apponere poterit, per d. text. i. d. l. fin. ff. eod. vide infra i. 21. concl. vbi amplius.

Aduette tamen, quod ponentes arma sua in ecclesiis quas faciunt, aut in ornamentis, quae donant ecclesiis, perdunt meritum, ut tenet Gemin. in c. due sunt. circa med. 45. dist. quem refert, & sequitur Bernardinus de Landriano in cap. dilecta. in Apostolis ad Par. norm. de excess. pralat. extra.

**D**ecimaquarta conclusio. In sequendo doctrinam Bart. in suo tract. de insignib. & armis. est, quod quædam sunt insignia, quæ competit alicui ratione dignitatis, vel officij. Et sunt talia, quæ quilibet habens illam dignitatem, vel illud officium, portare potest: non tamen licet alicui portare, nisi habeat illam dignitatem, seu officium, pro quo allego gloss. in verbis, dignitatem. in cap. vi. apostolus, de priuilegiis. in 6. facit text. in l. 1. ibi doct. C. quæ res vendi non poss. vbi habetur, quod vestes, insignia, vel arma, & colores ipsius principis nemini assumere licet.

Exemplificat Bart. in insignibus proconsularibus & legatorum, de quibus in l. 1. ff. de offic. procons. & legati. & l. sanctum. in princip. ff. de rerum diuis. vbi proconsul insignia sua etiam extra jurisdictionem suam,

portare potest. Nam sex fascibus tantum vrebatur. l. proconsules. ff. de offic. proconsul. Et etiam legati Romani populi portabant verbenas (forte satureias, secundum gl. in d. l. sanctum,) id est, herbas seu frondes sacras, ne violarentur a populo, vbi mittebantur, & ratione illius insignis erant in custodia Romanorum, ita quod dicebantur sancti, prout sancti habentur, ut dicit text. in l. fin. princip. ff. de legationib.

Similiter legati Graecorum ferre solebant, ne quis eos violaret, ea quæ vocantur certitia, ut inquit text. in d. l. sanctum.

Item archiepiscopus uti potest pallio in tota sua diocesi & prouincia, ut dicit text. in eccl. cum sis. extra. de auctori. & usu palli. Sicut hodie videmus in clientulis seu seruientibus regiis, qui si offenduntur in exequendo mandata regia, habendo, & portando signum seu scutum regium, quod portare debent pro insigni, sunt in sua guardia regis natuaria: quod grauius puniuntur, qui eos offendunt.

Exemplificat etiam Bart. in insignibus episcoporum, quæ si quis non habens illam dignitatem portet, incurrit in crimine falsi. eos. §. fin. ff. de fal. vbi habetur, quod portans insignia doctoratus, cum non sit doctor, incurrit in penam falsi. Et idem dicendum est de quacunque alia dignitate habente certa & distincta insignia, de quibus supra dixi in nouem primis conclusionibus.

Ex dicta Bart. in hac conclusione sequitur Panorm. in cap. de leib. s. vlt. notab. de excess. pralat. extra. & Boni de Curtili in suo tract. nobilitatis, part. 2. vbi dicit quod quædam sunt arma, seu insignia dignitatis, vel officij in universo, ut Episcoporum, Doctorum, Reatorum & similium, & talia solum deferri debent ab illis habentibus talem dignitatem aut officium, ut hic patet.

Quædam autem sunt arma, seu insignia singularis dignitatis, quibus vtuntur Reges, Principes, Dukes, Comites, & cæxi potentiores. Quædam vero sunt arma priuatorum, sive nobilium, sive popularium, de quibus particulariter infra amplè dicetur.

**D**ecimaquinta conclusio erit de insignibus sine armis cuiuslibet singularis dignitaris, ut videmus in quolibet Rego, qui habet sua insignia seu arma. Nā Rex Franciæ vndeconque sit, habet pro armis suis in campo azureo tria lilia aurea, & coronam supra eæam. Imperator vero habet Aquilam nigram in campo auro, & sic de singulis, prout infra dicetur in 17. conclus. de Regibus Christianis, de Principibus Franciæ, & multis alijs.) Et talia nemini alteri licet defere, seu assumere, ut tenet Bald. in leg. i. C. quæ res vendi non poss. quia, ut dicit, propter hoc videtur se parem facere sicut Lucifer, qui voluit se parem facere Deo, & ideo deiectus fuit de Paradiso. Nec etiam suis ictibus depingere, l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. & in Antib. de mandat. princ. §. pen. coll. 1. 3. & in l. 1. C. eterno priuatus, & c. vbi non licet priuato apponere arma regis in sua domo. Dicit tamen ibi Alberic. quod videt seruati, & quod quotidie seruat contrarium. Ideo Bart. in d. tract. dicit, quod hoc intelligendum est principaliter, sed accessorie potest, puta in signum subiectiōnis supraponere insignibus propriis insignia Regis, Comitis, domini, seu Principis sui, & hoc de consuetudine seruat, ut ibi dicit Bart. & ita etiam tenet Bonus de Curtili in suo tract. nobilit. in 2 part. nn. 170. quod intellige, dummodo non sit vilis persona, ut infra in 18. conclus. dicetur.

Sed vnde hoc, quod videmus multos Principes in Gallia, & Francia, qui vtuntur liliis, sicut Christia-

Stanissimus Rex noster : & tamen soli Regi fuerunt demilia cœlitus pro scuto, & etiam illi simul fuit demilata oleum lacrum, pro vñctione in eius coronatione fidia; quod tamen alius quam Regi non cōpetit. dicam intra ponendo illos, qui communiter in Gallia gestant lilia, ratione quorum videntur esse de magis honorari debent; cum magis approximenter sua arma armis supremi Principis, quanto magis sunt conformia, & in minori differentia, tanto magis sunt honorabiliora.

Aduerte tamen, quod si arma alicuius principis sunt picta in aliquo castro in lignum subiectionis, si quis tollat illa auna, dicitur tollere subiectionem domino, & sic per dominum penitus potest tanquam rebellis, nisi aliter apparet de alia causa delendi, ut dicunt Geminianus, & Cardinalis Alexander in canonique 30. diffin.

**D**ecimasexta conclusio. Arma, imago, seu nomen principis in opere publico, ut in muris ciuitatis, & portis, in pretoriis iudicium, & domibus publicis, seu vñtueratatum, poni & inscribi debent, per rex. in Lopus nūmism. 1. de operio. publico. si quis evindet. C. cod. quod etiam procedit in eo, cuius pecunia id opus factum sit per text. in A. Lopus. sed non supra arma Principis. Quia nec praesidis licet nomen vel arma superscribere sed superponere. L. n. e. presid. ff. cod: Cum in opere publico nulli iudicium licere debet sua arma apponere, in consilio principe, alias reus manifestis efficeretur. A. l. si quis mares.

Contrarium tamen de consuetudine levatur secundum Salicetum in d. 1. s. qut. & Albericum de Rosate in l. qui libera state. q. co. Nam iudicie videmus, quod quando sunt opera publica, gubernatores patriarum in Francia, vel iudices arma sua quis imponunt, sed sub armis regis, quod potest fieri, ut dixi in precedenti conclusione. Dicit etiam text. in l. basilicam, C. e. o. quod in basilica, quae est domus Regis, vel ecclesia sacra, non debent imagines seu arma alicuius pingi: quod intellige, prout lupra in 13. conclus. nisi expensis in toto vel in parte alicuius fuerit fabricata; quia tunc talis arma, seu nomen suum in eadem inscribere, vel depingi facere potest.

**D**ecimaseptima conclusio. Arma principum distincta, & separata ab aliis ratione sue dignitatis non solum non possunt tanquam propria ab aliis a sumissimo quod plus est, etiam non licet ea in domibus propriis depingere, & affumentes ea & portantes, incurvant & incident in crimen falsi, ut dixi supra in 14. conclus. Iste, quod plus est, dicerem, quod affumentes propria arma lupremorum principum, & existentes in patria subdita tali principi, incurvant crimen leste maiestatis: eo quia talis animus sibi honorem & potestatem, quam non habet. Per signum enim cognoscitur signatum. l. l. 9. si intelligatur. ff. de edit. casti. l. Hispania. & ibi 10. & 11. & l. Cod. vi nemo ad suum parvum. sive cip. russica. lib. II. De isto scuto regio plura alibi dixi, unde non insisto, licet adhuc aliquid de eo infra.

Sic eis dicendum in omnibus aliis scutis seu armis principum supreniorum in suis regnis, principatibus,

seu dominationibus, ut est in Imperio Romano, in quo est Aquila nigra, habens duo capita in campo auro, quæ sunt arma seu insignia Romanorum Imperatorum, ut in fine huic conclusionis patet. Et fuerunt prius arma Iulij Cæsaris, quæ Aquila inter copias armorum in caput Cæsaris residen, duos cornu hinc atque hinc illi molestiam inferentes, morte affectit, quod cum summa omnium admiratione facta est. Hanc Iouis alitem Poetae confabulantur, vario quidem colore quem Mercurio adscriptum ferunt, obductum quadam nigredine supersticio: quod cu augures animaduertissent, vi quadam belloque, dolis ac calliditate Cæsarem regnatum vaticinati sunt. A quo tempore Imper. Romani pro armis ea Aquila usi sunt in campo auro sub colore nigro, ut praetactum est.

Legi tamen, quod C. Marius cuius Cæsar Imperator fuit sutorius nepos) in secundo consulatu suo, qui septies consul fuit, Aquilam Romanis legionibus proprie dicavit: ut autor est Plinius l. 10. c. 4. de qua in fine iste us conclusionis Sed ibi nota Plinius, non fere apud legiones Romanorum vñquam hybernatum in castris, vbi Aquilarum non facit iugum. Ex quo, ut opinor, adhuc hodie Aquila pro armis Imperii designata habet duo capita, sed quas significaciones habeat, volens referre omitto: & de ea in finali parte in 80. consideratione dicetur.

Et licet color niger sit infirmus inter colores, ut infra patet in 66. conclus. Credetem tamen, quod inter Aquilas in armis apponi solitas, dignior sit aliqua nigra quam alterius coloris: eo, quia à minori, & poteriori portatur, & etiam quicquid dicant alij, videntur hic color nobilior & dignior propter eius potentiam & effectum. Nam licet de omnibus aliis coloribus possit fieri nigrum, ita quod nigredo extinguit, supprimit, & osculet omnes alios colores, non tamen alij colores possunt ita dele & extinguere nigrum, sicut nigrum delet, obscurat, & extinguit alios. & sic videntur esse majoris potentiae, & effectus quam alij, propterea magis honorari, & maior seu dignior reputari debet.

Carolus Magnus tanquam Imperator & Rex Francie predictis duobus armis simul iunctis in uno scuto vtebatur: sed Aquila à parte dextra. Lilia autem à parte sinistra designabantur. De huiusmodi Aquila latius infra in ultima parte.

Idem est dicendum de omnibus armis aliorū principum, ut in Anglia, vbi rex Anglie habet pro armis tres Leopardos aureos in capo rubeo: sed unde hoc, nisi quia assertis esse ducem Normannum (qui habet pro armis suis duos Leopardos) & ducem Aquitanum, qui vtitur, & habet unum: & hos tres simul copulat, seu accumulat, & ponit, ratione regni. Et sic in Anglia qui vntur Leopardis pro armis suis, cum aliqui tamen distinctione, videntur esse de domo regia, & sic digniora arma habere, gestare.

Sic in Aragonia, vbi rex vtitur pro armis quatuor palis rubris & armis quatuor aureis. Et ratione regni Castelle, & Hispanie, vtitur duobus Leontibus aureis, in duabus partibus tertiis seu campi argentei, & in aliis duabus partibus, duabus turribus seu castellis aureis in campo rubeo.

Rex vero Cypri vtitur pro armis, & habet in parte superiori dextra unam crucem potentiatam auream, cum quatuor partibus crucibus aureis in campo argenteo, & in sinistra Leone rubeo in campo argenteo contiso, quatuor cotisis aureis: & in duab. partib. inferioribus in capo argenteo duobus Leonibus rubeis.

## PRIMA PARS

Rex Nauarchiæ vtitur tribus Leopardis azureis in campo auro, & tantum est diuersitas in coloribus ab armis regis Angliæ.

Rex Portugalliarum vtitur quinque paruis leonis auro, & tenuis in campo azureo bordato, bordatura rubea, & seminata turribus.

Rex Phrygiæ ( quam Phrygiam vocant ) vtitur pro scuto campo argenteo seminato pluribus cordibus rubis, & bendato exhibenda aurea quatuor petiatum.

Rex Siciliæ & Ierusalem vtitur Cruce aurea potentia, cum quatuor crucibus seu croisetis aureis in campo argenteo: in parte superiori dextra, Liliis seminatis seu insertis in medio partium superioris & inferioris: & ex latere sinistro partis superioris & inferioris: & ex latere sinistro partis superioris campo argenteo fessato tribus fessis tubeis in parte inferiori: ex parte dextra digno seu chevrono rubeo, in campo rubeo: & sunt hodie arma, quibus viuntur duces Lothingiæ.

Rex Noruegiae vtitur tribus coronis aureis in campo rubeo, & istis armis vrebatur Arthurus dux Britanniarum licet quandoque sit vslis multo magis pluribus coronis aureis seminatis seu respersis in campo azureo.

Rex Navarræ habet in campo rubeo escutbunculum pomeratum ex auro, & à certo tempore, ex quo descenderunt tales reges à regibus Franciæ, assumunt in duabus partibus lilia aurea seminata, & conspersa in campo azureo cum banda argentea tendente à sinistra ad dextram.

Rex Majoricarum vtitur quatuor palis rubeis, & quatuor aureis.

Rex Poloniæ habet scutum rubeum quadripartitum in superiore parte dextra, & inferiore sinistra habet duas Aquilas argenteas, unam in qualibet parte. In partibus vero superiore sinistra, & inferiore dextra hominem argenteum supet equo argenteo.

Rex Hungariæ in campo argenteo habet quatuor gemellas rubeas.

Rex Hirlandiarum in campo rubeo habet Leonem argenteum.

Rex Hiberniarum habet regem aureum, tenentem lillum in maiestate sedentem in campo nigro.

Presbyter Ioannes seu Ianus Rex Indiae habet, ut fertur, crucifixum nigrum duobus flagellis nigris in campo auro. De cuius dignitate, religione, seu deuotione, secta, & potestate, infra in finali parte, 20. considera. in qua de nationibus Christianis locuti sumus.

*Vt manifestius res liqueat, referenda est hoc arbor, in qua precedentera arma figurantur.*

Sic legimus, quod certa sunt insignia diuersarum gentium, ut Romanorum Aquilæ, Scytharum Fulmen, Filiorum Israël signum Thau, de quo infra 98. concil. Ägyptiorum Apis, hoc est, Bos. Sus Phrygium, Geminæ rotæ corallorum, Thraciæ Mars, Arcus & pharetrae Persarum, & ita de aliis, ut in arbore præcedenti patet. Deis attributa fuere etiam insignia, ut Fulmen Ioui, Tridentus Neptuno, Flamea Marti, Clava Herculi, & Baccho Thyrus. Et ab Aquila, aquiliferi dicti sunt signiferi in Romana militia. Habuerunt & Romani quatuor alia signa, videlicet Lupos, Minotauros, Equos, & Apros, quæ singulos ordines ante-

bant: sed Marius ea in totum abdicavit, sola Aquila pro signo relicta: et his est Plinius lib. 10. cap. 4. Scribit Vegetius, primum signum totius legionis esse Aquilam, quam aquilifer portat. Idem Draconarius appellat signiferos à Draconibus qui per singulas cohortes ferebantur ad prælium. Franci vero vtuntur in prælio pro signo Cruce alba. Burgundi, Cruce S. Andreæ rubea: Scotti vero alba: Angli, Cruce rubea contra Francos, & rosis contra Scottos. Veneti Leone, Suevi Vrso, Senenses Lupa, Neapolitani Asino onerato clittella.

**D**icitur imago conclusio. Cum hodie arma in locum imaginum: quæ olim siebant, sunt subrogata, ut supra dixi in 10. conclusio. ideo confertur, quod sicut violator statuæ, & imaginis principis tenetur criminis læsæ maiestatis. *I. quis statuas. ff. ad legem Iulianam. Lucas de Penna in l. si qua. colum. i. C. de speclachia. lib. 11. & in leg. prædia. C. de loca. præd. cunii. &c. eodem lib. 12. colum.* Ita etiam violator armorum principis tenetur poena criminis læsæ maiestatis: cù subrogatum sapiat naturam illius, in cuius locum subrogatur, ut habetur plene per doctores, maxime d. meus Iasonem, *l. si cum. §. quis muriarum. ff. si quis cauio.* quod dicit esse verum idem d. meus ibi, in notabilibus, etiam si subrogatum in aliquo discreparet. & idem d. meus in l. p. fiduciæ. colum. 2. ff. de acquire. p. ff. dicit habere locum etiam in correctoriis. Facit etiam; quia statutum extenditur ad subrogatum, glossa singularis in ele. & si principialis. in verbo, principalis, in fin. glos. de re. c. ipi. lac. But. in l. placet. C. de sacrosanct. eccl. Ant. de But in c. ff. extra de consuetud. d. meus Iason. in l. 1. col. 2. ff. de vul & pup. dixi in conclusio. consuetudinum ducarum Burgund. in glos. in verbo, interpretes. ver. 14. conclusio. Et ideo etiam à simili, sicut non licet iuxta imagines principis lordida signa apponere. d. l. si qua. ita iuxta arma principum non licet arma aut signa lordidorum hominum, & sic vilium personarum apponere, secus de armis nobilium, ut infra in 25. conclusio. licet vasallus. & superiorius in 15. conclusio.

**D**icitur imago conclusio erit talis, quod duæ conclusiones præcedentes extenduntur in omnibus aliis dignitatibus principalioribus vnius provinciæ, ut in Ducatus, Marchionibus, & Comitatibus, habentibus ex antiquo aliqua arma & insignia dignitati ducali, marchionali, aut comitali conuenientia; quoniam debent à pari iudicari, eo; quia tales dignitates habent iura regalia, maxime quādo in eis succeditur, prout in aliis dignitatibus, prout ample dixi de ducale Mediolani, in Comment. nostrarum consuetudinum ducarum Burgund. ist. Des successions des bastardz. art. 5. in consil. pofra. quo tenui, quod duces habent iura regalia. & ideo idem dicendum est in eis sicut in aliis principibus, de quibus ante dictum est.

**V**ulgata conclusio est, quo ad arma nobilium. Nam certum est, quod nobiles ex origine longa serie, & prosapia prædecessorum habent sua arma & insignia, & communiter à tali tempore, cuius initij memoria non extat. In contrarium, omnes nobiles seu gentiles homines, ut ita loquuntur, habent & gerunt sua arma & insignia distincta & separata, nec unus patet, quod alter portat arma sua, etiam si esset de sua familia domo, & nomine: nisi cum quadam differentia quam habent inter se, quæ est videlicet, quod primogenitus familie suæ dominus, portet ea plana & integra sine aliquali distinctione, vel additione. Alij vero posteriores, quilibet cum quadam discrepantia. Et hoc de consuetudine, quæ valet in his ut in

vt in descendantibus omnibus præterquam primogenito, velut in capite ponatur aliqua differentia, qua mediante ab aliis discernatur, & cognoscatur, vt in l. 1.C. que res vend. non pos. & ibi per Bart. & sic illæ differentiae sive signa inducta sunt per regni consuetudinem, & talis consuetudo tenet secundum Bartol. in tractat. de insignibus arg. quæ consuetudo viget, & visitata est in omnibus nobilium domibus regis Francie, vt tenet Guillelmus de Monteferrat. in tractat. suo de success. regum, in 2. dubio, numer. 18. in fine. exemplificat in domo Dalbert, & domo Datual, & sic de singulis. Quæ insignia & arma licet sint omnibus & singulis de illa agnatione, etiam nobili, communia. leg. vel quod pater un princip. & l. familiaria. ff. de religios. & sumpt. funer. tamen illa differentia de consuetudine inducta (cum de iure arma vnt per divisionem vel differentiam assignari non possunt. leg. / ep. libra. Cod. de religios. & sumpt. funer.) non est communis, sed potius singulatis & diversa, per quam vnuquisque de illa agnatione dignoscitur, in qua linea descendantium de illa nobili agnatione sit, an in linea primogenitorum, secundogenitorum, vel tertio genitorum, vt dicit ibi idem de Monteferra. numer. 20. Ut videamus apud nos, domini Trimolij habent tres Aquilas aureas in campo auro cum tigro rubeo, que sunt integra, plana, & originalia arma illius dominus, quæ primogenitus habet, & portat, nec licet alteri ea portare, etiam si sit frater, nisi cum quadam distinctione, quæ sit multisariam, vt hic infra videre poteris in 76. conclus. & sic de singulis. Et ista sunt & sunt ad conservationem agnationis & domus, in hoc, quod nemo assumat talia arma, nisi sit de tali domo & familia: cum agnationis seu familiæ dignitatis semper debeat esse salua, vt plene infra in sequent. conclus. & vt per istam differentiam in insigniis & armis possit unus de agnatione, vel familia ab aliis & singulis de illa agnatione dignoscatur, & discernatur, quod licet, ut nominis additur prænomen: vt in l. unica. C. de mutatione nominis faciunt notata in proemio Clemen. in gloss. & in l. 2. ff. de lib. & postib.

Sed quod ignobilibus non licet quous modo arma, seu insignia solis nobilibus conceila, & inter nobiles visitata deferre, dicant infra in 23. conclus. in cap. no 1. licet ignorabili. Dixi remissius post Bonum de Curtilli, in Cutamentaria nostra super consuetudines ducatus Burgos. id. i. Deserfans de plusieurs libz. §. 4. in l. glo. in vers. additio. in fin.

**V**ulgata prima conclusio. Quæ dicta sunt hic ante in principalibus, idem est in nobilibus ex antiqua prolapia habentibus in sua progenie & familia certa arma distincta ab aliis, ratione antiquitatis domus. Quia tunc, si in patria & regione vbi sunt & morantur, posset eis esse dedecus, quod inferiores minoris condicionis, gestarent talia arma, ex quo eis prohiberi posset, ne talia portent, instante parte. Puta si in ducatu Burgundia aliquis vellet assumere talia arma, qui non esset de domo, & casata, posset prohiberi superiore: vt si quis vellet assumere arma Trimoliorum (qui forte à Timoleone duce Corinthiorum originem habuerunt: vel à Timoleone monte Lydiæ, vt in ultim. parie, in consideratione, qua tractat de excellentiis vi. orum, dicitur) posset ab eis prohiberi, vbi non esset de parentela, & idem de ceteris magnatibus seu magnificis potentioribus & nobilitibus in una patria. Quoniam aliis non licet portare talia arma, nisi sint de casata, & domo illorum, & si portarent, alioqui possint prohiberi; quoniam ex hoc iniuriarentur, quod inferiores, qui

non essent de eorum parentela, se tales dicerent. notatur in dict. capit. cum dilecta, extra de excessib. pralat. itinō dicit Bald. in l. 2. Cod. que res vendi, non posse, quod si quis assumat arma, seu insignia alterius, qui eis longo tempore usus fuerat, tenetur pena falsi, vt lex allegatum, & comprobatum est supra. Ita etiam tenet Ioannes de Montolono concius, & contemporaneus noster in suo Promptuario iuris, in verbo, arma. Maxime si sit talis, qui in sua agnatione habuisset, vel coniunctus fuisset, quod vituperio & ignominia posset ex hac ratione prohiberi, argument. l. m. 2. C. de episcop. and. Et non solum principalis de causa potest talia prohibere, sed etiam quilibet alias etiam tertius, vt dicit Bartolus in dict. tract. de armis. argument. l. 1. C. de lib. que potenti nomine titulos prediis affigunt, & c. & ua not. in verb. titulos. & in Authent. de mundi. v. princip. §. penult. coll. 3. Et facit ad hanc ratio Ang. de Perus. in consl. suo 79. & consl. 281. in penult. coll. vbi dicit, quod grauissimum, & iniuriosissimum est videre arma agnationis ad extraneos deuoluta.

Hinc est, quod dominus antiquorum, in quibus sunt arma prædecessorum & imagines, seu stemmata, de iure prohibentur vendi per tutorem & curatorem. Quoniam, vt dicit text. in l. gen. tutores. §. nec vero dominum. Cod. de adiuv. tut. latis lugubre est aut non videre maiorum imagines in domo propria fixas, aut videre reuicias. Ratio deprimitur. Exempla prisco rum virorum honoratorum nos animant ad eorum vestigia sequenda, quos solitos dicere legimus, cum solas maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi: nec prudenteris viris modice succurrebant effigies maiorum, cum titulis suis in prima parte ædium poni solent, vt eortim virtutes posteri non solum legerent, verum etiam imitarentur, & semper audire videantur poetum illud dictum: *Ei pater Aeneas, & annulus exercitat Hector.*

Et de Tlemistocle tradunt veteres, quem ferunt stimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem: querenti quid ita ex tempore in publico versaretur, respondisse: quia me tropæ Milcidas de sonno excitant. Ex dicit Lactan. lib. 1. Itaque homines eorum simulacra fixerunt, ut haberent aliquid ex imaginum contemplatione solatum. Et de materia ample infra in 8. par. in 6. consider. ver. dicit ramen.

Hinc videmus, quod si sint aliqui de aliqua familia, & calata antiqua, qui videant arma suorum prædecessorum depicta, aut alias insculpta in aliquo loco publico: si quis velit ea amouere & ponere sua de novo etiam ædificando nouum opus, quod potest ei prohiberi per iudicem ex officio suo, ex quo non est licitum abradere antiqua, & ponere noua, vt dicit Bartolus in l. qui liberalitate. §. nec eius nomine. per illum text. de oper. pub. vbi refert contra religiosos, qui capellas, seu capellanias defunctorum aliquorum antiquorum fundatorum, vbi sunt eoruin arma, attribuunt aliis novis, quod male faciunt, vt etiam dicit Ludouicus Roman. §. g. suo 474. & refert Ioannes de Terra rubea, in suo opere de vinea ecclesia. tract. 3. art. 6. in 8. conclus. super gloss. in verbo, damnabilis.

Et ideo vidi, quod cum in ecclesia Heduensi remuneretur quidam lapis magnus in modum tumbae, vbi erant arma & imago domini quondam Dautigneyo, conquestus est dominus Gerardus de Vienna, dominus dicti loci, tam ea ratione; quia dominus ipsius loci Dautigneyo, quam ea ratione; quia erat de aqua-

tione illius prædefuneti , cuius arma ibi posita erant & insculpta: & fuit necesse , quod in loco , vbi construebatur capella noua , quod arma antiqua ibi reponerentur cum nouis , quod & æquum fuit , prout probat text. ad hoc expressus , quem etiam ad hoc algaui in l. fin. §. quis. ff. de ope. pub. Ad quod facit text. in l. § quando. C. eod. vbi habetur: quoties opus publicum , ut palatium , ædes sacre vel porticus , reparatio ne indiguerint: licitum est imagines , statuas , inscriptiones nominum , vel arma quorūcunque deponere , sed refectis ædificiis , unaquæque remota reportari , & proprio loco denuo collocati debent. Sed in re priuata vendita , licitum est emptori tei emptæ arma sua apponere , & alia si quæ sint affixa remouere . facit; quia lati absurdum est origine rei sublata eius imaginem derelinqui seu remanere text. in l. vñica. §. 1. C. de lati na libert. solle.

9 Ex dictis tamen Bartol. in predicto tract. in 2. colum. sublimita istud dictum præcedens , scilicet de portu & delatione armorum , nisi essent exteri , seu ita de longinquio , vt esset talis distantia de uno loco ad alium , quod primus lædi non posset. puta si Italus assumat sibi arma Teutonici , vel Anglici , & è contra , vel Italus arma Hispani , certe , vt dicit Bartolus , in hoc non videtur genctari præiudicium , nec scandalum inter eos . & dictum Bartoli sequitur Panorin. in cap. dilecta de excess. præl. & ample infra in 48. concil. Et ideo ex quo in his in quibus quadam facultate quis occupat sibi vsum , non licet queri , nisi ex magna causa. l. penit. s. sunt autem qui ponunt. ff. ne quid in loco publico . Vel nisi etiam essent ita antiqua arma , quod amplius dici nequeat , quod sit aliquis in patria de familia illorum , qui talia arma antiquitus portabant , & deferebant , vt sunt quædam ex antiquis armis nouem heroum , qui dicuntur in vulgari , les neuf preux : quorum tres erant Indæi , scilicet Judas Machabeus , Iosue , & David . Tres gentiles , seu pagani , Hector , Alexander Magnus , & Iulius Cæsar & alij tres Christiani fuerunt , Carolus Magnus , Arthurus , seu Arthusius de Britan nia , & Gaufredus , seu Godofredus Billonius : quorum quidem arma infra in 28. concil. videre poteris . Item , vt sunt arma militum (quos mensa rotunda vocant) qui fuerunt numero centum & septuaginta , qui omnes portabant arma diuersa , vt videri potest in quadam volumine , seu Romantio , quod vulgari nostro dicitur & in titulatur , Gyron le courtoys . in princ. Et si quis ve lit videre aut habere diuersitatem armorum , recurrit ad illum locum . Maior tamen diuersitas erat in turri David . de qua C. u. titorum 4. cap. Dum in ea erant milie clypei pendentes , de qua infra in 59. conclus. vers. quæandoque .

Vigesimasecunda conclusio . In casu , in quo omnes & maiores & minores comprehenduntur , & est interesse , quod potest contingere vnumquemque in casu , scilicet quando quis odii plenus , cuius vitæ multi insidiantur , assumere arma seu insignia hominis quieti , & pacifici , certe illius interest , & poterit facere prohiberi , si vituperose portat , vt dictum est , multo fortius potest peti prohibitio , ne ex hoc propter vunionem armorum alius pro alio occidatur vel iniurietur .

Item dicendum est , si ex hoc pudor primi aliquo modo lædatur , arg. d. l. minz. C. de episc. and. & l. iudeos quosdam . C. de Iudeis .

Et hæc fieri debent per Iudicis officium , ad quem spectat quies popularis . leg. 1. §. quis. ff. de officio præficii urbi . maxime si videat hoc ad scandalum posse esse & tendere , & ad dissensionem subditorum , etiam ex

officio suo potest , vi C. de latina liber. solle. l. vñica. §. sed & qui domini . vbi circa eos , qui pileati incedunt , lex Iulia statuit , ne populus decipiatur . & expressus in cap. in nonnullis . extra . de Iudeis .

**V**igesimatercia conclusio . Non licet ignobili assu mere arma nobilis , & quæ solent portari per nobiles , nec insignia solis nobilibus concessa , & inter nobiles visitata , defertur : quia sic dicitur nedum se nudo nomine nobilem asserere , sed etiam nobilium actus facere : eam ob causam grauius puniendus est , quam si solum assereret se nobilem , quo casu tantum falsum committit , & potest tanquam falsarius puniri . Text. est & ibi Bartol. in l. eos. §. quis se pro milite . quem text. pondet at ibi Bart. contra illos , qui se asserunt doctores , cum non sint . ff. ad. l. Cor. de falsis . vbi dici text. quod ille , qui se pro milite gessit , & illicitis usus est insignibus , falsi pœna , puniendus est , & videoas Felin. in c. tertio loco . col. 1. de prob. dixi alibi , & ille text. modicum facit pro hoc casu , & in his etiam , vbi quis illicitis usus est insignibus . Facit quod not. Bald. in l. fucande , que est l. l. C. quæ res vñd. non poss. dum allegat illud vulgare , quod qui non est lupus , non debet assumere eius pellem , ample per Bonū de Cutili in tract. nobiliaris . 2. part. nu. 178. vbi dicit , quod vbi in aliqua patria est discrecio seu doctrina , & in modo pingendi arma inter nobiles & ignobiles , ignobilis non potest assumere arma nobilis , sed bene allumere potest iuxta ritum ignobilium , & popularium , vt infra parebit in 28. conclus. non iuxta ritum nobilium , qui non conuenit nisi nobilibus : vt apud nos non videtur honestum , quod ignobilis & popularis in suis armis ponat supra arma sua galeam tymbratum , quod vulgo dicitur Heaubine , cum quadam elevatione , quam faciunt nobiles magnifici , supra quod ponunt quoddam signum elevatum , quod videtur solis nobilibus attribui , quod vulgariter dicitur Tymbre , de quo ample infra 49. conclus. Alias etiam prohibere & impedire posset nobilis , ne aliquis villanus vel rusticus nomen & arma sua domus usurpet , vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomen vel arma immaculatorum assumat ; quia cuiusque de genere interest claritatem & nobilitatem generis conseruari . ita tenet Guillelmus Benedicti in repet. cap. R. in nativis in verbo , & uxorem nomine Adela . in n. 917. q. plene , in 7. 1. Raym. de Cler . n. 57. & 58. exira de testamen.

**V**igesimaquaarta conclusio . Limitantur etiam precedentes conclusiones in Bastardis , qui non portant arma domus nobilium , cum non sint nobiles , vñd. dicit Bald. in l. cum legitime nuptiæ . ff. de stat. hom. idem Bald. in l. generaliter . 6. fin. C. de inst. & substit. dixi ample in commento super confutacionib. ducatus Burgundie , in titul. Des successions des bastards . §. 3. in olo. l. verit. in x. a. prædicta : cum seq. ideo non possunt assumere arma domus , vt dicit Guillelmus Benedicti in sua repet. cap. Raym. de Cler . n. 31. de test. m. vbi tamen colludit , quod istud non obsernatur in Francia ; quia bastardi portant arma domus , cum aliqua tamen barra , quæ incipit à sinistris , & tendit ad dextram . tendens & transuersans per medium scuti seu campi armorum , & ibi plene videoas de bastardis , & infra in 75. conclus. ver. item arma , &c. Cum supradictis concordat commentum Cosmæ Guymier , in verbo , filii , tit. de num. & qualitate Cardinalium . §. sint viri . Quid autem de legitimatis , vide infra in 77. concil. Sed de bastardis quomodo legitimi illis preferri debent , latius dicetur infra in 11. part. in 15. consid.

**V**igesimaquinta conclusio . Licet vasallus habeat ar ma sua antiqua , & quæ potest ubique portare , & depin-

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI

depingere, non tamen ea potest depingere aut insculpere seu depingi, aut insculpi facere in locis, ubi sunt arma sui domini, à quo tenet in feudum saltem ita alter, sed cum aliqua depressione; aut diminutione. Para si posita sunt arma domini in medio, ut dicam infra in 96. conclus. Quia talia sunt signa & loca honoris, ut dixi supra in hac prima parte, in 13. consi. cum duab. sequent. Et de hoc est vniuersalis obseruantia in Gallia, ita quod aliqui habent consuetudines particulares de his, ut est in patria Turonensi: de qua per Ioan. Saxon. titu. Des droitz de Chastelenie. capit. i. in consuetudinibus patria Turonensis, ubi ponit, quod vasallus non potest ponere sua arma, nec facere literam, seu ligaturam funerum in ecclesia Castellaniae, quod est ratione congruum, ut minores maioribus deferant, iuxta gloss. fin. in leg. nihil omnino. Cod. de patrin. satrar. larg. i. libro duodecimo. Etiam in delatione & prelatione armorum, in quibus consistit honor, ut hic ante dictum est in 12. conclus. & dicit Bald. in L. generaliter. §. fin. C. de insl. & substit. quod portare ar- ma est honor.

Aduerre tamen, quod arma posita iuxta arna principis, censemur ex eo nobiliora. facit, qui admittuntur ad latus principis, ex eo illustrantur. et in 1.2. nica. ibi; quos nostri laevi comitatus illustrat. C. de p. a. pos. labor. lib. 12. & ibi not. Bald illum text. pro collateralib. quia illustrantur ab eo, cui astant, & Fel. in ca. pastoralis. de offic. del.

**V**igesima sexta conclusio. Cognatis & affinibus non licet assumere, nec portare atma domus illius, vnde cognationem solam habet, aut affinitatem. Cum ad solos agnatos competat ius & facultas portandi arma domus: text. esse videtur in 1. in familia- rum. C. de religio. & sumpt. funer. quem ad hoc Ioannes Saxo alleg. in d.c. i. supra proxime allegato. dicam latius infra in 40. conclus. Et hæc sunt quantum ad arma nobilium, & quæ competit nobilibus, de quibus adhuc dico quando fiet mentio, an transeant ad successores, & quomodo, & in pluribus aliis conclusionib.

**V**igesima septima conclusio est circa populares, qui non habent arma propria: sed aut sibi assu- inunt ex concessione principis supremi, vel alterius domini, ut Bart. qui habuit a Carolo I V. Imper. ut ipse, & ceteri de sua agnatione leonem tubeum cum caudis dutibus in campo aureo portarent. Et tunc talibus licet portare talia arma sibi donata & concessa. & dicit Bart. in d. suo tract. armorum. in hoc non esse dubium. Quia disputare de potestate Principis est sacilegium. l.2. C. de crim. sacril. Facit in rubro & nero, Cod. ut nemini lic. sine iudic. autorit. signa imprim. rebus quas alius detinet. optimus text. in l. sacilegio. de diuers. rescript. Vbi notant Bald. & Paul. quod Imperator, seu Princeps supremus, ut Rex Francæ, potest conferre dignitatem alicui non habenti, & nobilitate quincunque vult. & instar sacilegij est reputare aliquem indignum, quem Princeps approbavit, ut in d. text. cum sit Deus in terris. notatur in l. subenu. C. de sacros. eccl. de laude huiusmodi armotum & utilitate infra dicetur, in 36. conclusione; incip. circa utilitas.

**V**igesima octava conclusio. Etiam populares pro- pria autoritate arma sibi assumere possunt, ut dicit Bart. in dicto loco. Sicut enim nominis inveni- ta sunt ad cognoscendum homines. l. ad recognoscendos. C. de ingen. manum. ita etiam ista insignia ad hoc inveniuntur. ut l. sanctum. §. i. ff. de rer. dinis. Sed talia nomina cuiilibet licet imponere sibi ad placitum. d. l. ad recognoscendos. & l. falsi. in prin. ff. de falsis. Ita etiā

ista insignia cuiilibet licet portare, & impingere in suo, non tamen in alieno: ut l.2. Cod. ut nemini lic. sine iudic. autorit. &c. & ibi notatur per gloss. in verbo, ali- quis. facit cap. dilecti. extra de conceps. prab. & quod ibi notatur per gloss. Non indec id illud e. dilecti. sub tu. de conceps. prab. allegatum per Bartol. sed bene reperio cap. dilecta. extra. de excess. pralat. quod bene videretur facere ad hoc cum glo fin. Et ibi Pan. & Pet. de Anch. ponunt istam questionem cum seq & ibidem tractatur ista materia.

Videretur, quod Bart. in hoc multum extense locatus fuerit, & quod istud non sit indistincte verum, maxi- me in villaniis seu rusticis non habentibus aliquam præminentiam aut dignitatem, seu nobilitatem: quo- niam credo, quod talibus non sit licitum portare ar- ma, hoc est scuta, in quibus sunt arma, cum talia solum coheriperant nobilibus ex aliqua nobilitate, que sunt plures, ut infra videretur in octaua parte: & illis licet propria autoritate assumere aliqua arma, aliis non, propter usitatam & obseruatam iniurialiter consuetudinem a tempore immemoriali, quo talibus solum competit usus armorum, & non villanis & ru- sticis.

Item ut statim dicetur, si adhuc tales sibi assumant, arma, cauere debent, ne assumant arma alicuius anti- quæ domus & familie iam talia habentis, & portan- tis. quoniam tunc possint prohibeti, ut dictum est supra in 23. conclus.

Sed bene verum est, quod tales rusticci & artifices possunt per se & propria autoritate assumere mer- chas, & signa, quibus lignare & mercatae possunt ope- ra sua, & suas res: sed ista non debent fieri ad for- mam, seu instar armorum, & ita evidenter intelligen- da verba Bartoli. De praedictis merchis, seu signis infra videatur, in 31. conclus.

Communiter tamen tenet secundum Pan. in d.c. di- lecti. ut quilibet assumere possit sibi certa insignia si- tue arma. & de hoc truffantur villani a nobilibus, cum dicitur, arma sunt villanorum: quia sumpta sunt ad placitum, prout Accursius gloriatur iuris civilis in l. heres. in ol. fin. 4. de leg. lib. 1. de domino Martino sic dicit, quod legitimi sunt albo nigroque variabat, ut omnem telorum vitaret amaritudinem. Verunta- tien, ut dixi, omnia nomina propria sumuntur ad placitum, ut unus ab altero cognoscatur, iuribus pra- al. quibus addo §. si quis in nomine. Insti. de leg. ira & arma potest quis assumere, ut una patentela disser- nat ab alia, & non fiat alteri præiudicium: eriam dummodo talia arma ignobilium seu rusticorum non habeant galeam seu cassidem tymbratam, ut supra ta- ctum est in 23. conclus. & expedit ita fieri, ut familie distinguantur, & distinctæ cognoscantur, ut dictum est. non sit idem de magistro Ioan. Grammatico, & Accursio iurisperito. ut vult gl. fi. in l. unica. C. de pro- fessor. qui, &c. lib. 12.

Si quis tamen velit assumere arma de nouo, debet assumere magis conformia suis cognatis aut affinibus, vel patriæ suæ, & etiam antiquioribus. & secundum quod videre potest & cognoscere, quod eis magis con-ueniunt & approximant status suo, tam ratione affi- nitatis, consanguinitatis, parentis, loci, quam utri- bus sine qualitate & conditione, & de multis aliis, ut infra dicam. Vnde referam: quia ad rem facit, de Gordio parte regis Midæ opulentissimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura sumptus, ad regnum peruenit: quo potius Gordium civitatem inter Asiam maio- rem & minorem condidit, & a se denominauit, in qua templum Ioui consecravit, & non immemor, nec

veritus originariam condicionem, nec eam celans in eo aratum (tanquam sorte propria arma, & insignia) quo aliquando usus fuerat, posuit, & ex loris, seu funibus, quibus boues in iugo tenuerat, nodum connexit mitro artificio, ut neque principium, neque exitus deprehenderetur in eo, eumque Ioui consecravit, donec qui cum soluat occurreret: ut recitat Guilliel. Benedicti *n. sua repe. c. Raynus. in ver. Ray. de Cler. a. num. 25. de est. me.* & ibi reprehendit illos, qui neglecto honore patris, se filios bastardos magnatum dicunt, ut illorum nomen & arma eis non debita occupent, de quo vide ibi plura exempla.

7 Et ita ut magis communiter videamus, assumentes de novo arma, assumunt ea, quæ magis suo nomini, aut cognomini approximantur & conueniunt propter conformitatem, alludendo ad vocabulum cognominis, ut nomina sint consonantia reb. *vulgato. s. est & aliud. Inst. de den.* & siquidem data sunt ab antiquitate nomina significativa à parte rerum, ut Petrus: quia firmus ut petra. tex. & ibi glos. in *Amb. de defen. cuius. in prine. colum. 3.* & Lucius Lucilius, & Lucullus & luce. Puta si quis cognominetur de quercu, assumit pro armis querum, ut in Papa Julio 11. qui dicebatur de Rouere, & assumit pro armis querum. Et rouere ut vulgari Italico, est quercus. Et illi, qui vocantur de castro, aut castello, sumunt castrum seu castellum: qui vero cognominatur de Loup, accipit lupum, & sic de singulis. Et licet propria nomina ad placitam imponantur, appellativa tamen ab aliqua proprietate imponi solent, ut dicit Bald. in *proam. Inst. allegans l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1.*

8 Sicut videre est multas familias Romanorum cognomina assumptissimæ à leguminibus, & ab ea re, quam optime sacerdent, ut Fabij a faba cognominati, Cicernes à cicere, Lentuli seu Lentini à lente, Pilones à piso, & sic de huiusmodi, & ut ait Plinius, fuerunt ab arborebus cognomina antiquis, ut Frondicio, qui praeclera facinora Vulturium translatans fronde capiti imposita aduersus Hannibalem edidit. Item Cornutus ait: *Q. Cincinnatus cum suum serum ei araret & sererer, die latura ei à populo Romano delata est. Qui contra Samnites profectus vicit exiit: quia à serendo. Seranus appellatus est.* A pinsendo Pilumnus, qui primus pinsendi frumenti usum inuenit: & pilum, id est, instrumentum aptum ad terendum. Item ab herbis, ut Laetucinij, à lacticis dicti. Item à piscibus, ut Muræna, quod fuit cognomen virti Romani, ab eis pisces deductum, unde Ciceronis extat oratio pro Murena. Item Orator, quod cognomen fuit Sergij virti Romani, quod ab hoc pisce fortitus est. Cognomina etiam, ut inquit Varro, habentur à maiori & à minori pecore. A maiori, ut Equitius, Taurus. A minori, ut Saprilus, Scropha, Portius, quod cognomen fuit Catonis Censorij, à porco tractum. Quidnam etiam à vestimento, ut Antonius Caracalla.

9 Et assumendo antiqua arma (puta duos leones aureos eleuatos, se inuicem respicientes in campo rubeo, quæ fuerunt arma Hectoris. Lyram auream in campo rubeo quæ fuerunt arma Davidis. Tres platicos virides in campo auroeo, quæ fuerunt arma Iosuæ. Draconem rubeum in campo argenteo, quæ fuerunt arma Iudeæ Macchabæi. In campo azureo regem in solio maiestatis sedenteri aureum, quæ fuerunt arma Alexandri Magni. In campo azureo tres coronas aureas, quæ fuerunt arma Arthuri) non potest quis reprehendi, nec ab aliquo prohiberi, cum nunc non sint aliqui de parentela eorum. & ita de aliis similibus, de quo latissime *infra in 48. conclusione.*

**V**igesima nona conclusio. Si quis impeditat, ne arma sua aliquis ponat in loco, in quo ponere potest, non patiente eidem honorem decerni, qui decerni potest, non tenetur actione iniuriatum, ut est text. ad literam, *in leg. iniuriarum. s. 1.* Si quis de honoribus decernendis alicui passus non sit decerni, ut puta imaginem alicui, vel quid aliud tale, puta arma, *ff. de iniuriis.* quamvis, ut dicit text. hoc contumeliz causa faciat. Intellige, si fiat impedimentum, antequam sint posita, sed postquam fuerint posita in aliquo loco: si amoucantur, credo actionem iniuriatum esse ortam. Quoniam turpius eiicitur: quam non admittitur hospes, text. *in cap. queruadmodum. s. alioquin. de u. iur. extra.* Ex quo dixi in casu emergenti, de quo *infra 49. conclus. in fin.* cum esset inter duos dominos contentio de quadam ecclesia, in tuis iurisdictione esset, & quis illorum facere deberet zonam lugubrem, seu funebrem in dicta ecclesia: quod ex quo unus superstes abradere fecerit zonam lugubrem, quam filii alterius praefuncti fecerant fieri pro sepultura eorum patris, quod in hoc tenebatur actione iniuriarum. Quia non solum non passus est honorem decerni, sed decretum tulit, diminuendo eius dignitatem, quo casu tenetur actione iniuriatum, ut est glos. in *d. s. si quis n. r. quid facia.* Idem dicendum est de eo, qui arma alicuius iam in aliquo loco depicta deluit, aut abrauit, quoniam hoc casu tenetur actione iniuriatum, si talis, qui illa posuit, non poterat prohiberi illa ibi ponere; quoniam si potuit prohiberi per alium, videtur, quod si ponat sine eius autoritate & licentia, possiat per dictum, qui prohibere potuit, aut eius mandato, deleri, & abradi. Quoniam ex quo illum text. *in d. s. si quis.* potest impediti, ne vratur honore, & ne honor sibi decernatur: ita quod non potest hoc casu teneri actione iniuriatum. Multo ergo fortius si quis vratur honore non sibi debito, potest talis honor impediti per illum, cui prædicatur in honore, puta in appositione imaginis in uno loco, vel alicuius alterius rei ad honorem tantum, ut est in appositione armotum.

Et ideo dic, quod si quis in re litigiosa ponat, aut pingere faciat arma sua, possunt ab aduersario deuastari, excidi, & arripi, per text. *in l. 2. Cod. ut nemo priuatus sit. præd. suis vel alienis impon. vel vela regia suspendat.* & ita tenet Vinc. Cicault. in *quodam tract.* quem fecit de factis Principum *in cap. de autoritate Ecclesie. fol. 5.* sed pro hoc ultimo dicto allego formulariem text. *in l. 1. etiam in l. 2. C. vi. remiss hiceat sine iud. autor. signa imprimi rebus, quas aliis detinet.*

**T**rigesima conclusio. Non solum habens proprietatem in aliqua re arma sua potest facere pingere, sed etiam usumfruendarius in re, in qua habet usumfrumentum. *l. equissimum. s. sed si adiutum usufi. eius legatus su. Nerua filius, & lumina immittere cum posse, ait, sed & colores, & picturas, & marmora, poterit: & sigilla: & si quid ad domus ornatum pertinet. & nos. ibi, sigilla, *ff. de usufi. l. & ibi Angel. de Per. & Flor.* Quia per hoc non efficitur deterior conditio rei, neque mutatur eius substantia; quoniam alias secus esset. ut *l. monumentorum. C. de relig. & l. repelli. s. rei mutatione. ff. quibus modis usufuerit. amitti.* Ex quo dixi in casu emergenti, quod vidua post mortem mariti, quæ haberet dotarium in aliqua domo, seu in aliqua terra, & Signoria, potest ibidem ponere arma sua, prout eius maritus fecisset eius vita comite, sed tamen zona funbris in ecclesia pro ea fieri non potest. *arg. d. l. monumentorum.**

**T**rigesimaprima conclusio est circa merchas, & insignia mercatorum. & artificum. & hoc casu dicendum videtur, quod vnicuique liceat tales merchas, seu signa portare, & habere. Quoniam talia sunt ad recognoscendas res suas & opera sua, seu artificia. unde not. Bald. in authen. dos data. in magna lectura. C. de don. ante nupt. quod balle mercatorum recognoscuntur ad signum; sicut supra dictum est in 28. conclus. quod nomina sunt inuenta ad cognoscendos homines. C. de ingen. manumiss. & s. si quis in nomine. Institut. de leg. Et licet vnicuique nomen suum mutare, & accipere ad placitum, dummodo ab sit fraus. l. unica. C. de mutat. nomi. ideo videtur, quod etiam signum, seu mercham, mutare potest. De mutatione tamen nominis, vide Gem. in proœvio sexti in 3. col. & Angelum in d. s. si quis in nomine & per Doctores in d. l. unica.

Sed quid de armis, an licet ea variare, & mutare pro libito? videtur, quod non: quia, ut saepè dictum est, bonum est argumentum de nomine ad arma. Modo sic est, quod mutatio nominis videtur prohibita, ut in l. 1. s. qui in rationibus ibi: vel rem amouerint. & l. falsi nominis. ff. de falsis. & l. Tisio. in princip. ff. ad municip. ideo nec arma mutare licet. Facit; quia nemini licet titulum semel assumptum variare saltem sine scitu principis, ex ratione, l. eos. s. qui se pro inlute. & ibi Bald. ff. de fal. Item mutatio nominis non sit in Imperatore, ut tenet Baldus in preœm. Gregorii. n. 1. colum. 1. igitur nec in alio inferiore permitta esse videtur; cum dicat se dominum in terris, & eius dignitas alta est, ut per Bald. b. Item, Notarius non debet mutare nomen nec signum, ut in 33. cōsideratione dicetur. In oppositum facit: quia quis dum dignitatem apostolatus alsequitur, mutat nomen proprium primæ impositionis, ut tenet Baldus, vbi supra. & illa mutatio dicitur gratiosa, idcirco variatio armorum est licita. Ideo dic, quod sicut nomina bona possunt mutari, dummodo illa mutatio non sit calumniosa, captiosa, ignominiosa, & fallens: quia tunc prohibitur tanquam etiam gloria, iuribus pro prima parte allegatis. Sed illa est licita, quæ damnum, fraudem, & deceptionem alteri non infert, nec inferre potest. ut dicit ibi Bald. in c. l. 2. & pro vtroque casu est text. in d. l. unica, C. de mutat. nominis.

**T**rigesimasecunda conclusio erit, pro limitatione prædicta conclusionis, quæ fallit multis modis. Primo, quando interesset multis seu contingere posset ex hoc interesse multorum: quod fieri potest, quando esset quidam faber expertus, & bene famatus, qui in gladiis suis seu aliis operibus, aut artificiis facit certa signa, vel mercham, ex quibus opus talis magistri, seu artificis esse cognoscitur, & laudatur, ut per hoc tales merces melius vendantur, & audiuntur emantur.

Et ideo dicunt Bart. in d. suo tract. armorum, Pan. & Petrus de Anchart. in c. dilecta. extra, de excess. prelat. si alius faceret tale signum, posse prohiberi; quia ex hoc commune bonum, seu res publica laederetur, & decipi posset. Acciperetur enim & emetur opus vnius (ut saepè fit) pro opere alterius, argum. l. unica. C. de lat. na libert. tollen. & c. in nonnullis. extra de Iudeis.

Istud exemplificari potest in multis, maxime tempore nostro in quodam fabro cultellorum, qui dicebatur Vauldoire, qui vtebatur certo signo pro sua mercha operi suo imprimenda. Nam si alius usurparat illud signum, potuisset ille: & quilibet alius de populo conqueri, & ad preces illorum per iudices prohiberi eidem vtrupanti, potuisset etiam ceteris, ne talis signo vterentur, quod & factum fuit.

Sic etiam in oppido Belnensi, vbi erat quidam faber balistarum laudatissimus, & ingeniosus, qui ceteros in

operis sui dignitate excellebat. Nam si aliquis signum ipius accepisset, potuisset ad iustitiam illius, aut alterius de illo loco prohiberi, ne quisquam alias usus fuisset, & sic de singulis faciunt ad prædicta, quæ tergi in infra in 34. conclus.

Sicut videamus in Burgundia, dolia vinorum sunt diuersa, & distincta ab aliis totius Galliæ: ita quod nulla prouincia est in Gallia, quæ vtatur dolis, seu vasis vinariis ad mensuram, & sub forma, & modo quibus fabricantur in viba Belnensi, & in tota Burgundia.

Altissidores tamen ad æmulationem volucrunc facere similia vasa, & dolia, ut carius, & citius vendent eorum vina, & pro vinis Burgundiæ, quod tamen fieri non potuit, nec debuit. Et ideo super hoc pendent processus Patisis (vt audiui.) Et pro certo iuste possunt & potuerunt Burgundi impedire & conqueri, ne sunt, neque fierent dolia ad vnum vnorum ad instar suorum, propter excellentiam vnorum Belnensium, & totius Burgundiæ; quia alias euente posset, quod alia vina venderentur, & exponerentur venalia pro vinis Burgundiæ, & diffamaretur, seu minueretur fama, & celebritas vnorum ipsius Burgundiæ, etiam decipi possent multi emptores; ideo interesse tam publicum, quam priuatum considerandum est.

**T**rigesimatertia conclusio erit pro secunda limitatione antedictæ conclusionis, quæ fallit secundo in signis, quibus vtuntur Notarij, qui semper uno signo vti debent, & mutare non debent, nec nomen, alias tēcentur de falso. B. 1. d. in l. comparationes. col. fi. C. de fid. inst. & in l. const. C. & Lanfran. in c. quoniam ver. instrumenta. col. 2. extr. de probat. Quia nullus potest assumere signum alterius Notarij, nec eo vti: & si id faciat, incidit in crimen falsi. notatur in l. nemo. quæ est l. fi. s. nec callidus. Cod. de assessoribus. in s. item Lex Cornelia. Institut. de pub. iud. & in Auth. de instrum. cautela, & fide. s. oportet autem. & quod ibi not. col. 6. vbi si quis signum alterius accipiat, potest prohiberi. ita etiam tenet Io. de Platea in l. signata. C. de fabricensibus. lib. ii. quia aliquando posset diffamari primus signans tali signo, si secundus non bene vtetur co. arg. d. c. dilecta. de excess. pral. extra. Et ibi Berna. de Landrino in apostilla ad Panormitanum allegans Bal. in sua disputatione, que incipit, accusatus de vi turbativa.

**T**rigesimaquarta conclusio erit pro tertia limitatione præcedentis conclusionis in ordine 31. quæ fallit tertio in signis, quibus vtuntur fabricatores omnium rerum: quoniam etiam tales possunt ad requestam eorum inhiberi facere, ne alij illo signo vrantur, ut supra dixi in conclus. 32. Quia si sit bonus faber, pictor, aut textor, & alius qui non esset ita peritus in arte, vt vteatur suo signo, posset ille bonus artifex, qui primo vtebatur tali signo, diffamari in opere suo. Eius enim interest, ne alius imperitus artifex tale signum assumat, ne confusio operum inducatur, & sic esset primi boni, & periti artificis diffamatio, ut etiam tenet Bald. in l. l. C. quares vend. non poss. & dicit Bal. in cap. quanto, colum. 2. de iure iur. quod unus mercator non potest apponere signum alterius mercatoris in ballis.

Idem etiam dicit Guillelmus benedicti in sua repet. cap. Rayn. in ver. Raynulus de Clera. nn. 59. de testam. in hospite tenente diuersorum, seu hospitium, qui si primo acceperit signum aliquod, seu intet signum, potest prohibere, ne in illo loco alius accipiat illud. quia sua interest, si in illo loco, seu ciuitate, vbi habet tale signum, vel quia forte propter eius famam, & di-

ligentiam seu prouidentiam, cuncti viatores, & hospites ad ipsum currebant & nunc diffamaretur, saltem fama talis hospitij diminueretur, si alius non æque idoneus, fidelis, & seruitialis inter signum illud assumeret, quod non est tolerandum in præjudicium primi occupantis, & habentis eale signum seu intersignum.

3. Vel quia forte unus mercator, vel alius artifex habet in sua domo ex præscriptione aliqua insignia, quibus semper sui prædecessores usi fuerunt per triginta annos, & ultra, ut dicit Bald. in l. 1. quæ incipit *fucande. in fin. C. queres vendi. non poss.* quem ibi vide pro materia. & facit pro hoc l. *monumentorum. in fi. C. de relig. & sum. fun.* Et prædicta intelligo vera, nisi esset magna distantia loci, de uno interligno ad aliud, aut unus vicus multum distaret ab alio; quia tunc in illis vicis longe distantibus etiam in eadem civitate sepe similia intersignia (vt Parisiis) videntur esse appensa, licet plerunque in aliquibus differant, ut unum fiat parvum, aliud magnum, vel cum aliqua dissimilitudine, & discrepantia, pro quo faciunt dicta *infra in 3. conclus.*

4. Et ex hac conclusione infero, quod cauere debent aduocati ne se subsignent scripturis factis per procuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc, si deueniant ad manus expertorum, & doctissimorum virorum, posset eorum fama attenuari: quia in his inspicitur signa aduocati se subscríbēt. q. iod male obseruant aduocati Heduenses, qui ut plurimum subsignant scripturas per procuratores factas. quod tamen semper facere renui, & vidi multos in hoc decipi, & pénitente, cum eorum scripturæ declarabantur inadmissibiles, inutiles, impertinentes, ineptæ, & nullæ, quod in eorum dedecus redundabat, ex quo non cogitauerant, nec illas fecerant. Caueant ergo de cetero signa eorum talibus scripturis apponant, nisi ex fontibus propriis processerint; & facit; quia inciule est (nisi tota lege perspecta) de aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere. l. *inciule est. ff. de legib. facit etiam l. de his controvērsiis. in his verbis inspeditis cognitisque verbis testamenti. ff. de translat.* & plerunque principium per finem corrigitur. l. *lib. in fine ff. si cert. perat.*

5. Et ampliando prædictam fallentiam videtur, quod apponere signum alienum, seu mercham alienam in rebus suis sit prohibitum. *leg. 1. C. de nautib. excusandie. lib. ii. imo quod perdat rem suam. d. leg. 1. & l. sacrileg. 9. qui cum ff. ad leg. l. lib. pecul. cum aliis allegatis per Lucam de Penna in leg. *stigmata. Cod. de fabricensibus. lib. ii.* Et sic unus mercator non potest, nec debet apponere signum alterius mercatoris in ballis suis, ut dictum est hic ante.*

**T**rigesima quinta conclusio erit de insigni, insigno, seu merchâ mercatoris, an probet. *Ioan. de Platea in d. l. *stigmata. & Guilliel. Benedit. in d. rep. cap. Rayn. in ver. Rayn. de Clera. de testam.* dicunt, quod talis merchâ sufficit ad probandum rerum dominium. facit c. *displicer. 23. q. 4. ibi: @ vos oues Christi estis, characteren dominicum portantes.* secundum Lucam de Penna in d. l. *stigmata.* Eius enim res esse videtur, cuius signo signata est. l. *quod si neque. 6. fin. ff. de peric. & commodo rei vend. & cap. si iudex. de sent. exc. in 6.* Ad idem bene facit i. *quest. i. c. quod quidam. in fin. & 23. q. 7. c. quemadmodum de confes. distin. 4. cap. postea signatur. 24. q. 2. c. sane profertur. extra de voto. c. magna. & c. fin. ibidem. & Ezech. cap. 9. *Transi per medium ciuitatem, & signa Thau. super frontes virorum gementium, & dolentium super abominationibus, que sunt in medio eius.* Et Lyc. 20. *Ostendit.***

mibi numisma censur. At illi attulerunt ei denarium. Cu- ius habet imaginem, & inscriptionem? Et respondentes di- xerunt: *Casarius, & ait illis: Reddite ergo quod est Casarius, &c. Et Genes. 4. posuit Dominus signum in Cain. Ad idem Exod. 12. quod verum dicit esse Lucas de Penna, si probetur impositio merchæ. l. 3. C. de bonis vacan- tibus. lib. 10. d. leo. quod si neque. Quod videtur etiam esse verum, quo ad possessionem, & dominium, arg. d. leg. 3. & l. monumentorum. C. de relig. & sum. funer. & facit quod notatur in cap. quanto. in gloss. in verbo, patris. de iure iur. exira. & in leg. unica. C. de nautis Tyberinis. li. 11. Ita dicit Lucas de Penna in d. leg. *stigmata.* & dixi in meo monologio. in verb. merchæ mercatoris. Dicit tamen Bal. in authen. dos data. C. de don. ante nupt. quod facit tantum presumptionem, ut in ballis mercatorum, si quod facit presumi esse illius, cuius est signum. De impressione armorum, inscriptione nominis & imaginum an probent, vide infra in 55. conclusione.*

**T**rigesima sexta conclusio circa utilitatem armo- rum, quæ quis habet à Principe, versatur: de qui- bus supra in 27. concil. in c. circa populares. an plus pos- sint, & an afferant aliam utilitatem, quam si alius ea non habeat à Principe. In quo concludit Bart. in suo truct. de armis, quod magis prodest, & magis relevat habere arma à Principe, quam à scipso in multis.

Primo; quia est maioris dignitatis, sicut dicimus in testamento facto à Principe, ut in leg. omnium. *Cod. de testam.*

Secundo; quia non possunt prohiberi ab alio illa portare, l. 2. *C. de iure iur. & ff. de mino. 25. annis. leg. mi- nor autem magistratus. in priv. & 9. 2. qui text. bene fa- cit, cum dicat, quod aduersus sententiam Principis non admittitur quis ad petendam restitutionem in in- tegrum; cum solus Princeps restituat aduersus suam sententiam. Quia nullus eo maior sit, l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. de iur.*

Crederem doctrinam Bar. in hoc esse veram, dummodo princeps non concessisset ei arma alicuius magnatis, seu domus, aut casaræ antiquæ: quia tale priuilegium concessum à Principe, intelligitur sine præiudicio tertij. text. in l. 3. 6. merito. ff. ne quid in loco pub. & l. 2. *C. de preci. impe. offer.* ideo si Princeps concederet arma alicui noua, quæ quis non solitus est habere, non potest prohiberi. Secus si solitus esset portare aliquis, & gestare à tempore immemoriali: quia tunc posset querelare talis de suo interesse, & quod Princeps non intellexit illed fecisse in præjudicium illius: & sic instantiam illius prohiberi, nisi Princeps diceat; Non obstante, & cetera, quia tunc Princeps posset concedere, arg. nota. in l. fin. Cod. si contra ius vel usit. pub.

Tertio; quia si duo assumperint eadem arma, seu in- signia, nec de prioritate, nec posteritate appareat, præfertur ille, qui à Principe habuit. l. si dux. in princ. ff. de excus. tutor.

Quarto; quia si in exercitu esset vel alio loco, & que- reretur quis deberet præcedere, debent preferri illius arma, quæ à Principe sunt concessa. l. 5. ff. de albo scrib. l. 1. *C. de consulab. lib. 12. cap. per tuas. exira de maior. & obed. & arg. d. leg. si duas in princ. ff. de excus. tut.* Et dixi in pluribus locis, quod inter eiusdem qualitatis pares, semper præfertur, qui à Principe honoratus sit, seu alicui munere donatus sit. text. est ad hoc in l. restituenda. in fin. C. de aduo. dimer. iud. & merito illis est deferendum, cum ratio priuilegijs sit habenda, l. 3. ibi. nisi quis priuilegiatus veniat. ff. quod cum eo. qui in alte. po- test. &c.. Et sic intelligit Bart. prædicta procedere ex- teris.

teris paribus, scilicet quod alias illi, qui habent arma, sint æqualis dignitatis, alias præferri debent arma illius, qui esset in maiori dignitate, arg. & superius alterum, & que ibi notantur. allego tamen textus expressum in l. i. ff. de albo scrib. Exemplisico, si aduocato fiscalis alicuius alterius prouincie in Burgundia Princeps daret arma hodie, & ego eras assumerem propria autoritate: cū uterque sit aduocatus fiscalis, & sic paris dignitatis ille, qui haberet a Principe, præferretur. Sed si Cancellarius Francie assuneret sibi arma de novo hodie, & Princeps hodie mihi concessisset, non essem propter hoc præferendus; imo ille, qui est maioris dignitatis, vt latius infra dicetur in 49. conclusio.

Et ideo cum arma donata a Principe maiorem autoritatem præstent, & prælationem, quam arma sumpta propria autoritate, non mirum si Bart. gloriabatur in hoc, quod arma sibi fuerant concessa a Carolo I V. Imperat. qui sibi donauit, & ceteris de sua agnatione Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portare, vt dicit in d. suo tract. & dixi supra in d. 37. concl. vbi de materia.

**T**rigesima septima conclusio, attingendo materiam circa transiunctionem armorum ad successores, est, quod arma vniuersitatis domus, familie, vel casate, remanet, & transiunt integraliter ad filium primogenitum tanquam digniorem, qui quidem illi debet, & potest portare integra, plana, si ne aliqua additione, vel diminutione, vt infra dixi in 76. concl. Et quia primogenito debetur honor in omnibus, cum præferatur ceteris, & in mensa, in oblationibus, & aliis multis de quibus infra in 5. parte, in 41. consideratione. & portare arma est honor, vt sepe repetitam est supra, & dicit Bald. in l. fin. C. prosocio. quod arma, & nomen nobilium remanent apud principalem domus. Cum in illo tanquam in capite splendor genitrix sit & permaneat, arg. l. cum scimus. inf. C. de agric. & censit. l. ii. quem allegat Vincentius Cigault in suo tract. de potestate ecclie. Cum deterioris conditionis non sit, quam patet. l. cum suis. C. eo. tit. & lib.

**T**rigesima octava conclusio. Arma sunt tantæ virtutis, quod transiunt in successores vias domus seu agnationis. l. familiæ irua. cum l. seq. C. de religios. & sumpt. funer. & hoc secundum prioritatem gradus, vt in successione aliarum rerum, de quo inferius in 76. conclus. in fi. & ample G. illiel. de Monteferrat. in tract. de succession: regam, in loco endo d. abo. nu. 19. & supra in 20. concl. Facit; quia filius familiam sequitur & agnationem patris §. i. abi; quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur. In fin. de legitim. agnat. tutela. concordan tex. in c. 2. & ibi gl. in verbo, potestate extra de conuerso. infidel. & sic de iure à patre, & non à matre denominari debet. Item filius sequitur conditionem patris quo ad originem. Item sequitur patrem quo ad dignitatem, & honores. Item nationem patris: vt probat, & tenet Guiliel. Bened. in sua rep. c. Rayn. in prin. de testam.

**T**rigesima nona conclusio. Si sint plures successores, ad proximum transiunt arma integra sine diminutione. Ad sequentes vero cum aliqua diminutione, aut cum appositione, seu additione alicuius rei, sic quod possint discerni ab armis principalibus integris, & planis. Sed quomodo hoc sit, infra d. etatus sum in 76. concl.

Et dicit Bart ubi supra, quod istud licet, sicut licitum est addere cognomen nomini, aut illud inter duos eiusdem nominis: ex quo de notari posse diuersitas inter eos, sicut inter duos fratres eiusdem nominis dicitur unus Ioannes iunior, vel patruus, alter vero Ioan-

nes antiquior, vel magnus, &c. Et istud semper operatur antiquitas, seu primogenitura, quæ debet habere aliquam prærogatiuam: & ex communi obseruantia in Gallia in quocunque gradu sit, semper habet istam præminentiam in acmis, quod ea portat integra: sequentes vero cum aliqua adiectione, vt dixi supra in 20. concl. & ample declarat Guillelmus de Monteferrato in tract. de success. rerum, in 2. dubio.

**Q**uadragesima conclusio. Arma non transiunt ad cognatos, & affines. l. ius familiarium. C. de rel. & sumpt. funer. Et facit, quia cognati descendentes ex foemina, non sunt de familia. l. cum in adoptu. C. de adopt. Sozinus in cons. suo 30. col. 3. Et soror dicitur quasi seorsum nata, & à familia separata appellatur, vt dicit idem Sozin. in d. cons. per me allegato in Commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundie. tudes droict & apparrences à gens mariez. §. i. in glo. en puissance de son mary. & tit. des successions. §. ii. in glo. l. vbi dicitur, quod agnationis dignitas semper debet esse salua, considerato in hoc, quod honor debet remanere apud agnationem, & sic cum arma sint honor domus, vt prædictum est, ad cognatos transire non debent. Faciunt etiam ad propositum quæ dicit Ang. in cons. 169. & in cons. 281. supra allegat. Ita etiam tenent Bart. in d. tractatu de armis. Petr. de Anch. d. capit. dilecta. de excess. prælat. & Ioannes Saxo in dict. capit. i. titul. des droict de chastellenie. in consuetudinibus patriæ Turenensis.

Ex communi tamen obseruantia & vnu atma, domus, seu familiæ transiunt ad cognatos, & affines, uno modo, videlicet cum adiunctione in vna parte armorum: alterius familiæ ex parte sinistra: maxime in descendantibus ab illis; quia solent depingere aut depingi facere arma sua diuisa, & bipartita, ita quod in parte dextra sunt arma patris, & in parte sinistra sunt arma matris. Quod quomodo facere licet, scilicet assumere etiam nomen & arma matris, vel alterius, ponit Guil. Bened. in sua rep. c. Rayn. in ver. Raynulph de Clera. nu. 44. de testam.

**Q**uadragesima prima conclusio. Sicut identitas cognominis inducit præsumptionem agnationis. l. cum precum. C. de liber. causa. ita etiam identitas armorum inducit præsumptionem agnationis aut cognationis. Quoniam sicut nomina imponuntur, & reperta sunt ad cognoscendos homines. l. ad recognoscendos singulos nomina comparata. C. de ingen. manum §. ii. quis in nomine. Inf. de legatis. Ita etiam arma, signa, seu insignia sunt & adiuncta sunt ad recognoscendas familias, & agnationes: quia per signa cognoscitur ligatum. facit tex. in l. i. §. si intelligatur. ff. de adul. edict. facit l. quod si neque. §. fi. ff. de peric. & cōmod. rei vend. & l. stimata. & ibi lo. de Plat. de fabricensib. l. II. C.

**Q**uadragesima secunda conclusio. Arma non transiunt ad heredes rebellium, proditorum seu falsariorum, eo; quia quod fortius est, si tales delinquentes iam haberent arma ante rebellionem, prodictionem aut falsitatem, destrui, deleri, & detrahiri possent post talia delicta perpetrata, vbiique essent depicti, seu affixavit dicit Bart. per text. singularem in l. eorum. ff. de pen. ita tenet Lud. Roman. singulare suo 474. in cap. eorum arma. & singulare 666. & d. incus lal. in §. penales. in 2. colum. num. 104. l. i. de atra. & Ioannes de Terra rubra, in suo opere de vinea ecclie. tract. 3. l. 3. ff. de interdici. idem de baenitis art. 6. in materia rebellionis: qui impune possunt occidi, cū dicantur hostes. Bart. in l. amission. §. deficienciam. ff. de c. diminut. Multo fortius ergo impeditur translatio seu transmissione armorum prædictorum in eorum heredes, cum memo-

ria eorum etiam destrui possit, & debeat: *I. fin. ff. ad l. Iul. maiest.* Et turpius eiicitur, quam non admittitur hospes: *tex. in c. quemadmodum, §. alsoquin, extra de iure in.* Facit pro praesenti conclusione; quia pater damnato de crimen laeae maiestatis, amittit filius iusta sepulchrorum, ut de hoc est casus specialis *in l. 1. §. interdum. ff. de suis tuis legit. hereditib. & ultra, talis filius amplius ad honores seu dignitates aspirare non potest. tex. in l. quisquis. §. 1. ff. ad l. Iul. maiest.* que lex est canonizata *in c. pen. 6. q. 1.* & satis videretur absurdum illos admirari, quorum repellerentur autores, ut *in cap. licet. in fin. de testib. extra.* In aliis vero delictis secus. *l. 2. §. nullum patris delictum innocentis filio pena est: ideoque nec ordine decurionum, aut ceteris honoribus propter eiusmodi causam prohibetur. ff. de decur. cum pluribus concord. in gl. ibi alleg.*

**Q**uadragesimatercia conclusio. Insignia, & arma domus non transiunt ad fideicommissarium, ita tenet G. Benedict. *in sua repe. c. Rayn. in verb. si absque liberis. 2. de si teicommissaria substituzione, nu. 204. & 205. de testam. vbi in simili arguit de iure patronatus tam spirituali, tam temporali; seu seculari, cui requipat in hoc talia iura armorum & insignium. Licet ius patronatus ad quoscunque heredes, etiam extraneos transcat. gl. in verbo, heredes. in Clem. 2. de iure patron. & gl. in car. considerandum. 17. q. 7.* Notat plene Panorm. *in c. 1. q. in c. cum seculum, de iure patron.* Non tamen (ut dicit) transiunt talia iura ad fideicommissarium, vbi est substitutio fideicommissaria, & obliqua: imo haec omnia remanent penes heredem directum. *l. quia perinde, vbi Bart. singularuer. & Alex. ff. ad Trebell. dominus meus Ias. in l. precib. col. 12. C. de impub. & alii subst. allegans Imlolam & Bal. in d. loco per d. G. Benedicti allegatum.*

Dicit tamen Guido Papæ *quod l. 57.* quod tale ius patronatus seculare transit ad fideicommissarium facta restitutione, sed ante restitutionem remanet penes heredem. Ideo videtur idem dicendum in armis & insigniis, quæ competit alicui ratione familiæ, aut domus. Sicut etiam videamus in iure sepulchrorum, aut monumentorum, quod etiam transit in fideicommissarium: imo etiam quod plus est, in legatarium. *tex. est in l. monumenta. C. de legatis.*

Ex prædictis: & ex dictis Panorm. *in d. l. cap. cum seculum. extra de iure patron.* dicentis, ius patronatus vendi non posse simpliciter, aut alienari, sed bene cum vniuersitate, ut *in d. cap. cum seculum*, insero sequentia.

Vnum videlicet, quod vendendo totam hereditatem alicuius, seu successionem, quod in emptore hereditatis vniuersalis transiunt arma, & insignia; sicut transiret seu transferretur ius patronatus; cum de his fiat argumentum de uno ad aliud, ex dictis G. Benedicti. *in d. c. Raynuni.*

Aliud vero erit, quod sicut non potest vendi ius patronatus de per se, nec legati, ut dicit Alber. *de Roli. in d. l. monumen.* ita nec arma de per se, aut insignia de per se vendi possunt, sed bene cum vniuersitate; quod tamen de vroque, an sit verum, in sequentib. videbitur.

**Q**uadragesima quarta conclusio ergo erit talis: An arma seu insignia sint in bonis, ita quod alienatione omnium bonorum comprehendantur, cu transiunt ad successores, ut supra dictum est *in 37. conclus. cum dubio sequen. concl. videtur, quod sint in bonis.* Ita conclusio erit tantummodo de armis, & insigniis principum supremorum. An videlicet possint vendere, aut alio modo concedere arma suæ dignita-

tis supremæ, aut insignia in parte, vel in toto aliis suis inferioribus non habebitis facultatem illa portandi, aut ratione agnationis, aut alias quoquis modo. Do exemplum in Imperatore qui gestat Aquilam nigram, in rege nostro, qui habet tria Lilia aurea bene ordinata in campo azureo, & sic de aliis. An possint aliis concedere, quod sua arma portent in totum, cum aliqua diminutione, aut in partie. Et si faciant, an principes de eorum sanguine, aut ab antiquo talia arma portantes cum aliqua tamen diminutione possunt de hoc conqueri, & impediti, ne deferantur.

De armis autem regis Franciae, inter alia arma principum cum fuerint Clodoueo primo regi Francorum Christiano cælitus demissa in baptismo illius, & coronatione, videtur, quod non possint aliis concedi, nec quod sint in commercio ipsius, & quod solus ipse ea portare debeat, & habeat sine aliqua diminutione. Alij vero de sanguine regali cu aliquali diminutione: & si cedent aliis, an quod ex eis videretur facere iniuriā, & inferre interesse, & commodum dignitatibus regalibus, & illis de suo sanguine, & prosapia regali, & cu sit incorporeale cœcens non personam ipsius tantum, sed regnum, & illos de sua agnatione, ex quo non percipitur commodum, videtur, quod non possit alteri dare, aut alio modo alienare; cum pignori talia iura dari non possint, ut dicit Bart. *in l. si u. qui. §. ff. de pignorib. dominus meus Ias. in §. u. Seruian., nu. 109. cum seq. In l. de aelio.*

Imo, & quod minus est, vestes regales non possunt vendi, nec per alios assumi, ut est tex. *in l. 1. & ibi Bart. C. que res vendi non poss. & l. 4. C. de v. stib. atoberis. li. 11. & ample declarat Guilliel. de Monteferrato in tractat. allegato, de successione regum, in 2. dubio.* Et de his iuribus regalibus, quæ non possunt concedi per Principem, vide Luc. *de Pen. in l. contra publicam. Cod. de re mil. lib. 12.*

Hic tamen super praesenti dubio causa disputationis, & veritatis indagandæ ex doctrinis dictorum aliquid dicendum videtur, arguendo ad utramque partem & tandem omisis disputationibus concludam.

Primo pro parte affirmativa, quod possit princeps concedere alicui, etiam inferiori, quod arma sua defeat, probatur sic. Nam nemini est dubium, quin sit ad instar sacrilegij, de potestate principis disputare, *vulgata l. 2. C. de crim. i. et leg.* & quia omne, quod vult princeps facit, nec ei dicere quiskam potest, cur hoc facit? Ercle. 8. c. *in memoria 19. dist. dom. meus Iason. in l. rescripta. col. 1. C. de precib. Imper. offerend.* Et quod vult fieri, pro facto habetur. *l. apud eum. ff. de manu. & est apud eum cum proportione voluntas. l. 1. ff. de cor. stib. princ. Motat rerum naturas. l. vnic. Cod. de rei ux. ael.* Nec de facto eius est dubitandum; quia dicitur habere nomen divinum ad exemplum diuinæ maiestatis. *l. quicunque. C. de fundis patrum. libr. II. Diuinatio namque in labiis regis est. Pro. 16.* Et ideo, sicut mentiri Deo, vel Papæ est sacrilegium. *c. serpens. iuncta gl. de panis. dist. 1.* ita de Princepe falsum referre, temerarium & pericolosum est. Quia tamen circumscripta autoritate principis de principe disputare licet, *ara. l. Emilium. vbi nor. Bart. ff. de n. i. or.* Salua in omnibus autoritate eius, pro elucidatione dubijs adducantur sequentia.

Primo, quod possit princeps concedere inferiori delationem armorum suorum, tatis videtur probatum ex iam deductis. Ex quibus patet, principem multa maiora posse; ergo hoc, quod minus est, potest, per regulam iuris: Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus. *c. cui licet. de reg. in. l. 6. Nec debet, cui quoq*

- quod plus est licet, quod minus est non licere. l. non debet. ff. co. 11.
- 7 Secundo de eo iure, quoquis habet, potest ad libitum disponere. l. si domus. §. in. t. fina. verbis. ff. de legat. l. qui tabernas. ff. de coni-empt. & vend. facit l. l. in re. n. nata. vbi dicitur, quod rei sive quilibet moderator, & arbitrus. Et nihil tam conueniens est aequitati naturali, quam voluntates domini volentis rem suam in alium transferri ratam haberi. §. per traditionem. l. stir. de rerum diuis. Ex quo sequitur, quod princeps suis armis uti potest ad libitum, & sic eorum portum inferiori, & cui volet, concedere potest.
- 8 Tertio cuilibet licet, est assumere arma prout vult, vt supra dixi in 28. conclu. dummodo non cedat in iniuriam, aut praediudicium alterius. decilio est Bart. in suo tracta. de insignibus & armis. & Panorm. in cap. dilecta. de excess. prelat. Tenet Paris. de Puteo in tract. quem fecit de re milita. & duello. lib. 6. cap. antepen. Bonus de Curtili in tract. nobilitatis. numer. 172. tertia pars. Ergo & mutare arma propria, & ea ad illum transferre. Et sic etiam licet debet principi, qui ab inuierali non est exclusus, ve um iure communi vtitur priuatus. l. iustus. C. de iure & sc. lib. 10. l. 2. C. de pe. h. re. l. l. cum h. creces. C. qui i. san. fac. poss.
- 9 Quarto nomina possunt assumi, & mutari ad placitum. l. vnic. C. de missat. nomi. possunt etiam concedi, & transferri, l. hor iure. §. fin. ibi: si turasse. te nomen meum latetur. ff. de don. eg. facta. §. si sub conditione. in illis verbis, nihil maii est, honesti nominis nomen assumere. ff. ad Trebellia. Ergo & arma ieu insignia possunt concedi & transferri. tenet consequentia ex eo, quod valet argumentum de nominibus ad arma, seu insignia: quia sicut nomina inuenta sunt ad recognoscendum, vulgariter ad recognoscendos. C. de inge. & manumiss. §. si quis in nomine. Instiut. de leg ita & insignia. l. sanctorum. ff. de rerum diuis. & ita tenet Bart. in tract. suo de insignib. & armis. col. 2. dictum est supra in d. 28. conclus. in c. etiam populares.
- 10 Quinto faciunt pro hac parte, que ponunt Feudistæ in tit. que sunt regalia. vbi tenent, quod princeps potest iura regalia concedere: & hoc tenet aperte And. de Isern. in d. tit. de regalib. vbi dicit, quod si princeps generaliter, & indefinite concedit, videtur concessisse omnia, quæ personæ principis coharent: & sic concedere potest delationem armorum suorum, que dicuntur esse de legalibus principiis: sunt enim insignia regalia.
- 11 Sexto concedere leges, est de precipuis pertinentibus ad principem solum. l. fina. C. de legib. Et tamen senatus legem facit de autoritate principis. l. non ambigatur. ff. de legib. Idem praefectus praetorio. l. 2. C. de offic. praefct. crato. Orienti. si hoc maximum imperij & potestatis signum concedit principi: similiter portum armorum suorum concedere potest; cum non possit assignari congrua ratio differentiarum.
- 12 Septimo ad idem potest princeps comiti, & alij inferiori concedere, quod monetam faciat; ita tenet Hostien. in Summa de censit. us. sed hoc non est minus, quam deferre insignia principis, ut clarum est; ergo portum suorum armorum concedere potest iuxta regulam iuris iam alleg. quæ vult, quod qui potest plus, potest minus, sive tantundem. l. ev. palle. ff. de iuris exportan. l. non debet cui quod plus est. ff. de reg. iur. & c. cui licet. de regul. iur. in 6.
- 13 Octavo facit quod scribitur Ester. 6. c. Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestib. ut regus & imponi super equum, qui de sella reale est, & accipere regium dsad. ma super caput suum. quod factum fuit Mardonius, ex regis Assueti præcepto. Ex quo approbatur, principem concessisse inferiori portum suorum armorum, & sic nunc concedere posse, facit text. in cap. antiqua. de prin. §. dominica. vbi summus pontifex concedit legato suo, quod vtatur insignibus pontificibus, scilicet veste rubea, palafreno albo, steno, & calcaribus deauratis.
- Nono probatur arguendo de nominibus ad arma, 14 quod est validum, vt deducitur est. Duo enim eodem nomine vocari possunt. l. duo sunt Tity. ff. de testimoniis. l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. Ergo duo eadem ferre possunt. Et quis nominari nomine alterius potest ex sua concessione, & illud ferre. d. l. hoc mire. §. fina. ff. de don. v. v. l. sed sciendum. in fine. ff. ad Trebell. ergo & arma, cum parificentur.
- Decimo, facit; quia, vt dicit Bald. in c. quanto, de iure. 15 re. ur. Nemo potest portare arma principis sine speciali priuilegio. alleg. l. 2. C. ut nemo priuat. titu. prædictis suis, vel velar regia sufficiat. & l. 1. C. ut nemini lic. sine iudicis autorit. signa morior. rebue, &c. Ergo videretur, quod cum speciali priuilegio potest; quoniam hoc causa non est sublata potestas principi, quin possit facere, & princeps potest omnia, vt dictum est.
- Vnde scribitur de multis Imperatoribus quod 16 sibi socium, & comitem imperij delegerunt. Assumpsit enim Gratianus Imperator Theodosium secum, qui cum eo, & Valentiniiano imperauit, vt aperte testatur l. 1. l. 4. summa Trinit. iuncta superscriptione eiusdem legis, vbi loquuntur Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Imperatores. Similiter Arcadius filius Theodosij assumpsit tecum Honorium: & postea idem Honorius Theodosium iuniorum secum assumuit in administratione imperij, & multi alij Imperatores ita fecerunt, vt persecutanti historias, & superscriptiones legum apertum est, fuerunt simul Imperatores Diocletianus, & Maximianus, vt probatur in cap. nunc autem. 20. distinct. in illius verbis: siquidem tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum. iuncta glo. prima, ibi: in verbo. Diocletiani. & in l. soror. iuncta superscriptione illius. C. de col. pro quo facit Clement. Romani. in glo. in verbo, reges. in fin. de iure iurand. Bald. in authen. ex testamento. col. fin. dicto tir. de col. & in c. non autem. & ibi glo. mag. 7. 7. l. vbi etiam appetet, quod duo possunt esse episcopi in eadem diocesi.
- Ex quibus patet Imperatorem assumpsisse consortem, & ei concessisse iura imperij: ergo multo magis arma, & insignia: & ideo nunc posse portum suorum armorum concedere, arg. auth. multo magis. C. de ep. & cop. & clericis.
- Vltimo, certum est, quod apud populum primo fuit 17 imperium, sed transtulit populus omne ius imperij & dignitatem in principem, vt de hoc sunt text. in l. 2. §. n. uisim. ff. de orig. iuris. in l. 1. in prin. ff. de constit. prin. & in §. sed & quod principi, ubi sunt eadem verba. Instiut. de iure nat. genit. & c. & firma manet talis translatio: cum itaque res de facilis redit ad suam primuam naturam, an. ab exordio. cum gl. in verbo, ad a. 35. dist. in. vulgar. §. paflus ne peteret. ver. quoties. in l. si vnu. ff. de paci. Si potuit populus omne ius principi concedere: videtur modo principem aliquid de pertinentibus ad imperium in alium transferre, seu alteri concedere posse: & sic portum suorum armorum inferiori, & cui voluerit, concedere potest.
- In oppositum facere videntur, quæ ponit Iohann. Andreas & Innocentius. in cap. inquisit. 1. de sent. ex rom. vbi dicunt, non est ob diendum principi precipienti aliiquid, vnde sequi potest corbatio reipublicæ: & eos sequitur Panormus. in cap. si quando. ac rescript. Felin. in

*cap. que in ecclesiarum. colum. 17. in final. de constitutio.*  
Sed si princeps concederet alteri potest suorum armorum, turbari posset status sui imperij, & dignitas decetesceret. Nam plures de principatu sequentur differentem arma principis quasi suum principem, propter signum, quod repræsentat figuratum, *l. de cernimus ad fin. C. de aqueductu. lib. ii. l. dos data. Cod. de donat. ante nupt. cap. ad audientiam de falsis. & cap. si iudex de sent. excom. in 6. idem esse & habetur ad Galath. 6. Stigmata Domini mei Iesu in corpore meo parte. omissis vulgaribus. & quia possesso dignitatis probatur per insignia, vt dicit Bald. in l. si aquam. C. de serv. aut. & aqua.* arbitrarentur quamplutimi deferentem insignia principis esse principem: unde quasi principem cum sequentur, & venerantur, & exinde deciperentur, & turbarentur: ex quo sequeretur factio, & diuilio in populo, & ex consequenti turbatio principatus, quare hoc non potest princeps. Faciunt quae voluit innocent. in ite. qui sibi sunt legitimi. §. qualiter, & a quo circa finem. vbi vult, quod princeps non potest facere aliquid unde turbetur populus, & sequatur scandalum in populo.

19 Item quod rex illud facere non possit, tanquam contra publicum, & vniuersalem regni & corona statum, & eius dominatio rem seu de colorationem, probat glossa verbo, *l. sp. in ceteris. de rest. sp. & gloss. in v. supra. l. in p. p. sive. si concess. præber.* quae glossa ab omnibus approbat: nec valet dispositio seu concessio, ex qua sequitur diffinatio, & decoloratio communis & publici status, per tex. i. c. *l. illa. ibi: illa tamen magnopere precauenda sunt, que recipi & tolerari sine manifesta decoloratione non possunt. i. quasit. 7.* Ad hoc facit dictum innocent. *me cap. invenit. de elect. quem sequitur Panorm. in ca. ad hoc sumus. de rescript. in fir. vbi dicit, Papam sine causa non debere ut plenitudine potestatis: nec tolerandus est princeps sine magna causa, sibi & aliis manifeste aliquid contra vniuersale statum ecclesiæ vel regni faciens, vt clare decidit idem innocent. in c. quasit. de confess.*

Confirmatur per id, quod ponit Bartolus in d. suo tract. de armis, vers. 3. iudex. vbi dicit iudicem posse prohibere, ne aliquis ferat arma alterius, si hoc in scandalum, dissensionem, seu deceptionem subditorum viderit fieri. & allegat pro hoc c. 11 nonnullis. de Iudeis & Saracenis. vbi habetur quod error, confusio, & scandala, oriuntur ex eo, quod Iudei & Saraceni non discernantur habitu à Christianis. Quod dictum Bartoli corroboro ex eo, quod ad omnem ambiguitatem tollendum habitus nouisiorum à professorum habitu distinguuntur, text. a. e. p. de regulis. Et per habitum meretrix à matrona, & virgo ab ancilia discernuntur. cap. in audiencia. extra de sent. excom. l. item apud La-beonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. l. mimes. C. de episc. audienc. & in Autib. de sanctis. episc. §. pen. colla. 9.

20 Item habitus clericorum discernuntur & diversificantur ab habitu laicali: l. cap. in audiencia. cap. clericis. ie viti. & h. n. c. err. prout & in coma discerni debent e. si vero aliquis. de sent. excom. c. si quis. & c. clericis. de viti. & h. n. cler. Et per habitus distinctus monachi & religiosi diversarum professionum seu regularum cognoscuntur. c. Deut. 4. 11. de vita ej. hon. cler. Item virtu a femininis per crines, vestes & ornamenta. c. si qua feme. & l. & 2. iustit. c. mulier. 33. q. 5. prout etiam liber a seruo distinguitur per pileum. l. vni. §. sed & qui in domini funis pileati incedunt, qui tunc illo manu imitebantur. vt dicit ibi text. & gl. in verbo, datus. §. pna. In in. de libertinis. Et dicti sunt servi pileati, qui pileo imposito vendebantur. Nam teste Budeo in suis annor. in Pandectis. in l. fina. ff. de orig. iur. Gellius scriptum reliquit li.

7. his verbis: pileatos seruo venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil praestare, Caius Sabinus iurisperitus scriptum re. iugis. Cuius si causam esse ait, quod huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, vt emptors errate, & capi non possent, neque lex vendendi ceterunda esset, sed oculis perciperent, quodnam esse mancipiorum genus. Sic ut antiquitus mancipia iue belli capta coronis industra venabant, & idcirco diebantur sub coronis venire. Nam ut ea corona signum erat captiuorum venalium; ita pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil praestaret. Quomodo quis talis esse presumitur prima facie, qualem eum indicant vestes, & qualiter ex vestibus, & ornatu praesumatur pro & contra aliquem. Et quod ornamenta habent esse conuenientia statui, ordini & officio, tracta Specul. tit. de aduocato. §. 2.

Conclusio itaque ex predictis à simili, si arma principis non differant ab armis alterius, oritur confusio, error & scandalum in populo. Inde non videtur hoc posse princeps facere, qui suos subditos congregare, & conliverare debet in pace perpetua, exemplo regis summi, & pacifici, qui disposuit sibi subditos fore pacificos & modestos, & eos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos sub iles. Et potest corroborari per id, quod dicit glossa. in cap. fina. in ver. ad nos. 9. p. aff. v. l. quæ habet, quod Papa non potest omnes episcopos deponere: quia sic vniuersalem ecclesiam turbaret, & glossa fina. in cap. apostill. 8. quasit. 1. quæ dicit, quod Papa non potest sibi facere successorem, quia hoc est immutare statum ecclesiæ, quæ videtur multum singulatis pro decisione praesentis casus. Quia cum ex dicta concessione possit sequi deceptio & perturbatio subditorum, sequeretur inde immutatio status imperij aut regni, quare hoc non videatur posse princeps.

Item ex tali concessione videretur communicata, & diuisa imperialis dignitas seu regia, quæ rameo incommunicabilis, & iudicabilis est. c. §. præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cetero non dividatur. de probib. feud. alt. per Fridericum, in v. v. feud. & ita tenet Cyn. in l. si in marco. C. de bon. mater. Bald. in Autib. hoc amplius. C. de fideic. qui etiam dicit in c. cum nostrum. de elect. quod regnum non potest esse communis; cum certa provincia seu regnum vnuam regem habeat, vel habere debeat. c. 3. 6. 7. 3.

Item si admitteretur dicta concessio, viderentur duo esse principes, signum enim, vt dictum est, representat signatum, & hoc esse non potest. Nam, vt dicit Philosoph. 12. Metaphys. *Finita voluntate disponi, pluralitas principiatum malorum ergo Princeps. concordat can. in apibus. 7. quasit. l. penderatis illis verbis: Imperator vnuus & regnum, non capit duos.* vt eleganter scribit Caius lib. lect. antiquarum. 13. cap. 11. Facit can. non autem. unum a glossa fina. eadem causa & quasit. que dicit, monstrum esse vbi sunt duo capita, & l. non sunt liberi. iuncta glossa. in ver. prodigiosum. ff. de fl. homin. & formalis text. in c. quoziam. de officio iudic. ordin. vbi est text. prohibemus autem omnino ne una esdemque ciuitas sine diucessis diuersos pontifices habeat, tanquam unum corpus diuersa capita quasi monstros.

Ex quo infertur quod duo Cæsares esse non possunt simul, & eodem tempore, ne sequatur inde euidens reipublicæ status perturbatio & confusio. Facit, quod dicit Bald. in cap. si quis. quo tempore miles inuestit. petere deb. in v. v. feud. vbi dic, quod princeps non potest partem ciuitatis alienare, & partem retinere, propter perturba-

perturbationem populi. Cum ergo non possint vere esse duo principes, nec representatiue. Quoniam fictio non potest plus operari quam veritas, *i.e. c. loca-  
ti. & l. qui ad certum ff. eodem.*

**25** Facit ad hoc elegans decitio Bald. *in c. generali. s. de  
feudo defuncti contentio s. i. i. ter dom. & ugnatos vasal-  
lum v. sib. feud. vbi determinatur in specie, quod rex  
Franciæ non potest alienare viam de ciuitatibus re-  
gni sui in iuris ciuibus. alleg. Holt. *in c. dilecta filii. de  
misor. & obed. & ibi Ioan. And. in nouella, quos sequit-  
ur d. Ial. in g. u. m. Serniana. . . 105. In p. de actio. ideo  
a fortiori, nec arma regni iuris principis alienare po-  
terit; & subditis interesse non perdere. d. Pan. in cons. 3.  
in 5. q. n. 2. volum.**

**26** Ita non potest princeps disformare principatum. *c. intellectio. de successura. . . 2. 4. 10. 1. apibus ponderatis  
illis verbis; & omnis ordo. us. rectorius miscuit. Vbi e-  
niam singuli singulis dignitatibus præsunt, decoratur  
ordo. Vbi autem duo viae dignitatis præponuntur, de-  
coloratur status & ordo. Et ad imperium seu regnum  
deuentum est, ut reipublica per unam confundatur. *i. 2.  
§. nou. 1. me. ff. de or. u. . . . quia tunc vele bonum opti-  
me gubernaretur, si nulli ratione officium leui ministrum  
subtrahatur, si vincenque sua iuridictio & di-  
gnitatum ordo seruet, nec superiores gloria inferiorum  
sibi vendicent, et inferiores distinctionem, direc-  
tionem, atque correctionem. non regi erit. Etiam  
abstardum est, si propter eius accusibus regum subuentur  
officia. *I. repetitio. s. p. . . . . 1. i. cons. 3. §. av. r-  
dum. C. de ref. me. 10. c. p. e. & jubilus, 95. q. n. 1.*  
& indecorum est, ut in corpore humano alterum mem-  
brum alterius fungatur officio. Sed ex concessione  
suorum armorum princeps indacebit disformitatem  
in populo, & reipublica, & poneret corruptibilitatem  
& scandalum in ipsa. Cum tamen deceat imperiale  
solertia ita reipublicæ curam gerere, & subiectorum  
commoda inuestigare, ut regni viueltas incorrupta  
perficiat, & singulorum status iugiter seruetur illæsus,  
*cap. Imperiale. in p. c. p. . . . . 1. i. f. s. a. renatu.  
per Fridericum. in v. sib. feudo. . . . .* Faciunt que ponit  
dominus Præpositus *in i. p. f. f. a. r. p. . . . . 1. i. f. s. a. r. . . . . 5.  
in v. sib. feodorum. vbi dicit, quod remissio facta per  
Principem, si noceat reipublicæ, non valet allegat pro  
hoc d. cap. imperiale. & Baldum *in cap. cum i. f. s. a. r.  
de probat. vbi tenet, quod non licet principi exuscer-  
rare vice regis, & eum sequitur Barbatia ibi, di-  
cens in 5. colum. quod princeps non potest subuertere  
imperij maiestatem, ne dicatur homicida suæ dignita-  
tis. Sicut enim tutor debet esse administrator pupilli,  
& non spoliator, *l. qui fu. dur., §. si tunc. ff. d. v. f. u. p. r.  
empi. ita rex non debet esse destructor, aut diminutor  
maiestatis regni, faciunt que ponit Oid in cons. 231. Et  
que ad plenum differit Lucas de Pen. in l. quacunque  
de omnis agro de serio. *ib. 11. C.******

**27** Preterea pro hac parte videtur multum stringere:  
quod dicit Martinus Laudensis *in suo tract. de princi-  
pe. versi. 305. videlicet, quod bona & naturales consue-  
tudines ligant principem. alleg. Bald. . . . . 1. i. f. s. a. r.  
dare poss. in §. final. vbi ita tenet: quia ut ipse inquit,  
potentius est ius naturale, quam principatus. Vnde in-  
terest post gloss. quod non potest deuictire vasallum si-  
ne conuicta culpa. facit; quia quod conuictudo dat,  
homo auferre non potest. Aut. quod loc. m. C. p. m.  
liger secundo n. p. f. r. u. l. si arregatur. §. p. d. a. n. impuberi. ff.  
de adoptionibus.*

**28** Facit etiam quod scribitur Deuter. 21. cap. Si habue-  
rit homo duas uxores, unam di. clam, & alteram odio-  
sam, non poterit filium dilecta facere primogenitum.

Supple: quia ex consuetudine ius primogeniturae com-  
petit. Si ergo ius primogenitoræ, quod acquiritur ex  
consuetudine non potest alteri concedi per patrem,  
ex consequenti nec arma, quæ annexa sunt dignitati  
primogenitoræ, habet enim accessoriæ primogenitus  
arma dominus, & ea confernare debet, ut dixi supra in  
37. conclusione.

Modo verum est, quod princeps ex naturali consue-  
tudine deferit arma dignitatis, scilicet principatus; ergo  
alteri concedere non potest immutando dictam  
consuetudinem.

Maxime rex Franciæ non potest alteri concedere  
potrum suorum armorum, quæ habet non solum ex  
consuetudine, sed ex diuina reuelatione, seu transmis-  
sione, ut saepe dictum est. Diuinitus enim regi Clodo-  
veo fuerunt lilia de celo missa: quibus ipse, & qui se-  
cuti sunt reges Franciæ pro armis seu insignibus ab  
illo tempore usi sunt: loco trium bafonum, & videntur  
in perpetuum.

In sapientia ad honorem dignitatis noscuntur de-  
putata, ut in hoc dignoscatur a ceteris omnibus. Et so-  
li principi ordinata sunt; quia solus ceteros omnes an-  
tecillit. Rex enim super omnia precessit, ut scribitur  
Esd. 3. 4. Cum igitur non habeat princeps patrem, nec  
patiatur consortem, arma sua quæ sunt signa superex-  
cellentia, alteri concedere non debet: sed nec pati,  
quod aliquis alius deferat, iuxta illad Apostoli: *Glo-  
riam meam alteri non dabo; maxime quia facere præ-  
iudicium reipublicæ & subiectis, qui armis, propter  
signatum honorem, debent.*

Et facit, nam sicut videmus, quod non licet priuatis  
deferre vestes oloberas, auratas, seu sericas, aut purpu-  
reas, *l. 2. & 3. & 4. C. de vestib. oloberis. lib. 11.* Et hoc,  
ut dicunt ibi doct. ne priuati parificent se principibus,  
ita quod talia facientes, incident in crimine lese mai-  
estatis. *d. 1. 3. Sic ergo a simili, ino à maiori, cum maior  
auctoritas principis denotetur in insignibus & armis  
suæ dignitatis, quam in vestibus: non licet alicui alteri  
inferiori arma, & insignia principis deferre, quod cre-  
do esse verum sua auctoritate, sed quia cum concessio-  
ne principis licet alicui existenti in ministerio princi-  
pis ex concessione illius, ut ornatior sit, cum eo deferre  
tales vestes, ut in d. 1. 2. & ibi Ioa. de Platea. Ideo vi-  
detur, quod idem in armis. Sed cum princeps possit  
tales vestes aufere, cum recedit ab eo ministrans, *arg.  
l. 4. vestimenta. tunc ff. de pecul. & notatur in l. in his. §. 1. in  
gl. ff. sol. matrim. Ergo videtur, quod si princeps alicui  
concedit talia arma, quod tamen poterit eidem anfer-  
re, quando voluerit, ut statim dicetur.**

Facit ultra quod dicit Bald. *in c. licet causa. de pro-  
ba. quod licet imperator vel rex possit donare ecclæ-  
siæ ciuitates & castra, non tamen claves imperij: quia  
esset causa destructionis imperij: sed certe maius vi-  
deretur, tradere arma, quam claves; quia arma sequen-  
tur subditis, qui etiam clavis obliſtere possent.*

Etiam facit; quia rex vendens oppidum cum mero  
mixto imperio & iurisdictione, etiam in se nihil reti-  
nens, non videtur transtulisse in empore ius regiæ,  
ut tener Jacobinus de S. Georg. *in Imperium. in l. te-  
stura. col. 3. ff. de iuris d. omn. iud. Alb. in l. f. s. a. r. fine. C. eod.  
iu. de quo vide Guiliel. Benedicti in repe. ca. Rayn. in  
verbis, & uxorem nomine Adelaisian. num. 217. in f. c. cum  
duob. seq. de testam. sed nihil magis potest esse ius re-  
giæ, quam arma, presertim regis Franciæ, cum ei di-  
uinitus tanquam regi fuerunt demissa & concessa, ut  
dictum est, igitur. E: dicit Bald. *cons. 207. in c. p. ego puto.  
lib. 3. quod super vexilla inuictissimi Francorum regis  
nemo presumat honorem.**

34 Item ut decidit de Rosellis in d. suo tract. de potestate Imperioris & Papa. fol. 20. column. 3. circa med. Papa non potest sedem Romana mutare, & alibi caput constitutere, nec Romanam ecclesiam alteri vnit, nec licet ei testamentum facere quo ad Papatum, vt probat gloss. sive in c. apostolica. 8. q. 1. secundum Francum in rub. de testam. in 6.

35 Item etiam Reges, Dukes, Comites, vel Marchiones, de suis dignitatibus testari non possunt, praetertim rex Francie testariorum potest de suo regno, etiam primogenitum, cui debetur, hæredem instituendo: cum primogenito debeatur ex sola consuetudine regni, quæ hoc introducit in honorem & fauorem regni, vt integrum permaneat, & non dividatur, vt tenet Guiliel. Benedicti in repet. cap. Rayn. in verb. in eodem testamento relinquens. n. 147. cum tribus sequentib. extra de testam. & regnum est quid indiuisibile, Cyn. in l. s. vina matre. l. de bonis matern. Bald. in Anib. hoc amplius. C. de fideicomiss. & in successione regni non habent locum iura legitime, ne fiat dinisio regni. gl. vi. cap. non licet. devit, & voti redempt.

na, & integra præter ipsum, aut illos, qui essent de agnatione & prosapia regali, & tales, qui essent successores in regno, ex quo fuerunt predicta arma cœlitus demissa regi Clodoueo, in assumptione corone, & diadematis, vt dixi: & videntur illi esse data in excellentiam illius dignitatis regalis inter alios, ex quo non licet alteri se cum tali dignitate sociari, nisi sit capax illius eo modo, quo ad illum deuenitur, scilicet per successionem.

Sed quia aliter obseruatum est usque nunc, & multa facta tenent, quæ si fienda essent, non permitterentur, vulgata l. patre furioso, ibi; Nam furioso. cum multis concord. ibi in gloss. in ver. retinere. ff. de his qui sunt suæ vel alien. in. & ibi ample per dom. meum Ias. concor. ca. dilectus filius de sponsa. u. c. neque furiosus. 32. quæst. 7. dico quod eo modo, quo obsernatur, non videtur esse diminuta autoritas, & excellentia regalis dignitatis. Mos namque retinendus est fidelissimæ virtutatis, quem si quis immutare voluerit, iniuria prædecessoribus fieri videretur, iuxta l. testam. C. de testam. Nec patitur in hoc detrimentum in honore & gloria, quam habere debet, & potest ex delatione dictorum armorum; sicut nec patitur damnum & interesse in concessione aliquorum iurium regalium aliquibus particularibus facta: cum etiam princeps iura regalia alteri concedere possit, non priuatue in totum, sed secum accumulatue. Nec uniuersaliter omnia iura regni, sed solum alicui particulari in aliquo loco regalia, vt dicit And. de Iser. in rub. que sint regalia. ibi; sed quomodo potest donare. quoniam si alienaret in totum, aut ab se iura regalia in totum abdicaret, esset in præiudicium regni, & contra regni & regis honorem, quod fieri non potest, vi. diei text. in c. intellectu. extra de iure. vbi alienatio facta in præiudicium regni, & contra regis honorem non valet, nec tenet; & sic ibi parificantur præiudicium regni: & factum contra honorem regis. Si ergo rex in totum concederet arma sua, ita quod amplius illa deferre non potest, esset sibi in dedecus maximum, abdicando à se ea, quæ in signum supremæ dignitatis & excellentiae fuerunt sibi cœlitus demissa. vt dixi supra. & ample i. 5. p. vbi de rege Francie. & eius excellentia, seu dignitate. Sed sicut aliquibus sui regni Comitibus, & inferioribus utilitatem, commodum & honorem regni, zelantibus aliqua regalia concedere potest, non uniuersaliter etiam aliquibus sui regni Christi fidelibus ob aliquam causam eos fidei Christianæ sibi commissæ in delatione dictorum armorum associando, vt firmiores sint, & in fide Christiana, & in subiectione ipsius, potest particulariter eisdem impariendo aliquid de honore, quem vult eis tribui, concedere, quod deferant partem armorum suorum. Sicut fecit Alauerus rex (qui regnauit ab India usque Aethiopiam super 127. provincias) de Mardonio Iudeo, quem honorare voluit, ordinando, quod indueretur vestibus regiis, & diadema regium super caput suum imponeretur, de quo habetur Ester 6. cap. & 8. in fine.

Sed cum Ludouici Francorum regis undecimi tempore multis fuerit concessum, quod deferent lilia in armis suis: an rex successor posset alias concessiones renocare? Videretur, quod non; cum deceat priuilegium Principis esse mansum, & beneficio Principis nos iuuari oportet, non decipi. Cogita ex his, quæ ante dicta sunt in Commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundie, ut. Des iustices, art. 5. in gloss. S! l' n'a grace, quasi in fine. ibi; Hierius querit, vbi posui, an priuilegium Principis possit renocari?

Credere tam, quod cessantibus predictis causis, videli-

36 Adhuc instando pro hac parte possent adduci, quæ per Lucam de Penna amplissime traduntur in l. contrapublicam. de re mil. lib. 12. Cod. vbi per multa decidit, regem non posse committere alij insignia regalia. concl. 7. Cui decisioni assentire videntur Guilliel. de Monteferrat, in suo tract. de success. regum. in conclusione secundi dubii. cum quibus videtur decidendum pro hac parte secunda, non obstantibus deductis pro parte affirmatiua. Quibus facile responderem, si hanc secundam partem negatiuam tenere vellem. Sed quia in hoc passu volo decuiare ab eo, quod diu obseruatum est: cum, vt dicit Alexand. in consilio suo 27. incipiente, visto libello, colum. 4. in 1. volvur. non est recedendum a communi obseruantia. & minime mutanda sunt, quæ terram interpretationem habuerunt, l. minim. ff. de legib. Nec facile discedi debet ab eo, quod diu usum æquum est. in rebus. de consti. princip. & quia alias sic practicatum exitit Lapus alleg. 52. & facient quæ dixi in Commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgundie. ut. Des confiscations. §. 1. in gl. 1. 101. pro hac secunda parte.

37 Ideo insequendo id, quod usque nunc communiter factum est in Gallia, nec reprobando quod à tantis fuit approbatum, & usque in hodiernum diem obseruatum, videlicet, quod principes etiam supremi possint etiam inferioribus suis concedere licentiam seu potestatem deferendi, saltem communicare aliquid de armis suis. Non tamen priuatue ad suam dignitatem, in totum ea alterate. Et quod princeps arma sua omnino à se non debet abdicare, & in alium transferre, sed retinere debet integra, & plana, patet argum. l. penult. ff. de offic. presid. & per notata in gl. in verb. ad alium. in cap. 1. §. præterea Ducatu. de prohib. fendi. alienat. per Fredericam & lib. send. Teneo primam opinionem.

38 Et pro certo si utique nunc non fuisset obseruatum, nec factum in regno, & nunc rex vellet facere de novo; ego dicere, quod rex Francie non deberet, nec posset permettere, aut concedere, quod aliquis in suo regno portaret tria lilia aurea in campo azurco pla-

videlicet aut quod non essent Principes; aut de illis, quos sibi associare potest ad fidem Christianam, ut sunt milites ordinis, aut qui tali ordini associari possint, & debent de honestate, ut sint magnates, quod honestius & melius faceret, si predictas concessiones reuocaret, maxime in slabditis. In aliis vero est dubium ex dictis Fel & aliorum in e. n. o. i. de iudic. per me allegatum in loco hic ante citato; vbi videntur concludere, quod priuilegia extraneis concessa, non possint reuocari.

**Q**uodрагесimaquinta conclusio erit de armis inferiorum à Principe concessis, an possint vendi, an alio quocunque titulo per heredem, vel alium habentem certa arma domus aut familiae alienati, ita quod eius heredes non possint amplius talia arma deferre, aut gestare.

Circa istud considerandum est, quod aut sunt arma, quae competit alicui ratione sua personae, & officijs eidem concessi; & tunc videtur, quod non eo quia quis vendendo arma sua, & signa, videtur incidere in vituperium. arg. l. quoddam. ff. ac pax. & l. 2. 1. 1. ff. ac capt. & post. 1. rever. per quos tex. ita videatur tenere Alber. de Rosate in l. s. vi. c. 1. 1. S. usq. ad e. in quod. An venduo equo, vi- catur tenaci & sella. ff. romano. vbi dicit, quod si arma patris tam sint in sella vendita cum equo. Eo quia talis sella magis videtur respicere personam dominii, quam equi, ex quo non videtur vendidisse. arg. l. decernim. 1. in uero. C. de aqua & eth. lib. ii. vbi signa hydrophyliatorum dantur successori bus: ergo non possunt per eos alienati in praividicium eorum successorum. & in l. Argmata. de fabr. sc. f. l. ii. C. vbi puniuntur, qui à fabricens. talia signa illos latitando euellunt, aut subripiunt; ex quo videntur talia signa respicere personam habentium ipsa aut arma. Cum ergo videantur respicere personam, extinguitur cum perloma, & sic post mortem eorum transire debent ad eorum successores, ita quod non possunt in praividicium successorum alienari. Aut vero competunt alicui tanquam existenti de aliqua agnatione, aut familia antiqua, & est quoddam ius quod datur vnicuique agnationis sue familie quod non videtur posse transire extra illum. Cum sint arma inuenta ad cognoscendas agnationes, familias & domos, sicut nomina ad recognoscendos homines. dixi supra in pluribus locis; & communis uita vtiendi in talibus est, quod gradatim deueniant ad successores de familia & agnatione cum distinctionibus, quas supra dixi in 39. conclus.

Sicut in simili videmus, de verbo familiæ prolatio, quod intelligitur ordine successivo, ut dicunt Ang. & dominus meus Iason in l. fi. C. de ver. s. & Bart. in l. fi cognatus. ff. de rebus duob. col. fin. Barb. conf. 27. in 11. colum. in l. volum.

Et quod communis uita vtiendi in his considerandus sit, tenet Bart. in l. Labeo. ff. de supell. leg. Quoniam id quod solitum est fieri, bonum est, arg. l. quod si notis. S. affidua ff. de edil. edit. notatur plene per dom. meum Iat. in l. certi conditio. S. si nummos. ff. si cert. pet. Barb. & Fe. in c. cum M. Ferrea. extra de const. & idem Fel. in c. ex litteris. in ver. septima & vlt. de fid. inst. & dicit Bald. in l. fi predium. colum. 4. C. de edil. actio. quod frequenter ait us multum operatur. Imo illud, quod in obseruantia & moribus uentium obseruat, est tante efficacie, quod tollit statutum in contrarium, dominus meus Iason in l. rem non n. nam. in 1. c. 2. c. l. C. d. i. A.

Et ex quo consuetudo generalis vtiendi in Gallia debet istud ius agnatis successoribus, non potest tale ius eis tolli per homines, cum quod consuetudo dat,

homo tollere non possit, aubent, quod locum. Cod. si mulier secundo nup. l. si arrogator. §. sed an impuber. ff. de adopt. Consuetudo enim in unaquaque regione est omnium dignitatum & iurisdictionum origo, forma, & principium, ut in l. int. i. opinatores. ibidum dicit: consuetudine seruata regionum, de exactionibus tributar. l. 10. C. & leg. 1. sh.; scilicet plenandi consuetudo criminis habet de pers. bonor. subl. eodem l. Cod. 1. obseruare. §. hoc etiam ibi. Magni enim faciunt prouinciales seruantes sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiwas. & in l. si aliquans. ibi; & ferias secundum mores & consuetudines, qua retro abunuit dare. ff. de offic. procons. & legati. & l. ut prophanos. ibi: secundum veterem. Cod. de paganis, & sacrific. eorum. l. nullum. ibi: & consueta depositant. Cod. de offic. recto. prouinc. l. testam. C. de testam. Et consuetudinis ususque longiori non vallis autoritas est. l. 2. od. que si longa consuet. Concordat cap. cum consuetudinis. & cap. fin. extra eod. & can. consuetudinis. l. distin. Et si quid contra consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciar. l. 1. in fin. C. que si longa consuet. l. si manif. scle. C. de seru. & aqua. car. consuetudo. 2. distin. Ex quo exequi puniri debet transgressor consuetudinis, sicut transgressor legis, ut in his, 11. dist. Et quod antiquæ consuetudines sint seruandæ, habetur in titul. de pace Constanti. §. nos Romanorum. b. sicut ab antiquo habere co. sucius. & c. ad apostolicam, extra de finitione. & maxime in Francia, ut dicit tex. in c. dilecti filij. s. iuxta consuetudinem approbatam, qua pro lege servatur in partibus Gallicanis, extra de arbitris.

Ex ante deductis sequitur, quod sicut per testatem si esset aliquid relictum indistincte non nominando personas familie, quod transiret ad omnes de familia gradatim, ita quod non possit per aliquos alienari: vt notat Bart. in l. pteo. §. fratre. ff. de leg. 1. 2. faciunt que dicit Baibatia in d. conf. 27. col. 11. in l. volum. Alexand. conf. 65. in 2. vol. in conf. 56. in fin. in l. volum. Imo quod plus est, ibi dicunt: hoc casu prohibetur hereditis institutio. & ita decidit domin. meus Iason in l. non dubium in 1. colum. Cod. de testam. vbi prohibita alienatione, simpliciter prohibetur hereditis institutio. Sic ergo cum prohibetur in fauorem familie stante familia, alienatio facta in contrarium potest reuocari per existentem de familia. Sic ergo in hoc casu, vbi est prohibitio legis ex obseruatione generali, & ex communis uita vtiendi, que habent vim legis; §. ex non scripto. l. estu. de iure natur. genti. & ciuit. notatur in l. de auib. ff. de legibus. & canon. conf. setudo. l. distin. Et ideo cum prohibitio legis & testatoris ex quiparentur: notatur in l. filius familiæ. §. dom. ff. de leg. 1. vbi Bartol & alij. sequitur necessario dicendum, quod stante aliquo de agnatione, aut familia, seu domo habente aliqua arma, à tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, quod talia arma non possunt vendi, nec alienari quocunque titulo in praividicium illorum de familia, domo, aut agnatione.

Aut vero loquimur de armis datis & concessis alicui pro se & sua familia, aut agnatione: quoniam per illam concessionem factam familie, & agnationi, est acquisitum ius familiæ, & agnationi, vt tatis probantur allegata pet. Barbat. i. edit. conf. 27. in 12. column. Sicut etiam videmus de fendo concessio alicui pro se & sua agnatione, seu familia; quoniam trahit successione ad posteros abique eo, quod possit alienari in praividicium successorum, vt per Bal. in c. 1. §. hoc quoque defudi successi & idem in emphyteusi data pro se & liberis: quia in illa parer non potest preiudicare libertis, vt not. Bart. sa. an hanc ipsi quas ru. nus. colum. penult.

ver. iuxta hoc quero. Cod. de sacro sancte eccl. Petrus de Anchae. in conf. 142. incip. domina Paula in princip. Imola in c. potuit de locato. Romanus in conf. 35. incip. visa facti serie. in fin. Paulus de Castro in conf. 161. incip. in causa, quam magnificus. col. 5. & in conf. 208. incip. praetermittendum est. Socin. in conf. 205. incip. dominus Franciscus. in 4. & 5. col. Philippus Cor. in conf. 299. incip. in presenti consultatione. colum. 18. in 2. parte, & in conf. 200. incip. visa dicta copia. in quarta parte. & idem Roman. in conf. 202. incip. pro proposita consultationis habenda veritate quem allegat dominus meus Iason in l. 2. in 89. col. ver. quid autem in themate prædicto. C. de iure emphys. Cum enim talibus liberis fuerit ius quæstum per huiusmodi concessionem, tolli non potest ab eis. l. quocunque. §. si quis ita. ff. de verbis. oblig. ubi Bart. in l. quod dicitur. colum. pen. de verb. oblig. & in conf. 70. incip. questio ista in secundo dubio. not. Bal. in l. si constante. in ultimo notabili. C. de don. ante nup. dicens, quod ius quæcumque tertio etiam in spe tolli non potest. facit text. in l. fin. ff. de pactis. & in regu. id quod nostrum est. ff. de regul. iuris. & dicit Alex. in conf. suo 160. in fin. in 4. colum. hoc est verum respondendo ad dictum Bart. in l. qui Rome. §. Flavius. ff. de verbis. obligat. & etiam Coineus in conf. 64. incip. ardua quedam. in 3. col. in 3. parte.

7 Cum ergo communis usus loquendi in appellatio ne familia sit in talibus, quod extendatur ad agnatos ordine successivo, ut dicit Bart. in l. cum ita. §. ff. de legat. 2. dominus meus Iason. in l. si. C. de verbis orum obligation. qui hoc casu in talibus armis iungitur cum communi usu vtendi, qui attendendus est, ut dixi: & sit ex illo communis iure vtendi acquisitum ius in talibus armis omnibus posteris de familia, quo casu (ut ante dictum est) præiudicari non potest. Idem ergo erit in casu in quo ex concessione Principis est acquisitum ius agnatis, & illis de familia, seu agnatione, ut in Bartolo, qui habuit arma à Carolo I V. Imperatore, pro se, & sua agnatione. Quoniam in præiudicium sive agnationis, cui ius fuit quæstum, non potuisset illa alienare. Idem si dictum sit, pro se, & sua posteris; quoniam posteri dicantur tantum ex linea masculina, & sic de agnatione. l. 1. §. 1. ff. de iure inveniunt.

8 Licet in omnibus supradictis casibus, in quibus arma competit, aut ratione familie, aut ratione concessionis à Principe, ex quo sunt transmissibilia ad haereses, ut supra dictum est, videtur etiam quod sint cessibilia: cum quicquid transmissibile, censetur & cessibile, ut Lex pluribus. ff. de administr. tutor. Bart. vtitur hoc fundamento in l. 1. §. v. usufructuaria. ff. de operis noni ruror. sed ibi dom. meus Iason in l. cum secundum. C. de lega. dicit, quod tale fundamentum non habet locum affirmatiue, imo adhuc alia ratio reformat pactum, scilicet, quia videtur esse privilegium familie, & agnationis, de cuius præiudicio agitur in agnatione, cum ei sit ius quæstum in prædictis, ut s' p' hic ante dixi: igitur.

9 Sed an arma agnationum accrescant alicui secundum quod dignitati aut dominio succedit, sic quod etiam succedat armis, illi dignitati, seu dominio coniunctis, vide Guil. de Montel. in tractat. de successione regum, in 2. dubio. num. 170. sed ad priorem materiam redeo.

10 Aut vero loquimur de armis, quæ quis sibi assumpsit propria autoritate, aut quæ emit ab alio in casu, in quo poterunt vendi: & tunc non est dubium, quod talia possunt vendi, & quocunque titulo alienari. Quia ex quo sunt in commercio hominis, qui sibi propria autoritate assumpsit, quod potest, ut supra dixi in 208. concil. potest illa alienare, vendere, aut quocunque alio

titulo transferre, prout dicitur; Emerat ille prius, vendere inire potest.

Aut vero loquimur de armis, sen de insignibus quæ quis habet ratione sui artificij, vel suæ artis; & tunc aut habet; quia sua autoritate assumpsit, vel ab alio habuit, & de per se sine socio tunc viderem potest cuiusque: Aut cum socio; & tunc non potest in præiudicium socij, eo non consentiente. Aut vero habet ea à republica, puta si in ciuitate aliqua dentur certis artificibus aliqua insignia, quibus vti debeat in eorum artificiis, seu operibus, non possunt talia signa, seu insignia vendere, aut in alios transferre, arg. eorum quæ dicta sunt in princ. huius conclusionis de fabricensibus & hydrophilatis.

Vadragesimæ sexta conclusio. Habens arma antiqua suæ familie, domus & agnationis, non habens aliquos de familia, ad quos de iure, & ite successorio deuenire debeant, potest ea relinquere alicui, relinquendo eidem bona in casu, in quo poterit de aliis bonis testari, aut disponere de armis, etiam & nomen, seu cognomen domus, & valet tale relictu: imo, quod plus est, haeres aut fideicommissarius, cui est iunctum onus de assumendo nomen & arma domus, tenet adimplere voluntatem testatoris, si velit consequi commodum, ut notatur in l. folia. 6. si sibi conditione. ver. in danda. ff. ad Treb. & haec verba, quod haeres meus portet nomen meum & arma, important conditionem, secundem Guidoneum Pape, quæ. 251. suarum decisio. per textum quem ad hoc allegat in l. mulieri. §. si quis hereditarium seruum. per haec verba, infusus est manumittere, & haeres esse. ff. de cond. instit. & sic conditio adimpleri debet, ut sequatur effectus, scilicet ut haeres esse possit, sicut in materia conditionis, de qua ample notatur in c. verum. extra de condit. appos. & ita vident determinati & practicati ipse Guido Papa; ut refert in loco prædicto. Quod tamen videtur multis fore graue, nomen suum antiquum suæ agnationis antiquæ dimittere, & arma magnifica suæ agnationis: imo si sit antiquæ domus, habens arma magnifica, non potest minora assumere, cum reipublicæ intersit, ut ordinum dignitas familiariumque salua sit. l. 1. §. sed & si feru. ff. de ventre infusc. Ne forte alienæ sordidae stirpes splendidis & ingenuis natalibus audient subrogari, ut dicit text. in l. super statu. Cod. de questi. & discretio personatum est habenda, atque dignitas & autoritas obseruanda: ut in l. 1. in princ. ff. de pollulando. Ob quod dicit text. in l. hoc iure. §. fin. ff. de donatioribus. quod donatio alicui facta, ut nome portet donatoris, cum sit causata, non dicitur propriæ donatio, de cuius substitutia est, quod ex liberalitate procedat, & donatario sit lucro, quia donari id videtur, quod nullo cogente imperio conceditur, sed dicitur quædam remuneratio onerosa in recompensam nominis ferendi facta, quod onus non est modicum, scilicet nomen suscipere alienum, ut clare demonstrauit propinquus Ruth, cui concessio & ius sanguinis competebatur cum onere gerendi nominis, qui respondit: Cedo iuri propinquatus, nego enim posteritatem familiæ meæ delere debet, &c. ut dicit ibi text. Istud est suscitare nomen defuncti, ne vocabulum eius de familia sua, ex fratribus & populo deleatur, quod est commodum, & honor defuncti, ut familia sua, & nomen, & arma sua maneant, & non delectantur. Cum reipublicæ intersit, ut dignitas familiarium salua sit, ut supra dixi. Et sic cum talis donatio non sit simplex, sed remuneratoria, non indiget insinuatione. argum. Aquilus. ff. de dorat. ita dicit & tenet Guilliel. Benedicti in sua repet. cap. Raynus. in ver. Raynus. de Clera. nam.

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

35

num. 4. &c. de testamento.

**Q**uod intelligendum est fieri posse, vbi non esset alius de familia iure successio, cui nomen & arma deberentur, quia ex quo (vt in precedenti consideratione dixi) ex communis viu no men & anima domus antiquæ seu familiæ deberentur ordine successio, ita quod in his videtur esse prohibita alienatio ex dicto viu quæ est realis, hoc in re respiciens, & nomen, & anima, & familiam, non personam Titij, scilicet Petri, aut alterius.

Intellige tamen, quod in dicto legato, seu fideicommisso veniunt anima, quæ licite & sine vituperatione portare potest: puta si quis miles portauerit aliqua insignia regis, quæ prohibetur portare, si legauerit e quæ sibi omnia ornamenta, & arma sua, seu insignia, intelligitur solū ea legata, quæ honeste, & sine vituperatione portare poterat legis, vel quæ eidem cōpetebant ratione personæ tantum: vt voluit Bal. in l. 1. C. de ver. sign. per tex. in l. uelio. §. malebri. ff. de aur. & arg. leg. Arma vero vel insignia ratione officij aut dignitatis debita, deuenient ad successorem, & gerētem dignitatem, vel officium huiusmodi, & non aliud, ut supra dixi in decimaquarta, decimaquinta, & precedenti conclusionibus, & infra 52. conclusio.

**Q**uodragesima septima conclusio. Præscriptio cadit in talibus, sc. in delatione armorum, seu insignium, & in casibus, in quibus possunt alienari arma, in talibus cadit præscriptio: & satisfaciat que dicit Bald. in l. fucarde. in fin. C. qua res vendi non poss. vbi dicit, quod in præscriptis per usum longi temporis, quod aliis talia signa accipere non potest, quia ius causa habendi quæcum est primo, quod tamen dicit esse verum, nisi hoc alicui obesser, quoniam ille cuius non interest, non habet ius prohibendi. Vnde concludit, quod ad emulacionem & datumnum præscribendi alteri non licet accipere idem signum. Vnde videtur concludere, quod in talibus habet locum præscriptio, nisi fiat ad emulacionem, vel damnum alterius: quo calu non licet accipere idem signum, per text. in l. si iniuria. ff. de iniuria. Et sicut regalia tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, præscribuntur etiam aduersus principem in parte, tamen non in totum, vt in iure inductionis gabellatum, quæ cum non possint nisi per superiorum, l. uelio. alia, ff. de publicanis. Tamen exactio gabellarum præscribitur tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt tenet Bart. in l. si publicanus. §. uel galibus. ff. de publicanis. Bald. in consil. 112. in 2 parte. Panor. in consil. 20. incip. super questione vertente. & idem de iure nauigandi. & per plura dixi in commento meo super confus. Ducatus Burgun. tit. Des Iustices. §. 2. in gloss. Et la preue. quod ea quæ competunt principi, acquiruntur aut ex priuilegio, aut ex præscriptione tanti temporis, &c. cum ergo, (vt dictum est) princeps possit cōcedere ius & facultatem alicui arma sua portandi, ita etiam istud scribi potest: Dicerem tamen hoc posse esse verum in capace, & habili ad tale ius, puta in vectigalibus in alio inferiori principe, & non in simplici priuato, & sic à simili in iure deferendi arma in nobili & non ignobili: quoniam talis etiam non possit præscribere tali ius deferendi arcta Principis. prout in simili videtur tenere Felin. in e. dist. 5. de testab. & dixi in loco supra allegato. Ex quo potest habitari de tribus liliis datis per Carolum regem Francorum VIII. Cosmæ de Medicis Florentino nummulatio, qui tunc non reputabatur nobilis. Imo adhuc videretur, quod non sufficeret, quod esset nobilis nobilitate communi & inferiori: sed requireretur, quod

esset Nobilis, puta Dux, Princeps, Marchio, Comes, aut Baro: & quod alias nobilis inferior non posset arma Principis præscribere, nec etiam ex priuilegio, cu videantur esse solis Principibus concessa, prout & alia regalia, quæ per inferiores præscribi non possunt. Maxime illa, quæ sunt in signum vniuersalis cognitio- nis, vel supremæ potestati reseruata, vt dictum est, & etiam vt declarat Ioan. Franciscus Balbus in suo tract. de præscriptio. in 2. partes. pars principali, in 3. questio. Sic à simili, quod unus nobilis potest præscribere arma alterius nobilis, etiam superioris, dummodo non sit Princeps. Sed non ignobilis potest præscribere arma nobilis propter incapacitatem, ex ante dictis, cum talis habeatur pro incapable.

Et in hoc: quia supra positi sunt casus, in quibus talia arma seu insignia possunt alienari in illis, possunt & præscribi; sed in casibus in quibus non possunt alienari, non possunt etiam præscribi: quia procedit regularia, quod que non possunt alienari, non possint & præscribi, vt per Bart. & Bald. & Salicet. in l. si. C. in quib. casib. &c. in iure. non est necessitate quod regula ample per dictum Ioh. Franciscum sit. dicitur. in 2. part. 1. q. 1. de partis principali. in 4. q. 1. de iure. in 5. q. 1. de partis. Vbi ample de materia illa biocardica. Et ad prædicta faciunt que dicit Socin. de maioricatu inter consanguineos, & collaterales, qui potest præscribi, vt dicit in consilio 148. sum. 14. ss. 3. uol. 1. m.

**Q**uodragesima octaua cōclusio erit circa duellum. An pro insignibus & armis possit duellum indici ponamus. Videmus, quod rex Angliae se asserit Regem Franciæ, & portat tria lilia Franciæ in una parte tecuti suorum armorum, an sit iusta causa ad indicendum ei bellum per regem Franciæ, & eidem duellum præsentare, & sic de singulis.

Ista conclusio habet magnam materiam: sed cum clarum sit, quod tria lilia Franciæ integra cum corona non debentur, nec deferti possunt nisi per Regem Franciæ, cum eidem cœlitus fuerint demissa, vt dictum est supra pluries. Ideo Rex Angliae non potest illa portare, nisi asserendo se regem, ex quo contradicit in hoc Christianissimo regi nostro, ideo eidem facit iniuriam, pro qua licitum est eidem indicere bellum & duellum. Et latius solui poterit ista questio ex deductis per Paridem de Putco, n. 14. q. 1. de re milit. & duello, in una quæstione, vbi querit. An ratione insignium, vel armorum procedi possit ad pugnam. Et vt dicit, nobiles & armigeri pro hoc conseruerunt pugnare, & pro hoc (vt dicit) facit quoniam arma seu insignia alicuius de voluntate dominii sunt portanda, & non alias. C. de mutat. nominis. & possunt alteri cōmunicari. l. hoc iure. §. fin. ff. de dona. sicut etiam nomen dignitatis suæ potest alteri concedi. notatur in l. fab. §. sub conditione. ff. ad Trebell. Bald. in cap. 2. xtra de fid. in fin. in ult. col. vbi dicit, quod in aliquibus equiparat sigillum armis, & sic requiritur concessio illius cuius sunt arma, vel insignia ipsa, vt per alium portari possint, argu. l. l. C. de his qui potenter. nom. & in auth. de mand. princip. §. pen. collat. §. secundum Bartolum in suo tract. de artis. supra alleg. & Baldum in cap. quarto. de iure iuris. & si quis gestat insignia sibi prohibita: videtur committere fallum. l. eos in fine ff. de fals. Insignia enim dignitatis faciunt cum habere pro tali. l. ergo tum gloss. ibi. ff. de manumiss. cind. l. item apud §. se quis virgines. de iniur. cap. si vero aliquis. & cap. in au- dientia. extra. de senten. excommunic. & cap. si iudex. de sentent. excomm. in sexto. facit l. mīm. C. de episcop. aud. Ideo nostra interest, quod nemo deferat insignia uo- stras, vel arma, propter multa scandala, quæ occurtere

nobis possent, ut dicit Bartolus *in dicto tracta.* & supra dixi in pluribus locis. Quia si aliquis portaret insignia nostra, & haberet inimicos capitales, possent nos offendere, purantes illum esse. Nam nostra insignia faciunt nos & nostros reuereri. l. i. §. casum. ff. de posuitat. & dicit Baldus *in leg. i. Cod. quaresve. di non pos.* quod insignia deputata alicui magistratui, ut sunt insignia proconsularia. l. i. ff. de offic. procons. & legati. l. milites. C. de locatis. non licet propria autoritate assumere. & idem in signis præscriptis longo vsu, ut dixi in conclusione præcedente: quoniam in talibus ius est quæsitum primo, & ille, cuius non est tale signum, non habet ius videnti ad simulationem, iniuriam, seu æquiperationem alterius: puta se volendo dicere habere illam dignitatem, ut si aliquis diceret se esse regem, & vellet portare arma data regi Franciæ, in hoc committeret crimen læsæ maiestatis, si esset inferior eo, & esset illi subditus. Alius vero non subditus faceret ei iniuriam, argumento, leg. nec magistratibus. §. quod si ex minoribus. cum sequent. ff. de iniuris. Et in talibus casibus

**2** Ponit tamen ibi multos casus, in quibus etiam sumendo arma alterius, non potest bellum neque duelum indici, de quibus iam supra dixi *in 28. conclus. fin.*

Primus est in eo, qui defert arma illius, qui commisit crimen læsæ maiestatis; quia propter hoc crimen possunt eius arma, & insignia abradi. l. eorum. ff. de pænis. Ludou. Rom. singul. suo 474. & 656. dixi supra *in 42. conclus.* imo quando miles male se habuerit in bello, potest iudex scutum illius perforari facere, ut hoc exemplo alij milites in prælio sint fortiores, ut est casus in *l. quod reipublica. ff. de iniuris.*

**3** Secundus est in capitaneo armorum, qui standardum seu vexillum perdidisset: quoniam hoc casu occupator, vel dux exercitus posset illum deferre, nec perdens posset postea provocare capientem ad duelum, quia ista efficiuntur occupantium de iure. l. hostis. ff. de captiuis. l. i. §. item in bello. ff. de acquirend. possess. l. naturalem. §. fin. ff. de acquir. rerum dominio.

**4** Tertius in casu quando duo eadem arma portarent, nec appareat de prioritate, & posterioritate: si tamen unus illorum habuit à Principe, præfertur, ut dixi supra *in 36. conclus.* quod est verum, quando illi qui portant talia sunt æqualis dignitatis: secus si unus sit maioris dignitatis; quia præferretur, ut dicit Bart. *in dicto de armis.* per l. i. C. de consul. lib. 12. dixi supra *in 4. conclus.*

**5** Quartus casus in duobus habentibus similia arma ab antecelloribus suis, quoniam licet sint similia, ex quo non appareat de prioritate inter eos, non est locus pugnat, quoniam licet habeant omnimodam similitudinem: tamen non sunt eadem, quoniam nullum simile est idem. l. quod Nerva, ubi Bart. ff. deposit. ad similitud. C. de episc. & cler. & alias videtur, quod inter similia non potest dati ratio consequentia similitudinaria. l. fina. ff. de calumnia. l. 3. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. & dicit Bal. in l. Gallus. §. nunc videndum. ff. de lib. & posthum. quod non omne, quod est simile, est idem: quia similitudo est inter diversa habentia inconuenientiam aliquam, & facie l. qui liberis. §. i. ff. de uig. & pupil. sed, ut dicit dom. meus Ias. in l. i. in 2. col. C. de iure emphyte. dicitur propriæ similitudo, ubi plures sunt conuenientiae, quam differentiae: & valet tale argumentum à simili, licet non sit omnimoda similitudo. Idem d. meus in l. credito. in 2. colum. ff. de nou. oper. nun. vbi

est materia similitudinis. Et hoc casu poterit dicere iudex, qui super pugna adiretur, ut possidetis, ita possideatis. l. i. §. i. & l. fina. & si duo. ff. viii poss. Nam non apparente prioritate, & posterioritate vsus, vel cœcessio-nis huiusmodi insignium, vel armorum, nemo eorum dicere poterit ab alio iniuriam, vel vim sibi fieri: quia quilibet eorum habet antiquitatem & titulum. arg. l. etiam §. si quis. ff. de pet. her. Nam ambo possunt assignare causam suæ possessionis, scilicet antiquitatem antecelorum, propter quod nemo dicitur prædo. per Innoc. inc. cum venissent. de restit. in int. & antiquitas multa operatur. l. i. §. penult. ff. de aqua. plu. are. & per notata in auth. quas actiones. per Bal. C. de sacros. eccles. & cum sint parres in hoc vnu non impedit alterum. l. cum quidam §. i. ff. de acqui. her. & obligationes patis potentiae non se tollunt. l. s. reus. ff. de duobus reis.

Quintus casus est: si inter eos appareret prioritas; tunc illi, qui esset posterior in delatione istorum insignium, debere cedere priori, qui ratione prioritatis temporis esset prior, arg. l. z. l. prior. & si fundum. C. qui praeses in piggore habet. & l. qui prior. ff. de iudi. & in l. operis. ff. locati. & in l. quoies. C. de usufruct. & de albo scribendo. l. 2. & l. i. de consulibus. lib. 12. C. melior enim est conditio occupantis. l. plurib. ff. de procurat. & l. si quis à malis ff. de nox. Bart. & Bald. in rub. ff. de rerum diuis.

Sextus casus est in pluribus seruitoribus portanti bus eadem arma & insignia à domino eis data: quia tunc inuicem non possunt conqueri: quod vnu solus illa debet portare, ut est in pluribus armigeris vnius societatis: eo, quia in hoc consideratur voluntas domini dantis, ut dicit Paris de Puteo in loco allegato.

Septimus casus est, vbi insignia & arma essent similia in pictura, vel signo, different tamen in nomine; tunc data nominis dissimilitudine, viderentur diuersas, quia nominis diuersitas inducit diuersitatem rei. l. si idem. C. de codicilli. vbi Cyn. & l. sunt duo Tity. ff. de testimoniis. & c. cler. 21. distincti. & c. 1. 99. distincti. Quia nomina sunt rerum significantia, ut in authent. de defensorib. ciuitat. in princip. colum. 3. & l. i. ff. de officio praefecti urbis. & l. 2. §. exaltis. ff. de origin. iur. & leg. facta. l. §. in danda ff. ad Trebellia. Vnde si vnu defterret pro suis insignibus caput bouis, & alter caput vacce, data tantum dissimilitudine nominis, non esset tunc locus pugnae, vel si defterret caput porci, & alijs simile caput, & illud appellaret caput suis. Nam in istis non est vna qualitas, nec vna substantia, quæ requiritur, ut quid sit simile. Bal. in l. i. C. quæ se longa co-suerit. autoritate Aristotelis, licet alias dicatur, quod illud dicitur idem in quo non mutatur res, persona, vel causa, licet aliqua qualitas, vel accidentia alterentur. l. cum queritur. & l. cum de hoc. & l. an eadem. §. idem corpus. ff. de except. rei iud. & Lapis allegatio. 77. Tame aducete quod qualitas non facit diuersificare rem specie, nec alterat speciem, ut tenet d. meus Ias. in l. 3. §. ex contrario. in 3. col. ff. de noui operis nunc. de quo late in concl. seq. ver. aduerte tamen. ex hoc videretur, quod illa qualitas adiuncta non debet importare diuersitatem: & sic cum essent similia, quod esset locus pugnae. Sed conclusio tenet cum Paride, quod illa diuersitas nominis inducit diuersitatem tam, quæ est potens ad duellum impediendum, eo, quia ut dicit, nominis expressio multa operatur. ut l. adhuc. §. questionis. ff. de usufruct. l. si communis seruus ita. ff. de stipulat. seru. l. se cui batnes. ff. quibus mod. usufruct. amittatur. & tacit 20. quæ. l. §. i. vbi diuersificatio nominis dirimit matrimonium: Finaliter ad corroborationem præcedentium adduco Poggium Florentinum in luis fac-

tis (que nonnunquam in factis contingunt) de duorum contentione pro eodem insigni armorum, & eius verba sunt: *Ianuensis oneraria natus patronus, qui in Gallia conductus a rege aduersus Anglicos nauigauit, & ostabat scutum, in quo bonis caput depictum erat. Conspicatus hunc Gallicus nobilis cum illud armorum insignia sibi vendicaret: altercatione Gallicus Ianuensem ad certamen prouocauit. Ianuensis accepta prouocatione in campū ad certamen nullo apparatu descendit: alter multis impensis ornatus in campum constitutum venit. Tum Ianuensis: Quid est, inquit proper quod certaturi hodie innicem sumus? Ille, affero, inquit, tua insignia mea meorum que prius quam tuorum fuissē. Cum Ianuehīs, quemam sua esse diceret, caput bonus, ait. Hic Ianuehīs, no est opus certamine aliquo, inquit; Num hoc, quod porto, non bonis, sed vacca est caput. Faceto dicto inanis Gallici iactatio est elusa. Faciunt quæ dixi supra in 21. concl. insi. vbi est casus permisus in quo duo possunt habere arma similia puta Anglus, & Italus, propter locorum distantiam.*

**9** Octauus casus est, in quo licet sic paritas in signo, tamen est disparitas in colore: ut si unus faceret leonem aureum, alius argenteum, vel tubeum: vel unus aureum in campo tubeo, alius in campo viridi, vel turchino: vel unus gestaret leonem totum aureum, alter leonem aureum cum vngulis tubeis, aut pro media parte aureum, pro altera vero argenteum. Vel si alter faceret leonem in banderia, qui respiceret versus hastam, & alter faceret leonem in banderia, qui terga verteret ad hastam. Nam sunt dissimiles: quia leo, qui respicit hastam venit, & ille, qui terga verit ad hastam, vadit. & idem si quis faceret leonem rumpentem, & alter leonem sedentem, vel deambulatorem: vel si quis faceret leonem caudam gestantem per terram, & alter caudam levantem, & ereat habentem: vel si leo unius alpicaret in cœlum, & leo alterius caput in terram inclinaret: vel si quis faceret stellam cum octo radiis, alter vero cum septem. Aut stella unius esset cum radiis paruis, & alterius cum radiis longissimis: vel cum radiis pro parte longis, & pro parte paruis. Vel si quis faceret lunam cœlcentem, alter decrescentem. Vel si quis faceret arma, vel insignia in colore viridi clato, alter vero in obscuro viridi. Vel si quis faceret Aquilam apertis alis sedentem, alter Aquilam strictis alis sedentem: vel si Aquila unius haberet campanas paruas in pedibus, alia nullam: vel si quis faceret rosam tubeum, alter rosam tubeum cum frondibus, vel si quis faceret arborem cum frondibus, alter cum floribus: vel si quis faceret arma vel insignia consimilia; tamen aliqua lista esset in scuto: vel per transuersum, quæ non esset in alio, & sic de simili. Quia data una dissimilitudine, etiam paria iudicabuntur diuersa; quia sufficit, quod arma vel insignia mea differentiantur à tuis tali signo, vel demonstratione, quod detur diuersitas. Nam si unus faceret equum album, qui æqualiter se moueret in altum cum pede dextro, & equus alterius albus se moueret in altum cum pede sinistro, vel si equus unius esset cum freno, alter sine freno, vel alter equus haberet baliana, alter non: tunc non erunt æqualia arma, vel insignia. Vel si arma, vel insignia consistenter ex listis albis, & tubeis, & in uno præcederet lista tubea, quæ esset de campo, & in alia præcederet lista alba, quæ esset simili de campo, & essent eo casu, quo ambo haberent vetustatem temporis, nec appareat quis primo habuerit: tunc si unus diceret pugnemus, quis primo debeat deferre & uti talibus insignibus, non debet audiri, quia nemo tenetur se submittere viri-

bus formæ in rebus certis. I. 2. ff. de cor. & demon. Quæ vt dicir Paris de Put. quæstio facti non est sorte dirimenda.

Fuit alias similis quæstio in hac ciuitate Hedueni inter nobilem vitum Guillielmū de Cluny, & honorabilem vitum Antoniū Charuot huius ciuitatis receptorem, qui contendebant inter se, eo quia dictus de Cluny dicebat, quod non licebat alteri deferre duas claves aureas in capo azuteo, cum essent a rma illorum de Cluny. Ex parte cuius Charuot dicebatur, quod poterat illas in scuto quartelato portare cum armis sui patris, eo quia eius mater erat ex prosapia, & cognatione de Cluny, &c. Pluraque alia hinc inde allegabant: tamē venerabilis, & scientificus vir, magister Ioānes Charuot, qui tunc erat consiliarius Parlamenti Diuionensis, Canonicus Heduen. & præpositus nostræ dominæ Heduen. subtilis, & cautus dicebat claves, quæ erant in armis suis, & sui fratris non esse similes clavis existentibus in armis illorum de Cluny: quoniam suæ erant perforatae, aliæ vero non: ex quo erat differentia, & dissimilitudo inter easdem. Tandem quia prædictus Guil. de Cluny fregerat vitrinas existentes in ecclesia Sancti Pancratij, vbi erat depicta arma dicti Charuot, fuit condemnatus ad illas ieiendas, & suis expensis fuerunt refectæ, prout priuserant, cum armis, in quibus sunt adhuc duæ claves; sed an sint perforatae, vel non, ignoro.

Nonus casus ultra casus positos per Paridem, est quando essent duo eiudem cognitionis, cui cognomini ambo adaptari posse: ex quo identitas cognominis inducit præsumptionem agnationis. *Lege cum precium. C. de libera causa. ideo videtur, quod ipsi possint eadem arma deferre, ut supra tacitum est in 42. conclus.*

**Q** Vadragesima nona conclusio. Sicut arma, & insignia recipiunt in se differentiam, seu diminutionem, etiam licet proueniant ex eadem domo, & familia, puta per bordaturam, lineaturam, bendam, barram, lambentia, aut alia huiusmodi, ut dictum est supra in 10. concl. & latius inferius dicitur in 79. concl. Sicutiam similia arma, ut arma eiudem nobilitatis, aut similia inter se ex paritate domus, & familie, aut alias, recipiunt excellentiam & augmentum decoris, & honoris ex officio, aut dignitate deferentis talia arma, & sic ex personis ea gestantibus, ut supra dixi in 36. concl. versic. & dixi. quod multis modis contingit. Ita quod plures ex aliquo, ut ex officio, dignitate, seu antiquitate, vel omnibus aliis modis quibus quis sit honoratior, & præcellit alium, sic & arma ex eisdem excellentiam recipiunt, & augmentum honoris: ut si sint plures habentes similia, & conformia arma, tamen vni ali quid addi potest in augmentum ex dignitate personæ, seu officio, quod alteri non liceret, puta si unus ut simplex nobilis, qui in Francia dicitur scutifer, a scuto ferendo, qui certa arma seu Scutum armorum implicitur deferat. Alter vero, qui conformia arma ex origine, vel alias gerat, si efficiatur maior dignitate, vel officio, ut inter plures fratres unus sit Imperator, potest tymbrare arma sua tripli corona. Si vero rex armis suis licite superaddere poterit tymbrum ex corona sua ultra tymbrum extraordinarium, & voluntarium. Sola tamen corona super regalia insignia, & arma posita nullam denotat & demonstrat aliarum regalium domorum, & à sanguine regio descendantium differentiam, vel diuersitatem, sed potius denotat, & demonstrat illarum principium, & caput, & easdem eisdem capitibus fore, &

esse membra. vt in l. cum in diuersis. ibi, mihi autem videtur illum religiosum esse, ubi quod principale conditum est, id est, eius caput, & c. ff. de reli. & sumptib. fune. ita tenet G. de Monteferrato in tract. de succ. reg. in 2. dubbio. num. 18. Aut si sit Dux, Comes, vel Marchio tymbrum ex pileo dignitatis sua, vel Papa ex tiara. Cardinalis ex pileo rubeo. Patriarcha ex cruce. Episcopos ex mitra & baculo pastorali, qui in vulgari crocea dicitur. Protonotarius ex pileo nigro duplicato viridi colore, & omnes milites etiam si sint Principes vuntur supra arma galea exornata cum quadam no. seu diuina, quae fit aut per signum alicuius animalis, aut alias extraordinarie, & voluntarie, vt eis expedit: sic quod ex talibus tymbrantur arma existentium in dignitatibus, & istud est austarium quoddam, quod & inueniuntur est, prout forte corollarium olim apud Romanos. Solent tamen etiam aliqui propter ipsorum multiplicationem, & augmentationem de gratia, honestate, & meta liberalitate signum aliquod vel differentiam aliquam in suis armis apponere, non ad hoc, vt compelli valeant, vel ad hoc, vt propter talem differentiam in armis appositam aliquid iuris alicui de agnatione, vel familia illa acquiratur: sed potius vt ab aliis, & singulis de illa agnatione dignoscatur, & discernatur, quod licet vt nomini praenomine additur, vt in l. enic. C. de mutat. nominis. vt plene per G. de Mōteferat. ti. de succ. regum in 2. dub. num. 19. Ad minus ad hoc, vt quis posset addere tymbrum ad arma sua requiritur, quod habeat aliquam dignitatem, ultra nobilitatem, aut quod salientis miles, hoc est, eques australis: & vt communiter videmus in duellis, & torneamentis nulli licitum est, nec solet quis tymbrare arma, nisi sit saltem eques militaris. vulgo Chenaliser: & ita se habet visus, quod scutiferi non solent tymbrare arma sua: & vt communiter videmus tymbrum sumitum ex voluntate capientis, sed magis communiter sumitur ex aliqua parte, quae continetur in armis: puta Imperator tymbrat galea suam ex Aquila, Rex Francie ex lilio: plures tamen diuersa animalia circuposueré. Nam recitat Gaguinus in suo Chron. super Francorum gestis, in vita Regis Caroli VI. quod accidit quodam die, vt S. Iuaneatum Carolus venandi causa fe contulerat, canum larratis excitatus in fuga ceruus aeneam torqueum collo gerere visus est, quem venabulis, aut ferro appetiri rex prohibebat, in calles & retia compellit. erat in torque Latinis literis scriptum: *Hoc me Casar donauit.* Ex eo tempore Carolus ceruum alatum auream coronam collo gestantem pro insigni habuit, & regis in signibus (quae liliis aureis tribus constant, vi saepe d. Etum est) hinc atque hinc cerui duo apponi consueverunt: haec ille. Saltem Carolus VII. Ludou. II. & Catol. VIII. reges Francorum scutum regium duobus ceteris lateraliter illud tenentibus circumdatum, & etiam vela regia eodem modo ornata gestarunt, & merito cum ceruus Gallis regibus praelestum bona fortuna semper fuit, vt inquit G. Bened. in sua repe. c. Ray. in ver. vxorem nomine Adelaisam. num. 894. cum duob. sequentibus. extra. de testa. Ludouicus vero XII. Francorum rex, scutum regium histricibus ab utroque latere ornabat, vel scuto histricem supponebat. Nam histrix animal est habens pinnas aculeatas, & porcus pungens, seu spinosus appellatur, vnde Calphurnius.

*Venit & hirsuta spinosior histrice barba.*

Franciscus vero Rex nunc imperans ex salamanca duabus & communiter habentes in suis armis lilia tymbrant ex liliis quadratis, vt olim siebat in ar-

mis ducum Burgundie.

Aut vero ornantur aliquo alio insigni: & tunc aut ordinatio pura in rege Francie, & aliis militibus ordinis S. Michaelis, qui vulgo apud nos dicuntur *Les chevaliers de l'Ordre*, qui gestant torquem aureum circundantem eorum arma, in quo sunt coclearia, Coquilles Gallice, affixa: & in infima parte imago seu representatio S. Michaelis aurea est appensa (quem quidem ordinem militarem in honorem Michaelis Archangeli protectoris regni sui Rex Lud. XI. Instituit, & perpetuo fundavit.)

Milites vero ordinis velleris aurei, à Philippo II. duce Burgundie instituti, gestant torquem aureum, in quo vellus aureum, hoc est, aries lanam auream ferens penderit: & dicitur apud nos *la Toison dor*, vt publice videri potest Diuione in capella ducum Burgundie.

In Anglia vero milites ordinis regis Anglie zona deferunt, quam dicunt, *la jarretiere*, & sic de aliis. Et talia insignia non possunt deferri nisi ab illis qui descripti, recepti, & designati fuerint in illo ordine: & ex illis insignibus plus decorantur arma talium, maioremque laudem, & excellentiam merentur. Et sic licet duo habeant paria arma, vt dictum est, cui tamen talis praeminentia conceditur, & sua arma modo praedicto exornata sunt praeferenda, & maiori honore extollenda erunt.

Aut vero extraordinario insigni, seu ornata arma illustrantur, vt communiter fit in aliis non habentibus eadem ordinem, ex quo possunt ferre ornatum extraordinarium, qui tamen sunt constituti in magna dignitate, etiam usque ad clarissimum; & tunc tales ornatus seu insignia sunt ad voluntatem cuiusque, vt iam praedixi, ex quibusdam variis & diuersis signis, quae magis conformantur, aut eorum armis, seu dignitatibus & officiis. Nempe aliqui sibi assumunt arborem circumdantem arma, alij laqueum amoris, alij angelos, quidam homines filiustres, aut puerulos nudos, aut alia signa, & haec solum competere videntur magis nobilibus & in dignitate aut officio constitutis: ita quod si simplex scutifer deferat arima cum tymbrō, videtur quod à milite aut ab alio habente dignitatem ultra simplicem nobilitatem prohiberi possit, aut ad eius requestam per superiorum prohibiti potest, ne portet tymbrata, seu vt ferat tymbrum.

Sed si superior non habens iurisdictionem in talem scutiferum deleteret arma scutiferi sua autoritate, an datetur tali actio iniuriarum: vide supra in conclus. 29.

Aduette tamen, quod per haec augmenta non est dicendum quod sunt arma alterius speciei, nec quod differant specie. Ita quod si simplex scutifer tanto tempore quo fuerit scutifer, portauerit sua arma sine tymbrō: si postea ratione & ex causa dignitatis, aut officiis superuenientis tymbrauerit, non propter hoc dicentur noua arma, ita quod in se differant aliqua specie, ex quo non est augmentum in parte substantiali, sed est tantum additio, & qualitas circa accidentia, quae non faciunt rem differre specie, vt est gl. notabilis in verbo, anno, in l. ff. §. quois. ff. de publicanes. not. Batt. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. Ang. int. & an eadem. §. aliis. in princ. ff. de ecce. residu. vbi dicit, quod differentia pedes solam qualitatem non facit rem esse aliam, & dixi in praeced. conc. versi. septimus casus. Dummodo vera rei essentia non sit immutata, not. Batt. in l. i. col. 4. ff. de act. & oblig. facit quod habetur in cap. cum Marthe. §. que suisti. de celebratio. mis. extra. vbi dicitur, quod accidentia possunt miraculose, & non aliter mutare

mutare subiectum. Ad praedicta facit bonus tex. in l. past. conuent. in princ. ff. de contrahen. emp. vbi dicitur, quod augmentum, vel diminutio circa accidentalia conuactuum non reponunt contractum in diuerso esse, nec per ea intelligitur ab eo in substantialibus recessum: de quo etiam per Bartol. & alios in l. in conventionalibus ff. de verb. obl. dum tangunt an si per contrahentes addatur stipulationi prætoriae, vel stipulatio prætoriae alteretur, desinat esse prætoria, vel conventionalis. Et ex hoc infert Ang. in ditt. leg. & an eadem. §. i. ad questionem, quæ fuit de facto. Nam productum fuerat quoddam testamentum animo insinuandi, quod habebat adiectionem certarum qualitatum aduersarii autem recursum habuit ad protocollam, & fecit testamentum punctualiter extrahi, prout scriptum erat in protocollo. & quia scriptura reperiebatur diversa ratione dictatum qualitatum, dicebatur insinuatio nulla: quia non fuerat requisita, prout scriptura emanauerit. Contrarium dicit Ang. quod valuerit insinuatio, quia illa variatio circa illas folias qualitates non facit aliud esse, vel censeri testamentum. per illum text. quem in simili allegat Spec. in iuu. de iura cal. §. sequitur. vers. quod si moueo. facit quod dicit Bar. in l. si fundus. §. sires. per illi: m. text. ff. de pug. Quod additio qualitatis non extinguit hypothesa, facit quod dicit Bald. in l. fundi. ff. quibus mod. v. usfr. amitt. q. mutata forma in accessoriis, non perit substantia. per illum text. facit text. in l. 4. §. modum ff. de servit generali. vbi modus adiectionis seruituri, non facit defince seruitutem: quod est intelligendum in qualitatibus accidentalibus, non substantialibus, ut sunt predictæ in armis, scilicet tymbrum, littera, & zona, licet securus sit de qualitatibus substantialibus, quæ sunt in ipsis armis, ut videmus in armis aliquorū principū Franciæ ex prosapia regali, qui habent tria sicut rex: tamen quia habent qualitates substantiales additæ eoruī armis ultra arma regis, ut in duce Borboniorum, qui pro armis ultra tria lilia habet bendam in medio scutu tendentem à parte dextra ad sinistram. In duce Aurelianensi, qui habet tria lambentia ex tribus liliis: & sic de singulis. Et talia sunt arma dicta, & diuersa specie ab armis regis Franciæ, licet omnia habeant tria lilia aurea in scuto azureo: quoniam talia superuenientia reponunt predicta arma in diuersa specie: & etiam idem dicendum est de aliis diminutionibus aut augmentis, quæ sunt in quibusdam armis ad cognoscendū quis sit primogenitus, & sic quis portet arma plena, quoniam alij postea geniti ea gestare debent cum aliquali distinctione, ut supra pluries dictum est.

9. Intellige etiam dummodo ex adiectione qualitatis non mutetur forma primi actus, quoniam hoc casu adiectione non mutat id, cui adiicitur: securus vero si fiat mutatio formæ, tunc reponit tem in diuersa specie, ut per Inn. in cap. i. de confecc. eccl. vel altaris. dum dicit, quod si augeatur altare, non definit esse altare, nec perficit consecratio. Et est ratio huius dicti: quia vbi mutatur forma, noua forma dat nonum esse. l. Iulianus. v. si quis. ff. ad exhib. sed vbi non mutatur, sed aliquid exterius additur: licet illa adiectione faciat differre in plus aut minus, ita quod una sit maior, aut minor propter adiectionem, non tamē dicitur alia à prima: ut videmus de illo, qui promisit dare schachum matrum cum pedona, quod potest dare cum pedona facta domina, ut tenet Ba. in l. senat. ff. senat. & in l. Jerus leg. a. §. i. ff. de leg. 3.

10. Sequeretur ergo ex predictis, quod si hæc adiectione non mutet substantialiam speciei, sed sit eadem, quod

idem erit dicendum de vna, sicut de alia: & sic quod sicut illud, quod est principale, scilicet arma simplicia competet omnibus de familia in quo sunt, etiam si sint tatum scutiferi, quod etiam adiectione omnibus competit, cum se quatur naturam sui præexistens, seu eius cui accedit. l. etiam. vbi Bart. Bald. & doctor. Co. de iure dotium. l. quod in rerum. §. si quid potest. ff. de legat. i. vbi idem iuris est in augmentatione dotis, & rei legatæ, quod in ipsa dote faciunt plura quæ ponit Albert. Brun. in tratt. d. augmentatione. in §. concl. principali. quod ibi ampliat in pluribus.

Sed tamen secus est hoc casu, vbi ista augmentatione non accedunt armis, tanquam illa contingua, sed tanquam re & consensu separata: & non ipsi rei simpliciter de per se accedunt, sed in fauorem tantum personæ, qua extincta, extinguitur & adiectione. Sicut in simili dicitur de castro concessio, in quo non venit iurisdictione personæ cohærens, sed illa tantum quæ castro cohæret, ut dicit Bart. in l. si aliena. §. i. ff. de v. usfr. & patet in l. si Titio §. si. ff. de v. usfr. & in l. interdum. ff. de v. usfr. accres. & in l. 3. §. i. quemadmodum v. usfr. amitt. vbi pars v. usfructus vacans accrescit etiam illi v. usfructuário, qui portionem suam iudicialeiter, vel aliter admisit, & non proprietati, eo quia v. usfructus personæ debetur.

Hinc ex his concludo, quod si Baro, Comes, Dux, aut Rex, qui dignitatis ratione (ut dictum est) tymbrare possunt & littorare, decedat relictis pluribus filiis: si primogenitus habeat solus illam dignitatem, quæ ratione eius personæ tribuat illam adiectionem, puta quia Baro solus, Comes solus, &c. poterit solus illam adiectionem deferre, & non alij (licet etiam habeant principale, scilicet arma domus, & familiæ) possunt illa adiectione vti. Cum tantum (ut prædictum est) videatur esse data ratione dignitatis personæ. Et ita videtur tenere idem Albertus in d. §. con. principali. in 4. limitatione d. i. us. Et hoc, quia illa dignitas non extinguitur cum persona, sed si esset dignitas, que extingueretur cum persona, ut in milite, capitaneo, siue principali, siue præposito laborum, de quo proxime dicam, tunc extincta persona, licet principale, scilicet arma transeant ad successores, & filios, non tamē illa augmetta, sed extinguntur cu persona, & in hoc non sequuntur natura præexistentis: quod est verū in his, quæ sunt aut fieri debent in vita, sed in his, quæ sunt in sepulturis, illorū etiā filii aut parentes pro pompis funeralibus eorum possunt gestare arma tymbrata & littorata, & eis zonam facere lugubrem in loco sepulture, quæ consuevit fieri existentibus in dignitate.

Sed videre restat, an omnibus habentibus talē iurisdictionem omnimodam, altam, scilicet medium & intimam, non tamen honoratis seu constitutis in dignitate, aut officio in armis suis tymbra, aut littora, seu in eorum pomis funeralibus zonæ funebres fieri possint in loco sepulture, ad ponendum arma eorum vbi habent omnimoda iurisdictionem. In hac patria ducatus Burgud. antea pauci vbi sunt hac zona seu littora, in pomis funeralibus. Sed a certo tempore citra dominii terrarum habentes omnimodam iurisdictionem vbi volunt dicta zona circum dādo ecclesiam, aut cappellam, in qua inhumantur, intus & foris zona nigra depicta, & super ea sunt, & pinguntur eorum arma tymbrata & ornatae quod an fieri possit, aut ex eo solum, quod iurisdictione habet omnimoda, aut quod requiratur, quod sunt, & fuerint in aliqua dignitate constituti, saltē militares equestres. Nā cu de his nihil scriptū reperiatur in volumine nostratum consuetu-

dinum, ideo ad ius commune recurrentum est. Sed cum de iure paucia repertantur ideo videretur dicendum, quod sit recursum ad consuetudines vicinatum prouinciarum, ut notatur per glossam magnam, *in can. consuetudo. i. distin. quæ allegat text. in cap. super eo extra de censibus.*

- 14 Cū ergo sit consuetudo expressa in aliquibus partibus & prouinciis Franciæ (cui Burgundia subiicitur, cum sit de feudo, & paritate Franciæ) quod etiam vasalli castellanorum simplices, dummodo habeant iurisdictionem supremam sine aliqua dignitate, aut habent aliquod ius in ecclesia, seu ex consuetudine, vel ex antiqua fundatione, etiam in iuris castellanis possunt littorâ, & tymboram facere in eorum armis, ut habetur *in consuetudinibus patriæ Turonensis, tit. de iuri bus castellaniæ. §. 3.* Ideo videretur dicendum, quod haꝝ præminentia seu prærogatiæ, & facultates debentur non solum ratione dignitatis, aut officij, verum etiam ratione & ex causa altæ iustitiae, cum iurisdictione tribuat dignitatem. dictum est singulare Bald. *in cap. vniuersitatis. §. cateri. quis dicitur dux, marchio, comes, in vñib. feudorum. & dixi infra in ii. parte, in 7. confid.*

- 15 Si ergo etiā in dictis locis possint tales facultates, & præminentia competere habentibus tantummodo iurisdictionem, & vasallis castellanorum: multo fortius competere poterunt vasallis principum habentibus iurisdictionem altâ, & si in illis locis, multo fortius in Burgundia, vbi domini habétes altam iurisdictionem, habent etiam in multis iura regalia, quoniā percipiunt confiscationes damnatorum, ut *in iii. des. confiscations, art. 1. in lib. consuetudinario ducatus Burgund. Habet & ius bannizandi, faciendo proclamata, tenendo forestas, & flumina bannalia, quæ sunt de regalibus, & alia huiuscmodi plura eiusdem sunt concessa: ergo à fortiori habent supradictas facultates, & præminentias, quæ non reperiuntur esse expresse reservatae Principi, & cum solum hanc ex consuetudine, aut ex quadam laudabili obseruantur in ipsis pompis funeralibus principum, magnarum, & aliorum dominorum: ideo dicendum est, quod non tantum sunt permisæ, imo etiam utiles, & honestæ, & quâ plurimum landadæ, ut dixi infelius *in 2. par. in consideratione*, vbi fit mentio de honorib. exhibendis in sepul. & funeralibus mortuorum. Et cum talia non repertantur dominis habentibus altâ iurisdictionem prohibita, quare non videatur illis permisæ, cum quod non est prohibitum, permisum esse ceteretur. *l. nec non. §. sed quod ei. ff. ex quib. cau. maio. in l. scieriam. §. qui cum. in gl. permittunt. ff. ad legem Aq. notatur in l. certa forma. in gl. ff. C. de iur. ff. lib. 10. & cui licet plus, licet & minus. c. cui licet. de reg. iur. in 6. & c. non debet, cui plus licet. ff. eo. facit. l. i. §. i. abi: & hi quib. non interdicitur testimonium nec vlla lege a dicendo testimonio excusantur ff. de testib. & quod non mutatur, stat text. in l. sancimus. §. i. Co. de test. & l. precipimus. in fi. C. de appellation.**

- 16 Maxime etiā cum tales zone non sint de reservatis Principi, imo ex communi usu, qui in his multum atteditur, ut dixi in multis locis, Principes, & magnates in dignitate constituti non solent has zonas facere, verū loco illarum cinguntur, & ornantur ecclesiæ vbi sepeliuntur pánis, aut laneis, aut seticis nigris intus, & foris. Inferiores tamen à Principibus, qui non possunt commode cingere ecclesiæ ex dictis pannis. solent facere has zonas, seu littoras expictura nigra, vbi sepeliuntur, dummodo ibi habeant iurisdictionem omnimodam, aut sint patroni, & fundatores in illis. De ratione iurisdictionis dixi, de iure vero patrionatus patre, eo quia habet ius honorificum, & de-

betur ei honor: & si in vita ( ut clare probat Rochus de Curte *in suo tratt. de iure patr. in verb. honorificum*) ita etiam in morte & in sepultura, ut dixi infra in 2. par. in 5. confid.

17 Et cum alias fuisse interrogatus de quodam nobili huius patris, qui habebat altam iurisdictionem in cancellio cuiusdam ecclesiæ parochialis, eo quia circum circa dictum cancellum, & in ambitu illius iurisdictionem habebat: imo ex cœquenti, ecclesia, quæ est in finibus suis iurisdictionis existentis in illa parte cancelli, erat & in sua iurisdictione. arg. notator. in c. si diligenter. & ibi Hoff. Pan. & Henric. Boich. extra de foro compe. Qui quidem nobilis etat in dignitate constitutus quoniam erat præpositus laborum vnius societatis centum militum armatorum, quem in vulgariter dunt Porteur d'enseigne d'une bande, qui sunt in dignitate, seu ordine clarissimatus, ut est text. in l. vnic. & ibi Lucas de Pen. C. de præpos. lab. dixi eo casu, quod vt poterat in pompis funeralibus tali facultate, præminentia, & prærogativa faciendo zonam in dicta ecclesiæ cum notorium sit etiam ex generali consuetudine Franciæ, quod Capitanei belli (qui etiam tamen in dignitate clarissimatus essent) vtantur talibus iuri bus, & facultatibus, imo maiori, cum ante se deferre faciant & galeam, & vexilla militaria quibus vtebantur in exercitu. Idem ergo erit dicendum de dictis præpositis laborum, cum sint eiusdem dignitatis. Et crederem, quod tales præpositi laborum etiam possent in eorum pompis funeralibus deferti facere vexillum, cum sit apud nos officium seu dignitas, quæ non conceditur ab ipso Capitaneo, sed à Principe. De galea autem quod ante se deferri possit, etiamsi non esset eques auratus, non dubito. Militibus autem equestribus ante eorum corpora in pompis funebribus de seruntur & galea, tunica militaris, ensis, calcaria, manica, les ganteletz, &c. de huiusmodi dicam infra in d. 2. par. cum tales habeant dignitatem, ut habetur in l. i. & ibi not. C. de equestri dign. lib. 12.

Et aduerte, quod littera, & zona idem sunt, sed zona non cingitur, nec clauditur ab omni parte, littera vero sic: hanc differentiam accepi à nonnullis nobilibus patris Turonensis, qui his maxime vtuntur.

Q V inquagesima conclusio. Insignia, seu vexilla alicuius societatis, seu exercitus, habentis Capitanum, vel magistratum, debent remanere penes illum. Batt. in d. tratt. de arms, allegat pro hoc textus in simili in l. pecul. §. 1. ff. de legat. 2. sed melius facit tex. in ratione sui, in cap. dilecta de excess. prela. extra. vbi apud illum, qui est caput, sigillum remanere debet. Et facit pro hac parte ratio inconuincibilis: quia ex quo ille est maior, debent remanere insignia apud eum. arg. leg. fin. ff. de fin. inst. facit l. qua sunt cautiones. ff. fam. ercise.

Et si sint plures magistri, seu Capitanei, aut domini alicuius societatis, insignia illius transeunt, & deueniunt in illum, qui est magister maioris quâtitatis sociorum. l. actione. §. Labo. in fin. ff. prof. & d. leg. si que sunt cautiones in prænc. ff. famil. ercise. & minor pars majori cedit. arg. l. in rem. §. item quacunque ff. de rei vend. l. queritur ff. de stat. hom. & dicit text. in c. qua contra. in fi. 8. dis. quod in potestatibus societatis humanæ, maior potestas minori ad obediendum præponitur, & maior numerus trascendit minorem. not. gl. in ver. sententiam, in Auth. ut iudices non expectent. & c. §. i. colla. 9.

Si vero sit societas vbi omnes sunt æquales, nec unus sit maior altero, tunc forte dirimendum est, apud quem insignia illius societatis remanebunt, d. l. si que sunt cautiones. §. i. unde queri posset, an sors sit permis. sa. sed

saed de hac materia me remitto ad Bald. & dom. meum Iasonem in l. fi. C. communia, de legat. cum non sit presentis speculationis.

**S**i autem in totum sit finita societas alicuius negotiationis, si unus solus negotiator illius societatis remaneat, debet remanere apud eum signum illius societatis. Primo, quia aliorum non interest, etiam quamvis sit dissoluta societas, tamen negotiatio remanet penes illum. Ergo iniquum esset, quod signum, quod erat accessorium negotiationi, dissoluatur & separetur ab eo. arg. l. posse & non. C. communia utriusque iud. & vide Bald. in l. i. ver. item quero C. profocio.

**Q**uinquagesima prima conclusio. Vbi sunt aliqua signa vniuersitatis artificij, in quibus principaliter operatur & atteditur qualitas loci ex beneficio, seu ex privilegio, apud illum remanebunt insignia seu signa, apud quem remanet locus sive ex beneficio, seu ex privilege, sive iure proprietatis, sive iure conditionis, sive in mala fide ibi remaneret toto tempore vita, quo ibi remanebit ita, quod ibi illo signo uti prohibetur non potest, quod videtur eidem competere, sicut in ceteris iuribus realibus, quae adhaerent rei. arg. l. omnia consti. §. fin. ff. de seru. rust. pradio. l. 2. §. fin. & l. seq. ff. si seruitus vend. l. vsu fructus. & l. seq. ff. quemadmodum seruitus amitt. Ponit exemplum Bart. in quodam castro, cuius nomen est Fabrianum, vbi artificium faciendi chartas viger principaliter, ibique sunt aedificia multa deputata ad hoc, & ex quibusda aedificiis meliores chartæ veniunt: quia ut dicit Plin. spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, levior, hoc est levitas, complanatio, seu teritus.

**Q**uinquagesima secunda conclusio. Si ratione alicuius officij debeatur aliqua signa, seu insignia aliqui, si eidem conducatur officiu tanto tempore, quod durabit cōdīctio officij, tanto tempore durabunt, & remanebunt apud illum insignia illius officij. arg. l. sed addes. §. illud ff. locati. Exemplum in officio Maioris Senemuri in Auxero. Nam apud eos conduitur. & cum sint ibi insignia illius officij, quae seruiunt cōmunitati, seu vniuersitati illius loci, tanto tempore, quo conduitur maioritas, tanto tempore remanent apud eum illa insignia, quae competit ratione dicti officij maioritatis, scilicet insignia, seu signa, quibus signantur, & mercantur mensuræ tam vinorum, quam bladorum, & alia huiusmodi.

Et istud facit ad omnia officia temporalia habentia rationem officij quedam insignia, pone in sigilla, vestem cappam, seu mantellum, aut caputum, misam, quae deserunt officio, quia durante officio, remanebunt apud tales officiaros, sive habeant ex concessione Principis, sive ex electione, sive ex conductione, alias quouis modo.

**Q**uinquagesimatercia conclusio. Quædam vero sunt insignia artificij, in quo principaliter bonitas artificij operatur, & isto casu si stant plures in una statione illius artificij, omnes possunt ut illo signo quasi magister principalis illius stationis approbet illa opera, ut in authen. de tabell. §. nos autem & ibi notat gloss. in verb. ipsiis per se. collat. 4. Bartol. in d. tract. exemplificari in signis, quae apponuntur in spartis, gladiis, & aliis operibus metallorum. In argento tamen & auro duo signa, seu marcas communiter apponuntur, saltem apponi deberent: vnum quod esse debet commune omnium ad denotandum omnibus, quod opus est argenteum, vel aureum. Alterum vero signum illius operatoris seu artificis, ad designandum, quod opus est factum à tali artifice, inter quos, ut plurimum lata differentia, ut dicit text.

in l. cartifices, longa differentia est, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis. ff. de solnt. Facit, quia saepe opera vnius plus valet, quam alterius, ut in §. nam & ita. Inst. de societ.

**Q**uinquagesima quarta conclusio. Si sunt plures in una statione utentes uno signo, si separentur, remanebit signum penes magistrum illius stationis, vel illum, qui principalis & maior erat inter eos, argument. l. fin. ff. de fide instr. quod intellige verum, quando est disparitas inter eos, ita quod unus est maior aliis. Secus si æquales; quia tunc forte dirimendum esset, apud quem remanere debeat. d. si qua sunt cautiones. ff. sum. ercis.

Hæc autem majoritas consideratur ex multis, ut quia pater cum filiis, vel quia frater antiquior cujus iunioribus, vel quia unus erat primo solus, qui vocavit alium secū in illa societate, vel aliis pluribus modis, quibus potest arbitrari ista majoritas seu superioritas inter plures, de quibus in d. l. fin.

**Q**uinquagesima quinta conclusio. Arma depicta in muro probant murum esse illius, saltem pro illa parte, vbi sunt sua arma depicta. l. qui liberaliter. & ibi Bartol. in fin. ff. de ope publicis. Et ibi dicit Bart. notab. contra illos, qui abradunt arma alicuius, & ita dicit Boer. in conf. suo, in cap. qui habent partes em. communem. posso post Commentaria conjectudinum septene Bituricem.

Et videtur arma aliquo modo probare iurisdictionem & dominium, quoniam etiam, ut videmus, mensura locorum debent signari armis dominorum. l. 2. Co. de finmen. Alexandr. l. 11. Licet olim signabantur nominibus dominorum, hodie vero armis. Cum arma sint additamenta ad recognitionem agnationum & nobiliū, ut ante dixi in 20. concl. circa fin. Et ut communiter obseruantur in rebus, in quibus quis habet autoritatem, facit nomen suum scribi & apponi, ut dicit Jacob. Rebuff. in d. l. 2. ut in monumentis, ecclesiis, capellis, aedificiis, & palatiis, quorum nominum loco hodie apponuntur per nobiles arma; ut dicitur hic, & etiam per Guid. Papaz. q. sua 49. & Bald. in titul. qualiter feudum alienari possit circa fin. principy. ex quibus constat, quod probari possit in hoc & dominiū, & iurisdictione per appositionem armotum in locis publicis. Sed usus se habet, vbi plebeij & ignobiles apponunt nomen, nobiles & domini apponunt arma sua. Sed an tales inscriptions probent, videatur ample per glo. in verb. paris. & ibi de Et. extra de iure. Felin. in cap. cum causam. col. 3. ad fin. de prob. Angel. & Iason. in §. paenales col. 3. Inst. de actio. Bart. in l. monumtorum. C. de religios. vbi tenet, quod sic, quoniam continet quod possibile, facit gloss. singularis in verb. scribatur. in cap. palatius. 3. q. 7. & in c. sane. 2. in glo. ditticiss. 24. qua. 2. & de imagine impresta in numino, vide hic ante in 33. concusione.

**Q**uinquagesimasexta conclusio. Perstringendo paucis materiæ armorum circa majoritatem, dignitatem, seu excellentiam ipsorum, quod in unoquoque principatu & potentia, seu regno, seu arma principis certa & determinata, quæ sunt illi data & attributa in signum præminentiae, dignitatis & autoritatis, & quæ nemo aliud illo modo, quo portat ille princeps, gestare potest, nec debet, ut in regno Francie sunt tria lilia aurea in campo aureo, quæ sunt arma regis Francie cœlitus demissa, ut dixi supra in 15. concl. & dicam infra.

Et habentes arma sua, quæ magis illis approximat, & aliquid habent ex illis liliis, dicuntur esse digniores, & habere arma digniora. Istud probatur

arg. text. in e. per lectis. t. dist. & per gloss. in verbo, altiori. in §. aliam vero. Insti. de bon. poss. per quam glossam probatur, quod maior est & altior aliis, qui proximior est domino, & magis stat prope dominū. facit text. in l. libi: pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt estimati. Et ibi not. in gloss. fin. quod quem princeps honorat, ab omnibus est honorandus, quæ pro hoc alleg. multos text. Co. de domesticis. lib. 12. Item ad prædicta facit text. in l. vni. C. de præpositis laborum. C. cod. lib. vbi dicit: Nam & immunitate digni sunt, quod nostri lateris comitatus illustrat.

3 Cum ergo arma alicuius magis approximantur seu assimulantur armis principis, dicitur ille esse maior in armis, & digniora habere arma.

Sicut videmus in domo de Borbonio, quæ habet tria lilia aurea in campo azureo: sed ad denotandum, quod est principe seu rege nostro minor & inferior, habet cum illis bendam rubeam tendetem à dextra ad sinistram.

4 Sed vnde hoc quod habet talia arma, cum descendit ex rege Franciæ, scilicet Ludouico, à quo descendit Robertus eius filius, comes Claromontensis. & ab ipso Roberto Ludouicus de Borbonio primus dux Borbonij: A quo quidē Ludouico descenderunt Petrus II. dux Borbonij, & Ioannes comes de la Marche, & ab illo Ioanne descendit Ioannes de Borbonio etiam comes dicti loci, à quo descendit Ludouicus comes Vindocinensis, qui portat arma de Borbonio cum aliqua distinctione; quia in benda sunt tres leones argentei, qui sunt tantummodo positi ad denotandum, quod non sunt primarij, seu principales de dicta domo Borbonia: sed iam sunt descendentes, & filii secundogeniti; quia secundo genitus non portat arma plana, seu integra domus principalis, à qua descendit, vt dixi supra in 20. concl.

5 Sicetiam ex Ioanne rege Franciæ descendit Philippus III. eius filius, qui fuit rex, & ex eo ortus est Ludouicus comes Eboracen. ex quo descendit Philippus rex Nauarriæ, ratione cuius originis reges Nauarriæ portant in parte scuti suorum armo. cum lilia cum benda argentea tendente à sinistra ad dextram.

6 Similiter ex prædicto Philippo descendit Carolus comes Alenconien. & iste Carolus & alij usque nunc, ratione quorum, quia sunt de prosapia & sanguine regali, portabant tria lilia aurea in campo azureo circundata seu bordata vna bordatura rubea seminata ex besanis argenteis.

7 Eodem modo ex ipso Ioanne rege Franciæ descendederunt duces Autelianen. ex quo portabant pro armis tria lilia aurea in campo azureo habentia de super tria lambentia argentea, trois lambeauxx d'argent, in vulgari.

8 Et quia ex domo Aurelianensi orti sunt comites Angolismenses, ideoarma illa portant cum ista distinctione seu additione, scilicet quia cum lambentibus seu additione, scilicet quia cum lambentibus habent tria crescentia rubea, hoc est, trois croissans de gueule à trois lambeauxx. de quibus meminit ample Guillelmus de Monteferrato in tract. suo de successione regum in 2. dubio. num. 6.

9 Sic dicendum est de comite Niuernensi, qui pro armis etiam vtitur tribus liliis aureis in campo azureo, cum bordatura composita ex auro, & rubeo, & quæ participat de vtroque, & tantum de uno quantum de altero.

Pariter in comite Duenſi, qui etiam in campo azureo habet tria lilia aurea pro armis: sed cum banda composita partim ex argento, & partim ex colore

rubeo tendente à dextra ad sinistram.

Plures sunt alij principes, qui in suis armis apponunt lilia tanquam existentes de sanguine & progenie regali: vt fuerunt duces Burgund. descendentes ex Philippo le Hardy, hoc est, audacis cognomine, duce Burgund. filio præfati Ioannis Regis Franciæ. Item duces Bituricen. Andegauen. & Memortij. Item Comes Artesij. Nec alij talia arma portant, nec portare debent, nisi sint ex prosapia regali, & descendentint aliquo modo ex progenie regali.

Aduerte tamen, quod omnes domus à stirpe regia in masculina descendentes signatae & differentias, characteres & accidentia continent in armis suis, vt supra visum est, cum eis differant, sunt separatae: quia cum in armis sit quedam differentia sive signum, per quam, seu quod cognoscitur & dignoscitur ab armis vnius ab armis alterius: imo denotat separationem, & diuersitatem, vt in l. quod si neque. in §. materia. ibi, quas emptor signasset. ff. de peric. & commo. res vend. & illud signum demonstrat aliquid præter id, quod in se est, scilicet domum, in quibus apponitur & dicitur quoddam accidens, quod per se non stat, vt in leg. pacta. ff. de contrah. empt. & in l. Valerianus. ff. pretor. stipulat. & in d. §. materia. cum igitur differant, sunt separatae, vt in cap. suscepsum. in fin. de descr. lib. 6. & in l. fina. ff. de calumnia. & plene de materia per Guil. de Monteferrato in tract. de successione regum. in secundo dubio. num. 7.

Reperio tamen, quod domini de Tuinone de Delphiniat, licet non sint principes, nec de Principibus Franciæ, portant & habent arma bipartita, & in media parte campi à parte dextra habent leonem ardensem, quæ sunt arma Troiæ, in altera vero parte sunt lilia feminata, quæ sunt arma Franciæ, vt refert Ioane Maite in illustrationibus Gallia. libr. 3. cap. incipiente, touchant la cité de Troie. Ex quo constat eos esse ortos annobili, & antiqua progenie, scilicet à Troianis, vt ibidem dicitur, & describitur. etiam præsumendum est, quod dicta lilia à regibus Franciæ eis concessa fuere: quod an fieri possit, supra videre potes in 4. conclus.

Similiter et Forentini habent pro armis, & insignibus suis vnum lilyum, quæ arma ( vt legi ) habent ab anno Domini 1265. & eisdem tunc donati sunt à Carolo, tunc Comite Andegauensi, Prouincia, & Cenomania, fratre diuini Ludouici Fraucorum regis; tum quia benigne receptus in eorum ciuitate; tum quia sibi fauerent, dum iter faceret vna cum exercitu copioso ad Siciliam, causa dicti regni adipiscendi, quod sibi donauerat Urbanus IV. Papa: quia detinebatur à Naufredo hoste, & persecutore ecclesiæ Romanæ. Florentiam tamen denominavit ( vt legi ) Carolus Magnus Francorum rex à lilio floribus Francorum insignibus.

**Q**uinquagesima septima conclusio. Excellentia armorum etiā denotatur, & designatur ex concessione principis primæua, ratione officij aut dignitatis, de quo supra in 26. conclus. vt fuit in Carolo Magno, qui cōstituit, creauit, & ordinavit xii. pares Fraciæ, & vnicuique dedit & attribuit arma propria, ratione paritatis, vt in paribus viris ecclesiasticis, quibꝫ cōcessit, vt in armis eorum vterentur liliis aureis. Maxime quinque paribus ecclesiasticis habetibus campus armorum eorūdem azureum, cui adaptati possunt lilia aurea: sed quia campus armorum episcopi Beluacen. unus ex sex paribus ecclesiasticis est aereus, in quo non possunt adaptari lilia aurea, ne sit metallum supra metallum, alias falsificantur arma

# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

43

ma eiusdem, ideo non habet aliqualia, prout archiepiscopus Rhenensis, & ceteri alij episcopi pates Franciae.

Ceteris vero paribus Franciæ, scilicet sex laicis dedit & concessit ipse Carolus Magnus arma etiam distincta, & separata, ut tandem cognoscerentur, & distinguuerentur inter eos ratione paritatis.

**Q**uinquagesima octaua conclusio. Primo enim duci Burgundiæ (cui nomen Saxon erat) dedit pro armis suis in capo azureo unam cotissam aut ex tribus petuis, seu partibus separatis, & diuisis cum una cordatura ex rubeo, quæ in vulgariter nostro dicuntur, à une cotissa dora tros piecis borde de gueulle, ut asservetur nonnulli. Et hæc predicta arma semper soliti fuerunt portare duces Burgundiæ ratione ducatus Burgundiæ existentis de paritate uno qui in ipso ducatu utuntur predictis armis, presumantur, & ut audeam dicere, dicuntur esse de prosapia ducum Burgund. sicut est videre in illis de Monteacuto, qui talia arma habeant, cum aliquali tamen distinctione.

Nonnulli tamen alias mihi retulerunt, quod ista bordatura (ut ita loquar) non debet apponi in armis principalibus ducis Burgundiæ, eo quia bordatura est quedam diminutio ab armis principalibus. Et ideo cum nulla alia reperiatur apud nos similia, quæ sint principalia alicuius principatus, videtur quod talis bordatura seu circumpositio ex colore rubeo non debeat in eisdem armis apporsi, sed quod sunt quedam additione in armis alicuius descendenteris ex domo ducū Burgund. ad denotandum differentiam inter principalia arma domus ducis Burgund. quæ debent esse plana, & descendenteris, puta secundogeniti.

Sed quicquid sit, ego credo quod arma ducis Burgund. quæ habuit & habeat Saxon dux Burgund. tempore ipsius Caroli Magni Franciæ regis, erat Cotissa sex petiarum ex auro, & azureo æqualiter partito in campo rubeo. Et istud mihi magis videtur consonari veritati.

Et ista arma sunt, & competitunt duci Burgund. non ratione originis, sed ratione paritatis seu dignitatis, cum sit primus par Franciæ, & parvus decanus. Et ideo videretur, quod descendentes ex eis non deberent uti talibus armis, saltem nisi primogenitus ducis, si sic esset, quod esset donata ratione dignitatis, seu paritatis. Sed potius videtur dicendum, quod sunt arma patris seu principatus Burgund. & quod principes Burgundiæ, etiam ante tempora Caroli Magni talia arma portabant. Et istud credo verius.

Nosvero Hedui habemus nunc à tempore ducum Burgund. in armis nostræ ciuitatis Heduensis pro capite levatum seu arma ducatus Burgund. ad denotandum nos Heduos velle esse subditos principi, & illi subiici & obediere. Cum in signum superioritatis sunt supersita arma principis, prout supra dixi in conclus. 25. quæ incipit, licet vasallus habeat arma, &c. Et pro parte inferiori habemus leonem rubrum in campo aureo.

Audiui tamen à maioribus nostris, quod alij Hedui utebantur pro armis ciuitatis, capitibus aptorum nigris in campo aureo. & hoc ante tempora Philippi le Hardi ducis Burgundiæ. Licer tamen ante aduentum Christi vierentur aliis armis, ut statim dicam.

Nam eo tempore, quo ciuitas Heduorum erat principalis ciuitas, & caput Celtarum, & quo Druides regnabant, & ipsi Hedui principatum fere totius Galliæ obtinebant, in capite armorum eorundem ipsi Hedui habebant duo capita leonum aurea, in

campo auteo, & in inferiori parte habebant in campo rubro tres angues argenteos, in modum trium annularum, seu circulorum inter se colligatos, & reuelatos, habentes & ponentes in ore eorum caudas cum tali rotunditate, quod erant in gyrum, seu in figuram nobis, prout sequitur,

## Antiqua Heduorum Insignia.



Leoninarum saucium ac serpentum disticha Apostrophe.

*Non Druis Herculeo finxit pro pignore virtus,  
Hedua vincit stetit, vincit a soluta ruit.*

Fuerunt & tunc temporis multi ex Heduorum confederatis, qui anguilbus utebantur maxime Bibractenses qui erant ex urbe Bibractis, quæ erat urbs Heduorum, & de clientelis eorum) & habebant in campo azureo duos angues argenteos in medio simul colligatos, & viperinis orbibus se implicantes in modum laquei amoris, d'vn lacz d'amours, Gallice, & capita eorum eleuata quasi simul colligata curvantia à capite usque ad colligationem, & à colligatione media usque ad finem campi partis inferioris caudas longas, tenues, pendentes, & in fine retortas, & in medio à quolibet latere predictorum duorum anguum, duo capita aurea leonum, ut infra patet.

## Insignia Bibracteorum.



Insignis huius ad Heduos disticha Apostrophe.

*Augustudineis cognatos angibus angues  
Cerne, Bibra&cam dum liquet esse fidem.*

Druides vero Heduorum, qui tunc habitabant in quodam loco, hodiernis temporibus mons Druidum dictus, distans à nostra ciuitate Heduensi per vnum milliare, ubi adhuc restant vestigia loci habitationis eorum de quo latius infra dicam, *in ultim. part. in 17. & 59. confid.* utebantur pro eorum armis angibus in campo azureo, habebant enim in parte superiori ramum visci quercinei, *vn grameaul de gurg de chasne,* & in parte inferiori vnum cumulum parvorum anguium, seu serpentum argenteorum, quasi nunc nascientium, qui vulgo dicitur *couhee de serpens d'argent,* ut hac forma seu pictura demonstratur.

### Augustuduniensium Druidum insignia.



Anguum & visci ad eosdem apostrophe disticha.

*Querimus in omnes Druidis insignia casu,  
Anguinum visco religione subest.*

Alexiensies etiam tunc habebant arma seu insignia, in quibus erat bos aureus in campo viridi, exiens de nube argentea.

### Alexiensium insignia.



Effigiat bouis apostrophe disticha.

*In Deo ista suo posuit monumenta populo.  
Qui statuit sedes, nomina cuique modos.*

Sed non mihi videntur habere apparentiam veritatis praedicta arma Alexiensium; cum Hercules Libicus, qui Alexiam construxit, pro insigni & armis vertebatur leone magno rubeo radente, & coronato, ut refert Io. de Maire *in illustrationibus Galliae, lib. 1. c. 11. in si. post 10. Annum in 7. libr. Commentariorum ad Beroum.* Vel potius dictem, quod Alexienses etiam serpentibus sicut Hedui, & Bibra&tenses in armis eorum uti solebant, cum Hercules dictus anguiset, serpentinus, angui, tenens, siue ophiuchus.

In sequendo vero modum Heduorum, & tanquam ciuiis & alumnus huiusc ciuitatis, balliuatus, & diocesis Heduensis, pro armis habeo leonem, & eo in eiusdem utor, sed diversimode. Quoniam in armis nostris ciuitatis est rubeus in campo azureo, ut supra proxime dixi, ego vero cum bipartitum habeo, scilicet in parte superiori, aureum in campo azureo, & in parte inferiori pro alia media parte, azureum in campo aureo, habentem per medium vnum filetum argenteum, & in dicta parte superiori rapientem seu radentem super mola molendinaria argentea, & super illa cum rapacitate transeuntem.

Et non mirum, si leonem assumpsi in armis, cum tanquam Heduus in sequor naturam Heduensem, qui habent tertiam leonis faciem pro horoscopo suo, quæ est Martis, sed leo solis totus est domus, & sol ascendens significat, quod leonibus delectantur, eosque pingunt in vexillis, tesseris, pistromatibus, aulais, & id genus, ut iâ dixi *in Commentariis nostris super proximo consuetudinum ducatus Burgund. in glos. Messire Ferry de Clugny.* vbi cœlestes influxus siderum ciuitatis Heduensis describuntur.

Prosequendo tamen principale nostrum intentum post arma ducatus seu ducis Burgund. sunt arma ducatus Normandie, quæ sunt in campo rubeo duo leopardi aurei, & est secundus dux in regno par Francie, secundum institutionem regis Caroli Magni.

Et maior videtur in Normandia, qui habet leopardum pro armis suis in campo rubeo, cum aliqua tamen distinctione, puta aliquo addito, vel diminuto. Si tamen aliquis filius regis Francie haberet ducatum Normandie pro appanagio, pro armis veteretur principaliter, & in parte dextra in quartelaro, seu quartipartito superiori, & in inferiori à sinistris liliis aureis cum aliqua differentia à corona regia, & in parte sinistra superiori, & dextra inferiori ratione dignitatis, & officij (quia par Francie) veteretur armis ipsius ducatus, scilicet duobus leopardis aureis, aut uno ratiuncula, cum aliquali discrepancia, ut dictum est supra, aut per bordaturam, bédam, aut alia, ut infra dicetur. Et quando talia arma accrescant filiis regum Francie, cum dignitatibus, vide Guil. de Montefer, *in suo tracta. in successione Regum, quest. 2. ibi;* & descendendo ad aliam partem huiusmodi dubi, an arma eidem Francisco accrescant.

Post istum ducatum etiam est alius ducatus (cuius dux erat de paribus Francie in ordine tertius) qui dicitur ducatus Aquitanie, & habet pro armis suis in campo rubeo leopardum aureum, de quo dicendum est, ut de præcedenti. Item similiter dicendum est de tribus comitibus secularibus paribus Francie videlicet de comite Flandrie, qui habet in campo aureo leonem nigrum.

Et de comite Campanie, qui habet in campo azureo potentiam contra potentiam autem, *potence contre potence d'or,* Gallice, cum benda argentea.

Item de comite Tholosano, qui habet in campo rubeo

rubeo vnam crucem auream, & supra illam aliam crucem rubeam.

Ex prædictis infertur, quod habentes aliquid de dictis armis in patria post arma Principis, illa sunt principaliora, & ipsi dicuntur excellentiores & digniores: & sic consequenter secundum quod approximantur, maioribus maiores reputantur. per gloss. notabilem in dicit. §. aliquam. In fit de bonor. possess. & magis honorati & priuilegiari debet, vt d. l. unica. C. de propositis laborum. lib. ii.

<sup>10</sup> Sunt & fuerūt plutes alij principes in Gallia, habentes alia arma antiqua ratione & ex causa antiquitatis eorum domus & familiae, vt sunt illi de Fuxo, qui dicebantur comites Fuxi, de foyx Gallice, & habebant pro armis suis in scuto quarellato, seu quadripartito in prima parte superiori & ultima inferiori ex auro duas vaccas rubeas itinerantes, seu transentes, & in aliis duabus partibus palos aureos & rubeos.

Et sic nobiles, qui in dicto comitatu vtuntur pro armis suis, aut vaccis rubeis, aut palis prædicti coloris magis approximari, seu attinere videntur domui illius principis, quam alij, & sic maiores censendi sunt.

<sup>11</sup> Etiam comes Arminiaci scutum quartelatu argenteo & rubeo, pro armis gestare solebat, cuius scuti prima pars superior, & ultima inferior erant argenteæ cum duobus leonibus azureis. Alij autem duæ partes scuti erant rubeæ, cum duobus leopordis leonatis. Ex quo qui adhuc illis, aut aliqua potestate contenta in illis vtuntur, maiores & honoratores aliis in illo loco esse dicuntur.

Sic etiam in ducatu Mediolanensi, vera & antiqua arma ipsius sunt serpens, seu coluber azureus in campo aureo, tenens in ore puerum nudum rubei coloris. Et qui ibi illo colubro vtuntur in armis, de primorib. illius ducatus, & de familia ducum ortum habentur dicuntur, vt sunt Vicecomites.

**Q**uinquagesimanona conclusio. Arma seu insignia quandoque sunt pinguntur, aut figurantur in scutis, nonnunquam in clypeis, interdum in parmis, quandoque vero in tessellis, aut aliis. Sed sunt scuta diuersis modis. aliquando in forma trigonali, triquetra seu triangulare, quæ tribus lineis constare videtur, vt sunt magis communiter apud nos hoc modo.

Licet videatur, quod scuta fieri debeant in forma rotunda ad modum scutellæ, quæ sit rotunda, & concava; vnde videmus, quod moneta aurea, quæ est rotunda, in qua imprimuntur arma principis, dicitur & vocatur in vulgari numero scutum. quia est rotundum, & olim arma (vt videre est) nullibi siebant, nisi prius facta rotuuditate, in qua intropingebantur, & scuta armigerorum quibus se defendunt, siebant antiquitus, & adhuc ut plurimum sunt rotunda, ideo in Gallico dicuntur rondelles, & sic sunt orbiculata.

Quandoque vero sunt non rotunda, sed ex utroque latere recisa: ita quod nullus angulus videtur potest, vt summum insimumque eius latus medio patet, & dicitur ancile.

Alij describunt, aliter ancilia scuta, & dicuntur secundum eos, quæ oras, id est, exremitates habent in similitudinem labiorum seu cubiti, in quo est decens, flexura, seu curvatura brachij.



Fertur regnante Numa Pompilio breve scutum ex cœlo lapsum, quod pestilentiae remedium fuit, quo ciuitas laborabat tunc de quo Ouid. lib. 4. Fast.

*Ecce leni scutum versatur leviter aura,*

*Decidit a populo clamor ad astra venit.*

Et libro quinto:

*Atq[ue] ancile vocant, quod ab omni parte recisum est,*  
*Quaq[ue] oculis spectes, angulus omnis abest.*

Consulti deinde atulspices respödetūt ibi scutum totius orbis imperium, vbi scutū illud seruaretur. Licet alij dicat vnam editā vocem de cœlo de hoc, quo accepto respoſo, & honoris gratia, & quo idem tutius seruaretur, ne ab hostib. suripi, seu internosci posset, Numa Pompilius duodecim alia ad similitudine cœlestis illius à Mamurio fabricari iussit, quæ fuere in templo Martis reposita. Et cum duodecim sacerdotes ex patriciis spes statissimos iuuenes Numa ipsi Marti Gradiuo delegisset, illisque dedisset insignia, tunicas pictas, & super tunicas æneum pectori tegmen, iussit ipsa cœlestia arma, quæ ancilia nominavit, suspensa collo ab illis per vibem portari, cum saltu atq[ue] tripudiis cœmina decantari: & Salij dicti sunt à saltu: Vnde Ouid.

*Iam dederat Salis à saltu nomina dicta,*

*Armag[ue] & ad certos verba canenda modos.*

Hi autem Salij omnes iactantes quidam erant & laudatores armatorum deorum.

Nec hoc beneficio diuino soli Romani potiti sunt, sed & Franci, qui habent sua arma cœlitus demissa, quæ sunt lilia: & etiæ vexillum, seu signum militare, quod Auriflammam vocant, de quibus Gaguginus super Gestis Francorum lib. I. in vita regis Clodunei, ita refert: Non preteribo adiicere quod nullo certo autore, sed perseverante ad hanc meam etatem fama, vulgatum accepi, snisse regibus Francis bufones tres, nobilitatis quide insigne, sed Clodoueo Christianis sacris hortatis Clotildis Burgu. eius uxoris Christianæ initiatio demissæ cœlo esse id, quod nuc reges gestant lilia aurea, quibus subest cœli sereni color, quem azureum Franci dicunt. Huius mirali fons testis ab incolis ostenditur, qui prope diuini Bartholomæi monasteriu (quod gaudium ballis appellatur) habitant: de quo scuto amplius infra in §. par. in 3. consid. Traditum est quoque pannum sacerdotum rubrum instar signi militaris quadratum, mito fulgore splendentē, diuinitus esse exceptū, quo in expeditionibus contra fidei Christianæ hostes pro signo Fraciz reges

uerentur, huiusque vexillo nomen *Auriflammain* habetens permanisse, diuque à Dionysianis cœnobiois asseruatum esse. Sed abutentibus signo aditensis Christicolas regibus illud euanuisse. Alterum tamen non dissimili forma instauratum esse, quod ab episcopis & loci abbate consecratum inter facta asseruatur. Sunt tamen, qui hoc cœleste beneficium Carolo Magno collatum fuisse contendunt. Sed haec tenus de his, ad ancilia reuertamur, quæ forte his modis fieri potuerunt.


Quandoque etiam sunt in forma quadrangulari, seu tetragone, & sunt in modum testaræ. Cum *tessara* Græce, Latine *quadrator* dicitur. Vnde certe id dicitur, quod omni ex parte quadratum est.

Nonnunquam etiam apponuntur arma in clypeis, prout fecit David, qui fecit turrim ex qua pendebant mille clypei omnis amaturæ fortium: ut habetur Cantic. 4. Vtinam possem scire differentias illorum & quorum fuerint: & credo quod fuerint insignia & arma mille magnatum, tam paratum, quam amicorum, aut sibi subditorum, que posuit in mille clypeis pendentibus ex dicta turri: & sufficeret mihi habere sensum literalem, in quo explicarentur arma seu insignia cuiusque clypei, & relinquere sensum moralem, allegoricum, & anagogicum dominis Theologis. Et licet multos interrogauerim de his, pro certo tamen omnes ignorant, & dicunt, quod nunquam fuit talis turris materialis: quod non credo, cum de ea non fuisse facta mentio ad comparationem alterius. Nec istud est mirum. Nam teste Plin. lib. 35. cap. 3. Ap. Claudius, qui consul cum Scruilio fuit suorum clypeos in sacro vel publico priuatim dicate primus instituit. Posuit etiā in Bellona æde maiores suos, placuitque in excelso spectari, & titulos honorum legi. Decora res, vtique si liberorum turbæ parvulis imaginibus seu nidum aliquem sobolis pariter ostendant. Quales clypeos nemo non gaudens fauensque aspicit. Post eum M. Æmilius collega in consulatu Q. Luctatij, non in basilica modo Æmilia, verum & domi sua posuit: id quoque Martio exemplo. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est (vt infra etiam dicitur) continebantur imagines (vnde & nomen habuere clypearum) non vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit à cluendo, plenam videlicet virtutis faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit visus illo. Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines, secumque in castris tulere. Certe captis eis, talem Astubalis inuenit Q. Martius Scipionum in Hispania vltor. Isque clypeus supra fores Capitolinae ædis usque ad incendium primum fuit. Maiorum quidem nostrorum tanta securitas in eare annotatur, vt L. Manlio, Q. Fulvio consulibus, M. Aufidius tutelæ Capitolij redemptor docuerit patres, argenteos esse clypeos, qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabantur. hanc Plin.

Clypei autem sunt maiora scuta, & peditum tantum, vt docet Scruius. Scuta equitum. vnde Liu. lib. 6. Clypeis ante Romani vñ sunt, deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere: dicti clypei, quod celent totum corpus, & possunt dici in vulgari, caro eorum est hinc. vel è gypso, & melius, id est, sculpo deriuatur, quali glyptos, hoc est, sculptus. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypearum, vt testis est Plin. loco pro allegato, & sunt sub quacunque figura.

Vmbo vero dicitur media pars clypei eminentior, licet quandoque proto. Parma vero scutum rotu-

dum dicitur, quod ē medio in omnes partes sit par, &



est breue, quo pedites & expediti milites vrebantur, apud nos dici potest, bouclier. Pelta vero scutum breuissimum in modum lunæ iam mediæ, alias vero, & aliter fieri possunt scuta sub diuersis formis, vt inferius patet.

**C** Exagesima conclusio. Arma pinguntur & sunt aut ex metallo, aut ex coloribus, aut ex pennis, de penes Gallice, secundum Armoristas. Et quantum ad metallæ, tantū sunt duo, ex quibus depinguntur & effigiantur arma seu insignia, aurum scilicet & argentum, quæ pinguntur in coloribus aureis, seu flavis, & albis, & sunt alij quatuor colores, primus quem azurū vocant azur, secundus est rubeus, gueules, iniopis, sinoble, & alij sinople, qui est viridis coloris: tertius & quartus est niger, qui dicitur sable, & de his omnibus sex fit unus alias coior mixtus, qui in armaria dicitur purpureus. Sunt & in armaria duas pennas, scilicet hermines, & vair, & à nonnullis balius color dicitur, & de uno quoque in conclus. seq. dicam.

Aduerteret tamen prius ad vnum, quod aurum secundum Polydorum Virgilium de imminentibus rerum, lib. 2. cap. 19. in princ. vt Plinio placet, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem inuenit, secundum alios Thoas, & Eacius in Panchaia, aut Sol Oceani filius, Argentum vero Erichthonius Atheniensis aut Ceacus. Sed magis placet Polydoro ad Pangæum montem Thracie hæc metallæ primum inuenta fuisse, cum ibi, teste Herodoto lib. 7. aurum & argentum maxime abundant.

Colores vero primum inuenit Cleopantus Corinthius, secundum Polydorum eo. lib. cap. pen. circaf. Et de excellentia colorum scribitur infra in ult. part. in 93. concl.

**S** Exagesima prima conclusio. Ex metallo, quod aurum dicitur, quia preciosissimum est, fit color aureus, qui est nobilior ceteris respectu rei, quam representat secundum se. Pereum enim representatur lux. Si quis vellet figurare radios solis, qui est corpus magis luminosum: hoc non posset congruentius facere, quæ per radios aureos. Constat autem, quod nil luce nobilis, epistola, inter claras. C. de sum. trin. ibi: nihil est, quod lumine clariore præfulgeat. & auct. habita. C. ne filius pro patre, ibi: totus mundus illuminatur. Et ideo in sacra pagina pro te maximæ excellentiæ figuratur, vt Matth. 7. Fulgebunt iusti sicut sol. & Matth. 23. Resplendet facies eius sicut sol. & propter eius nobilitatem nulli licet portare vestes aureas, nisi principi. l. 2. C. de vestib. olaberis, & auratis, lib. 11. & habetur Psal. 44. Aspergit regna a dexteris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. & paulo post: Omnis gloria eius filii regis ab intus in fimbriis aureis circumdata in varietatibus.

Vnde secundum Isidorum aurum dicitur ab aura, id est,

Id est, splendore, ut dicit lib. 16. c. 17. vel habetur de natura rerum, quod aurum est in corporibus, sicut sol, inter stellas. Sol autem dicitur rex stellarum, & lumen earum. Sic aurum est rex corporalium rerum, & mensura omnium. Et plene de eius excellencia ponit Guili. Benedicti in sua repet. cap. Ray. in verb. duas habens filias, ann. 110. vñque ad nu. 170. de testam. & dicam infra in 5. part. in 31. conclu. in fin. d. part. nu. 95. confid. Et hoc metallum seu hic color inter planetas significat solem, assimilatur topazio: qui est lapis pretiosus, & in rebus mundanis figurat diuitias. In ætatis denotat adolescentiam à 25. annis. In virtutibus Theologibus, fidem, sapientiam, fidelitatem, & multas alias, quæ declarat ipse G. Benedicti in loco supra alleg. Et refert Cælius lib. suarum antiquarum lectionum. 4. c. 24. in fin. aurum esse sapientiam, argentum vero naturalium notitiam. Porro, inquit, illud autem est omnicius maius, quo ab Hebreis Ægyptios fuisse spoliatos, sanctæ produnt litteræ. Etenim sic auti nomine Christianæ veritatis assertores diuinorum cognitionem intelligunt. Ut argentum symbolice scientiam rerum à Deo condicatarum signatae tradunt. Porro in Apocalypsi Ioannes Theologus & diuinitatis intimus, & sine pari contemplator, ac, ut sic dixerim, à secreto, vbi aurum ignitum cœset emendum, nō aliud, quam ipsum hoc intelligendum prudentibus reliquit. Sed & magicum illud aurum infanti oblatum Christo, non alium ( ut opinatur Cælius ) habuerit sensum. pro quo allego text. in cap. legimus. ver. magi quoque 37. distinct. & ibi Aret. qui ait, quod in auto ostenditur regis potentia, & inter dies dominicam diem, atque ut finiam, inter alia aurum cum & corporibus nobilior est, & rex eorum ac dominus: quia nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corruptitur aut minuitur, nec comburunt illud sulphura, quæ alia non comburunt corpora. Natura quippe eius & complexio recta est, ex qua maxime in hoc denotat, & figurat constantiam. Hæc sunt ex quibus laudantur homines gestantes talia arma.

**S**Exagesima secunda conclusio. Inter colores in cōpositione armorum accipimus pro secundo metallo argentiū, quod argyron Græce dicitur. Vnde argyraspitas dicimus eos, qui argentata scuta ferunt, sicut chryspitas ab aureis clypeis. Lampr. Alexan. Imper. Rom. nō solum se cit chryspitas, sed & argyraspitas, per quod argentum repræsentatur color albus seu candidus, per quem figuratur aqua, quæ est post aerem nobilior elementum: eo quia in armaria approximatur rebus lucentibus, seu magis appropinquat luci, ut dicit Batt. in tractat. de armis. in 5. colum. & omnes colores suscipit, & non suscipitur ab aliis. l. 3. C. de vestib. olob. lib. 11. & denotat victoriam, ex quo triumphantes vestiti debent induuntur albis, ut dixi ante in 39. conclus. Vnde sancti, qui per fidem vicerunt, visi fuere à Ioanne stantes ante thronū in conspectu agni amicti stolis albis, Apoc. 7. Et Christi vestimenta in eius transfiguratione facta sunt alba sicut nix, Matt. 17. Mar. 9. & Luc. 9. in c. quod quodam. 1. q. 1. Et cum hoc significat puritatem & innocentiam. & habetur Matt. vlt. vbi dicitur de Christo, quod apparuit in resurrectione in vestimentis albis ut nix, ut putus, innocens, & viator, & Ioh. vlt. c. dicitur, quod Maria vidit duos Angelos in albis; sedentes in monumento, vbi positum erat corpus Iesu. & Act. 10. dicitur, quod angelus stetit ante Petrum in veste candida.

Nec prætereundum, argentum, autore Plinio, quā auram militaribus signis fuisse familiarius, quod longius fulgeat. Et licet aliis color sit nobilior; tamen po-

nitur hic pro secundo, eo quia est metallum, ex quo non videntur arma esse bene conuentia immo falsa, nisi sit in scuto armorum vnum ex metallis, prout statim dicetur.

Hic color comparatur conchis, vñionibus, marginatis exluminatis, hoc est perlis, quæ sunt lapides preciosi. Denotat infantiam à 7. annis usque ad 25. comparatur lunæ, denotat spem, in eo figuratur dies lunæ, & in complexionibus significat hominem phlegmaticum, denotat integratem. Nam solus hic color sincerus, candidus, purus & minime inquinatus est. Item & per argentum eloquenzia designatur. c. legimus. ver. legitur. 37. dicit. de quo in preced. confid.

**S**Exagesima tertia conclusio. Color rubeus, qui figurat ignem, qui est super alia elementa, & nobilior elementum est, & corpus post solem secundatio luminosum, & propter eius nobilitatem nulli licet portare vestes comptas seu tinctas cum colore, ut l. 2. 4. 5. de vestib. olob. lib. 11. vbi expresse dicitur, quod datus color est nobilior aliis.

Hic color rubeus multis colores comprehendit, scilicet sanguineum: croceum, aureum, austrinum, sulcum, flavum, rubidum, phœniceum, rutilum, luteum, spadicum. Hi enim colores tubei seu russi coloris sunt, ut acuentes eum, quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscates. Cel. lib. 1. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter astrum, aliter crocum: has singulas russi varietates Latina oratio singulis propriisq; vocabulis non demonstrat, omnia ista significat vna ruboris appellatione.

Hic color rubeus lapidi pretioso qui dicitur rubeus rubis Gallice, significat audaciam, altitudinem, virilitatem, in homine à 35. annis usque ad 50. æquiparatur Cholericus, denotat charitatem. Marti cōparatur & diei Martis. Alij dicunt diei sabbathi: de quatuor elementis igni: de duodecim signis Arietis, Leonis, & Sagittatio.

**S**Exagesima quarta conclusio. Tres colores superdiicti multum placent, & sunt commendabiles in armariis, quoniam, ut habetur Cantic. 4. Dilectus meus candidus, & rubicundus, caput eius aurum optimum. Ecce ergo quomodo inter colores aurum est preciosius, & debet esse in superiori loco, scilicet capite, ut dixi supra in 61. conclus. Sed an color azureus sit præferendus argenteo seu colori albo, vide in concl. sequentib.

**S**Exagesima quinta conclusio. Nobilior color post Rubeum est azureus, qui forte coeruleus dicitur. Per eum enim figuratur nobilis aer, qui est corpus transparens, & diaphanum, & maxime receptivum lucis, & est elementum sequens post ignem nobilior aliis. Vnde prædicti colores propter id, quod repræsentant, dicuntur nobiliores.

Comparatur iste color Sapphiro, qui est lapis pretiosus habens multas virtutes, & singularitates in se, de quibus per G. Benedicti, in d. sua rep. c. Ray. in verb. duas habens filias, nu. 114. & 215. de testam. & dicam infra in 5. part. in 21. confid.

In virtutibus vero denotat pulchritudinem, castitatem, humilitatem, sanctitatem, & deuotionem, ut dicit ibi G. Benedicti: & puritatem à 15. annis usque ad 25. Equiparatur sanguini, seu homini sanguineo. Figurat louem tanquam sit color cœli, & denotat iustitiam. Hæc omnia sunt dilucidanda in laudādo aliquem in armis suis. Alij aliter dicunt in metallis, & complexionibus capias diuersitates secundum varietates morum hominum. De colore tamen azureo, & eius excellencia scribit Ioh. Ludou. Viualdus in suo

*transl. de vita anima sensitina. art. de laudibus ac eritum-  
phus trium litorum Francie. q. i. & G. Benedict. in sua  
repet. c. Rayn. in verb. duas habens filias. nu. 113 usque ad  
num. 114. vbi dicit, quod praediti tres colores, scilicet  
tubeus & aureus sunt nobiliores colores in armariis  
& insignibus.*

**S**Exagesima sexta conclusio. Color niger est infimus  
Sprædictis: quia magis appropinquat tenebris, ex  
quo per contrariū colores, qui magis appropinquat  
luci, sunt nobiliores, vt dicit Batt. in d. transl. de armis.  
quoniam, vt dicit Arist. in lib. de sensu & sensato. Colo-  
res sunt aut magis, aut minus nobiles, secundū quod  
magis appropinquant albedini aut nigredini. ex quo  
sequitur, quod color niger est infimus ab aliis omnibus,  
& niger proprie fuscus dicitur: est enim contra-  
rius albo, per translationem tamen quādoque ponit  
tur pro malo. vnde Iuuen. *Nigrum incandida veriunt.*  
Solebant enim prisci quod bonum, & laudabile erat  
creta, vel albalinea norata: cōtra, quod turpe fuisse,  
nigro signabant: vnde Persius;

*Quacunque sequenda forent, & qua vitanda viciſſim,  
Illa priuſcra, mox hac carbone notaſi.*

Et dicitur in Commento Valerij Maximi. intit. de  
bis, qui ex inimicis coniuncti sunt amicissia. super c. i. vt  
color niger tristem, ita candidus latum facit. Funestī  
homines atra hoc est, nigra ueste induuntur, quæ sine  
dubio tristitia repreſentat contra dignitates petentes  
candidati erat, id est, candida ueste induit. dicitur ta-  
men *Cantic.* c. quod ad laudem virginis Matris intelligi  
potest: *Comæ eius sicut elæ palma um, nigra  
quasi coruus. Nam ibi Cantic. habetur. Nigra jum, sed  
formosa. Ad hæc fac ut d. Et in 7 concl., uper ver. &  
littera color. niger Hic enim color assimilatur adamanti, a  
diamant, qui est lapis pretiosus, & significatur per  
hunc colorem melacholia simplicitas & decrepitas,  
seu mors, & inter planetas denotat Saturnum, inter  
virtutes prudentiam, inter dies diem Veneris, inter me-  
calla ferrum, ex quo conficitur nigrum, inter elemēta  
terram: hinc est, quod in armaria dicitur sabulum,  
quod armaristæ vocant sable.*

**S**Exagesima septima conclusio. Ex quo viridis color  
Non multū participat de nigro, nō est ita infimus,  
sicut color niger, licet non sit tanobilis sicut alij colo-  
res: præter nigrum. Tamen, vt quidam volunt, quia  
non numeratur inter quatuor elemēta, est minus no-  
bilis color: sed solū significat ligna, prata, plantas, ca-  
pos, arbores herbaeque vitæ danies. Comparatur lati-  
tia, & iuuentut, & est milis smaraglo lapidi pre-  
cioso. Et dicitur à vigore, vnde dicimus virides plantas,  
quæ nondum aruerunt, & in vigore suo sunt, & quo-  
diā in his herbaceis color est, eum etiam colorem  
viridem dicimus. Hic color in armaria dicitur *synoble,*  
seu *synople.* Apud nos significat in virtutibus honore,  
amorem, ariabilitatem, & seruitutem. Ex planetis Ve-  
nerem: ex metallo argentum vinum, ex quo fit color  
viridis. ex statibus iuuentutem à 35. annis, ex diebus  
diem Louis.

Olim & tempore Iulij Cesaris, quo Alexia urbis flo-  
rebat, non distans à nostra ciuitate Heduensi nisi per  
25. milliaria. ipsi Alexientes habebat in eorum armis  
capu viridem, & in d. o capo erat bos aureus exiens  
de nube argentea, vt supia videre pores in figura ar-  
morū eorundem. Nunc tamen paucos videmus, qui  
statibus vrantur coloribus, & est quasi color, qui mi-  
nus practicer inter colores, sal e in armis. Licer vt plu-  
timū signa, quæ dicuntur *beyans*, sint ex viridi colore.

Vnde domini de Triuultio, Mediola. vntur palis

ex viridi contra palos aureos, & erant tempore quo  
residebā Mediolani arma domini Iacob. de Tribul-  
tio, qui tempore suo fuit vir magnus authoritatis in I-  
talia, & magnam gessit administrationem pro rege  
Ludouico XII. in ipsa Italia, quo tempore erat illus-  
tris dominus Carolus de Ambasia magnus Magister  
Francie & Locumtenens generalis regius in d. Etalia, qui habebat pro armis tres palos rubcos in capo  
aureo, & sunt arma illorum de Ambasia.

**E**xagesima octava conclusio. In armaria ex omnib.  
Sex coloribus supradictis simul pro æquali portio-  
ne mixtis sit alius color, qui vocatur *pourpre*, & forte  
dici potest purpura, & quidam tenent eum pro colo-  
re, quidam vero non: hac forte moti ratione, quod sub  
simplici comprehendatur mixtum, de qua ample per  
dom. meum Iason. in §. omnium, nu. 28. cum quinque seq.  
*Inſtit. de act.* & si sit color, est minimus, & infimus inter  
alios, cum sit factus, & compositus ex allis, & nō ha-  
bet virtutem, nisi illam, quam accipit ab aliis; cū sub-  
rogatum sapiat naturam illius, in cuius locum subrogat  
§. fuerat. ibi; merito. *Inſtit. de act.* & 1. si cum. §. in-  
ſuris. ff. si quis can.

Alij vero tenent eum nobiliorem, quia de omnib.  
aliis participat, & communicat. & dicit Luc. de Pen.  
in *l. negotianies.* C. de exc. num. lib. 10. quod purpura est  
color roteus nimium speciosus, dicta à puritate lucis,  
& sit ex prima tintura conchilij, luce que ob nigrum  
rubedinem, crocus ex secunda, & magis rubet, & cum  
sit in d. etia conchilio, nemo portare poterat, nisi esset  
princeps: & prohibebatur. Primus autem, qui eam  
portauit, fuit Tullus Hostilius.

De hac purpura eximio modo Hieronymus exem-  
plificando restatur in sermone de assumptione beatæ  
Marie Virg. in le. Et. quæ incip. *Cogit me o Paula, &c.*  
ibi, cum dicit, ad Mariam autem cum venisset Spiritus  
sanctus, quasi ipsa lana cum inficitur sanguine conchily, ut  
müricus, veriusur in purpuram, versa est & ipsa solat alu-  
tatione in matrem. Plura de conchilio & eius langui-  
ne ponit Cassiodorus lib. variarum epist. 2. alleg. per  
Lucam de Pen. in l. temperans. col. 2. C. de vestib. oloce. &  
anratis. lib. 11.

Alij dicitur purpura esse pisces ex concharū genere  
sepiem annis viuentem. Congregatur verno tempore,  
mutuoque attritu lentorem quandam veluti ceia emittit,  
sed nobilem illū succū ad tingendas uestes in  
mediis fauibus habet. Reliquo tempore fere sterilis  
cum vita succū emittit, & ideo viuos capere oportet.  
Hinc purpureus color dicitur, qui nigritatis rote splé-  
dore sublucet: cæterorum omnium colorum grauiſſi-  
mus, & tingendis uestibus maxime expeditus. hinc  
purpureæ uestes dictæ sunt *Tyria* à loco, vbi purpura  
fit. Purpureus rame niger color est præcipue de ma-  
tri, quod ex altitudine nigru accipimus. Virg. 4. Georg.

*In mare purpureum violenter influit armis.*

Inde purpurascit, id est, purpureum fit Cic. lib. 1. A-  
cad. Quid mare nonne cæruleum, aut eius vnda, cum  
est pulla remis purpurascit? Amb. Quid igitur descri-  
bam purpurascentes violas, candida lilia, rutilantes  
rosas? Scindum autem est, vt Vitruvius inquit, quod  
purpura pro solis propinquitate colorem habet: Et  
puniceū quidem procreat Aphrica, id est, quasi vio-  
laceum colorem Tyros autem rubrum. Purpura in  
violæ colorem tendens, violacea dicitur.

Hic color denotat liberalitatem, abundantiam, &  
divitias. Inter planetas Mercurium, inter lapides  
preciosos le balaim, qui balagiū seu berillū dicitur,  
inter dies diem Louis, inter metallū stannum, etiam  
per

pereum denotantur nubes, ut volunt aliqui armatistæ.

**S**Exagesima nona conclusio. Arma sic sunt, & componuntur: quia ut scutum seu campus scuti est de metallo, aut de uno ex coloribus supra nominatis, quando scutum non est bipartitum, nec quadripartitum seu quartelatum. Aut hunc ex pennis, de Pennes quæ sunt duæ, Hermimes, & varium Vair, ut de æstis statim dicam.

Sed in his, quæ sunt de metallo, aut coloribus, si scutum sit de coloribus, quod supra scutum erit, debet esse de metallo. Si vero scutum sit de metallo, arma supra posita debent fieri ex coloribus, Ratio; quia nec metallum supra metallum, nec color supra colorem in armis seu insignibus ponere debet: & ista est vniuersalis in armaria.

Quæ tamen fallit, & recipit limitationem in armis regis Hierusalem, in quibus licet scutum sit ex argento, tamen supra scutum est crux aurea potentiarum cum 4 croisetis seu cruciculis aureis. Sed ratio istius est. Nam cum Godofr. Billo. victorijs terram sanctam recuperasset, fuit tunc conclusum, & ordinatum, & per te, suosque Principes strenuos, & consiliarios, qui aderant cum eo in ipsa victoria, quod ipse rex vertetur talibus armis, ut different a communis cursu aliorum: & ut multi cogitantes illa videndo, ad quod & cur ita ferent, & an esset falsa, nec ne, scirent causam rei, & inquietarent quare sic portarentur, ut exinde memoria foret perpetua de tali victoria: unde propter hoc non reputantur falsa, sed sunt vera, & quia princeps ita voluit, non est amplius disputandum, nec improbadum, quod fecit, ne criminis sacrilegij notati simus. *inxta l. 2. C. de cri. sacril.* Vbi autem aliis porraret metallum supra metallum, aut colorem supra colore, reputaretur arma sua falsa, ut dictum est.

**S**Septuaginta cœclusio. De duabus pennis, *de deux pennes* Gallice, quæ sic nominantur in armaria, una dicta est vulgariter *Vair*, hoc est varium, altera *hermines*. Vair vero habet quandam colorem, qui dicitur *Bleu*, & aliud colorum album (quia ex argento & auro fit.) Hermines est in modum albi & nigri (quia ex argento & nigro fit) sed magis participat de albo, quam de nigro.

Reperio, quod herma capitum pro statutis, & sigillis præcipue truncis, & quorum capita permutari possunt. *C. c. ad Aut. libr. 6. Herma illi tuis pentelici cum caputib; manus*, de quibus ad me scripsi, iam nunc admidum me delectans. Pro. in Alcibiade. *Id cum appareret, prius quam in classis extret accidit, ne una nocte omnes hermae, quæ in oppido erant, a misericordiis, præter unam quæ ante ianuam erat.* Suidas dicit, hermas statuas dictas, quod platinum Mercurii, statuas delinearentur. Hæc enim hermæ viriles statuæ ad propagandam defuncti memoriam sepulchris erigebantur. Solebant aurem Romani Mercurij ac Mineruæ statuas coniungere gymnasij, dicarique, quas *hermathinas* Cic. nominat. *Quod ad me de hermathena (inquit) scribas, mihi per gratum est ornaementum Academia proprium meæ, quod & hermes communem omnium, & Minerua singulare in fine eius gymnasij.* Et quomodo reges Alexandriæ & Perigami identidem, & Romani posuerunt imagines virorum literatorum in bibliothecis ad eorum memoriam, & decorum, ut eorum specie ad virtutes, & literas magis incitarentur. vide Plinium *libr. 35. c. 2.* Et ista satis conueniunt his, quæ iam supra dicta sunt in 10. conclusio de imaginibus, in quatum locum hodie sunt adiuvata arma. Sic & aliud genus armorum est in loco dictatum hermathenatum, prout forte sunt

signa ista, quæ terminuerunt istud nomen vulgatum apud nos *Hermes*.

Et in armaria, quando arma sunt ex dictis pennis, non aliter nominant, quam *hermines* simpliciter, aut *vair*: posito, quod in his sit tantum de uno suo colore quod de alio potest super his ponere metallum, sed bene color: & trunci sit aliud color, debet dici variatum ex ipsis coloribus. & si ponatur puta benda fessa tristes, seu tignum, hoc est chevronum aut aliud huiusmodi, prout infra dicetur, debet illud nominari, seu blasonari secundum eius colorem, ut infra patet.


**S**eptuaginta prima conclusio. Quando arma sunt sex signis simpli: cibus aut ex variatibus colorum, nobilior color ponere debet in nobiliore loco. *arg. 1. C. de offic. præfect. vr. & l. potioris. C. de offic. rect. prouin. & l. 1. C. de cons. & non sp. erg. ab his. pec. libr. 12.* ita Bart. *ad. tract. de armis. ibi. circa secundum.* & ibi dicit, quod locus prior & inferior est nobilior & dignior posteriore seu inferiore, *in tribus preal.* & dixi ample *supra in 14. considerat.* Nam qui prior est in ordine, dignior celeretur. *cap. antiqua extra de privileg. & quod d. g. mora præcedant, & sunt præponenda, facit §. f. in n. l. aglos. f. 1. inst. de iure natur. gent. & c. & l. s. c. im. C. de sacro sanit. eccles. & c. statutum. §. 1. d. res. in.*

**S**eptuaginta secunda conclusio. Arma quædoque variantur per medium, ut quia qui portat banderiam duorum colorum, tunc aut dividuntur per medium ante & post: & in ipsis color nobilior debet esse supra, id est, in ea parte, quæ respicit eolum, vel ante, id est, in ea parte, quæ respicit hastam. Si vero variantur per quartas, tunc nobilior color debet esse in quartero superiori, & anteriori prope hastam. Si vero variantur per listas directas, tunc lista colorum nobilitorum debet esse prope hastam.


Si vero fiat variatio per listas transversales, lista nobilitoris coloris debet esse versus cœlum. Si vero listæ vel bendæ sint pendentes, tunc eum hasta habet tanquam pars prior in banderia: ideo pars magis elevata debet respicere hastam. ita dicit Bart. *ad. tract. ver. hoc præmisso dico.* Et sic in sero, quod quando scutum est ex metallo, seu aliquo colore, vel pluribus, & est integrum primo debet nominari à capite, quod in vuln. dicitur *ala ponte.* Facit in *arg. Largemarum. §. 1. ff. de eden.* vbi dicitur, quod ratio à capite edenda est. Quando vero est partitum, seu diuisum, debet fieri, & incipi nominatio à parte, quæ extendit ad dextram. Si vero quadripartitum, seu quartelatum scutum armorum; etiam prius nominetur quartarium, seu pars superior, & dextra.

**S**eptuaginta tercia conclusio. In armaria sunt nonnulla signa, quæ si apponantur in scuto, faciunt, occupant, aut tenete debent tertiam partem ipsis scutis, quæ sunt sequentia:

Primum, quod dicitur caput, vulgo chief, sit sicut etiam uero.



Secundum vero vocatur palus, *pal* in Gallico, & decurrit a summo ad imum scuti, forma sequenti:



Tertium nominatur benda, *bende* Gallice, licet Batt. in sepe alleg. tract. de armis, utratus hoc vocabulo banderia, tam pro ea, quæ sit ex directo, siue ex transverso, quam ex pendentio, ut infra demonstrabitur.

Quartum dicitur fassa seu fessa, in vulgari fesse, & forte fastigium, & apud Bar. ibidem videretur esse lista, sed etiam utitur diuersimode: & sit fessa figura infra positæ.

Nota, quod domus Austrasiz basse, d' Autriche, portat pro suis armis, unam fessam argenteam in campo rubro: & predictis armis ab antiquo usi sunt reges Austrasiz, quæ dicitur, & est nunc ducatus de Lothri. Et talia arma prius portauit Salvius Brabo, primus dux Brabantæ, vi refert Ioannes le Maire, in illustrationibus Gallia, libr. tertio. cap. incip. Julianus Caesar. in fine.

Quintum appellatur tignum, trabes seu cheuron in vulgari, & sic sit.



Sextum vocatur orla, *orle* Gallice (quam forte flexuram fimbriarum voco) & sit taliter secundum nonnullos.



Septimum gyronum, hoc est, *gyron*, lingua Gallica, & sit modo sequenti.

Octauum dicitur crux, & sit multis modis, ut infra patebit. Notum est, quod vocatur faultoir, & ponitur in armis episcopi & ducis Lingon. patris Francie, & ita formatur.



Ciuitas nostra Heduen. olim habebat septem nobiles vicinos, qui hoc signo pro armis vtebantur, diuersis tamen coloribus, hodie tantum sunt tres, quorum unus est dominus de Loges, habens predictum signum de faultior coloris aurei in campo azureo. Alius est dominus de Monteoco, habens predictum signum azureum in campo aureo. Alius est dominus de Petreria, qui habet hoc signum album in campo viridi.

Septuagesima quarta conclusio. Si ponatur aliquod Sex istis nouem in scuto, quod non contineat tertiam partem ipsius scuti, non debet nominari pro parte armorum, sed est diuisum; *diuisum* Gallice.

Et ex dictis nouem signis sunt sex, benda scil. palus, fessa, gyronum, cheuronum, & orla, quando sunt ex pluribus petiis, quæ debent blasonari uno nomine cum tot petiis, sic dicendo. *Talis dominus habet in suis armis unam bendam, seu fessam de quinque aut sex petiis, & sic de singulis.* Sed de aliis tribus, scilicet cruce, capite, faultoir, est semper unum, quod facit tertiam partem scuti. Et licet possint ponи plures crucis in scuto, debent omnes nominari, & dici debet, sunt tot crucis in talibus armis, & sic blasonari debent, secundum earum numerum.

Et aduerte, quod blasonare est dictio armoristarum, quæ tantum importat, quantum recitandæ, aut commemorandæ alicuius virtutis gratia, sub quibusdam signis quempiam abunde, & vere laudare, aut decorum dicere: quod est teste Tul. in off. id quod consentaneum sit hominis excellentia quo ad prudenteriam, fortitudinem, iustitiam, & ad temperantiam pertinet, & in omni honestate versatur, referre.

Septuagesima quinta conclusio. Plura sunt alia signa & res, ex quibus sunt arma, ut patet ex sequentibus, puta ex baanis, *de besans*: & sunt haec signa rotunda ex auro tamen vel argento, & numerantur


rantur usque ad octo (qui numerus octonarius est dicitur.) Post vero dicuntur besandæ, & si sint ex auro non dicitur, secus si ex argento, & figuratur sub hac forma.



Aut vero sunt arma ex tortellis, *de torteaux*. Et hæc signa grossiora besanis, & semper sunt ex colo; & numerantur, sicut dictum est de ipsis besanis, & qualiter effigiantur, hinc patet intuitu.



Aut ex contissis compacta sunt arma, *de cotisses*. Cotissa est enim in triplo minor quam benda, & vadit per transuersum sicut benda: & cotissa in armis se numerant usque ad octo, & ponuntur in armis ducis Burgundie, in armis comitis Campanie, & do. de la Roche Guyon. & sic figurantur.



Etiam ex denturis, *entendes* Gallice: hoc est, tanquam dentata, vel dentosa sunt arma, vel *d'engrellez*, quæ quasi idem sunt: sed dentatura est maior, & sic isto modo.



Vel sic, ut in armis ducis Bituricensis.



Engrelatura vero est minor endentura; & sic sub hac specie.



Item ex lozangiis, *Lozenges*, factis ad modum lozangiarum, quæ ponuntur in vitrini sub forma quadranguli: sed superior & inferior partes plus tendunt in acutum, quam alias duæ collaterales seu media, & sic plus longæ sunt, quam largæ: & numerantur usque ad 26. aut ad 25. secundum alios, ut sunt armas ducis Bauerorum, & sunt hoc modo.




Item ex fusis, *defuzées*, & sunt acutæ in superiori & inferiori partibus, & rotundæ ex utroque latere, & fit de eis numerus, prout de lozangiis, & sic depinguntur.



Item ex fretura, *defrettes*, quæ fit sicut cotissa, sed recotissatur, seu recruciatum, *recroisé* Gallice, ex contratio vna alteri, hac forma.




Item ex scachis, *d'eschequier*, qui fiunt sub forma tabulati lusorij, & conuenientiis ludo scachorum, & numerantur puncta scachi: & si sint tot puncta ex uno colore sicut ex alio, dicetur solum scachotatum, *eschequeré* de coloribus quibus erit. Si vero excedat numerum 25. punctorum, & tres cuspides scuti, *les trois pointes*, sin eiusdem coloris, aut metalli, dicetur scutum talis coloris scachotatum *eschequeré*, & ex tali colore: & numerantur sicut lozangiz, & figura fit hic expressa.



Item ex gemellis, *de gemelles*, & ipsa in triplo minor, quam fessa, & deber poni in medio scuti, sicut fessa, & sunt prout cotissæ, vna prope alteram, in modum tamen fessæ: & inter eas in medio deber esse tantum spacij, quantum vna est grossa: & quando sunt tres, seu triplicatae, vocantur *tierces*, & fiunt modo hic ad oculum ostensio.

Item ex billetis etiam componuntur arma, quæ sunt modicum longæ, & strictæ, & non sunt ita largæ, sicut longæ numerantur usque ad 16. & sic effigiantur,




Item ex fasca seu fessa, & interdum ex benda, quæ sunt similes, quando super suis coloribus sunt figuratae ex aliquibus bestiis aut avibus, prout si dicterentur *diapres*, & sunt arma domini de Cletra in Normannia. Est tamen differentia inter fascas, & bendas; quia benda est maior, quam longior, & interdum dicitur composita ex diversis coloribus seu metallo & colore, ut in armis Comitis Dunen. Item fit cum engrelatura, seu genelatura, aut cum animalibus, ut in armis Ducis Vindocinensis, & fit benda hoc modo.



Fasca vero sicut fessa sit, ut hic videre potes.

# CATALOGI GLORIAE MVNDI.

33



Item ex crucibus, quæ sunt plurib. modis, & cùm differentia. Nam quandoque sunt simpliciter, & dicitur simpliciter a uncroix, ut in armis ducis Sabaudiae, archiepiscopi, & ducis R hemensis, episcopi, & comitis Cathalaunensis, episcopi, & comiti Beluacensis: qui quidem tres sunt pares Franciae, & sic sunt.



Vnde tamen habuerint originem talia arma ducum Sabaudiae, legi in quadam oratione Petri Care Iuris. descripta in lib. suarum orationum, quam habuit tanquam legatus ad Alexand. VI. Pont. maximum: extincto Rhodiorum Principe, virbe à Turcis obfessa, rebus Christianorum vndique trepidantibus Amadeus unus Sabaudia Princeps Christiani exercitus imper. Barbarorum impetum non modo sustinuit, verum excuso infraquo animo fudit, fugavit, oppressit, vibem Rhodum, insulam omnem, Christianos curatos ea obtidione, illis periculis liberavit. Hinc communi Christianorum omnium principum consensu, summo Rhodiorum applausu, Christi vexillo donatus est, decretoque illo auctum, ut in militibus signis, crucem albam, crucem candidam, crucem agni immaculati deferret, quo triphato, gloriosoque insigni omnes postea Sabaudia Principes, reliktis Cæsareis aquilis (quod priscum, & gentile illius antiquissimæ familiæ insigne fuerat) in hunc usque diem insigniri exornatae videmus.

Vel alio modo crux simplex fieri potest sic, licet videatur, quod potius dici debet patée, ut infra patet



Et ista forte fuerunt insignia Flauij Constantini Magni, qui anno Domini ut refertur Historiographi 210. regnare coepit, bellis victoriosus, in gubernando tempore prudens, liberalitate & gratia omnium benevolentiam sibi comparauit, iturus ad bellum, non alio quam crucis signaculo usus est: de quo ad radicem iuferius dixi in nonagesima octava conclusione.



Quandoque sunt patées, sic, quod extremitates earum vndique sunt patulæ.



Etiam sunt potentiatæ, potentes, sub proxima forma, & forte ad similitudinem scipionis, seu baculi ad capiendum & sustentandum apti.



Interdum dicuntur Florentiatæ Florencæ, & ita depinguntur, ut sequitur, & forte tales crucis floratæ, seu floridæ dici possunt: quia instar florum respersæ sunt.



Aliæ sunt, seu dicuntur cruciatæ, croisées, hoc modo.



Item & arma dicuntur emmouché, quæ sic sunt.



Item sunt cum nilo, vng nyle, in vulgari: & est ferrum inuersum, seu recuruum, super quo mola molendaria rotatur.



Et sunt arma dominorum de Capitulo Heduen-  
s: qui habent nilum nigrum in campo tubro: sed  
illa arma sic composita videntur falsa, quia color

supra colorem. Dicitur tamen quod Ecclesia nunquam habet arma falsa. Vel potest dici, quod si ponatur filetum, vng filet, ex argento circundans nilum, tunc non erunt falsa: & ita sit in aliquibus armis dicti Capituli, licet potius dicere esse nilum nigrum supra nilum album, quod & verum est. Vel aliter dic, quod prædicta ecclesia habet talia arma, & de eis fiat quæstio, & inuestigatio, ad sciendum cuius sint arma. Sicut fit de armis Ierusalem, quæ propter excellentiam tolerantur, ut supra dixi in sexagesima nona conclus.


Item aliquando sunt cum bina cuspede sursum tendente, & se contingente in superiori parte, deux pointes l'une contre l'autre dressées. & sic videtur esse mediata cheuroni. & sic sit,



Item etiam sunt cum uno filo, seu linea, vng filet, & ita struitur.



Vel sic, ut in armis comitis Arthesij.



Item alias sunt cum crenelatura, crenelure, quæ si ponatur in benda, sic sit.

Nota-


# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

55




Notabitur, quod benda simplex potest figurari, & colorari, seu depingi super diuersis colorib. seu metallis, vt sit in armis dominoru de Caulone, de Nuo castro, & de Glury, de Burgudia, qui omnes solā habent bendā pro armis, sed diuersis coloribus: ex quo apud nos facile discernantur, cuius illorū sint.


Item, & ultra etiā sit scutum armorum diuisum in quatuor, & sic est quadripartitum q̄ dicitur *esquarrelé*, vt in armis Delphini regni Fracīe, ducis Aurelianen, ducis Nemorti, comitis Fuxi, Fouez, comitis Arminiaci, & quāplurium aliorum, & sic formatur.



Item in armis apponitur bordatura, & sit, aut simplex, vt in armis ducis Andeganensis, puta:



Aut componata, vt ita loquar, vt in armis comiti Niuerensis, vt supra dixi, & taliter sit:




Aut crenelata, aut dentata, vt in armis Bituricen, vt iam supra ostensum est. Aut alio modo munita, & laminata besanis, vt sunt arma ducis Alenconij, Dulençon, quam sic depingemus.



Item arma etiā non raro sunt, in quibus apponitur barra, quæ si veniat à sinistra ad dextram, denotat, quod gerens talia arma apud nos, est naturalis tantum. Si vero à dextra ad sinistram, secus, vt in armis illorum de Borbonio, de quibus aliquid supra tetigi: & plene per Guilielmū Benedicti in sua rep. c. Rayn. in verb. Rayn. de Clera. n. 31 extra de testam. & in Commentariis nostris super consuetudinibus Ducatus Burgundie, tit. Des successions des bastards, artic. 3. vers. iuxta predicta cum duobus seq. in quibus locis cōprobatur, quod bastardi non possunt portare arma plana, vel insignia domus, licet ex cōmuni usu in tota Francia portent arma legitimorum, quibus superaddunt tamen Barram per transuersum scuti armorum, quæ incipit sursum à sinistris, & ducitur inferius ad dextram, vt etiam tenent Guido Pap. q. 580. comentum Colmæ Guimier, in verbo filii, tit. de num. & qualitat. Cardinalium. & Nicolaus de Vbaldis. in tract. success. 1. parte. Et hoc debet seruari in bastardis, vt differentes & distincti à legitimis cognoscantur, ne forte per errorem computetur inter præcipuos. Maxime in participatione priuilegiorum, & bonorum filiis delatorū, & propter bonos mores custodiendos dixi supra in 24. concl. quæ incip. limitantur eiām precedentes. Quid autem de legitimatis, vide infr. in 47. concl.

Item interdū sunt arma, in quibus apponitur orla, orle, & quandoque sit ex pluribus petiis, vsq; ad sex, & id quod albū seu argētū est scuteum, & illius coloris, cuius erit, nominatur. Alia vero, quæ sūt intra scutum, & extra, dicuntur, orle; & ita figurantur:



Item similiter in armis apponuntur quædā signa, vulgo dicta, lambœaux, hoc est, lambantia, vel lantibentia, seu appēdix, vt in armis ducis Aurelian. ducis Andegauen. & comitis Angolinēsis, isto modo.



Item ponuntur etiam in armis tractus, traites, & sunt minores benda, ita quod est tercia pars bendæ, seu fasce. Et si sunt tres in scuto, dicuntur tractus, vbi unus satis distat ab alio, & sunt minores palis, seu baculo. Aliquando ponuntur in modum bende seu fasce.

**S**eptuagesima sexta conclusio. Sunt multa signa ex predictis etiā denotantia, & importatia in armis diminutionem, vt sunt lambentia, hoc est, ea signa, quæ vocamus lambeaux, quæ solēt poni, & addi ad doctrinā armorum principalium domus, seu casaræ principalis. Nā apud nos, vt etiam supr. in 20. concl. dixi, & in 37. ex cōsuetudine regni quilibet primogenitus solet portare arma plana & integra ipsius domus, sine aliqua diminutione: alij vero posteriores, & postea geniti descendentes portant cū aliqua differetia, diminutione, & distinctione, videlicet vt communiter secundogenitus portat, & addit cū armis principalibus les lambeaux. Tertius vero bordatutam simplicem. Quartus bordaturam componatā, aut alio modo distinctam per edēturas, crenelatas, aut seminaram besanis. Alij vero aut per bendā, seu bartam, seu alias quoquis modo per aliquam distinctionem, vt cognoscatur de armis primogeniti, cui tanquam antiquiori in familia deferendum est, & exteris sit honorabilior, vt testatur Psal. 28. & ego primogenitū illum ex eisdem præ regibus terre, hoc est, honorabile, vt exponit ibi de Lyra. & in primogenito tanquam in capite remanet, & stat splendor genitū. argum. l. cum scimus. in fin. C. de ag. & censi. lib. 10. & in l. cum in diversis. ff. de religios. Ideo arma domus nobilis remanent apud primogenitū, tanquam caput, & imaginem domus secundum Bald. in l. fi. C. pro fac. & ea, quæ acquiruntur primogenito, acquiruntur titulo vniuersali. Item acquiruntur, vt constituto in dignitate. vt tenet glos. in c. quam periculosis. 7. q. 1. ideo arma debet penes eū remanere, quia dignitas, & titulus vniuersalis non reperiuntur in aliis filiis secundogenitorum, vel tertio genitorum. Alias primogenitus potest aliis prohibere, ne ea integra portent ex generali vsu, & consuetudine Franciæ. facit in argumentum ad predicta c. omnes filii. si de feudo defuncti contentio sit inter domin. & agnat. vasalli. in vobis feudor.

Primogenito tamen sine liberis dececedente, secundogenitus poterit portare arma domus seu familiæ integra, & sic cōsequenter. Facit ad hoc in arg. c. quidam habet filium de filiis natis ex matrim. ad morganæ. contract. c. i. §. mulier. & §. filii nati. & ibi gl. in ver. filii. si de feu. defu. conten. sit, & c. in vobis feu. Facit, nam in iure primogenitura attēditur ordo primogeniti, vt notum est: ita in successionib. ab intestato inspicitur ordo proximorū. l. 2. §. 1. ff. de suis, & l. eodē modo & in portu armorū, vt supr. tactu est, in 39. concl.

**S**eptuagesima septima conclusio. Quia supra in pluribus locis, vt in 24. & 75. conclusionib. de armis bastardorum dictum est nūc vero quarti posset, an legitimati à Principe per rescriptum possint portare arma plana domus, vnde descenderunt sine aliqua batra in medio per transuersū. Primo videtur, quod non, cum non includatur, nec succedat tales in feudis, text. est in d. c. 1. §. naturales filii. licet postea fiant legitimati ad successionem feudi, nec soli, nec cū aliis admittuntur, si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatos vasalli. facit cap. quidam de filiis natis ex matre. ad morganæ. contracto. in vobis feu. Ergo eodē modo dicēdū est de armis. Quia quemadmodū est beneficiū & honor, qui nō intelligitur scire de reprobatis, leg. Lucius. §. Lucius. ff. de leg. 2. ita etiā portare arma est honor. vt supra dixi. Secundo non comprehenduntur in dispositione emphyteuticaria. secundū Specul. titul. de emphyteu. §. nunc aliqua. ver. sic. 172. ergo etiā videtur, quod nec in portu armorū, cum eadem militet ratio in uno, sicut in alio; ergo idem ius constituendum in vitroque, vulgari. il. l. 2. §. 1. ibi. ea quæ ratio similiter, & c. cum pluribus concord. allegatis in gloss. in ver. astimari. ff. ad leg. Aquil. Prædicta duo fundamenta posuit Bald. in l. generat. l. §. cum autem. C. de instis. & substit. & post eū G. Benedicti in repe. cap. Rayn. in verbo Rayn. de Clera. n. 23. & 24. de testam. & ibid. in verb. & uxorem nomine Adelasiām. n. 101. Tertio facit, quia legitimatus etiā expresse ad quamlibet dignitatem non intelligitur legitimatus ad regiam dignitatem, vt tenet Bald. in l. eam quam. col. 9. in fin. C. de fideicom.

In oppositum facit; quia existetia sui hæreditis habet locum in legitimatis, secundum Bald. in d. l. eam quam col. 2. & d. meum Iaf. ih. leg. qui se pairis. in 3. & 4. colum. Cod. unde liberi. & in l. omnibus. colum. §. ff. de vulgari. dixi in commento meo super consuetud. Ducatus Burgund. tit. Des successions des bastars. §. §. in gloss. ab intest. ver. sic. quomodo autem. & plenius in cod. tit. §. §. in cons. bi. posito. vbi fuit de materia multa argumenta.

Pro concordia predictorum breviter dicendum est, quod prima opinio procedit, vbi simplex intervenit legitimatio. Secunda autē etiam est vera in casu, in quo ita fiant legitimati, vt in feudo, emphyteusi. portu armorum domus, aut successione regni succedant, & hoc fuerit expresse & nominatim dictū in rescripto legitimationis, prout tenet gloss. in verbo legitim. in d. cap. 1. §. naturales. quam sequitur ibi Bald. in l. eam quam. col. 9. in fin. Quia hoc licet Principi facere ex suo rescripto, vt satis innuit G. Bened. in sua repe. cap. Rayn. in verb. & uxorem nomine Adelasiām. n. 289. de test. vbi dicit, quod talis legitimatio quo ad honores & cetera filiis legitimis post vel ante susceptis, nō præjudicat, perpetuo durat, & sūti semper continuat effectū. pro quo facit l. quoties. C. de precib. Imp. offer. tamen quo ad regnum, & per consequens quo ad arma regni talis legitimatio nō potest fieri, saltem in regno Franciæ. vt tenet idem G. Benedicti in loco pred. n. 192. & 193. in fin.


Legitimati vero per subsequens matrimoniu habent intrepide ius & facultate deferedi arma plana domus, & familiæ. Sufficiat ad hoc melior text. in cap. tanta. in princ. & ibi gloss. ad hoc fere expressa, salte quo ad honores, extra. qui filii sint legit. Ex eo; quia habetur p̄ suis, & habet iuta iustitiae. in d. gloss. ab intest. ver. primo enim legitimantur. etiam quod succedit sicut aly filii legitim, & naturales etiam in feud. & in emphyteusi. Prout etiam tener Pan. in cap. inno-  
ciuit

ius. col. 7. & in cap. cum Vintonensis de ele. & in cap. letor. & d. cap. sancta extra quisilijs sint legit. Imo etiam si sit consuetudo, quod succedat primogenitus, iste taliter legitimatus, si sit primo natus, intelligitur primogenitus, & sic poterit, & debebit portare arma plana domus, licet reperiatur postea alius natus legitimus & naturalis, alias secus. Faciunt adhæc notata Bald. in d. l. eam quam ibi, denuo dubitatur. & ibi: Sed pone, quod est nominatim. C. de fidicommisio.

**S**eptuagesima octaua conclusio. Reperitur & alius color seu species signi in armis, secundum nonnullos armoristas, & dicitur in vulgari eorum *burle*, & est tercia vnius fasciæ: & ponitur fascia per medium scuti, ut supra videre potes ad oculum. Dicitur *nempe burle*, quando excedit decem petias, & infra numeratur ex argenteo & azureo: Et eius proprius colore sicut balius color, *vair* Gallice. Etsi fiat alterius coloris, debet nominari seu blasonati, cuius coloris sit, & sit seu fieri debet isto expresso modo, quando est unica tantum.



Quando vero sunt plures quam denæ, seu decem, modo sequenti.



Item etiam sunt arma per undaturam, hoc est, ad typum undæ fluentis: ut est in armis illorum *de la Baulme*, qui gestant in campo aureo undam azuream forma hic designata.



Item in armis ponuntur planetæ, ut Luna, putain parte per modum crescentis lunæ, cum curvatur in cornua, ut in armis Soldani, qui haber secundum aliquos tres crecentes argenteos in campo azureo, in hanc figuram.



Item arma depinguntur per membra hominis, ut manus, caput, & sinistrus dextra passis digitis apponatur, liberalitatem designat, ut habent domin. de Cap. Eccl. Lingon. Si vero sinistra compressis tenacitatem. Si vero oculus, interpretatur iustitiae seruator & corporis custos. Vel etiam cum manus hominis pingitur, hominem laboriosum significat, cum manus omnia opera perficiat. ut describitur in hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci.

**S**eptuagesima nona conclusio. Licet supra abunde videamus multa ex quibus sunt arma, & diuersimode, tamen adhuc est aduertendum, quod multoties arma etiam sunt, aut ex auibus seu aliis animalibus & bestiis, seu piscibus, aut ex floribus, herbis, vel arboribus, & in his sunt attendenda sequentia.

**O**ctogesima conclusio. Cum animalia terrestria sint auibus & piscibus perfectiora, ut dicam infra in 7. par. in 78. con. vbi scripsi de animalibus. Ideo videtur dicendum, quod arma ex talib. animalib. sint digniora illis, quæ sunt ex auibus seu piscib. data paritate nobilitatis. Et quæ sunt ex auib. digniora sunt, quæ ex piscib. Cum aues, ex quo magis participant de aere & igne, quæ de aqua & terra, ideo videantur digniora, cum aer sit dignius elementum aqua & terra, ut in d. par. in 7. conf. dixi, quod facit etia pro armis ex auibus quod sunt digniora, quam si essent ex aliis animalib. ut sunt arma Imperatoris, quæ sunt aliis digniora.

**O**ctogesima prima conclusio. Sunt ex auibus notandum est, quod de omnibus habentibus pedes & rostrum ex alio metallo seu colore, quæ sit corpus ipsius auis, dici debet, in blasono talium armorum tales aues membratae. Et istud est generale in omnibus auibus, præterquam in merula, quæ si apponatur in armis, non debet habere pedes nec femora, & sic nominatur sine pedibus, nec dicitur membrata. Et tene istud pro maxima in armaria.

**O**ctogesima secunda conclusio. Si in armaria alii cuius sint piæ aues, bestiæ, pisces, & id genus in certo numero: tunc numerus illorum numerari, nominari, seu blasonari debet, si sunt usque ad 16. ut est in armis illorum *de Lanel*, aut *de Montmorancy*, vbi dicitur, quod habent 16. aquilas, propterea dicitur in campo aureo cum 16. aquilis aureis. Si vero sunt plures, dicitur in tali scuto aureo, vel alias prout erit, sunt aquilæ seminatae ex azureo, ut est in armis illorum *de Peulle*, vbi non dicitur, nec fit numerus, sicut nec in omnibus aliis, vbi est maior numerus quam 36. sed debent dici talia seminata, vel sive numero.

**O**ctogesima tertia conclusio. Auis in armaria est ita figuranda & collocanda, prout de sui natura state, seu sedere posset in simili loco, alias arma sunt, & dici debent falsa; cu[m] ars imiteretur naturam in quantum potest. §. minorem. insti. de adop. & in l. pattersam. in fi. ff. eo. Pan. inc. debitum de baptism. & Bat. in d. trac. de armis in 3. col. Et ideo si ponatur aquila super aliqua parua herba, aut super flore, seu viola, super quibus naturaliter non posset stare, non videtur bene collocata: Sicut videmus in armis domini de Foleto in comitatu Piastuiensi, qui habet accipitrem super lilio seu flore lili. Cum istud sit impossibile, quod accipiter stare possit naturaliter super flore lili. Ideo videtur, quod male collocetur in talibus armis. Sicut iam qui depingeretur in armis auem nō aquatilem, in aqua, nō esset bene collocata: sicut si pisces collocaretur, aut depingeretur in arbore vel in aere super terra, vbi non solet vivere, nec stare. Aut etiam si figuraretur bos in aere, vel in nube, vel in aqua. Ex quo mihi videtur, quod arma antiqua Alexien. (de quibus supra in 48. conclus.) vbi bos figuratur exiens de nube non sunt bene composita; quia non est de natura bouis, quod exeat de nube. Cum sit ridiculum dicere, quod bos volet, aut volate possit, iuxta prouerbium commune, quo dicitur: *Cum pescis arabit, & bis volabit, omnia errunt in pace.*

Aduertendum est, quod, vt refert Lucius, dictus de Lyngres, inuentio armorum ex aib. compositorum, vt ex aquilis, grifonibus, vulturibus, corvis, gruibus, anseribus prouenit & habuit initium à Romanis. Donationem seu designationem plurium auium vide in Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica per Bernardinum Trebatum de Græcis translata: & post eum in fragmentis Iacobi Capelli Patiensis, vbi dicunt Pellicani formam designare insidiantem. Cuculli effigiem ingratitudinem, Ciconiam parentum amantes designare. Columbam gratitudinem. Apis effigiem regem indicate. Vulturem genium, & maiestatem. Perdices contumeliosos homines. Accipitrem denotare cito factam: & ibi allegat pro talibus dictis suos autores.

Legitur apud Ioan. le Maire in illustrationibus Galiae. lib. 5. incip. Semiramis. quod ipsa Semiramis regina Babyloniorum portabat in suis armis unam columbam. Item ramus aureus in campo viridi cum duabus columbis argenteis erant arma Æneæ, de quo meminit Virg. in 6. En. sic inquiens:

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus  
Ostendat nemore in tano. Et sequitur:  
Uix ea fatu erat, gemina cum forte columba,  
Ipsa sub ora viri cælo venere volantes.

Et viridi sedere solo. De quarum columbarum geminarum interpretatione, vide Cælium lib. antiqu. letionum 10. cap. 40. vbi etiam declarat, quid denorent geminæ alæ.

**C**octogesima quarta conclusio. Inuenit armorū depictorum ex bestiis, puta ex leonibus, leopardis, vris, lupis, apris, ceruis, & aliis prouenit ex Hunnis, seu Hugaris, Saxonibus & Pannoniis, secundū eundē Lucium, & vt scribitur in hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci, & refert Iacobus Capellus in suis fragmentis: Ægyptij vtebantur notis animalium, & auium, vt supra probe dictum est ad quid significandum: quoniā serpens caudam sibi mordens (vt in armis antiquis Heduorum supra positis) annum, astra eorumque discursus significabat. Figura leonis furem. Anteriores partes leonis fortitudinem. Musca impudentem. Formica cognitionem & pru-

dentiam. Caput leonis vigilantes aut custodes. Vipera mulierem vito insidiantem. Hyena piæta inconstantem hominem. Pellis hyemæ fertunę & calamitatis contemptorem. Capra figura optime audientem. Camelus pigrum, Bouis figura terram, Hippopotam. vngulae deorsum versæ impium, iniustumque significant, Crocodilus malum notat.

**O**ctogesima quinta conclusio. Circa bestias & animalia bruta, istud etiam est attendendum, quod secundum eum naturam & conditionem meliorem seu actum nobiliorem in armis ponit & designari debet. Ita tame, quod pars anterior semper præcedat, & sit in anteriori parte, quæ est nobilior: vt dicit Ang. in l. quod conclane. & ibi Alexand. in apost. ad Bar. ff. de dam. inf. Ideo si portentur in vexillo, debent portari secundum illum usum, ad quem vexillum destinatur, seu appropriatur. Et ideo cum hasta in vexillo præcedat, & vexillū sequatur, si sit aliquod animal in ipso vexillo depictum, debet respicere hastam. Cum de natura & inclinatione naturali faciei sit antecedere. Et dicit Batt. in d. tratt. de armis, in 3. col. ibi, de natura autem vexilli. quod idem est in omnire & figura, quæ habet partes, quæ denotantur per ante & post, tunc semper anterior debet esse, & vergere versus hastam, alias videretur retro cedere tanquam monstrum, & non esset bene compositum vexillum.

Dicit tame ibi Bar. quod si sit alicuius rei pars anterior, quæ solum portetur pro armis, vt sunt multi, qui facie arietis, vel bouis, vel caput leonis, aut galli gallinacei suo signo & armis portat, tunc non potest pars anterior respicere hastam, sed à latere.

**O**ctogesima sexta conclusio. Non tam animalia picta & posita in armis, in eorum nobilitati actu, & eo quod magis suū vigorem ostendunt, designari debet. Pro quo facit l. queritur ff. de Stat. ho. l. quicquid. §. cum partis ff. de acquir. re do. & l. si non sunt. §. fin. ff. de auro & arg. leg. sed vt dicit Batt. in prad. tratt. sic usitatum esse videmus ab antiquo, quod princeps in maiestate, pontifex in pontificialibus depingitur, & designatur, & sic singuli secundum suos nobiliores, & conuenientes actus, in quo possent esse: hoc est, quod communiter dicitur, Chascun a son tour, & quod quis debet ornari secundum ordinem & qualitatem dignitatis, & prout conueniens est statui, ordini, & officio. facit text. in l. sed si quid. §. sufficienter autem atere & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum (hoc est statum, secundum expositionem gl. ibi) ff. de vñf. & plene per Spec. tit. de aduoc. §. sequitur videre de vestib. aduecatorum. de quibus & pluribus aliis vide sup. in 8. conclus. Vnde Seneca ait vxori Neronis, vt refert ibi Spec. indu te delicate, charissima, non propterte, sed propter honorem imperij, pro hoc alleg. tex. in c. 1. ibi: propter necessitatem. hoc est, honestatem, secundum gl. ibi 21. q. 4. & in c. 5. de cust. cunctis extra. facit etiam c. vestimenta. de conse. dist. 1.

Ex prædictis sequitur, quod animalia, quorum natura fera est, vt l. 1. §. bestias ff. de postul. debent designari & figurari in actu feroci, vt leo, vñs, tigris, leopardus, & similia.

Figuratur ergo in armis Leo erectus seu eleuatus, mordax ore, & radens pedibus, quod in vulgaris nostro dicitur, Rampant. Quia morsu & vnguibus sauit. Et Leopardus transiens, passant, Gallice. & idem in similibus, vt lupus, qui de sui natura dicitur Passant: & ex illis actibus magis suum vigorem ostendunt, pariter & naturam.

**O**ctogesima septima conclusio. Animalia non ferocia etiam in nobiliores eorum auctu designari, seu

seu depingi debent in armis, vt Equus in currendo aut saltando, Agnus in ambulando plane per terram, & sic de ceteris huiusmodi animalibus in sua specie.

**O**cogesimaoctaua conclusio talis est, quod semper pes, qui antecedit, sit pes dexter; quoniam, ut supra dixi in ii. consid. pars dextra est principium motus, & principiorum seu dignior pars, alias signaret rationem figuram laeuanam esse, quod vitium sonat, l. qui claram. Item scendum. ff. de edit. edito.

Et de huiusmodi parte dextra, an sit nobilior, vide Ioan. Saxon. ad hoc propositum in commentis suis super consuetudin. Turon. tit. Des droits de chasteleinie, artic. 2. vbi ponit conclusiones de praesenti materia. Et ibi dicit, quod in Normania pars sinistra in Ecclesiis est nobilior & dignior.

**O**cogesimanona conclusio. Licet pes dexter in vexillis, quæ portatur ex una parte, videatur esse pes sinister; tamen in vexillo inspicitur pars, quæ respicit portantem, & non alia. Cum illud, quod videtur ex alia parte, non ex principali propolito contingit, sed per accidens. Et vexilla portantur in hasta, cuius natura est, quod portetur recta & eleuata, vt l. qui sella. ff. de ferni. rustic. pradio. Sicut videmus in scribente literas, respicit enim illa pars, quæ respicit scribentem, non pars, quæ est ex conuerso; quæ non habet formam. Sic etiam si quis in speculo aspiciat seipsum, quod in se dextrum est, in speculo sinistrum appetbit, ita dicit Bart. in d. tract. suo de armis.

**N**onagesima conclusio. In vexillis seu vehiculis, quæ affiguntur & portantur in tubis, quatum natura proprie est, ut ad os tubarum positæ quasi per planum gerentis positum: tunc facies rei vel designata pars anterior non debet inspicere tubam sicut hastam. Non enim tuba est pars anterior, sed superior, & sic debet partem anteriorem illius vexilli tubæ plane iacentis portare. ita Bart. vbi supra.

**N**onagesimaprima conclusio. Ut dicit idem Bart. N loco predicto, supradicta habent locum, quādo est tamen unum animal in armis, seu vexilli pictum. Si vero sunt duo animalia se inuicem respiciēt, non est amplius quæ pars sit, quæ debeat ponī à dextra vel sinistra, & non est locus (ut dixi) præcedenti inuestigationi seu speculationi. Quia in incertis, non certis locis est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. notatur per glos. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando index. c. ad audientiam. & ibi gl. 2. de homicid. extra. Quod intellige, nisi essent duo animalia diuersæ naturæ, seu generis diuersi: quoniam si esset leo cum alio, puma cane, & deberet poni leo à dextris, canis vero à sinistris, & ita dicendum de quibus suis aliis animalibus, quorum unam comparati non posset cum alio, ut obserueretur illud generale sapientum, quod semper digniora & nobiliora præcedere, & in loco priori seu digniori poni debeant.

**N**onagesimasecunda conclusio. In armis portatis, etiam super vestibus hominum (puta en cotes d'armes) protractis seu fibulatis, illud, quod in armis se habet ut pars superior, debet esse versus caput hominis; quod vero ut inferior, versus pedes. Et quod depingitur in anteriori parte hominis, ut in pectori, pars nobilior armorum debet respicere latus dextrum: est enim illa pars nobilior & principium motus, ut dixi supra in pluribus locis secundum Bart. vbi supra.

**N**onagesimatertia conclusio. Si vero arma depingantur, & fiant à parte posteriori super veste hominis, & sic à tergo illa pars que se habet ut anterior,

vel nobilior, debet esse versus latus sinistrum hominis portantis. Ratio (ut dicit ibi Bart.) quia illius armæ erunt sicut facies illius respiciens recte illud videntio. Facies ergo istorum armorum à parte posteriori, idem Bart. alio modo comprobat singendo unum hominem habere faciem recto: proculdubio latus quod erat sinistrum ex parte posteriori, erit dextrum. Item Bart. super hoc dubio ad illud magis elucitandum ponit questionem de modo scribendi apud nos, qui cum scribimus, incipiunt à latere sinistro, & tendimus ad dextrum. Apud Iudeos autem fit è conuerso: quoniam cum scribunt, incipiunt à latere dextro, & tendunt ad latus sinistrum: quis istorum modus sit æquior & rationabilior. Videretur dicendum, quod modus Iudeorum. Dicunt enim Iudei, quod modus seu mos noster non est rationabilis, eo quia illud, quod debet esse principium motus & actionis, est terminus & finis, & illud, quod debet esse terminus, est principium, & sic perturbatur ordo rerum, & per consequens modus eorum scribendi est rationabilior, cum incipiunt scribere à latere dextro, & traducunt versus sinistrum.

Sed Bart. ad tollendam illam eorum fruolam rationem dicit, quod aliquid rationabiliter fieri debet respectu finis, ad quem ordinatum, ideo finis dicitur primus intellectus operantis, & haec naturaliter sunt vera: & ut dicit, probatur istud per regulam. Nam etsi intellectus operantis finis sit rationabilis, etiam si postea non sequitur, non dicitur irrationaliter operari, l. sed an ultero. §. 1. ff. de neg. gest. sed scriptura fit, ut legatur. Legere autem est oculis inspicere & videre quæ scripta sunt. text. est in l. i. §. 1. ff. de his qua in testam. del. Et sic legi fit per visum, videri autem est facti, ut Physici dicunt; scriptura autem representata in oculis nostris, agit in oculis nostris: oculi autem pati dicuntur, quod patet; quia ex hoc lœduntur. Cum ergo scriptura agat in oculis, debet ista actio incipi à latere dextro ipsis scripturæ, quia illud latus est principium motus seu actionis, sed latus dextrum scripturæ quæ nos respicit, est respectu lateris nostri sinistram. Sicut si homo voluat vultum suum versus meum directo, latus eius dextrum respectu mei, est sinistrum.

Et sic inferatur, quod nos in scribendo magis rationabiliter operamur, inspicimus enim finein, sic ut à latere dextro scriptura in omnibus incipiat operari: secundum modum Iudeorū incipit à latere sinistro.

Ex quibus concludit Bart. ad propositum qualiter arma seu insignia depingi debeant rationaliter à parte superiore super veste hominis, prout hic proxime decisum est: & ibidem vletius fortificat Bart. predicta, ponendo aliquem velle scribere Latine in speculis alicuius, quod absque dubio incipiat à parte sinistra, quoniam illo responsum legendo erit dextro, ut ample demonstrat, & supra ostensum est.

**N**onagesimaquarta conclusio. Secundum eudem Bart. loco quo supra literæ & arma semper debent incidi in sigillis per cōuersum, quando fit sigillum ad finem imprimendi in ceram vel aliā materiam, & remanet rectum, & sic inspiciendus finis, ad quem fit, non id, quod fit, & sic fit in eo, quod vulgo diciuntur *en cache*, aut in signo cuiusvis personæ, quibus signantur seu significantur literæ missiæ. Si tamen in aliqua re incideretur, insculpetur seu conflaretur nō ad sigillandum, sed ut siccet & remaneat; tunc direkte incidi, insculpi, seu conflari debet.

**N**onagesimquinta conclusio. Arma quandoquæ depinguntur in clypeis; & tunc pars cly-

pei, quæ secundum naturam portandi respicit latus dextrum. Illa enim assumitur ut prior, ita quod dignior pars armorum debet illam partem respicere, ut ex his, quæ supra dicta sunt patet.

Interdum arma portantur & depinguntur in cooperioris equorum seu phaleris; & tunc siue sit à dextra parte, siue sinistra, pars nobilior respicie debet caput equi. Monstrorum enim & abhorrendum est, quod unus caput equi respiceret, & alius caudam. Hoc autem, quod nulli licet, magis accideret, & cum deberent stare in fronte vel in croupa seu cauda; tunc latus dextrum respiceret secundum ea, quæ supra posita sunt.

Nonnunquam arma depinguntur in cooperis siue operimentis lectorum domus, vel quotumcunque ædificiorum, & inac debet inspicie aates, in qua debet depingi, cum stat in suo proprio esse.

In cooperioris lectorum sunt quedam partes, quæ circa lectum iacent; quedam, quæ plane iacent supra. & in parte iacenti forma pingendi sumitur à forma hominis iacentis in lecto: in parte vero pendente in loco assuinitu forma pingendi arma à forma hominis recte iacentis seu extantis, ut sit in petistromatibus siue aulæis, cortinis, conopeis, tentoribus siue velis, & papillionibus lineis, vel lanceis, seu bombycinis, qui toto circundantur ad arcendum culices & mulcas.

**N**onagesima sexta conclusio. Arma etiam quādoque insculpuntur, depinguntur, & figurantur in muris parietibus & altis locis stabilibus & firmis: & tunc secundum eundem Bart. in loco sāpe allegato: aut locus, in quo depinguntur se habet ut paries; & tunc consideratur, quod paries voluat faciem suam versus nos, & sic latus dextrum parietis cognoscetur, & sic facies pars nobilior armorum voluatur versus partem dextram.

Quod tamen limitat Bar. ibi, nisi ex causa: puta si in modo vnius parietis depingatur statua. Principis autem arma vel alterius magnifici; tunc calix imagines vel arma, quæ ab utraque parte depinguntur, debent illam statuam vel illius arma respicere, non inspecto à dextro vel sinistro voluatur ad similitudinem trium hominum circa dominum existentium: homines enim te volouunt versus eum, pro quo vide supra in 25. conclus. quæ incipit, iuxta vasallus. Et practica istius limitationis cuique recte intuenti patet apud Diviuouem in inglestu, & supra porta hospitalis sancti Spiritus, ubi arma Ducum Burgund. in medio sunt collocata. & picta, pluraq; alia arma magnatum, & heroum à duobus lateribus circumstant depicta.

**N**onagesima septima conclusio. Si locus ibi pingitur, habet se ut cœlum, veluti camera vel aulæ, tunc cognoscendum est, ubi dicatur caput aulæ, seu camera, postea sine hominem iacente, ut vultum versus nos voluente, ex quo consideranda est pars dextra & sinistra, & sic modus depingendi cognoscetur, & ingressus. Si vero locus depingendus habet se, ut terra, tunc eodem modo considera caput & pedes, & effinge hominem iacentem ibi & voluente vultum versus nos, & tunc cognoscitur dextra & sinistra, ex quo inuenietur modus depingendi rationabilis. ita dicit Bart. in d. tract. de insignibus & armis. in fine.

**N**onagesima octava conclusio. Non licet alicui signum seu arma salvatoris nostri Iesu Christi in terra insculpere vel pingere, ut in rubro & nigro, Cenominilicere signum salvatoris Christi humo, vel in silice, seu marmore, aut insculpere, aut impingere, per quem

tex extendit Bart. in suo tract. de armis. in fin. idem e se in signis vel armis alicuius domini sui vel maioris, licet (ut dicit) sua possit, ut videamus quotidianos multos facientes insculpere eorum arma in sepulturis suis supra lapidem seu tumulum.

Crux vero dicitur signum salvatoris Christi, & istud signum portant Christiani. Signum enim distinctivum est seruorum Dei Iesu Christi Domini nostri. Vnde Damascen. *Hoc nebis signum datum est super frontem, per ipsum enim fideles ab infidelibus distinximus & cognoscimus, hoc certe est signum Dei nři, quo signantur seruū Dei*. de quo Ioan. ait Apoc. 7. Vidi angelum descendente ab ottu solis, habente signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terra & mari, dicens: *Nolite nocere terra & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*. Et in omnibus negotiis nostris semper præponimus signum crucis, etiam in bello. vnde Eusebius lib. Ecclesi. histor. 9. author est, Constantinum Imperatorem eo die, quo cum Maxentio tyranno, & fæcissimo Christianorum persecutore ad pontem Milium non procul ab urbe Roma confixit, seremo puroq; cœlo crucem vidisse, eamque adorasse, ac auditam superne vocem, Constantine, in hoc signo vincere, vel, ut alij volunt, tunc de cœlo missum est ei vexillum, in quo erat crux pro signo, & erat scriptum; *In hoc signo vincere*. Nec defuit oraculo eventus, cum vicit hostem insigniter, tam extensis, quæ deinceps bella gessit, pat felicitas adfuit, & ut dicit Lucas de Penna in rub. C. de præpositis labor. lib. 12. Ipse credit, quod sit aut flamma cœlitus demissa regi Franciæ.

Hinc Franci in exercitu militari portant à tergo, & peccatore super tunicis militaribus crucem albam, ut se cognoscant, & cognoscantur ab aduersariis: nec defuit ille mos apud eos à tempore, quo esse cœti sunt Christiani. Sicut Angli in bello gestant crucem rubream. Burgundi vero crucem beati Andreæ, & sic de aliis, de quibus dixi supra in 17. concil. in fin.

Crux olim supplicium noxiōrum, seu pœna, & tormentum mortis, ut habetur 2. Reg. 12. cap. vbi dicitur, quod Gabaonitæ pro iniuria per Saulem eis allata, sepiem viros de genere suo crucifixerunt, & id quidem infame fuit supplicium: de quo meminit Ulpian. in l. sacrilegi. in princ. ibi; alios vero in furcas suspendisse. ad leg. Int. de sacrileg. & Callistratus in leg. capitalium. in princ. ff. de pœnis. Suimum (inquit) supplicium esse vindetur ad furcam damnatio. Et satis probatur in passione Domini nostri, quod ideo salvator noster subire voluit, ut qui humilis aduenerat, & humilibus & infirmis opem fertet, & in omnibus spem salutis ostenderet. Proinde (telle Laetantio) genere mortis afficiendus fuit, quo humiles, & infirmi solent, ne quis esset omnino, qui eum non posset imitari. Et dicitur à cruciata. text. est in c. nulls. c. q. 1. Huic autem rei postea honor accessit, & est hodie gloria & exaltatio bonorum, & ipsorum protectione aduersus iusticias & machinamenta diaboli, ut est tex. in c. postea signatione. de consec. distin. 4. vbi dicitur: *Signatur baptizandus signaculo S. Crucis, tam in corde, quam in fronte, ut ab eo tempore apostata Diabolus in vase suo pristino sua in remptionis cognoscens signaculum, tam sibi deinceps illud sciat esse alienum*. ut dicit ibi text. Et propterea omnia sacramenta Ecclesiæ crucis signaculis perficiuntur. text. in c. nunquid. de consec. distin. 4. vbi dicitur: *nunquid non omnia christmata sacerdotalis mysterij crucis figura perficiatur? nūquid baptismatis vnda, nisi cruce sanctificata peccata relaxet?* & ut cetera prætereamus, huc crucis

crucis signaculo quis sacerdotij gradus non ascendit, tatum est illius, qui tali signo se munit, maxime contra dæmones: cum & vt ait Io. de Turrecre. in c. Ecclesiasticarum. II. distin. Crux est armatura fortis ad pugnandum contra dæmones. Vnde B. Chrysost. inquit: *Vbi crux Christi est, nullus stare potest inimicorum demonum, videns ensim, in quo plagam accepit. Videns gladium, in quo pestiferum vulnus accepit.* Vnde August. in quodam letrin. *Signum crucis à nobis expellit exterminationem, si tamen cor nostrum habeat habitatorem.* Imo etiam crux extraneis, & Iudeis quandoque prodicit. Facit quod dicit gl. in e postquam in ver. interemptionis. de consec. d. 4. de Iudæo, qui signauerat, seu supra se posuerat signum crucis, cui Diabolus nocere non potuit, sed dixit: *Inueni vas vacuum, sed signatum.* De qua historia loquitur Pan. in c. quod quidam. de pæn. & remiss. Alias duas virtutes signi crucis ponit Ioh. de Turr. in d. cap. Ecclesiasticarum, quia virtus est contra vitiorum tentamenta, & vt diuinæ benedictionis dextram homo consequatur. Sicut Ephraim consecutus est benedictionem cancellatis manibus Jacob in modum crucis super eū. de quo infra in seq. concl. Et de benedictione crucis Christi habetur, Sapien. 14. in princ. & de eius inuentione eleganter scriptit Polydorus de insuentoribus rerum l. 5. cap. 6. in fin. Helena (inquit) mater Constantini Imperatoris, religione insigni ac pietate mulier, per quietem moita Ierusalem petiit, quæscitum Dominicam crucem, vnde humana salus peperdidit. Ita forte accidit, vt Veneris simulacrum eo esset loci ab impiis orthodoxæ fidei persecutoribus collocatum, quo omne Dominicæ passionis monumentum abolitur: Christianique Venetum loco Saluatotis adorarent. Cæterum loco ruderibus purgato, crux reperta est, & cum illa duæ aliæ, vnde duo peperderant latrones. Sed titulus ille: Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, & si vetustate propemodum abolitus, indicio fuit, vt crux vera agnosceretur, quæ admota mulieri defunctæ vitam illico restituit. His & in victoriæ sibi partæ retributionem Constantinus Princeps motus, edicto vetuit quenquam deinceps eo crucis supplicio necari. Sic res, quæ ante mortalibus probro tuerat, venerationi atque honori esse, & haberi cœpit. Idem postea voluerunt Theod. & Valent. seruari, qui (vt supra in princ. dictum est) lege proh buerunt signum Salvatoris in solo vel in silice, aut in marmore humi politis insculpi, ne scilicet hominum pedibus calcaretur. Vnde importunum, & contra religionem videre est, passim hodie in templis signum illud, id est, nomen ipsius Salvatoris in æte vel lapidibus, quibus mortuorum sepulchra regantur incisum. Item crucis ac diuorum imagines impressas, quæ assiduis calcati vestigiis obtrita late resplendēt.

**N**Onagesima nona & penultima conclusio sit talis quod Crux Christi multipliciter figurata fuit in veteri testamento.

Primo reperitur figurata in signo Thau, de quo dicitur Exod. 12. quod cum Angelus primogenita Ægypti deberet occidere, præceptum est filii Israhel, vt de sanguine agni utrumque postem linirent in modum Thau literæ, quæ facta est in modum crucis. Nam & Thau Galicum positum inuenies pro cruce apud celeberrimos authores, quam ad eum construere modum Galli consueuerant. Autor est Cælius lib. Antiq. lect. 6. c. 8.

Item sec. Ezech. 9. *Vbi propheta legitur audiuisse Dominum dicentem ad virum vestitum lineis habentem atramentarium scriptoris in lumbis suis. Transi*

per medianam ciuitatem, & signa Thau in frontibus eorum virorum dolentium & gementium. Post hæc dicit septem viris: *Transite per medianam ciuitatem, & percute omnes, super quem non videritis Thau, nemini parcent oculi vestri.* Tertio figurata fuit in cancellatione manus Jacob supra Ephraim & Manasses. Legitur enim Genes. 42. quod cum Ioseph applicisset Manassen & Ephraim, ad Jacob statuens maiorem ad dextram, & minorem ad sinistram, vt eis secundū ordinem benedicaret: Jacob manus commutans in modum crucis cancellans dextram super caput Ephraim minoris, & sinistram super caput Manasseis maioris, & ita benedixit illis. Porro quia de cruce mentio est, no grauemut promere hic, quæ in primis studiorum digna auribus arbitramur, ex monumentis excerpta clarissimis, præcipue ex Cælio loco superius citato. Si quidem traditum est (inquit Cælius) ab Arabibus crucis figura videi cæteras quotquot sint præstare, quoniam superficies prima cruce delibratur. Sicenim in primis longitudinem habet atque latitudinem, primaq; hæc figura est omnium recta quam maxime, cōstantisque rectis angulis quatuor. Effectus vero cælestium, maxime per restitutionem angulorum radiorumq; resultant. Tunc enim stellarum potestas prævallet, quando cæli quataor habeant angulos vel cardines potius, Orientis videlicet, Occidentisq; & medij utrinq; cœl. Sic vero dispositæ radios ita coniiciunt in se inuicem, vt crux inde constituant. Propterea esse crucem veteres dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum. Ideoque habere summam in imaginibus potestatem, ac vires & spiritus suscipere planetarum. Quæ opinio ab Ægyptis initia duxit, confirmataque vel præcipue est inter quorum characteres crux erat insignis, vitæ eorum morte futuram significans. Proinde figuram eiusmodi Serapidis seu Olyridis pectori insculpebant. Adiicit Hieronymus, aues in surrectum se attollentes crucis exprimere figuram, quod adorans homo, & natans idem facit: sed & navis antenna cruci assimulata sufflatur. Scribit porro Suidas Theodosio imperante, cum æquarentur solo Græcorum templo, in Serapidis sacratio hieroglyphicas esse compertas literas, quæ crucis præferrent formam. Cæterum quod ad crucis pertinet excellentiam, apud Ægyptios ante Christum humanæ salutis autorem incarribilem non tam munieris stellarum testimonium fuisse contendem, quam virtutis præsigium, quain à diuinissimo corpore fuerat acceptura. Nec illud omiserim diuina, vt equidem reor, agente vi, fuisse in adoracione veterum crucis item figuram summe religiosam. Quoniam in veneratione supplici, dum ori dextram admouerent, indicem super pollicem residentem, quod & tempestate hac fere à plerisque fit, exosculabantur. Quod Plinius quoque significasse videtur. In adorando (inquit) dextram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus. Et in Apologia item Apuleius: Si famum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. Hinc factum opinantur, vt Hebrei iuxta linguæ suæ proprietatem deosculationem ponant pro veneratione, quod Hieronymus aduersus Rufinum notum reliquit. Hæc Cælius.

De laudibus S. Crucis scripsit egregie & devote Rabanus Episcopus Moguntiensis libros daos, partim metricos, partim prosaicos, quos habeo nō impressos. De quibus laudib. aliquid recitat Antonius in 2. par. suarum historiarum. II. 14. cap. 5. §. 2. Et de crucis gloria, & laudibus copiose & sancte scribit Petrus

Abbas Cluniacens. lib.1. Epistol. interpretans dictum Matth. 24. dum ait, *virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc apparebit signum filii hominis in cœlo.* & illud Esa. 5. dum dicit: *Et leuabit dominus signum in nationibus.* vbi hoc scribit: *Signum leuatum in nationes crux est & apparenſ signum filii hominis in cœlo crux est, que quia hic in signum a Christo leuata, nationes totius orbis ad fidem salutis aeternæ à quatuor ventis congregat, quia ut ait Propheta Esa. Et congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor ventis.* Et in ultimo Christi iudicio ad eandem aeternam salutem & gloriam à quatuor ventis, vt habetur Matthæi loco præalleg. *Et mittet filius hominis angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabit electos eius à quatuor ventis,* hoc est, de toto mundo electos in cœlo apparet conuocat, summo ab eis honore colenda creditur, dicitur, & prædicatur. An nou (vt ibi ait) dignum sit, vt quam ad salutis humanæ causam commendandam cœlum exhibit, terra respuat? An dignum sit, vt eam homines abiiciant, quam Angelhi honorant? An non honorant, quando commotis ad indicium cœli virtutibus ipsam modo iudicando, secum pariter repreſentant? Nam qui dixit, *virtutes cœlorum mouebuntur,* ipse subdidit: *Et rite apparebit signum filii hominis in cœlo.* Cumque hoc signum crux Christi sit, cum virtutes cœlorum, hoc est, ordo totus cœlestium spirituum desuper veniens apparuerit, tunc & ipsa pariter in cœlo fulgebit. Fulgebit in cœlo, vt discant terrigenæ non posse sibi concensum esse ad cœlos, nisi per ipsam se posse fieri socios Angelorum. Non est igitur honoranda ab hominibus, quæ Angelicum eis honorem præparat? Non est glorificanda à mortalibus quæ immortalem eis gloriam præstat? Non est vt vitalis & salutisera adoranda, quæ vitam mortuis beatam, quæ salutem perditis conferet aeternam? Et plane velint nolint hæretici, vitalis: quia honorem: amabilis, quia amorem: admirabilis, quia admirationem: felix, quia felicitatem: nobilis, quia nobilitatem: beata, quia beatitudinem: gloriola, quia gloriam præstat aeternam. Qui ideo crucem oderunt, quia Dominum torturam, diligent eam, quia non solum nobis, sed ipsi gloriam peperit. Peperit ei gloriam, de qua habetur ad Hebr. 2. Vidimus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Peperit, inquam, gloriam crux crucifixo: sicut scribitur ad Iohann. 2. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum. Hanc quia gloriam huiusmodi illi à Deo assumptu peperit, & nobis insuper vitam & gloriam aeternam contulit, glorioſa esse promeruit. Ideo crux Christi honoranda, collaudanda, & à Christianis glorificanda, probatur. Sed querit ibi Petrus, an sit adoranda: Et dicit, quod non adoratione latræ, quæ dicitur cultus soli Deo competens: quia habetur Dent. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ratio, quia sicut ordine ipso creationis Creator, creatura quam creauit, merito iusteque prefertur: sic decebat vt prelatio ipsa aliquo signo congruo signaretur. Signatur igitur prælata creaturis deitas sacrificiorum signo: signatur isto, signatur multiplici, quod nunc agitur Christiani populi sacramento. Nisi intelligatur, quod adorare idem sit, & tantum importet quod venerari honore Deo debito: & hac adoratione adoramus Christum, non tantum Dei, sed & hominis filium. Adoramus & crucem, ita in cruce ipsum (qui Deus & homo est) crucifixum. Neque quantum in ipso est, aut lignum colimus, aut lignum adoramus. quia soli soli Deo est seruendum ipsum adorando, vt ante di-

euum est. Sed dum crucem (vt ait Petrus) me adorare dico, crucifixū Domini Deū meum esse, in equi illi soli seruire debere profiteor. Et iuxta istū intellectū Ecclesia Catholica laudabili deuotione se adorare pronuciat, nō solum crucem Domini, sed & passionē eius mortem ac resurrectionē, atq; ascensionem. Sic cū dicimus mortem Domini, resurrectionem, ascensionem adoramus: hoc est, Dominum mortuum, resurgentem, ascendentem, vt Dominum, qui mortuus est, qui surrexit, qui ascendit, adorare nos profiteamur.

Et per ista inserit Petrus, ibi, quod hoc priuilegium cruci Dominicæ datum est, vt in creaturis sola post filium hominis, qui & filius Dei est, adoranda esse creditur, quatenus in morte Domini, quam in cruce passus est, finem summamque salutis humanæ constitutam esse sciamus.

Reperitur & alijs adorationis modus, quo humana hominibus impendenda reverentia tantum signatur. Et ita adoratio *duilia* vocatur, & impenditur homini vel Angelo. Hoc magnus ille Patriarcha Abraham adorauit populum teria, filios videlicet Heth, de quo Genes. 23. Hoc Loth (testimonia quoque Petri Apostoli) iustus subuertores Sodomorum angelos adorauit. 1. Pet. 2. & Gen. 19. hoc fratres Ioseph, cum prostrati adorauerunt. Genes. 50. Hoc Iosue Principem militiæ Domini angelum. Ioh. 5. Hoc Propheta Nathan David regem. 2. Reg. 1. Hoc fortassis, & si malus, Nabuchodonosor prophetam Danielē adorauit, vt Dan. 2. scribitur. Neque enim credendum est, sanctos homines, vel sanctos Angelos cultum soli Deo debitum, aut hominibus impendisse, aut sibi impendi æquanimiter tolerasse. Vnde clatum est modum hunc non esse adorationis diuinæ, sed venerationis humanæ: nec esse singulare illud insigne deitatis, sed officia & communem exhibitionem honoris. Sed speciale illud omnem creaturam refugit, generale istud tam Creatori quam creaturæ rationali inservit. Nam irrationali honorem vel modicum exhibere, & autoritas prohibet, & ratio dissuadet. Cum tamen vel Sanctorum pignoribus, vel sacris locis, vestibus vel vasis, vel quibuslibet huiusmodi rebus honor, & reverentia defertur, non quia sunt infensibilia, pulchra, suavia, pretiosa, vel quolibet modo corporaliter homini accommoda, sicut creditur: sed quia Deo, vel sanctis eius perpetuo cum eo victuris, in his honor congruus exhibetur. Si igitur & hoc modo crux Domini adoranda, id est, honoranda suscipitur, nec impium est, nec erroneum, sed pius & salutiferum. Pius, quia à rectæ fidei trainite non discordat. Salutiferum, quia salutem piis adoratoribus seu veneratoribus comparat. Licer ergo primo vel secundo modo crucem Domini adorare, vt in primo non tam ipsa, quam Deus adoretur, in secundo non tam ipsa, quam Deus honoretur: illo modo colatur in cruce crucifixus, isto veneretur in ligno author eius, illo cultus diuinus, ipsi Deo per crucem exhibetur, isto communis multorum honor per eandem crucem eidem Deo, cui debetur honor & gloria, impendatur.

**C**entesima & finalis conclusio edocet, quomodo signum crucis fieri debeat. Circa id imprimis sci- tu dignum est, quod ex notatis per Hugon. in suo appatu, & Guillelmum Durandi in fructuinali, Ioan- nem de Turrecremata in cap. Ecclesiasticarum. II. dist. colligit tres differentias in signo crucis faciendo.

Quidam enim (vt dicit) signante se à fronte ad dextram, & inde in sinistram, propter tres personas Trinitatis, quæ in ipsa signatione crucis nominantur.

Et

**A**it ita isti signum crucis in forma quadam trianguli perficiunt, sicut erat signum Thau: de quo in praecedenti conclusione dictum est.

Alij vero in figura quadrangulari signant & muniant se signo crucis, à fronte deorsum facientes signum crucis ad designandum decentum filij ad terram, secundum illud: *Inclinatus cælus, & descendit.* Deinde transeunt in dextram, & de dextera in sinistram terminando ibi signum crucis: tum ad designandum, quod æterna, quæ per dextram, temporalibus, quæ per sinistram significantur, anteponenda sunt. Tunc ad demonstrandum, quod Christus de Iudeis ad gentes transiuit.

Alij vero signando se, signum crucis incipiunt à parte superiori, quæ partem lignat, deinde descendant ad inferiorem, quæ mundum designat, postea à sinistra, quæ infernum significat, producunt ad dextram, quæ cœlum denotat, & ibi signum terminant, fulti auctoritate illa: *Egressus eius a patre, excursus usque ad inferos, recursus aut sedem Domini, & est sic vers. hymni: Veni redemptor gentium, à D Ambrosi compositi, nam Christus descendit de cœlo in mundum, de mundo in infernum, de inferno ascendit in cœlum, ubi sedet ad dextram patris, & isto modo dicunt signum crucis debere fieri.* Archid Gemin. & Cat. Alex. in d. c. ecclesiast. & ibi Ioan. de Turrcemata probat hanc modum signandi de ligno quadrangulari esse meliorem quinque rationibus, & etiam, quod terminari debeat in dextram, comprobat pluribus rationibus. Ideo reprobatis aliis duabus primis modis se signandi signo, crucis, tanquam non bonis, neque utilitatis, tertium modum tanquam communem, & ab omnibus approbatum, religionique nostræ conuenientem, dico esse inservendum.

**T**rigesima nona consideratio, continuando materiam nostram honorariam (cum satis de his impensè disceptauerimus) sit talis. Si inferior temere intrudat se in loco maioris, maiorem honorem, quam ei debeatur, assumento, seu usurpando, debet suo honore priuari, & à loco proprio expelli, ultimisque post alios in opprobrium ponit, *e. precipitum. 9. d. p. n. 1. facit l. neminem. C. de offic. magi. 9. offic. quod limitat Felin. in rubr. de maior. & obid. nisi minor esset subtilitutus majori, quia tunc in actu, in quo est vicarius suus, se debet in loco maioris: quem textum in hoc tollit Lud. Rom. singulare 340. quoniam vicerector honoratur ut rector. dixi infra in 6. par. in co. sid. ubi de gubernatoribus patiarum scribitur. Et facit; quia ex quo substitutus loco maioris habet maiorem administrationem: imo maior ei minori substituto reverentiam præstare debet,* *gloss. in Summa. 93. distinct.*

**Q**uadragesima consideratio. Honor non est suscipiens, nisi prius is, qui adipisci desiderat, vites suas cum honoris onere metiatur. *l. quest. 1. c. non est.* Ad honores autem sine labore non peruenitur, *l. 1. C. de excusat. artific. lib. 10.* Imo etiam si digno conferatur, cum metu suspiciendus est, *63. distinct. c. Valentiana. & d. c. non est.* Et nemo debet sibi honorem assumeret, sed qui à domino vocatur, quiriadmodum Aaron. *c. qualiter. extr. de elect. c. in sc. scripturis. 8. q. 1.* verum contentienti & fugienti offerendus non est. *d. c. in scripturis. & c. sicut. 1. q. 1. l. si quequam. C. de epis. & cler. ita dicit Luc. de Penna. in l. filios. C. de dec. lib. 10.* Sicut tamen scientia cupiditas non est arguenda, sed commendanda, *l. apud Iulianum. ff. de fidei comm. libert. vbi Pomponius ait: Nam ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sen-*

tentie, quam dixisse fertur Julianus: Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quiddam vellem, Sic & honoris, secundum quod notatur per Lucam de Penna l. 2. per illam t. x. C. ac his qui sponte munera publica subveni. eod. lib. 10.

**Q**uadragesima prima consideratio. Nullus ita honorandus est, quod per huiusmodi honorem exercituum vni alteri detrahatur. *29. dist. c. null. in sc. & c. eccl. 1. nec quicquam. 9. obseruare. ff. de offic. procon. & leg. c. qualis. 25. distinct. & cap. nomen extra de presumpt. Vnde Egesippus de bello Iudaico: Vos honore congruo prosequimur, ut neque immoderatus, neque infirmus honor sit. Aliud inflat, aliud exasperat, quodcumque sua portione unicumque suppetit, imparitatur. Non enim qui delectat tantum eum, quem supra mensuram honorat, quantum laedit, cum cui debitum negat, & plerunque uterque eorum offenditur, ubi prælationis adulatio est.* De Aristotele dicit *s. Polit.* quod inhonorati alios videntes honoratos faciunt, & rufus in honoratione amatores honoris grauerter ferunt. Et qui dehonorat parpendit, secundum eundem in Rhetoric. videatur *c. eccl. & c. nullis 99. distinct.* quem allegat Lucas de Pen. in l. 2. col. 2. C. de proximis sacerdoti scrimio. lib. 12. Turpius tamen est frigide laudari, quam acerbius vituperari, ait Aul. Gellius lib. nocturnum Attic. 19. c. 2. Et de huiusmodi laudibus etiam (sicut inquit Salustius de Carthagine) melius esset tacere, quam pauca dicere, saltem ubi non pauca commemoranda essent.

**Q**uadragesima secunda consideratio. Praui non sunt honore digni, quia honor est premium virtutis, & virtuti perfectæ non est condignus honor. Aristot. Ethic. 4. Benemeritis igitur, & studiosis honor impendens est: quia honor magis est in honorante, quam in honorato, ait Aristot. *Ethic. 1. & Bald. in proæmio feudorum.* Et dicit Cicero in lib. orationum: Is magis gloria excellat & honoretur, qui virtute plurimi præstat, & si illaudati sese illustribus confert, & amplissimis honoribus inhiate audent, dicetur in eis adagiu Polydori: *Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaricino sui.* & habetut Proverb. 26. Quomodo nix in astate, & pluvia in messe, sic indecens est stulto gloria, & in exemplum culpa vehementer extenditur, cum præuerentia status peccator honoratur, *c. nemo. 83. distinct.* Nec hic debet minor iralci, si maior prælatus est, *c. qui resiliit. 11. quæsto. 3.* Ex quibus videtur, quod infames non possunt concludere ad emendam honorabilem, ut dixi infra in II. parte, in 15. consideratione.

**Q**uadragesima tercia consideratio. Fortuna bona facit homines exaltari & honorari. Nam maior dignitas procedit ex ea, *l. digna vox.* & ibi notatur in verbo, *principatum. C. de l. qib. subiungens versus:*

*Si fortuna volet, fies de rhetore consul.  
Si volet hac eadem, fies de consule rhetor.*

Notat Iacobus Rebuff. in l. vñica. C. de comitib. & tribun. scholar. lib. 12. vel quia constituti in dignitatibus maximiis, ut plurimum prosperant, & magis honorantur. facit *l. ad Splendidiores.* & ibi Lucas de Pen. C. de diuersis officiis lib. 12. tamen fortuna quandoque dat honores immetit. vnde Virgil. in suo opusculo de fortuna, ait:

*Fortuna immenses auget honoribus,*

*Terruna innocuos cladibus afficit.*

Nec minus vere dixisse videtur Ouid. lib. 3. de arte am. s. i.

*Curia pauperibus clausa est, dat census honores.*

Et idem in primo Fastorum:

*In precio pretium nunc est, dat census honores,*  
*Census amissitas, pauper ubique iacet.*

Et non solum omnia venalia Romæ, sed ubique. Item sicut de moribus ultima sit quæstio, ita de literatura, & prudentia; sed non est mirandum; quia sepe ubi plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna. Aristot. de bono fortune, & Boëtius de consol. philos. lib. I. meiro 5.

*At peruersi resident celso mores folio.*

*Laret obscuru condita virtus clara tenebris.*

Sed videtur, quod dignitates, & honores à Deo, & non ex casu, & fortuna præstentur, cum à Deo est omnis potestas, a Rom. 8. c. quid cuique nr. 23. quæst. 1. & omnia à Deo. Bona enim & mala, vita, mors, pauperitas & honestas à Deo sunt. Eccl. 11. Vnde Romanum imperium non fortuna, sed diuinitate propitia deferunt. tex. in pr. C. de off. magistris mil. Vnde reges nostri in suis rescriptis sæpo dicunt: *Talis Des gratia Francorum R. x. de materia tamen plene per Luc. de Pen. in dict. l. unica. C. de comiti & trib. scholar.*

**Q**uadragintaquarta consideratio. In eligendo aliquem ad honorem, siue munus personale, deceunt consideranda, que scripta sunt in *glossa rubricaria* C. quemadmodum ciuitia munera indec. lib. 10. & etiam refert Bar. Cepol. in tract. de Imperia. in fin. vers. circa hanc. & Io. de Plat. in d. rub. ubi plura alia addit.

Primum, ergo est, sc. persona indicentis, ut habeat iurisdictionem indicandi, ut sunt decuriones, qui possunt distribuere officia, & eligere officiales, ut in l. 2. C. de decur. e. lib. 10. & comes retum priuatarum in creando susceptores, ut l. super creandis. de urefser. C. eo. lib. Item decuriones hoc est, consules ciuitatis, iudicio præsidum prouinciarum eligunt Irenarcham (hoc est, quem præpositum marescallorum vocamus) ut aut text. in l. unica. C. de Irenarchis. l. 11.

Secundum, modus & ordo, ut persona eius, cui indicitur, non grauetur ultra modum, sed secundum equalitatem, ut l. fin. Cod. quemadmodum ciuitia munera. & in l. ut gradatum. in princip. ibi sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint. ff. de man. & honor.

Terrium est habilitas, scilicet an persona, cui iniungitur, sit habilis & idonea, vel non, text. in l. honor. §. de honoribus. & in l. ut gradatum. in princip. ibi sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint. ff. de man. & honor.

Quartum, eius origo, text. i. d. §. honoribus, ut si non sit origine ingenuus, sed libertinus, officia ingnorum non concedantur ei, nisi impetrasset ius annulorum auctorum, aut restitutionem natalium, alias incidit in legem Iuliam Viscelliam, ut in leg. i. Cod. si seruus aut liber. lib. 30. & in leg. vnicu. C. ad leg. & vscell. & intellige de origine propria, vel paterna, vel ex privilegio, vel etiam iacolatus. l. 1. & l. cives. C. de c. col. & l. 1. finis. & l. exemplo. C. de decur. l. 10. Attendi etiam debet, an sit masculus vel femina, an sit minor, vel infirmus: vel aliam inhabilitatem habeat, ut dicit Ioan. de Plat. in dict. rubr. C. quemadmodum ciuitia munera, &c.

Quintum considerandum, scilicet facultates, an iuncto muneri sufficere possit. tex. in d. §. de honoribus. alias si non sit sufficiens ad complendum munus sibi iunctum, suspicere non debet. Vnde dicitur:

*Qui sua metitur pondera, ferre potest.*

Et facit dictum Horatij:

*Sumite materiam vestris qui scribitis aquam viribus.*

Quod si etiam intelligas diuites esse præponendos pauperibus in electione honorum seu officiorum, recte tentis: vt etiam inquit text. in l. ad subeunda, cum pluribus concordantiis. C. de dec.

Sextum, consuetudo. Nam in relatione officiorum seruanda est consuetudo loci, ut vult. §. de honoribus superioris allegatus. & text. in d. l. super creandis. C. de iure fisci. & in l. non tantum ff. de decur.

Septimum, ut potiores, & idoniores eligantur, d. l. ad subeunda. l. honores. in princ. ff. de dec. l. ut gradatum. in princ. ibi: si idonei sunt. & l. honor. §. fin. ff. de mun. & honor.

Octavum considerandum, scilicet ordo graduum, ut quis prius vocetur ad minores, quam ad maiores. d. l. ut gradatum. in princ. & l. honor. §. gerendorum. ff. de munib. & l. 2. C. quemadmodum ciuitia, lib. 10. & l. que utiliter. in princ. ff. de neg. ge. l. & ibi deciditur, quod expæsa consueta & rationabiles factæ pro alio, ut honores assequeretur, peti possunt, cum prædictis leg. concordant tex. in c. si officia. 59. dist. & in c. legamus. in fin. 93. dist. Alioquin casum appetere videtur, qui ad summum loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta querit ascensum. c. sicut. 48. dist & est text. ad literam in l. remini ad subid. C. de consulib. & non sp. argenti. lib. 12.

Nonum, ut curialis viuus curia non eligatur ad honores alterius curie: cum non debeat quis codem tempore habere plura officia. c. sing. 89. dist. & in l. 1. C. quemadmodum ciuitia munera. &c. Sicut non potest esse Monachus vel Abbas in pluribus monasteriis, cap. si. extra de religiis. dum. b. Sicut autem de iure nullus potest præfici in diversis Ecclesiis secularibus, c. de mult. extra de preben. & officia eccles. singula singulis personis sunt distribuenda. c. 1. 89. d. c. cum ex immunito. &c. sicut de iure ext.

Decimum, ut quis non cogatur continuare illud idem, vel aliud officium, sed habeat vacationem, & internulla legitima. l. pen. eadem rubr. C. quemadmodum ciuitia munera. & l. 1. & 2. C. de munib. & honorib. non continuando. &c. lib. 10. & hoc verum, nisi necessitas aliud exposcat. d. l. pen. & l. ut gradatum. §. quoties. & l. honor. in fin. ff. de muneri. ita quod propter necessitatem quis admittitur, qui alias non admitteret: ir.

Addit ad precedentia Ioan. de Plat. in dict. rubr. C. quemadmodum ciuit. mun. end. quod etiam consideratur morum honestas, & vita laudabilis, & laboris prolixitas, & stipendiorum merita. Hi enim ad honores seu dignitates eligendi sunt, quos morum honestas commendat. l. magistras. C. de professorib. & medicis. lib. 10. & l. unica. C. de professorib. qui in urbe Constant. lib. 12. Et ad honoris augmentum, non ambitione, sed labore conuenit pertinere. l. contra rem publicam. C. de re milita. a. l. fi. C. de tyronib. eod. lib. 12. Labores enim & stipendia dignitates tribuunt, non suffragia mendicata. leg. scrinatu. C. de Palatinis. l. 1. C. de castrensiatis. d. l. 12. l. nem. C. de offic. magistri offic. & l. virtutum. C. de statuis & imagi. lib. de quibus omnibus supra & infra ita parte plenius & optime liquet, & liquebit.

**Q**uadragintaquinta consideratio est circa laude.

Qui pro eius declaratione dico, quod laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis secundum Aristot. l. 1. & 3. Rhei. & B. Tho. super Pet. 17. Et dicitur à lauda verbo, quod verbum extollo aliquando significat, ut apud Horat. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mithrenem. Ali quando idem, quod nomino. Plautus:

Id ut

*Id ut scias laudem supremum testem laudo.*

Et laus, & laudatio differunt, quia laudatio est oratio ipsa laudantis, laudes continens ipsius laudati. Laus vero est virtus ipsa non aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Vnde Virgil. *P.annum me. ni gis laude coronam.* dicta laus à populo, quod proprio laus sit populi de aliquo recta loquentis.

Et laus distinguitur ab honore dupliciter.

Primo: quia laus consistit in solis signis verborum: honor autem in quibuscumque signis, & secundum hoc laus in honore.

Secundo modo; quia per exhibitionem honoris redimimus testimonium bonitatis de excellentia alicuius absolute, sed per laudem testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finem, sicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem est etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed etiam sunt in fine, ut dicit Florent. *in diebus suis sum. par. + c. 10.ii.5.9.1.*

**Q**uadragesima sexta consideratio. Laus quæ sit de altero, contingit quadrupliciter. Primo, prout Deus honoretur, & hoc est bonum. Sic sacerdos summus Iosach. laudavit Iudith. de occisione Holofernis, & liberatione populi, dicens: *Iudi b.1.* Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, eo quod dilexeris castitatem.

Secundo laudatur quis virtuose, ut non deficiat in tribulatione positus, sed consoletur. Sic laudata fuit Noemi, & Ruth Moabitides afflita, & depauperata Booz, ut consolarentur. *Ruth.3.*

Tertio, ut virtus in proximo augeatur, & in bono proficere conetur: quoniam virtus, secundum Senecam, laudata crescit, & lauentalis Satyra prima, *Probitas laudatur, & alget.* Et ut ait Iulius Celsus de *etis Cesa.* Laudis cupiditas & timor ignominiae ad virtutem excitat. Et ut ait Arist. *lib.3.1. Rhetorica nova.* Neque solum laudis causa rectum sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas, & Ouid. *de Ponte, lib.4. Elegiarum:*

*Excitat auditor studium, laudataque virtus.*

*Crescit, & immensum gloria calcat haber.*

Et ista est laus, de qua intendimus tangentie principilitate.

Quarto, ut quis ferat mitius correctionem. Sic Apostolus laudabit mitabiliter Corinthios in principio sua epistolæ primæ, dicens: *In omnibus disnes facti estis in illo, ita, ut nihil vobis des in villagratis.* Et paulo post de multis reprehendit, & de ista cum præcedente facit tantum unum modum. Anton. Flor. *in 2.par. sua summa.ii. 10. cap. 2. §. 1.* & ibi dicit, quod etiam quatuor modis contingit aliquem inordinate laudare, quod non est bonum: sed quia non est materia præfentis speculationis, ad illum ibi recurre, sed solum de laude, quæ debetur, de qua Arist. *2. Ethik.*

Ad magnam enim laudem consequendam quatuor requiruntur, scilicet quod sit à magno, magno modo, & de magnis factis, & de magnis perlonis, ut declarat Anton. Flor. *in sua sum. 4.par. iii. 15. in c. beatus Marie virg. 9.3.*

**Q**uadragesima septima consideratio. Ex quo ex laude virtuosi homines disponuntur amplius ad bene agendum & ad virtutem, quod si bene quis se in suo officio laudabiliter habuerit, publicè commendandus est, facit dictum Psalmista *32.* *Rectos decet collaudatio.* & text. *in Lustrissimos. C. de off. reflo. prouinc.* & quæ dixi *supra in 32. confid.* Sicut enim ignis aura stante fit gradior, ita bona mentis studia commendatione proficiunt, ut ait Gregorius *in registro lib.6. cap.109.* Vnde Cassiodor. *1. variarum epistolarum, 13.* Debetis bene

agentibus, ut eos laudis vestræ comitetur assensus. Nam si equorum cursus hominum clamoribus incitantur, & insonantium manibus agitur, ut à mutis animalibus velocitas operetur: quanto magis homines inde stimulari posse credimus, quos ad laudis auditatem natos singulariter insuiciemus? Hinc etiam Hiero. *in 15. epist. ad M. ircellan.*: Nemo reprehendat, quod in epistolis aliquos laudamus, aut carpimus. Cum in arguentis malis sit correctio ceterorum, & in optimis prædicandis bonorum ad virtutis studia incitentur: ino etiam aliquando si qui boni sint, si tamen quid male agant, propter eorum virtutes non omnino reprehendendi sunt, ut dicit Luc. de Pen. *in 1. f. C. de numerar. li. 32.* & facit ad prædicta dictum Ouidij in Poto; *Laudare ne virtus Crescit, & immensum gloria calcatur habet.* dicam infra *1.1. par. in 74. considerat.*

**Q**uadragesima octava consideratio. Aug. *in sermone de die sua consecrationis,* dicebat: *A male viventibus nolo, & detestor laudari.* Laudari autem à bene viventibus si dicam nolo, mentior: si dicam volo, timeo, ne sim humanus apperentior, quam solidus. Quid ergo dicam, nec plene nolo, nec volo, non plene nolo in laude humana periclitari: non plene volo, ne ingratis sint quibus predico. facit quod notatur *31. distinct. c. tenere. vbi pater,* quod licet iusto se laudare. *i. quest. 6. c. sicut is. & c. in stir perturb. 8. q. 1.* & Lucas de Pen. *in l. i. C. de agentibus in reb. in fin. lib. 12. vbi ponit proprietates ambitiosi, & in l. fin. C. de cohort. lib. lib. 12. dicam infra in 2. parte.*

**Q**uadragesima nona consideratio. Quod ex quo sepe ex laudis præconio innascitur superbia: inflatio *cap. sunt plurimi. 6. q. 1.* nullus plus æquo debet laudare alium, ne sibi debitum subtrahat, cum infert in debitum. *c. null. p. 99. dif.* Nemo tamen nisi vanus, fallo lætatur honore; & hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis, prout ait Cato moralis. Et ut ait Horatius in primo sermonum: *Stultus h. nores sepe dat indignis.* Vnde Aristot. ut refert Laertius *de vita & morte philosophorum*, dicebat de duabus hominum generibus vehementer admirari, scilicet de illo, in quo bona non sunt, & tamen si de ipso dicantur, acceptat, & gaudet. Et de illo, de quo mala præferuntur, quæ in re non sunt, & inde turbatur. Inter cetera tamen adverte, quod natura promptior est, ac parator ad culpanandum ea, que minus recte agi arbitramur, quam ad laudandum illa, quæ videntur fieri cum virtute.

**Q**uinquagesima consideratio erit ex dictis Plato. *in ius. de amore, 1.2. vbi* dicit, quod perfecta laudatio est, quæ præcedentem iei recenset origine, præsentem formam partat, sequentes ostendit evenitus. Ab antecedentibus res quæque laudatur, ut nobilis, à præsentibus ut magna, à sequentibus ut utilitas: quare ex tribus illis via hæc in laudibus concluditur, nobilitas, magnitudo, atque utilitas, & ex illis tribus multum ibi laudat amorem, de quo infra dicam *in vti. parti.* Et infra dicam *in d. parti. 38. confid.* à præterito, præsenti, vel futuro quælibet res debet laudari, quod idem est, ut supra dictum est.

**Q**uinquagesima prima consideratio. Ex quo gloria sit effectus honoris, & laudis, post honorem & laudem de ea dicendum est. Et est effectus illorum, ut dictum est, eo quia ex hoc, quod testificamur de bonitate alicuius, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum. & hoc importat nomen gloria, ut dicit Anton. Florent. *in 1. par. iii. 3. & 1.9. 3.*

Dicitur enim gloria quælibet clara, vnde Beatus Ambr. *super epist. ad Rom.* Gloria est clara cum laude noti-

tia, ut refert Anton. Florentinus in 4. parte sua summa, iii. 5. c. 10. §. Et secundum Ciceronem in Rhetoricis, gloria est frequens de aliquo fama, cum laude, vel secundum eundem in oratione pro M. Marcello, est illustris, & promulgata multorum, & magnorum, vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum; vel etiam secundum eudem, est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute; vel secundum Aug. est iudicium hominum bene de hominibus opinantium. &c., ut ait Lucas de Penna in l. qui publici. Cod. de his qui sponte munera pub. subeunt. lib. 10. quod gloria duplicitur sumitur, uno modo impropre pro vana gloria. Alio modo proprie sumpta est frequens fama cum laude notitia, secundum Ambr. vi supra. vel gloria quasi glatea, id est, gerens lauream secundum etymologiam, quam, ut dicit, facit Catholicum; sed secundum Tullium; Tusc. q. gloria est solida quedam res, & expressa, non adumbrata; est consentiens laus bonorum incorrupta, vox bene iudicantium de excellente virtute: ea virtuti reponit, tanquam imago gloriae, quæque recte factorum plerunque comes est, non est bonis viris repudianda, &c. ut ibi.

Differunt tamen gloria, & honor; quia proprie gloria est in se & aliis, honor vero in se ab aliis. & secundum B. Thom. 2. 2. questio. 132. art. 3. quod sicut magnanimitas est circa honorem, ira & circa gloriam. Vnde & sicut magnanimitas moderate utitur honore; ita & moderate utitur gloria: gloriatur tamen magnanimitas circa res magnas, non circa modicas, ut dicit Anton. Florentinus in 1. part. u. e. Summe, iii. 3. cap. 1. §. 3. & ibi dicit, quod gloria operatur, quod quis excellētiam consequitur, quando est appetitiva ad bonum, quod naturaliter amat, & honoratur a cunctis, & ideo sicut per gloriam, quæ est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus diuinis; ita per gloriam quæ est apud homines, consequitur quis excellentiam, quæ est in rebus humanis. & ibi ponit de vana gloria, quæ multum est uitanda.

**Q**uinquagesimasecunda consideratio est, quod fundatim gloria est humilitas, quoniam, ut habetur Job. 21. in fine. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. & Proverbiorum 39. Nam humilem spiritu suscipiet gloria. & vide Lucam de Pen. in l. humitoribus. C. de susce. lib. 30.

**Q**uinquagesimatertia consideratio. Gloriarum cupiditas est frequens, & quotidiana, ita quod nemo est qui eam non desideret, teste Valerio lib. 8. dicēte: Neminem esse tam humilem, tamen abiecta conditionis, quem glorie dulcedo non demulcent, & tangat, quem refert Lucas de Pen. in l. 2. in 2. colum. Cod. de his qui sponte munera publica subeunt. ubi etiam ad hæc plura alia dicta allegat, & Ciceronem in Tusculano questionibus, assertem, quod bonus alit aitem, omniesque incenduntur ad studia gloriae laudis, & ex primo officior. lib. eiusdem. Vix innenitur qui laboribus suscepit periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret præter hanc gloriae, & laudis. & Balb. in suo dialogo, post Cicero. Omnes studio laudis trahuntur, & optimus quisque maxime cupiditate gloriae incenditur. An erit qui velle reculset os populi meruisse, ait Persius, Satyra. I. & Horatius in sermonibus lib. I. Sed fulgente trahit constrictos gloria currunt, Non minus ignotos generosis. Vnde Socrates solitus erat dicere, viam ad gloriam proximam esse, & quasi compedium: quod intelligitur, si quis id ageret, ut qualis haberet vellet, talis esset, alias fortis est & magnamini virti-

gloriam non appetere: sed sola suorum recte factorum conscientia contentos esse. Vnde communiter dicitur: sapientia maior gloria spretare edidit. ut dicit G. Bened. in sua repet. c. Ruy. in verbo, condidit. 1. m. 51. de testam. & propterea dicit Chrys. hom. 4. Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus gloriolor eris.

Sed quicquid sit, gloria & honor sunt de genere delectabilissimorum; quia fit phantasia unicus qui honoratur, quod sit talis, ut dicit Arist. 2. Rhetoric. allegatus per Luc. de Pen. sn 1. 2. Cod. de proxim. factor. scriptor. lib. 12. & dixi supra.

**Q**uinquagesimaquarta consideratio. Hinc Beroald. in suo tract. de felicitate, ubi querit, An gloria sit summum bonum, sic ait: Quanto honestior videri debet sententia illorum, qui summum bonum felicitatemque in honore, & gloria collocauerunt, videtur ferme haec fuisse summae boni in summis Imperatoribus Romanorum, Graecorum, Barbarorum, qui voluntates omnes contemperunt, qui dies noctesque, in laboribus militaribus exantauerunt, qui vigilarunt, sudarunt, asserunt ob hoc solum, ut gloriosi viverent, gloriiosiores moterentur, de quibus illud est poete Satyrici: Ad hec se Romanus grauitque & Barbarus Induperaver, Erexit, causas discriminis a que laboris Inde habuit. Tanto maior famæ litiis est, quam virtutis. In Romanorum laudem dicit Salustius: Laudis audi pecunie liberales erant; gloria in gentem, diuitias honestas votebant. Hanc gloriam, ut inquit eleganter diuinus Augustinus, at dentissime dilexerunt, propter hanc vivere voluerunt, propter hanc & mori non dubitabant, ceteras cupiditates huius viuis cupiditate preserunt.

Hæc gloria veluti finis felicitatis, Fabios, Marcellos, Africanos Cesares incitauit, inflaminauit, stimulanit ad res magnas fortia animo capessendas. De hac cecinit Valerius Flaccus:

Tu sola animos mentemque pararu Gloria.

Hanc Silius Ital. faciem honestæ mentis appellat, cura ait:

Abripiuit traxitque virum fax mentu honesta

Gloria. Et, ut ait idem Silius:

Mortales ad laudem, & gloriam geniti sunt.

Ad laudes genitum capit si munera diuum.

Felix ad laudes hominum genus.

Scribunt historici, quod Themistocles Atheniensis noctu ambulabat in publico, quod somnum oculis capere non posset: querentibus huiuscem Vigiliae causa, respondebat: Miltiadis trophyis & gloria se ex somno suscitari.

Demosthenes oratorum apud Graecos clarissimus valde laetus est gloria insurro, quando anus Attica aquam ferens, ita alteri insurrauit, Hic est ille Demosthenes.

Alexandro, qui ex rebus gestis nomen Magni sibi inuenit, pectus insatiabile laudis fuit, qui plusquam pars sitior gloriae, Anaxagora referente innumerabiles esse mundos, ex autoritate Democriti preceptoris. Heu me miserum, inquit, qui ne uno quidem mundo sum potius. Hinc exit illud:

Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.

Hinc controvrsia illa est apud Senecam famigerata: Alexander oræ terrarum in quo sit orbis. Alexander angustus est. Idem cum in Sigmo ad Achillis tumulum additisset: O fortunate, inquit, adolescentis, qui tua virtutis praecarem Homerum iueneras. Quod apud Silium verbis modularis sic expressum est:

Felix Faciat cui talis contigit ore

Gentibus ostendi, crevit tua carmine virtus.

Cæsar cum apud Herculis templum in Hispania regestas ab Alexandro (vt inquit Plutarchus) contemplantur in pictura, ingemuit illacrimauitque veluti ignauiam suam perræsus, quod nihil tum memorabile à se actum esset in ea ætate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset.

Hannibal Pænorum ille inclytissimus Imperator apud Silium, alloquens milites in pugna Cannensi, mercedem laborum suorum solam gloriam esse vult. Sic enim inquit: *Mibi magna saepe sit vera superque, bellandi merces sit gloria, certa vobis vincantur.*

Quid multa? non solum magni in te militari duces, & egregij in administratione reipublicæ cines gloriæ inhiant, & amplexantur, sed etiam scriptores ferme omnes hanc gloriam veluti præmium vberimum suarum lucubrationum spectare videntur. Illi quoque Philosophi, qui libros scripserunt de gloria contemnenda, sua nomina in titulo inscripserunt, & in liminari pagina lectori voluerunt.

Quid? nonne & opifices ipsi gloria ducti nobilitati volunt? vt de Phydia infra dicemus, in 2. consil. post istam, qui nomen in clypeo Minerue inclusit.

Sauros quoque & Batrachus sua impensa construxisse produntur temploœtauis porticibus inclusa, inscriptionem sperantes: qua negata, hoc tantum alio modo usurparunt, in columnarum enim epistoliis insculperunt Ranam atque Lacertam, tanquam nominum eorum argumenta. Sauros enim Græce Lacerta, & Batrachus, Rana significat.

Quid enim ipse Beroaldus in dicto opere de scipso, quoniam libet & sibi, vt de se aliquid attingat, illud Horatianum assumendo:

*Gaudeo quod spectant oculi me mille loquente.*

Hinc est, quod etiam alios insequendo nomen suum in operibus suis intitulauit.

Sed an hoc licitum sit, & fieri possit, tractat ample Ioan. Andri. in suis mercurialibus, in vlt. quest. quæ est multum notabilis, & singularis, & quam statim in fine huiusc partis positurus sum.

Plures alii sunt, qui posuerunt felicitatem in gloria, elatione, & ambitione, quos enumerat Textor Niuenensis, in sua officina, in c. gloriæ, superbi, elati, & ambiti, quos vide, & ibi inuenies quosdam, sed non omnes; quoniam pauci sunt, qui se abscondant à calore eius.

Tandem tamen concludit ipse Beroaldus vbi supra, quod hæc gloria non videtur esse finis illæ felicitatis quem querimus, cum sit res caduca, & intra breve seculum flaccescat, cum aliunde pendeat, quod de summo bono credi nefas est: magis enim in laudantibus, quam in laudato consistit gloria, quæ nihil aliud est, quam opinatio de aliena virtute bene sentientium.

Huc adde, quod Philosophi, & cum primis diuini Augustinus amorem laudis & gloriæ feruentissimum virtutem esse dixerunt, hinc illud Horatianum:

*Laudis amore rumes.*

Hinc illa Perliana mordacitas.

*Egregium cum me dicat vicinia, credam.*

Et illud:

*Sed recti finemque extremumque esse regno.*

*Euge tuum & belle.*

Exclamat tragicus poëta, O doxa, O doxa, O gloria. O gloria. Quid aliud est, quam aurum inflatio magnæ Democritus Abderites philosophus lætatus est, quod Athenis multos annos vixerit, ignotus illi verbi. Vnde, inquit, Athenæ, & nemo me nouit.

Anneus Seneca decenter ait: *Qui vixit notus omnibus, ignotus moritur sibi.* Et ab Horatio luculenter dictum est:

*Nec vixit male, qui natus moriensque fecellit.*

Neminem tamen sanorum dicam virorum, qui aliquando gloriæ amore non caperetur.

Quis enim philosophorum illius amore vnguami caruit: Quis vnguam summus Imperator, aut quis clarus miles exitit, qui gloriæ admonitus, quicquid arduum aulus est, non gescerit: Quisnam Platonem ad tanta tamque arua discenda animauit? Gloria. Quis illius discipulum Aristó. post tam multa tamque præclarissima à se ferme in omne scibilium genere conscripta magistro. & ei, à quo silij loco, & honore semper habitus fuisse, contrariari, & magistri aduersari opinionibus coegerit? Gloria. Inuidit profecto tantus gloriæ zelus ei, à quo superari solo illa ætate se posse sentiebat. Quis Diogenem (vt ad Cynicos & qui summam sordidamque inopiam pati videri volunt) ad id vitæ genus perduxit, vt id magis mori sit, quam vivere? Gloria. Quis, vt finem ex philosophis demus excipitis, Epicurum summæ, & continentissimæ vitæ hominem coegerit, quo doctior appareret, de voluptate ita dislerere, vt in illa summum bonum esse constitueret? Gloria. Quis, vt ad militares descendamus, Scipionem regis occidendi cupidum cum in cæde errasset; manu vrete corgit? Gloria. Quis Coelitem victori exercitu solum renstere fecit? Gloria. Quis Curtium in hiatum se proriperet? Quis Marium consul, a quo obseruabatur, inuidere? Quis Syllam aduersum Marium tanta bella mouere? Quis Cæsarum armis cinctum maximam orbis partem inuadere? Quis illius ætatis Scipionem? Quis Catonem sibi manus inferre? Quis Hannibalem transire alpes? Quis Philoneum fratres viuos à se terra obrui? Quis Alexandrum? Quis Herculem? Quis Cyrum? Quis Perseum, tanta subire belli dilectione? Quis Zoprum Persam sibi aures, & nasum sectate induxit? fatebimur profecto, gloria.

Nec illud tamen à veta abhorentes lege egerunt.

Nempe plerique cum Iudei, tum Christiani simile eadem gloriæ auditate peregere, & horum præbere exempla fruolum esse notum est: cum etiam supra ætatem nostram, nostræ quoque ætatis, literati omnes eadem via peregere videamus.

D.Thom. plerunque à Ioanne Scoto suo discipulo in de re diuina opinionibus (quam *Theologiam* appellant) carpitur. Itendidem fecisse Thomam in Albertum, quem ob excellentiam *Magnum* appellant, vulgata fama est.

Nostræ autem ætatis scholastici, quid aliud in suis gymnasii agunt, quam vt clariiores ingenio & doctrina se declarati possint?

**Q**uinquagesima quinta consideratio. Gloria, quæ ex virtute procedit, non est fugienda, aut alteri danda, iuxta Esaiæ dictum 42. c. *Gloriam meam alteri non dabo.* Et Archi. in c. cauendum. in fin. de pœ. dist. 3. & Baruch. 4. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. & Apost. 1. ad Cor. 9 Bonum est mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. c. fæcerdos. circa fin. 1. qu. 2. & vulgo dicitur: *Honorem meum nemini dabo.* & qui non diligit honorem suum, fur est ipsius, & homicida. Et qui negligit famam suam, crudelis est. 12. quæst. 1. c. nolo. Cæpolla in tract. de Imper. multum elizendo. in verbis authoris. Quod intellige, vt dictum est, dummodo procedat à virtute. Quoniam, vt ait Valerius de institutis antiquis, vberissimum alimentum virtutis honor, eximiusque virtutis mini-

ster est, ut ait Arist. 8. Ethic. & Iustinianus in Auth. de monachis. §. ordinatione vero abbatis. colla. 1. in quam sententiam incidit Ouidius in Ponto:

*Laudataque virtus*

*Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Et Cic. in lib. de off. nihil esse in vita magis opere extetendum, nisi laudem atque honestatem: in ea autem persequenda, omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilij, parvi esse ducenda. Et Valerius lib. 4. de abstinentia, & cœnacione: De publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administrandi officio accedere debet, ut ibi de Paulo Æmilio exemplum patet, qui præclare actum secum existimauit quod ex victoria contra Xerxem Persarum regem parta, alij pecuniam, ipse vero gloriam occupasset, memoriamque nominis sempiternam fecisset. Nam gloria cupiditas, & timor ignominiae ad virtutem excitant, vt refert Cæsar in suis Commentariis lib. 7. & ut ait Cic. in orationib. Est in virtute ascensus, vt is gloria magis excellat, qui virtute plurimum præster. Igitur recte ex sententia eiusdem Cic. 2. off. cœnorum dicebatur sic: Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis illageret, ut qualis haberi vellet talis esset. Quod si qui in simulatione, & inani ostentatione, & hæc non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse dicerent, vehementer errant. Vera enim gloria radices agit atque etiam propagatur, finita omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. dixi hic ante.

**Q**uinquagesima sexta consideratio. Gloriam cupiditas cauenda est, ut ait Cic. 1. off. cœnor. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio, quoniam etiam, ut Sapiens ait:

*Quid valer hic mundus, quid gloria, quid triumphus?  
Post misericordum funus, puluis, & umbra sumus.*

Et ut Laertius in lib. ac vita & morib. philosophorum testatur: Scipio Africanus solitus erat dicere, nullam peste maiorem, quam glorie cupiditatem, ex qua ob certamen honoris & glorie inimicitias maximas inter amicissimos sc̄epe exritis videmus. Sitque gloria cupiditas, stultitia, teste Cic. laertius lib. Et ut habetur lib. 9. Quirti Curti de gestis Alexandri: Avaritia gloriae & inflatiabilis cupido famae nihil inuium, nihil temeratum videri sinit. Audi milites sunt & pecuniae, & gloriae simili: fortuna rebus famam preclumque constituit, & militiae probrum plerunque verit in gloriam vulgi, ut dicit Tibul. i. Elegia 10. l. 4. quæ quantacunque sit, tota est brevis planeque inanis, & nemo nisi vanus falso ketatur honore, secundum Polycratum de nouis curialium: prologo. Audi sententiam Franc. Petrar. Gaudeo magnam inueni gloriam, respondeo, magna in exiguo qualiter explacentur non inteligo, si temporum, si locorum angustias metiare, magnam hic gloriam non posse esse fabeboris. Nam & liquido cernitur, quoniam sit hæc mortalitas atque terrena gloriae magnitudo, si tamen præfulgens & digna sit tibi gloria gaudie, non quod habeas, sed quod meruisti: miserrimaque est omnia ambitio, bonorumque contentio: quoniam nihil laudabilis, nihil magno atque præclaro viro dignius placabilitate atque clementia, ut ex Cic. 1. officior. secerni potest.

**Q**uinquagesima septima consideratio. Ipsa gloria cupiditas, & honoris concupiscentia multos perfundedit, seu decepit. Nonnullos enim legimus, qui à

parentum inclita nobilitate degenerarunt & honore domus postposito, ad vilia officia conuolunt: ut refert Valerius tit. 8. de cupiditate glorie, de Quinto Fabio Romano, qui derelicta clara & nobilissima Fabiorum secta, pictor effectus fuit, ut nomen suum in publico pingens faceret æternum, de clero genere sa- ciens se sordidum.

Alios vero, qui de statu infimo deitate gloriari volentes, ausi fuerunt in vertice deorum nomina sua includere, ut de Phidias statuario legitur apud eundem Valerium eisdem lib. & tu. & apud Cice. hb. 1. Tuscula. questionum, qui clypeo Minetua effigiem suam inclusit, ita inseparabiliter: qua conuulsa, tota operis colligatio solueretur, rememorans Luciferum, qui dixerat: Ponam sedem meam ab aquiloni, & ero similis aliossum, de quo Esa. 4.

Alios vero, qui scipios interfecerunt, ut Eupedocles, ut refert Textor in sua offici. c. arrogantes, superbi, gloriosi, ambitiosi. & iure occiderunt. & videas plures casus, in quibus ambitio multos decepit per Texto. in d. c. arrogantes, superbi, gloriosi, ambitiosi.

Cæteros vero, qui cum virtute gloriam, & famam assequi non possent, sceleribus insignique maleficio innotescere non dabitarunt, ut de Paulania nobili adolescenti, qui Philippum Macdonie regem Alexandri Magni patrem interfecit, ut tali patricidio immortalitatem sibi compararet.

Et de Phegio seu Herostrato, qui gloriae cupiditate templum Dianæ incendit, & comburi fecit, ut sui nominis memoria oblitterari non posset, atque perpetuaretur, ut refert hæc duo exempla Valerius loco, quo supra, & multa alia ibi videri poteris, quæ demonstrant non solum in magnis viris, sed etiam in aliis affectus gloriae affuisse, vide Textorem in loco supra allegato.

**Q**uinquagesima octava consideratio. Nihil apud dominandi, & præsidendi cupidos probitatis aucti fidei est, quod multis exemplis demonstratur, & ostenditur.

Et primo Cain libidine dominandi, & præsidendi, & ut solus dominaretur, & præsul cæteris, ac prædam suam liberius exerceret, fratrem suum Abel interfecit, ut habetur Genes. q. unde Proba mulier in suo Centone ait:

*Tunc gemini fratres adolent dum altaria cadu.  
Alter in alterius prælato inuidit honore.*

Etiam habetur 2. Paralipomenon. 21. 1. Ioram enim filius Iosephat regis Iuda, gladio sex fratres suos occidit, ut bona eorum possideret, & regnum suum ampliaret, solusque dominaretur, atque illi soli honor tribueretur.

Refert etiam Orosius, quod Romulus fratrem suum Remum interfecit, ut regnaret solus, & totus honor eidem cederet, & etiam habetur 1. Mach. 1. & c. 2. lib: Sarreverunt in Ierusalem filii Belial intrudentes ritum gentium, ubi habetur, quod Iesu & Ioan. qui de principatu futuro & dominatione præ cæteris habenda cogitantes, ex eo quod Onias primogenitus Simonis sacerdotis principis liberis careret, ut unus altius perderet, Deo Israël penitus derelicto, ad Antiochum regem Assyrię se contulerit, ritum prophænum in ciuitate Dei initante: ex quo tanta succedit tribulatio, ut ibi habeatur plene.

Et etiam habetur de Etheocle & Polynice fratribus, quibus Oedipus rex Thebæum eorum pater regnum alternis annis regendum demisit: verum cum Etheocles maior natu, anno peracto, fratri cedere noluisset, cupiditate dominandi motum fuit propter ea bel-

ea bellum, contractis denique vtriusque copiis, ambo mutuis se vulneribus interfecerunt.

Virgilius in culice:

*At discordantes Cadmeo sanguine fratres  
Iam truculentia ferunt, infestaque vulnera corpus  
Alter in alterius: iamque aduersatus: uterque  
Impia germani manat quod sanguine dextra.*

Athila rex Pannoniæ reuersus è Gallia Budam, fratrem, (qui regnum occupauerat) vt dominaretur, de medio sustulit.

Antiochus Magnus Seleuci filius mortuo patre, fratrem vita exuit, vt solus principaretur & regno frueretur.

Fernandus rex Castellæ Sanctij filius Garsiam fratrem regem Nauarre peremit, vt Nauarram ipsam suo adiiceret regno, vsque adeo libido principandi non praescripsit sibi modum.

Nempricus filius Maddam rex Britannæ Malym fratrem exuit vita, vt eo mortuo principaretur.

Cunedagius quoque non alia ratione fratrem Morganum occidit, quo tempore Roma condita est, vt refert Volaterranus.

Canisgnorus Veronensium princeps moriens Antonium, & Bartholomæum filios reliquit heredes, quorum Bartholomæus Antonium fratrem è medio sustulit, quem in principatu consortem aut parem, ferre non poterat.

Cambyses Persarum regi vilus est per quietem nuncius adeste, dicens Mergidem fratrem solio sedere regio, qua ille visione consternatus Prexaspes Persam ad eum interimendum misit. *Trogus & Herodotus auctores.*

Canis Grandis Veronensium princeps fratrem Eri gamum (qui duin abesset, Veronam inuaserat) foris reuersus obfessum vicit; victum morti dedit.

Perinus Fregosus Genuensium princeps, Nicolaum fratrem doctrina moribusque insignem ob suspicioneum principatum affectari interfecit.

Pinus Ordelaphus Foroliuensis, vt solus regnaret, Franciscum fratrem trucidauit, eius libertis in exilium missis. *Autor Volaterranus.*

Ptolemaeus Philadelphus Argeum fratrem (à quo insidias parati sibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Mage nomine (qui Cyrenis imperabat) vt solus imperaret, bellum indicit.

Franciscus & Ludouicus Gonzagæ, Vgolinum fratrem simulara amicitia ad cœnam invitatum adorti sunt, & interfecerunt: sola ad facinus inuidia moti, quod Guido Gonzaga pater, Mantuanorum dux, ei soli principatum reliquisset.

Fortho Danorum rex tres habuit liberos, Haldanum, Roem, & Scatonem, quibus mortuo patre æqua incessit regnandi cupiditas: quo factum est, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnum patricidio suscepit. *Autor Saxo Grammaticus.*

Feugo quoque Horuendilium Danorum regem fratrem suum inuidis circumuenit, atque ubi particidio datus est locus, cruenta manu fanestam mentis libidinem satiauit, vt eo mortuo regnaret.

Herminfredus Bertharium fratrem vi oppressit, vt sibi soli tranquillus, & securius apud Thuringos licet regnare. *Autor Gregorius Tironensis.*

Orta inter Dardanum, & Iasium contentione, Dardanus superior fratrem peregit: adeo consorte necit potestas, adeo rara est in necessarios charitas, ubi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

Bela rex Pannoniæ Polonorum copiis instrutus, Andream fratrem bello aggressus est, partaque victoria interfecit victimum.

Tiphon Ægyptius fratrem suum Osyridem peregit, inuidia accensus, autores Berosus & Seneca de sacris Ægyptiorum. Diodorus item, compertum est (inquit) Osyridem Ægyptio iuste regnante à Tiphone fratre impio ac nefario interemptum, quem in sex & viginti partes dissectum, cuilibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, vt iplos defensores custodesque regni fidos haberet.

Henticus cognomento Clericus Anglorum rex, Robertum fratrem hostem habuit, quem in bello capiunt, oculis primum analisis, in carcere detinunt, ac demum pedore, & inedia ibidem emori fecit. *Vatator.*

Ludonicus XI. Francorum rex contra ducem Aquitanum fratrem suum bellum mouit, quo tempore mortuus est.

Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mittidatem fratrem suum obsedit Babyloniæ, factaque deditio in conspectu omnium, quamvis supplicem, interfecit. Deus te perdat ambitio, quæ fratres armas in fratrum viscera, quæque securum à nato non sinis esse patrem.

Iugurtha Manastabilis filius nothus, fratres suos Adheralem, & Hiempalem Micipæ patrui sui filios interfecit, vt solus Numidis imperaret. *Autor Salust.*

Friola Alphonsi Catholici filius rex Hispaniæ, ab Aurelio fratre imperfectus, cum an. 12. regnasset, hæc exempla ponit Textor in sua officina, in c. parvicio d. ver. imperfectores fratrum aut sororum. ubi multos ponit fratres, qui occiderunt fratres, & sorores.

Legitur etiam de Perpenna consule, qui regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, vt solus in Hispania principaretur.

Amulius Namitorem, Artabanus Xerxem, Athalia vniuersum Dauidis semen interfecerunt, vt apud suos dominarentur.

Spitigenus rex Boemorum dominandi libidine bellum gessit cum fratre Vratillao.

Eraclius Phocam interfecit, vt solus imperaret.

Constantinus Imp. Irene matrem expulit, vt solus imperaret. hæc exempla ponit idem Textor in sua officina. c. arrogantes, superbi, gloriost, ambivosi.

Refert etiam Gaguinus lib. 1. cap. a. sep. quod in regno Franciæ post Clodouei regis obitum, cui quatuor liberi succederunt, duo ambitione dominandi & regni usurpandi, vt reliqui præferrentur, occisi sunt.

Hæc enim gloria videtur multa atrocitate incommoda & damna & angelicæ naturæ, vt habetur de Lucifero, qui voluit fieri similis altissimo, l. 1. c. 4. & à humana natura. Genes. 3. Eritis sicut dij scientes bonum & malum. Ex quo videtur, quod gloria non est multū appetenda: quoniam etiam scriptum est: Ne glorietis in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Proverb. 28. Et hoc, quoniam homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. *Psal. 48. no. Arch. in episcopatum de p. v. de tent. c. 2.* Homo enim vanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereit. *Psal. 103. & est tex. c. p. 8. charitas. de p. v. diff. 2.* Sicut umbra sunt hominis dies. *Job. 13.* Et quasi putredo confundendas, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. *Job. 14. c.* Nec plus gloriatur unus quā alter: quoniam unus est introitus omnibus ad vitam, & similes

exitus Sap. 7. & habetur Eccles. 7. quod sicut egressus est de utero matris natus, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Nescit enim homo finem suum, sed sicut pilos capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo tempus superuenerit. Eccles. 10. c. Et ut ait Cic. lib. 3. de oratore: O fallace in hominum spem fragilemque fortunam, & inanes nostras concepciones, quae mediocri spacio saepe franguntur, corravunt, & cum ipso cursu ante obtuunt, qua portum conspicere valuerint, & semper habenda est prouidentia, & consideratio futuræ mortis. Ut enim dicitur in vita B. Ioannis eleemosynarij, antiquitus postquam imperator coronabatur, statim ingrediebantur ad eum ædificatores monumentorum, dicentes eidem: De qua-  
li metallo habet imperium fieri monumentum tuum? ei insinuantes, quod cum sis homo corruptibilis, & transitorius, curam habeto tui ipsius, & pie regnum dispone, & habetur Eccles. 14. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes & bestias, & vermes. Et omnis ca-  
ro sicut foenum veterascet. Eccles. 28. Et vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Eccles. c. 1. Vniuersa enim vanitas omnis homo vivens. Psal. 88. Unde, ut habetur in lib. de contemptu mundi:

*Quid valet hic mundus, quid gloria, quidue triumphus?  
Post miserum funus, puluis & umbra sumus.*

Et amplissime de huiusmodi gloria fugienda, vide Petrum Antranien. in sua summa de fuga vitiorum. de quinto virtute superbie, ubi ponit in reprobationem illius gloriae & superbie per 50. folia vel circa, ad quem recurre in omni statu: sed quia extra propositum, non insisto. Maxime etiam gloriari non debet se iactando, & sic seipsum laudando, quoniam, ut ait Aris. 4. Eth. iactator maxime vituperandus est. Et Cic. 4. l. officior. ait. Turpe est de seipso prædicare. Et ut ait Quint. lib. 8. de oratoria institutione: Vitiola est iactatio, infertque audientibus non modo fastidium, sed etiam aliis plerunque odium. Ideo dicitur, quod iactator nocet non solum sibi ipsis, sed etiam aliis. Et habetur 1. c. si quis 1. q. 2. Et in communione præceptio dicitur: *Laus in ore proprio sordeſciat. de quo habetur in c. si quis vero non obdiat. 11. q. 3. & Ioh. Plat. in proœmio l. st. §. quorum.* Et etiam habetur per Apost. ad Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti sunt. Ait enim Bernardus in li. de improbatione vitiorum. c. 2. *Vana superbiorum vacua iactatio mentem.* At ideo inquit Seneca li. 2. de beneficio: Retrahenda inanis iactatio, res loquuntur nobis tacentibus: quoniam, ut habetur in gl. in proœmio Instit. §. eum que hoc. & in Authen. de monachis. §. sanctimus. ibi: *et impenitentio eorum tolerantiam collat. & in Auben. de qu. circa prin. ibi: utilissime ex ipso rerum experimento. coll. 7.* Opus laudat magistrum. Et Paulus 2. ad Corin. lib. 10. in si. ait: Non enim quis seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Ecce quisque sequi debet consilium Ambrosii de quo 6. q. 1. c. in iuare. quod nemo debet se iactare, ut docet de Petro, qui se iactauit, dicendo: *Et si omnes scandalizari fuerint in te, auctor.* & tamen Christum negavit. Et de Davide, qui dixit: *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in eternum.* Et tamen hanc fuisse iactantiam dixit, cum dixit. *Aueristi faciem tuom a me, & fidelis sum conturbatus.* Ideo nos horitur Sapiens, Proverb. 20. Laudet te alius, & non os tuum: aliena labia, & non lingua tua. Nam etiam iactas se bono gratiam Dei effudit; quoniam, ut habetur Eccles. 20. & omnia bona perdit, quoniam ut ait Gregor. in moralibus. O quam miseri sunt, qui affectant laudes hominum in semetipsis, dissipant fructus laborum: dumque se alienis oculis ostendere appetunt, damnat

quod agunt. Hinc reprobantur opinio & actus illorum, qui cum aliquid in ecclesiis & intuitu pietatis & ecclesiæ faciunt, in eis arma sua aut insignia ponunt; quoniam ex hoc videntur cōsequi præmium, scilicet gloriae & laudis mundi, & amittunt fructum, quod à Deo percipere deberent, ut notatur per Doct. in apost. ad Par. in c. dilect. extra de excessib. pral. ubi allegatur Gemini. in c. due suni. 45. distin. qui dicit: *Nota contra illos, qui cum in ecclesiis quid faciunt, ibi insignia eorum ponunt.*

**Q**uinquagesima nona consideratio erit, quod etiam quandoque licitum est se iactare & commendare de bono, secundum Ioan. de Plat. in proœm. Instit. & ibi Angel. in §. quorum, faciendo distinctionem inter commendationem necessariam, vtilem, & voluntariam, notoriam, aut non notoriam. Necessariam dicunt permisam, utputa in eo, qui veniam ætatis imperatur, qui non aliter admittitur nisi morum suorum instituta, probitatemque animi vitae honestioris edocet. L. omnes, C. de his, qui veniam etatis imperia. & nisi commendatio sit intentio querentis, aut petentis, vt L. uniuscuique. C. de prox. sacr. / crin. lib. 12. Utilem etiam permisam, videlicet, cum nouis rector prouincia commendat se a bono regimine & iustitia, pro benevolentia subditorum consequenda. l. solent. §. ante omnia. off. de offic. proœconf. & leg. 3. distin. c. tenere deber. Voluntariam etiam notoriam permittunt Legistæ, ut in §. quorum in proœm. Instit. & C. de novo Codice comp. in princ. Non notoriam tum ratiōne modica sit, etiam permittunt iuxta illud:

*Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse,  
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.*

Ista est doctrina Legistarum in d. §. quorum, supra allegato. & vide etiam Albericum de Rosate in l. 1. C. de novo Codice comp. Thologi vero aliter sentiunt, & edicunt: quod iactare, laudare, seu commendare continet pluribus modis, qui tres ponunt permisos.

Primo videlicet, quando quis se laudat seu commendat propter bonum propriæ famæ, ut scilicet homo possit saluare suam bonam famam. Sicut Samuel se laudauit, postquam senuit, coram filiis Israel, ut habetur 1. Reg. 12. dicens ad filios Israel: Itaque conuersatus sum coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem. Ecce ego præsto sum, loqui minime de me coram Domino, & coram Christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim vel asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiuscumque accepi, & contemnam illud, hodieque restituam vobis. Et post hoc subdit: Testis est mihi Dominus; quia non inuenietis in manu mea quippiam mali. Sic etiam simil modo, cum quis incipiat iniuste, vel etiam timet iniuste inculpari, posset in tali casu, in quo inculpatur, seipsum laudare ad conseruandum bonam famam suam. Imo hoc calum tenet ad conseruandam bonam famam suam, alias crudelis esset: cum crudelis sit, qui famam suam negligit. 12. quest. 1. cap. nolo. & gl. in proœmio decret. in verbis, prodigo. & habetur Proverb. 22. Melius est nomen bonum, quam diutiz multæ. & Hugo de S. Victore. Non sufficit nobis vita sancta, nisi sit bona fama. Unde etiam dicit Aug. quod sunt duo necessaria, scilicet conscientia & bona fama. Conscientia propter seipsum: & fama bona propter proximum. Et ista commendatio quandoque est necessitas: quando scilicet quis inculpatur de delicto, ut habetur de purga. can. per iustum.

Secundo potest quis se laudare propter charitatem Dei ac illius gloriam, gratias sibi à Deo concessas, non ad se, sed ad Dei honorem referendo. Et de hoc inquit

inquit Cypria. in epistola ad Donatum. Odiosa iactatio non est, quamvis non iactatum esse possit, sed gratum quicquid non hominis virtuti ascribitur, sed de Dei munere praedicatur. Sic fecit gloria virgo Maria, quæ cecinit Luc. i. *Magnificat anima mea Dominum,* &c. Et sequitur: *Quia respexit humilitatem a. e. illa sua, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

Tertio potest quis se laudare propter charitatem proximi, ne scilicet scandalizetur propter verba detrahentium: quoniam, ut dicitur in c. *sunt plurimi*, 6. quest. i. Sunt plurimi, qui vitam moreisque bonorum amplius, quam debent, laudant: ideo permittit Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prouumpere, ut si qua elatio ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Quia de te quia sacerdum numero de bonis viris & iustis pusilli malorum diffamationibus scandalizantur: licitum est quandoque virtutes aperire, sicut fecit Beatus Augustinus qui in sermone, qui legitur in festo eius, dicit: *Charitati vestra de nobis ipsis hodie sermo reddendus est.* Quia, enim, ut ait Apostolus: *Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus, qui nos amant, querunt quod laudent in nobis.* Qui vero nos oderunt, querunt quod detrahant nobis. Nos autem in vitroque medio constituti adiuvante Deo vitam & famam nostram sic custodiemus, ut non erubescant de detrectoribus laudatores. Cuius doctrinam sequi volentes debent seruare doctrinam, quam ponit author ad Rudium lib. 2. dicens:

*At quisquis famam cupiat retinere celebrem,  
Omnibus hic studet gratus adesse bonis,  
Sit mitu cunctu tractabilis, atque benignus,  
Subleuer ut nomen prospera fama suum.  
Et si disperierat prauis, non sollicitetur,  
Quia nisi sit prauus nemo placere potest.  
Verum profiteor, simul omnibus opto placere,  
Si nequeo saltēm glisco placere bonis.*

Quarto etiam licitum est se laudare pro ædificatione liberorum ac proximorum. Vnde cum B. Paulus haberet de se praedicare Corinthiis ab eo ad fidem conuersis, post recessum eius cum seducti fuissent a quibusdam pseudoprophetis, qui Paulo detraxerant, ut eius praedicatione contemni ficerent, ipse Paulus zelo & charitatis salutis eorum ductus mirabilia de se referat, ut eos ad fidem veram reuocaret, ut habetur 1. ad Corin. b. 11. & 12. capitibus, vbi dicit, se nihil minus fecisse a magnis Apostolis. Et alio loco dicit, quam abundantius his omnibus laboravi. Et deinde iactat se de his, quæ passus est: postmodum dicit, se raptu fuisse usque ad tertium cælum, & vidisse quæ non licet homini loqui & dicit etiam se habere Spiritum sanctum. 28. quest. 1. c. sic enim, circa fin. & multa alia in sui commendationem, de quo habetur & aliis hic ante dictis per Anton. Florent. in sua summa 2. part. t. i. 4. cap. 4. §. 2. & ibi in illo titulo ponuntur aliqui casus ex praedictis, quem videatis. Etiam B. Augustin. dicit se parem prophetis. 23. quest. c. eccl. & Deus se ore proprio commendauit, dicendo se sanctum. c. tenere debet ecclesia. 31. distinet. Ita dicit Albericus in d. l. 1. Cod. de nono Cod. compo. & Christi actio nostra est instru. & io. r. legitur. 71. distinet. ergo, & nos commendare possumus.

Quinto licitum est alicuius laudare, & commendare, quando est in tribulatione, & oppressione de benefactis suis, ne in desperationem incidat. Vnde Iob turbatus, & ab amicis calumniatus se laudauit, ut habetur 29. cap. Oculus sui exco, pes claudio, manus debiti-

li, & pater eram quondam pauperum. Et habetur de S. Antonio, quod cum plus deprimeretur a diabolo, plus se exaltabat.

Sexto licitum est se laudare, ut evitetur in malum vel periculum, non tamen deficiendo a veritate, prout fecit Paulus, qui se ciuem Romanum dixit, propter quod fuit dimissus liber, qui tenebatur captivus. Actorum 25. capite. Imo etiam quo ad Deum licitum est se laudare, coram eo ad sublimationem spei, & ut evitetur periculum, prout fecit Ezechias rex Iuda, ut habetur Esa. vigilius octavo capite, vbi dicitur: *Egregiavit Ezechias usque ad mortem, & introiuit ad eum Esayas propheta, & dixit ei: Dispone domini tue, quia morieris & non viris. Et conuersus Ezechias faciem suam ad parietem, orauit ad Dominum, & dixit: Obscuro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te, in veritate & corde perfecto, & quod bonum est, in oculis tuis fecerim. Et vide ad hoc eudem Anton. in loco hic ante allegato.*

In omnibus autem his est prohibita iactantia ultra predictos, ita quod semper aut est veniale peccatum, aut mortale. Veniale videlicet in casu, scilicet cum aliquid dicit in sui commendationem, quod etiam est verum, & non iniuriatur nec Deo, nec proximo, sed aut quia non est nec necessarium, nec vrile, sed cum aliquali inani gloria, & in hoc pacto pauci inueniuntur immunes, ut ait Greg. in 31. cap. *Moralium.* Et ista iactantia magis minuit laudis præconium, si sit assidua, ut multi cupidi laudis faciunt, ut dicit Valer. Et iste septimus est modus iactantiae. De his dicitur prout Cato: *Nec te collaudes, &c. Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat manus.*

Octavo contingit alicui se laudare aut iactare contrahonorem Dei, ut fecit Sennacherib, dicens, quod Deus non posset liberare populum suum ab eius potentia. de quo habetur 4. Reg. 19. Et isto modo multi delinquunt etiam mortaliter, cum dicunt, Deum non posse facere, quin talia per eos fiant.

Nono contingit aliquando, quod quamvis laudat se in cõtumeliam proximi, sicut Pharisæus se laudando vituperabat publicanum, de quo Luc. 18. & Goliat dicens: *Ego exprobravi agminibus Israël hodie, qui suo proprio gladio a Davide capite truncatus est.* ut habetur 1. Regum 17.

Decimo quis se laudando de bono opere principaliiter & finaliter, ut laudem humanam habeat, quam præponit Deo, peccat. & ex hoc potest damnari, ut habetur de quodam Pharisœo, Luc. 18. cap. Qui decimas dedit, & duos dies in hebdomade ieunauit, cum de his bonis operibus se iactauit, & in eisdem vanam gloriam quæsivit. Ex quo periculoso est, se in bonis operibus iactare, de summo bono. Qui hic de bono laudari appetit, spem perdit, & gloriam mercedis in futurum non recipit. Vnde Chrysostom. super Matth. *O insipiens, quid tibi prodest illa laudatio post mortem, si ubi eris, non lauderis?* Vnde non solum cauere debeamus, ne bona opera iactanter proferamus, sed etiam diligenter cauere debemus, ne in elatione mentis de bonis nostris extollamus: ut docet exemplum, de quo habetur in sermonibus discipuli, sermone 17. vbi quædam ex supradictis extraxi, de quo ample infra dicam.

Vnde decimo, cum quis se laudat de peccato mortali, & de his loquitur Salomon, Proverb. 2. cap. Qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et David Psal. 51. Qui gloriantur in malitia. Ethabatur Esa. 3. Peccatum suum quasi Sodomia prædicauerunt. De quo etiam delicto iactantiosis hoc casu, quomodo sit de iure puniendum, notatur in c. quam

*su. de excesso prelat. Vbi dicit Petrus de Anchar. quod de crimen laudari est crimen graue, vnde allegat Seneca de quatuor virtutibus: Tamen turpe tibi sit laudari à turpibus, quam si lauderis ob turpia, & maximis reprobatur in clericis, vt ibi. Imo etiam sapiens in sapientia sua non debet gloriari. vt habetur Ierem. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diuīs in diuitiis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me.*

Duodecimo, cūm quis se iactat & laudat, vt aliquē decipiāt, vtputa dicens se expertum esse in aliqua scientia, & in ea magna commoda fecisse, allicias homines ad se, & in manib⁹ suis se ponant cum damno & periculo eorum. De talib⁹ loquitur Aristoteles 4. Ethic. Turpior est, qui causa lucri se iactat, quam causa gloriæ vel honoris. Et ibidem dicit Philosophus: *Iactator fingit de se maiora existere, quandoque nullius gratia, id est, ex vanitate, quandoque honoris & gloriæ, quandoque gratia argenti: & hoc usū, si faciat cum damno aliorum, est prohibitum, cum sit maxime quedam simulatio, cum iactator simulat ea sive aliqua inesse, que non sunt, vel si sunt, simulat esse maiora, quam sunt, vt ait Aristot. vbi supra. Si tamen dicat veritatem, & non derogerat aliis, licitum est laudare se apud eos, quibus quis est ignotus, vt dicit Bernard. de Bust. in 2. part. Rosarij. sermo. 9. part. 2. in litera E. vbi in dict. serm. multa ex prædictis dicit.*

Decimotertio dic, quod huiusmodi vana gloria seu iactantia est cuitanda tribus de causis, vt ample dicit Antonius Florent. in sua sum. 2. part. tit. 4. cap. 1. §. 5. 3. in §. 12. & 3. ponit materiam inanis, & vanæ gloriæ, quæ dicitur iactantia: ad quem recurre. Et dicit idem Anton. ead. part. tit. 10. cap. 2. §. 1. quod alios laudare contingit quadrupliciter, vt ibi per eum.

**S**Exagesima consideratio. Homo non debet gloriari appetendo honorem terrenum non sibi debitum, quoniam ad honores mundi sine suffragio tempotis, aut sine merito laboris, velle promoueri, dicitur ambitio, quæ non est permissa, cum sit inordinatus appetitus honori terreni, & amplitudinis dignitatis, c. miramus. in fin. 6. distinct. Et ideo dicit S. Thom. 2.2. quest. 131. art. 2. & Alexander de Al. in 2. pars. summa, in tractat. de ambitione, est peccatum. Quia cum honor sit præmium virtutis, Aristot. 4. Ethic. ambitiosus desiderat præsidentiam, & regimē, quod non debetur nisi virtuosis, & per consequens non sibi. Imo etiamsi esset sanctus, ex ambitione fit indignus. 1. quest. 1. c. principatus. Miserrimaque est omnino ambitio, honorumque contentio, vt ample habetur per Luc. de Pen. in 1. omniū. in fin. C. dedec. hb. 10. Refert Cicero lib. 1. Officiorum. Vnde dicitur Eccl. 9. Nigli quætere ducatum ab homine, nec à rege cathedram honoris: Et ratio potest assignari, quæ habetur Sapient. 5. Iudicium durissimum his, qui præsunt, fieri. & dicit text. in c. multi. 40. distinct. Quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusione in cœlo, nec inter seruos Christi computatur, qui de primatu tractauerit. & in cap. principatus 1. quest. Principatus, quem mentis extorxit, aut ambitio occupauit, & si actibus suis vel moribus non offendat, ipsius tamen initij est perniciosus exēplo. c. sicut 1. 1. quest. 6. & habetur in c. in scripturis, 8. quest. 1. Sicut qui inuitatus rennit, quæsusitus refugit, est sacris altaribus remittendus; sic qui vltro ambit, vel importunum se gerit, proculdubio est repellendus. Et Dominus Iesus Christus contra ambitionem Phariseorum, inquit, Matth. 22. Amant primos accubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, & salutari in foro, & vocari ab homini-

bus, Rabbi. Nam huiusmodi ambitio totum fere inuidum conturbat, denique Ecclesiam destruit, c. nihil de elect. Ambitio enim causa est omnium malorum, & ideo vitanda, vt peccatum mortale, vt dicit Cardin. in Clem. 1. in 3. & 4. notab. de regularib. & est reprobanda per cūdēti Cardin. in d. Clem. 1. & in clemen. fin. de elect. Imo dicit Albericus de Rosa. in rubr. C. ad legem Iul. de ambū, quod dispositio vniuersi, quæ in prædictis usurpat, tam in brachio seculari, quam Ecclesiastico, in mundum in malo statu, in quo est, ponit. & dicit text. in c. omnes huīus seculi. 47. dist. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus sortes, sunt in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetūt, & pro spe perpetua, nec parum in labore quidem subsistūt, ut ibi ample. Et dicitur per Ambrosium super Lucam: Sæpe quos vitia nulla delestant, quos nulla potuit mouere luxuria, nullaque avaritia, facit ambitio curiosos. Et, vt ait August. super Psal. 1. Non est fere quisquam, qui careat amore dominandi, & huiusnam non appetat gloriam. Dixi *supra in prefatione*. Imo etiam & ambitio de iure Digestorum, & C. est reprobata. ff. & C. ad leg. In Iuliam de ambū. Et ideo de iure nostro videndum est, nunquid licet appetere officium vel dignitatem. Salycket. in d. l. v. sc. C. ad legem Iul. de ambū. examinando hæc materia, dicit: Aut est questio de iā præsidēte & habēte officium aut dignitatē. Et tuc, vt dicit, non licet eidem illud officiū repetere, vt finito tempore statuto possit illud cōtinuare etiam si illud precibus porrectis obtineret à principe, vt dist. l. 1. Si tamen princeps proprio motu ex privilegio illud confirmaret, tunc illud cōtinuare & exercere posset, vt gl. lib. in d. l. 1. Quoniam, vt dicit ibi Salycket, non creditur ob importunitatem petentis fecisse, nec creditur eum rem publicam & subditos lēdere; cum non sit credendum principiē, cuius est proprium subiectorum commoda investigare, illum motu proprio concessisse, nisi exigente suorum experientia meritorum. Alij autem inferiores à principe non possunt illum etiam non motu proprio confirmare, nisi in defectum aliorum, in Auct. de defensa. ciuita. §. fin. & in l. honor. §. fin. ff. de mur. & honorib. & in l. c. no. C. de offic. affess. & tales, qui talia officia petunt per ambitionem sibi cōtinuari etiam per rescriptum principis, nisi sit motu proprio, priuantur officio, & pena deportationis. dicta l. 1. quod male obseruant officiati nostræ ciuitatis & aliorum locorum huius patriæ, qui semper volunt singulis annis cōtinuari in electionibus, quæ sunt, & multis prosecutiones pro continuatione eorum in officiis faciunt: etiam vt plerosque vidimus vsque ad decennium, licet officia sint anomalia, ex quo non aduerunt ad hanc legem, ideo caueant in futurum.

Aut vero loquitur in nō præsidēte seu non habente officium illud, tamē aut dignitatē appetēte; & tuc appetit solū moribus & virtutibus, quæ operātur in illo, & hoc est permisum. l. 2. C. de offic. etto. prouinc. l. liceat. C. de affess. magistros. C. de professo. & medicis. & facit l. contra publicam. C. de rei mil. l. 12. vbi dicit. Ad honoris augmentū non ambitione, sed labore vnumquemque conuenit enire. Et hic modus erat introductus apud Romanos, cum in signum huius, quod soli virtuosi ad dignitates promoueri deberent, duo construxerunt templa contigua in urbe, unum de virtutis, aliud de honoris. Ita tamen vt ad templum de honoris non esset alcensus, nisi per templum virtutis. refert August. 14. de ciuitate Dei. & Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarij. sermone 9. littera H.

**A**ut quis appetit dignitatem verbo & procuratione; & tunc aut solum ut praesit & reparat, quod caderet videbat: & ei licet, & commodandus est. 8. q. i. c. qui episcopatus & notatur in l. si quemquam. C. de episcop. & cler. & habetur ad Tim. 3. vbi habetur. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Aut ut praesit tantum; & tunc si dignitas est spiritualis, non licet ne dum precio, sed nec prece, nec verbo. d. l. si quenquam. Ratio: quia praesesse animabus non licet, quas Deus omnes fecit aequales, ut in Auth. de monachis. in princ. col. 1. Non tamen est, dicit Salycket. quod de iure canonico sit simoniacus, qui tantum preces effundit: sed in hoc casu de desiderante episcopatum aliter sentit. S. Thom. 2. 2. 2. 185. art. 1. vbi dicit, quod in episcopatu tria possunt desiderari.

Primum est principale & finale, scilicet episcopalis operatio, per quam utilitati proximorum attenditur, secundum illud I. o. vlt. Palce oves meas. & hoc secundum se est laudabile, & meritorium: verum, quia talis actus episcopalis habet annexam celsitudinem: hodie presumptuosum videtur, quod aliquis praecise appetat ad hoc, ut subditis profit, nisi manifesta necessitate urgente: quia locus superior, sine quo populus regi non potest, & si ita administretur, ut decet, tamen indecenter apparet. 8. que est. 2. d. Et cap. qui episcopatum.

Alia autem duo desideranda in episcopatu sunt excellentiae gradus; quia episcopus super alios constituitur, ac reverentia & honor ei exhibetur: Et ista appetere est presumptuosum. unde inquit Chrysostomus super Matth. Opus quidem desiderare bo. u. boni e. Primum autem honoris concupiscere, vansi. Dicit tamen Angel. de Petrus. in l. 1. C. de ambitu. quod si aliquis fuerit electus ad episcopatum, potest petere se confirmari, ut dicit Iohannes. in cap. cupientes. ver. post obtinunt. de elect. in 6. Et si tales, qui per ambitionem haberent praelaturas, remaneant male consolati, cum difficile sit, ut bono peragantur exitu, quae malo sint inchoata ambitionis principio. 1. q. 1. c. p. 1. episcopatu, cu etiam ille calum querat, qui per ambitionem ad honores fastigia per abrupta concendit. c. sicut. 44. d. 17. & c. sicut. 1. q. 6. Quid dicendum erit de illis, qui tales praelaturas emunt, aut per promissionem pecuniarum ad praelaturas eliguntur, aut alio modo promouentur? taceo, & ex causa. Redendo, unde digressi fueramus, aut vero quis appetit dignitatem, aut officium temporale, aut publice & palam, aut occulte, & clam. Et quia haec distinctio non placet Salycket, non insisto. Ideo prosequendo dic, aut dignitas non habet iurisdictionem annexam; & tunc non solum prece, sed etiam precio publice, & palam potest, vel etiam clam, mediante suffragatore: l. 1. in princip. & l. 1. tories. q. 1. de politice. Et istud bene obseruatur in Francia. Quoniam officia temporalia, & non habentia iurisdictionem annexam, & tunc non potest petere ab inferiore a principe per preces aut precium; quia presumetur subditos grauare, & in Authen. vi iudices sine quoquo suffragio. colum. 2. A principe autem potest petere & prece, cum in eo cesset lex Iulia de ambitu. l. 1. in princip. ff. ad leg. Iul. de ambitu. Quinimo & precio de eius potentia absoluta, ut dicit Baldus in l. Barbarus. ff. de offic. pretor. Hoc enim prohibitum non inuenitur de iure divino, sed tantum civili, cui princeps supremus non subest. l. princeps. ff. de legib. unde Papa etiam officia temporalia vendere potest, prout vendit, ut di-

ctum est ante; igitur, &c. licet tamen non congruat honestati. Quia venditionem iustitiae presumptive dicitur tolerare. in Authent. vi iudices sine quoquo suffrag. sicut. vbi est pulcher textus, prohibens venditionem huiusmodi officiorum, ex consilio uxoris Iustiniani facta est illa ordinatio, quod de cetero officia iudicatur non vendantur. Imo iudices deinceps faciant sine quoquo suffragio. Et de hoc etiam est ordinatio Ludouici Beati, de qua mentionem facit Guignus lib. 6. cap. 2. & Ludouicus XII. ordinatione sua 49. quæ est approbatua & confortatiua aliatum ordinationum regiarum, videlicet Caroli V I. ordinatione sua 97. Et Caroli V III. ordinatione sua 68. de quibus per dictum Guilliel. Benedicti in sua solenni repet. cap. Rayn. in ver. duas habens filias. vbi ponit multa alia exempla, quæ causa breuitatis non insero. Et facit: quia iurisdictiones & honores veniales esse non possunt. d. Auth. vi iudices. & l. quisquis. C. sic certum per. Nec iustitia venalis esse debet. Quinimo res male agitur, cum quod virtute fieri debet, pecunia tentatur, ut dicit Tallius Cicero, quem refert Baldus in d. l. Barbarus. in 2. col. vbi in unaquaque lectione ample tractat hanc materiam, quam videoas. Et facit etiam in l. Baph. C. de muris leon. lib. 11. Quia officia vendi non possunt. Et dicit ibi glo. illud esse simoniacum. facit text. in l. I. de Iulia. & in l. fin. 1. q. 1. & est causus in c. t. iuncta gl. ff. ibi super verbo, consuetudines, de magistris, quæ dicit, quod talia emere, est quasi simoniacum. facit gl. in d. l. suff. ad l. Iul. de ambitu. vbi Bartolus dicit, quod illud. quod Canonistæ vocant simoniam, Legistæ vocant ambitum, qui committitur in redemptrione pecuniaria officiorum: & ibi plura alia dicit dictus Benedicti, qui ultra dicit, quod quicquid de iure communi, ordinationibus regiis, & alio modo sit prohibitum, hodie non instamus in istis; quia temporale & spirituale, & etiam omnia, venalitatè exposita sunt, & omnia pecuniae obediunt. Ecc. 10. prout dicit Lucas de Penna in d. l. Baph. vbi dicit, quod de hac materia parum scribitur: quia omnibus pontificibus, regibus & principibus nota est plus exercendo, quam in libris studendo: ex quo nobis succedunt illa, de quibus in Authen. vi iudices sine quoquo suffragio. & peiora, ut videbimus quotidie in oculis nostris.

Imo, quod plus est, multo minus licet emere talia officia & dignitates, & ad illa ambire per pecuniam: cum etiam non licet sola voluntate dignitatem, vel officium appetere, vel desiderare sine peccato, ut ante dictum est. Et, ut dicit August. libr. 9. De civitate Dei: Lucifer (inquit) superior est si administratur, ut decet, indecenter tamen appetitur, unde sine causa, & ratione. Hala, magister equitum Spurium Melium regnum Romanorum affectantem occidit, ut refert Valerius l. b. 5. tit. de magistris, quod sibi fuit reputatum ad maximam reipublicæ gratitudinem, & obsequium, & ut idem Valerius lib. 6. tit. de severitate, ait, Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit, cui plus suspicio concupita dominationis noctuit, quam tres magistri, consularius ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populifusque Romanus non contentus eum capitali supplicio afficeret, interempto domum superiecit, ut penarum quoque strage puniretur. In solo autem adem Telluris fecit: itaque quod prius domicilium parentissimi fuerat, nunc religiosa severitas monumentum est. Hac dicit Valerius. vbi supra. Et dicit text. in l. 1. C. de consulib. & tribinis schol. lib. 12 quod dignitates, & dominationes dependent a causa, & fortuna: quod dicit esse verum Ioan. de Platea, in d. l. 1. prout ista adhaerent, aut illi, sed non in abstracto, quoniam à Deo emanauerunt, in Auth. quomodo

opereat episcop. in princip. column. i. & in cap. solite. de maior. & obedien. extra. vnde dicit Ber. Quoties homini- bus praesesse desidero, Deum tacum praire contendo, & tunc non sapio, que Dei sunt. Pariter dicit Chrysothomus super Mattheum. Quicunque desiderauit primatum in terra, inueniet contusionem in celo. car. m. l. 40. distinet. & dixi supra, quod nobis Christus etiam ostendit, qui ausigit eum cum regem facere voluerunt. Ioan. 6. ob quod dicit Apostolus ad Hebreos. 5. Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatus fuerit sicut Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genus tu. quemadmodum & alibi dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Et de multis, qui regna & dignitates respuebant, refert Guil. Benedicti in sua repet. cap. Raynus. in ver. duas habent filias, ex ira de se tam, vt de Numa Pom- pilio, prout refert Plutarchus de Scipione Africano, vt etiam refert Valerius lib. 4. iii. de moderatione ani- mi, qui recusauit statuas, & stemmata in comitio, in rostris, in sella denique Louis Capitolini. Et Marcus Fabius, vt ait Plinius lib. 1. 2. oblatum à senatu triumphum laudab. li animi modestia contempnit. Denique Caius Claudius Nero, secundum Liuium, lib. 7. decada- dos 3. Triumphum à senatu decretum cum Liui con- scule recusauit, Liuique triumphantem equo se- quutus est. Cato etiam (Plutarcho teste in vita eius) nullam sibi passus est statuam ponni, inquiens, malle vt posteri interrogarent, cur Catoni non posita esset statua, quam cur posita esset. Et de Labeone, qui no- luit cum offerretur ab Augusto consulatus quo sub- iectus fieret, & honorem susciperet, vt l. 2. § posse hunc. ff. de orig. iur. Vnde Valerius titul. 5. de indulgentia pa- trum in liberos. Latii erant, qui regna deponebant, & tristes, cum dabantur. de quibus ibi per eum ample.

De huiusmodi materia ambitionis amplissime per Antonium Florentinum in sua summa, part. 2. lib. 3. c. 5. vbi ample, & alto stylo tractat hanc materiam: & ibi ponit, An sit licitum appetere honores. §. 1. & 2. & in §. 3. an sit licitum appetere episcopatum, vbi decla- rat c. qui episcopatum desiderat. supra allegatum. & in §. 4. vtrum licitum sit appetere honores, & alias di- gnitates ecclesiasticas seu officia, vel beneficia curata infra dignitatem episcopalem, & in §. 5. & quid de officiis, & dignitatibus secularibus.

**S**Exagesima prima consideratio. Licet, vt hic ante dictum est, non licet ambire, seu appetere digni- tatem aut officium; tamen etiam aduertendum est, quod vbi licitum esset appetere officium, homo con- tentus esse debet uno, nec duo officia petere aut tene- re potest. text. est ad literam. in l. 1. C. quemadmodum ciuita munera indic. lib. 10. & habetur in l. quisquis. C. de cohortibus & principib. & c. lib. 12. vbi Bart. dicit, quod duo etiam officia non licet simul habere. & Iacobus Re- buffi in d. l. 1. C. quemadmodum ciuita munera. & in l. 2. ternam. C. de muris leg. lib. 11. & l. vnic. vbi idem Iacobus. C. quib. ad conduct. pred. fiscal. acced. non licet. lib. 11. Nec etiam duos honores. l. libertus. §. prescriptus ad munera. & l. fin. Cod. de afferib. & l. quisquis. Cod. de prox. sacr. scrib. lib. 12. Nec etiam duas militias. l. his quidam. §. in postremo. C. qui milit. non poss. lib. 12. Et dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de primicer. lib. 12. Quia unum solum officium vix digne quis potest implere. cap. i. de consuetud. libro 6. & quod ibi notat Archidiaconus: & ibi plene per eum, quem videas. Et istud obseruatur in regno Franciar. quod quis non potest tenere duo officia principis si- ne dispensatione. Hinc Quintus Mutius Volusij audi-

tor homo quæstorius noluit ultra proficere, cum Au- gustus illi etiam consulatum offerret. l. 2. §. Sernius autem. vers. fuit eodem tempore. ff. de orig. iur.

Et apud Francos Gaguinus lib. 9. cap. 3. refert, quod cum Ioannes Solleuillus homo sine controversia eru- ditus, & iustus, duo gubernacula in urbe Parisiensi gesellset, non inscius quantæ solicitudinis erat utri- que officio inservire, regem Carolum VI. adiuit, e- narrans curas, quæ bino magistratu incumberent, alteri vix se fatis posse, orare, vt se uno abdicare posset: deputatur in eius locum Ioann. Iuuenellus inter Par- lamenteos aduocatos boni nominis, & probitatis vir. hæc recitat Guillelmus Benedicti in sua repetit. cap. Raynus. in verb. duas habens filias. extra de te- stame.

In spiritualibus autem quomodo non licet appete- re plura beneficia, vide in cap. de multa. de prebend. extra de cle. in cum plures. eed. iii. in extra uag. execra- bilis. eed. iii. non insisto: quia non est præsentis specu- lationis.

**S**Exagesima secunda consideratio. Circa virtutem e- sit, quod virtus vocata est ex eo, quod suis viribus nitens, non luperetur aduersis. 1. cundum Boetium, 3. de co. sol. a. n. , p. 1. a. v. vel virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, vt habe- tur 2. E. his. vel, vt dicit Lucas de Penna in l. 1. v. 1. C. de metrop. Beryt. 3. col. dicitur etiam virtus, vt ha- betur in libro de p. 1. v. 1. a. v. mentis habitus be- ne institutas. Vel virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nein male vtitur, qua Deus quid in nobis sine nobis operatur. Et, vt ibi dicit, sunt septem virtutes, tres Theologicæ scilicet fides, spes, & charitas, & quatuor cardinales, iustitia, fortitudo, pruden- tia, & temperantia, de quibus ibi videre potes per eum, & infra in fin. in 25. consideratione dicetur.

**S**Exagesima tercia consideratio. Virtus est effectrix vice beatæ; hinc Horatius: Ad summum sapiens, v- nu mors ei Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum. Et, vt ait Seneca in lib. ad Galionem de vita òe. a. Altum quiddam est excelsum & regale, in- uitum: infatigabilem virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muri stantem, puluerulentam, coloratain, callosas habentem manus. Huic senten- tiae subscrabit Silius, à quo virtus ita describi- tur:

Frons hirta, nec unquam composta mutata coma.  
Stans vultus & ore.

Incessuque viro propior letique pudoro,  
Celsa humeros, nituea fulgebant flammine palla.

Et ait Ouid.

In via virtuti nulla est via.

Horatius vero virtutem sic diffinit,  
Virtus est virtutum fugere, & sapientia prima,  
Stultitia caruisse.

Lucilius Satyræ conditor, virtutem his versibus e- narrat:

Virtus est homini scire id, quod queque habeat res.

Virtus scire hominum rectum, vtile, quid sit honestum.

Quæ bona, quæ mala, item quid inutile, turpe, inhone- stum.

Virtus quarenda rei finem scire modumque.

Virtus diutius precium perfoluere posse.

Virtus id dare, quod re ipsa debetur honori.

Honestum esse atque inimicum hominum morumque ma- torum.

Contra defensorem hominum morumque bonorum.

Nos magnificare, his bene velle, his vivere amicum.

# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

75

*Commoda præterea patria sibi prima putare.*

*Deinde parentum, serua iam postremaque nostra.*

Et, ut ait Plautus in Amphitruone. *Virtus om̄ibus rebus a te profecta; libertas, salutis, vita, res, parentes, parva, prognati turantur, seruantur: virtus omnia in se habet. Omnia ad sunt bona, quæ penes est virtus.* Seneca lib. Epistolarum 9. ad Lucilium: *Virtus (inquit) est ret' a rati. Et Augustinus; Virtutem artem esse bene viuendi. Vnde Horatius: Vslus argentum est auro, virtus tua aurum: Virtus est medium vitiorum, & unum redactum, Cicero putat in Tuscul. questionibus ad bene viuendum satis posse virtutem, cui astipulatur Silius:*

*Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces.*

Et Claudianus decenter his versibus virtutem describit, cum ait:

*Ipsa quidem virtus pretium sibi sola que late  
Fortuna secura nitet, nec fasibus ullis  
Erigitur, plausive petit clarescere vulgi.  
Nil opis externa cupiens, nil indiga laudis.  
Divitias animosa suis immotaque cunctis  
Casibus, ex alta mortalitatem despiciit arce.*

Et ait Horatius:

*Virtus repulsa nescia sordida, Intaminata fulget honoribus.*

Hæc Beroaldus in sua declamatione de excellentia Ph. Iosaph, medici, & oratoris. & ibi an virtus sit summa felicitas de per se, quomodo virtutes naturaliter appetantur, & de multis aliis circa virtutem vide in Sophologia Sapientie. c. 1. 2. 3. &c. 4.

**S**Exagesimaquarta consideratio est. Virtutis vberimum alimentum est honor, teste Valerio de Institutionis antiquis libr. 2. & Arist. 8. Ethic. & in Amb. de monachis. §. ordinatione. collat. 1. & ut ait Francisc. Patritius lib. 3 de institutione reipublicæ iii. 6. virtus secū semper habet comitē honorē, veluti corpus vimbram, laudataque crecit. vide quæ supra dixi in 3. & 5. consideratio. ibus. Et ipsa virtus est animi habitus naturæ modo ratione cōsentaneus, habens in se plures partes: vel est affectio constans conueniensque, laudabiles efficiens eos in quibus est, & ipsa per se sua sponte separata etiā veritate, laudabilis, & ex virtute gloriolus, efficitur: quoniam bonorum laborum gloriolus, est fructus, ut habetur S. iure. c. 3.

Ex quibus satis constat virtutem esse præambulam ad honorem, laudem, & gloriam: & virtus est, quæ extolit hominem, & super astrâ mortales collocat. Seneca Epistola sua 88. In homines dij dicuntur fieri propter virtutum excellentiam. Arist. j. Ethic. Virtuti enim perfectæ non siet condignus honor. Idem Aristot. Ethicor 8. Honor est præmium virtutis, & præmia virtuosis danda sunt. l. 2. C. de statu & magistris.

**S**Exagesimaquinta consideratio. Quad propter virtutem multi ex infimo loco ad regnum peruererūt, ut habemus de Saul, qui pascebatur asinas. i. Reg. 9. & Iosephus lib. 6. antiquitatum, c. 4. & David oues, ut ibi. 16. c. Iosephus eod. lib. c. 9. & tamen iudees, ambo reges facti sunt propter virtutem.

Orcus Tullij Hostilij, ut Valerius ait lib. 3. rit. de his, qui insano loco nati, lures evaserunt, nunquam nisi agreste tugurium habuit, cuius parentes pene incogniti sunt, illique diu pecoris pascendi cura fuit, postea vero Romanum Imperium rex.

Ventidius Bassus adeo sordido natus est loco, ut vicum ægre sibi quereret adolescentis. denum tamen cum in Caij Cæsar's benevolentiam introcepisset, eius patrocinio, & favore factus est primum tribunus plebis, inox prætor, inde pontifex, & consul ad extre-

mum: qui prius curandis mulis victum sibi quererbat, eo concendit gloriæ, & autoritatis, vt primus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit, cuius gloriæ causa usque adeo inuidit populus Romanus, vt sequentes in eum versiculi vulgo iactati sint:

*Concurrite omnes, augures, aruspices,  
Portentum inusitatum, constatum est recens.  
Nam mules qui fricabant, consul factus est.*

Author Gellius lib. 15. c. 4.

Quintus Cincinnatus cum agrum coleret, sudore deserto prætextatam accepit togam, & ab aratro concendit ad dictaturam.

Tullius quoque Seruius, verna, & ancillæ filius, Romanis principatus est propter virtutes. Pariter Attilius ab aratro vocatus, & Constantinus ex pauperissimo, postquam Helenam duxit in uxorem, ac Theodosius primo stabularius, Imperatores, ac vitæ merito facti claruerunt: quæ etiam Helena inter Britanos humili loco orta est. De Marco Portio Catone refert Valerius loco supra allegato, qui apud Tusculanum vicum agresti tugurio natus illius tanta fuit in virbe dignitas, vt Senatorum ordinem auxerit, ipsam quoque Senatus maiestatem suo splendore decoravit. Orosio referente nonnunquam Cajum Marium humi super crepidinem iacentem, à parentibus infirmis pene sordidissimum ortum traxisse noainus, tamen secundum Ronæ triumphum egit.

Telephantes cum antea currus factitaret, tandem rex Lydorum factus est.

Agathocles è sigulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. vnde apud Ausonium sic inducitur loquens: *Rex ego qui sum Sicania, signo sum gentes res meas.*

Tarabetlanus à tenera ætate Porcius, Scytarum rex effectus fuit, refert P. Bergomensis lib. 14. sui supplementi Choric.

Lamissio infans in piscina repertus Lombardorum rex fuit.

Narses eunuchus è Chartulario patriciam consecutus est dignitatem, & totius Italiz principatum, vt refert Bergomensis lib. 10.

Ptolemaeus, filius Lagi, ex Gregorio Alexandri milite factus est rex Ægypti, refert Bergomensis lib. 7.

Valentinianus Imperator patrem habuit funes torquentem.

Mauritius Cappadox, è famulo, & excubitore imperii adeptus est post Tyberium secundum, refert Bergomensis lib. 10.

Primitius rex Bohemorum ab ineunte ætate bulbus erat, & armentarius.

Hyperbolus Chremydis filius, qui prius lucernas factitabat, Athenis tandem principatus est.

Darius, Hystaspis filius Cyri primum exitit Phæretrophorus, & lictorio functus est munere, rex postea Persarum factus.

Macedonum rex Archelaus, natus est Symiche matre serua.

Mandro, fuit quispiam, qui ex nauiculario factus est Imperator. hinc adagium fuit: *Mandron, siculna naris.*

Bonosus Imperator, filius fuit Pædagogi literarij, autore Vopisco.

Gordius ab agricultura ad imperium euectus est. Lycastus & Parrhasius à Philonomia matre expoliti, & à Tilipho pastore nutriti, Arcadiæ regno tandem præfuerunt.

Sadragesillus Dagoberti p̄dagogus ē ludi magis-  
trio dux Aquitanie.

Cornelius Sylla , ex Nicopolis meretriculæ sinu  
assumptus , super Cimbrios Matij triumphos se-  
pteinque consulatus Imperiis , dictaturisque affec-  
tit.

Ioannes Zymilcenus prius ludimagistrum egerat,  
Imperiali tamen dignitate tandem functus est.

Remus & Romulus, ex lupa nutriti, & tamen vi-  
bis conditores fuerunt, & regnauit Remus, Bergomé-  
sis lib.4. & hi omnes infimo loco, & ex paruis pare-  
tibus propter eorum virtutes ad regna peruererunt:  
de quibus etiam fit mentio per Cæpollam in tract. de  
Imperato. milia. aliq. verific. pro Imperatore. col. 12.  
vbi ponit inter cæteros de Petro & Iacobo , qui pit-  
catores fuerunt, ut not. lo. An. in c. venerabil. de prob.  
in nouell. a.

Cælestinus V. ex Anachoreta factus est Pontifex  
Max. refert Bergomensis lib.13.

Imo etiam plures fuerunt, qui licet bastardi essent,  
& illegitimi, propter eorum excellentes virtutes ad ap-  
picem Papatus deuenerunt, ut fuerunt Felix Romanus  
I II. Gelasius ex patre episcopo, natione Afer. Agapitus  
natione Rōmanus, ex patre Gordiano presby-  
tero, & Osius, Bonifacius, Agapitus, & alii, de qui-  
bus habetur 50. dñi. fere per totum. & in c. Osius sibi-  
dem.

Nicolaus V. natione Lunen. seu Gennu. patria, Sar-  
zanen. humili natus loco, & professione medicus ad  
sumnum tandem pontificatum prouectus. refert idem  
Bergomensis lib.15

Innocentius VI I I. ab ineunte aetate coactus est ob  
paupertatem familiaris, & inter Alphonsi Siciliæ regis  
ministros victimum sibi comparare: inox tamen Sixto  
IV. in pontificatu successit: & ut dicit Bergomensis  
lib.16. inter Cardinales erat etiam pauperior.

Pius II. ob parentum paupertatem peregrinari co-  
actus est, & victimum emendicare, prouectior factus  
successit Calisto II I.

Sixtus I. pastore patre natus, post Alexandram Pon-  
tificem , ad sumnum pontificem concordit. Bergo-  
mensis lib.8.

His annumerandi sunt Iulius Papa I I. qui ex nau-  
iculario patre, tandem cum tanta gloria effectus est  
summus Pontifex, quod non potest ultra dici.

Et etiam Adrianus huius nominis V I. qui Caroli  
Austriaci Archiducis Austriæ, & Imperatoris p̄da-  
gogus fuit, non ex nobili genere natus, ut per vniuer-  
sum oibem euolat fama, ob eius ingentissimas virtutes,  
a Cardinalibus incognitus, Spiritu sancto inspirante,  
ad sumnum Pontificem electus est. Hic vir do-  
ctissimus, & probissimus reputatur: & vidi, & le-  
gi quodlibeta ab eo composita, quæ mihi videntur re-  
cto tramite, & recta via ordinata, & videtur ex suis  
dictis insequi veritatem, non discutendo per men-  
dicata suffragia, qui hoc anno Domini in M. D.  
X X I L invenit Septembri, migravit in cœlis.

Plures alij præter dignitates imperiales, regales,  
& Pontificales, ex sola eorum virtute ad alias digni-  
tates evecti sunt, vt de Demosthene fabri filio, qui  
clarissimus eusæ Philosopherus vi. de Sydonius: Fabro  
progenitus, speso cui patre polita Eloquens plus li-  
qua fuit. Ideem: Qui fabro genitore procreatus, oris mulier  
expolire linguam.

Aesopus tragædus cum hystrionicam artem exer-  
ceret, tandem eusæ ditissimus.

Gadareus sophista, qui prius more mendici pe-  
rigrinabatur, Maximiani beneficio consulatum

adeptus est.

Adrianus, & Marcus Antonius principes, Arria-  
num historicum euexerunt ad consularem dignita-  
tem.

Cyrus Panopolita beneficio Theodosij Imperato-  
ris & Eudoxiæ vxoris eiusdem, p̄sul factus est.

T. Coruncanus è plebe factus est consul maxi-  
mus.

C. Marius senior septies consul Arpinas fuit, obs-  
cura prognatus origine.

Terentius Varro fortido natus loco, tandem qua-  
stura & duabus ædilitatibus functus est.

Ioannes Campanus, qui infans paucitibus ou-  
bus tempus contriverat, tandem beneficio Pij II.  
p̄sul factus est.

L. Tatius Russus, natalium humilitate, consulatum  
militari industria meritus est. Autore Plin.

Euripides ex matre oleorum venditricce, eusæ poë-  
ta clarissimus.

Plures alij adepti fuerunt maximas laudes & glo-  
rias ob eorum virtutes, quos cum aliquibus ex supradic-  
tis enumbrat Textor Niuerensis in sua officina. in  
cap. qui ex humili fortuna clari & diuines euaserint.  
Alios vero enumerat Guil. Benedicti in sua repe. cap.  
Rynut. in vers. c. n. i. primo. nn. 38. extra de testam.  
quod cum talia ex virtute consequantur, est vndeque  
appetenda, & amplexanda: & illa quæ in radice ratio-  
nis, non in foliis verborum consistit, i. qu. 1. c. Mar-  
cior. & Basilius, quia ut dixi supra, illius laus in actione  
consistit, & merito: quoniam ex ea sperandum est  
præmium. I. ut virtutum, C. de status & imag. clem. cu-  
piente. de pœnia. glof. n. c. ecclesiastis 12. q. 2. Nec ca-  
rare debet effectu. c. vt. de cleri excom. min. 8.

Illam vero diffinitionem virtutis cum diuisione, ac-  
quisitione, duratione, connexione, & operatione po-  
nit amplissimè. Aut. Florent. in sua sum. part. 4. iii. 1. per  
totum. & quædam per Dominicum Nardu in Polyant.  
in tract. viii. Et de commédatiōne virtutis dicit La-  
Etantiū, quod nos facit immortales, & pares diis. ut  
ample declarat Bonu. de Cutili in suo tract. nobissta-  
tus in eccl. part. nn. 47. dicato latius in discursu ma-  
teriae in pluribus & diversis locis: Inio ex multis cō-  
probat P. Beroldus in opere de Felicitate, quod vir-  
tus est effectrix vitæ beatæ: quoniam, (vt air), securi-  
simumque philosophorum summum bonum in honesto,  
hoe est, in ipsa virtute posuerunt: existimantes solum  
sapientem esse omnia. ut supra dixi in 63. confid.

**S**Exagēmasexta consideratio. Cum ergo ex virtute  
deueniat ad dignitates, faci utique hominem glo-  
ria decorati, l. nullu, C. de decur. lib. o. & Luc. de Pen.  
in l. absente, C. de anno o. & tribut. lib. o. & in l. murilegul. C. de murile.  
li. ii. Vel dic etiam, quod dignitas est quicquid à prin-  
cipi eñiungitur, prout colligitur ex l. nemo perfectus;  
C. de dñis.

Hinc dicitur, quod coccus principis habet dignita-  
tem. Roman. si. gul. suo 690. licet alias sit officium, tex-  
est iuncta glof. in l. legatis. in glof. 1. ff. de leg. 3. siue arti-  
ficium, si sit coccus optimus, l. si quid venditor. S. ven-  
ditor qui optimum. ff. de adsl. edse. bene facit que dicit  
Angel. in g. fin. in l. cel. Inst. de except. per text. in l. i.

*Cod. de mand. princip. & in l. laudabile. C. de aduocatiis divers. iud. quod secretarii principis habent dignitatem. sequitur Felin. in c. fraternitas. col. 2. de heret. sic etiam licet medici simpliciter per se non habeant dignitatem (cum obstetricibus & equiparentur) tamen si sit medicus principis, habet dignitatem. Bart. in l. otones. la 3. C. de decurio. li. 10. Imo omnes famulantes principi, ut notatur in l. vices. Cod. de comiti. & archidiac. li. 12. quia tales habent aliquod onus eis iunctum a principe ita videtur sentire Bonus de Curtili in suo tractat. nobilitas in 3. parte, numer. 54. usque ad numer. 158. & ibi videretur insistere, an habens officium dicatur habere dignitatem, in quo multum ponderat confuetudinem vel statutum. dicam in 8. part. in 19. co. s. terat. ideo non aliter nunc insisto.*

4 Et ista dictio dignitas quandoque ponitur pro fama. l. 3. C. de re milit. lib. 11. Quandoque pro conditio- ne. l. nepos autem. in s. ff. de verb. s. q. interdum pro po- testate. l. s. ff. de offic. questoris. quoniam qui potestate gerit, ea digne gerere debet, ipsaque dignus esse. Imo etiam potestas potest sine administratione esse, & hec vocatur dignitas honoraria. l. s. Cod. de dignit. l. s. C. de dignitatum ordo seruetur. l. 12. Imo etiam quandoque ponitur pro publico honore. l. generali. C. de de- cur. libr. 10. & l. s. Cod. qui milit. non possunt. libr. 12. l. penult. s. s. ff. de re milit. Aliquando pro bona opinione vel statu. l. s. quid. ff. de vs. fruct. & l. 4. ff. de ven- ture in possessio. milit. gloss. in l. maiorem. in verb. dignita- ris. ff. de pali. Quandoque sumitur pro ordine Ecclesiastico, qui dicitur dignitas sive honor. 1. quas. l. cap. reperitur. in fin. Quandoque pro ordine. 4. distinet. c. denique. Quandoque pro officio, quod habet dignitatem annexam, ut in tuto. de probend. & dignitat. & in cap. de multa. eod. tit. & ita loquitur gloss. in l. s. ad l. Iul. de ambu. quæ dicit officia ibi numerata esse di- gnitates. Quandoque etiam sumitur pro potentia na- tura tributa cuilibet, quia cum hominē sit dignior omni creaturā. l. iustissime. ff. de adit. edict. dicam infra in 1. considerat. 2. p. 21. Quandoque sumitur pro singulari potestate, quia leculares potestates dicuntur. 2. quas. 3. c. administratores. in l. s. in princip. ff. de officio que- storis.

5 Vnde omnis, qui praest cognitioni villa, vel castelli, dicitur habere dignitatem, argumento notatorum extra, de probend. cap. cum olim. in nouella. & Bald. in e. l. in iii. quis dicatur Dux, Archio, Comes. Imo etiam habens milites sub se dicitur habere dignitatem, arguim. c. ius naturale. 5. distinet. & l. magisteria. & quod ibi notatur C. de iurisdict. omn. iud. Quandoque etiam sumitur pro quadam præminentia, prout notat Archid. in cap. 1. de consuetud. lib. 6. vnde Oldrad. consil. 163. dicit, quod dignitas est quedam præminentia cu[m] administratione. Quandoque etiam accipitur pro qua- dam qualitate, quæ facit personam differre a plebeis, & ista est nobilitas, de qua dicam infra in 8. parte. amplissime. Et magis digni maioribus præmiis sunt extollendi. c. dicai. 23. 9. 5. notat. in cap. de multa. in fin. de probend. cap. s. statutum. de maior. & obed. & hoc sive in militibus caelestis militia, sive armata, ut notat Petr. de Anch. in cap. unico. per illum text. de relig. & ve- nerar. sanctor. in 6.

6 Alio modo consideratur, prout constat in nomine sui generis, nec habet nomen speciale, ut est decurio. leg. s. p. i. in principio. ff. de decurio. & esse militem & presbyterum & similes. l. ne quis. Cod. ut nemo priua- tu[m].

7 Alio etiam modo, ut sunt dignitates, quæ noimen-

habent speciale, & per suos gradus nominantur, ut sunt superillustres, illustres, spectabiles, clarissimi, & infimi, de quibus Lucas de Penna in rubrica de dignitatibus ponit versus sequentes.

Illustris primus, medius spectabilis, imus  
(Vt lex testatur) clarissimus esse probatur.  
Et super illustris præponitur omnibus istis.

Er etiam istas quinque dignitates ponit Ioann. de Platea in l. s. C. de decur. li. 10. vbi ponit 12. dignitates: videlicet superillustres, ut sunt Imperator, Papa, & quilibet rex in suo regno non recognoscens superiorem, ut est Rex noster, qui dicitur Imperator. Patri- tius, qui apud nos dicitur Cancellarius & Consul. loco cuius sunt duodecim pares Francie. Illustris, ut sunt praefectus pretorio, qui dicitur praesidens. Sena- tor, qui dicitur consiliarius, & inter istos multi alijs innumerantur. Praefectus urbis loco cuius est hodie praepositus Parisiens. Comes donationum, quæ sunt in curia principis. Praefectus pretorio militaris annonæ. Proconsul. Comes rerum privatarum, qui apud nos est magister domus. & Comites provincias gerentes, qui hodie apud nos sunt gubernatores provinciarum. de quibus infra dicetur suis locis. Et sunt etiam questores sacri palatij, qui dicuntur generales seu thesaurarij.

Speciales sunt proximi sacerdotum scriborum, praesides provinciarum, advocati fiscales, principes agentium in rebus. Quandoque etiam dicuntur clari- simi.

Clarissimi etiam sunt rectores ciuitatum, seu defensores, qui habent merum & mixtum imperium: ut sunt Potestates Italæ, & alij Potestates apud nos, qui habent merum imperium, ut sunt in pluribus locis.

Infimi vero sunt iudices pedanei, magistratus Municipales, cognolentes vlique ad certam suminam, aut certam rem, & isti infimi licet non habeant merum imperium; tamen possunt causas delegare, & vicarios seu locumtenentes constituere. not. gloss. fin. in l. s. Cod. de sent. ex periculo reeu. Quod facit con- tra stabinos nostræ cinitatis Heduen. qui dicunt quod Virgobretus noster, hoc est maior, non potest committere vicarium in sua absentia: imo quod antiquior eorum debet iurisdictionem exercere. De supradictis omnibus dignitatibus suo loco dicemus: & de istis quinque gradibus. vide amplissime infra in 7. part. in princ.

Aliquando etiam sumitur dignitas pro quadam gradu dignitatis a principe vel superiori collata, ut est dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similes: de quibus per totum tit. C. de dign. usque ad tit. de re milit. li. 12. Et de his quomodo assumatur, videatur per Lucam de Pen. loco supra allegat. & Capollam in tract. de imper. militum eligen. & verb. dignitatis. ubi allegat plura alia loca, quæ videte poteris.

S Exagesima septima consideratio. Lucas de Penna. Sin d. rub. C. de dignit. lib. 12. dicit, quod ad dignitates assumendi sunt viti nobiles, prudentes, fideles, opime sibi consci pro mentis integritate, qui pro sua fide ac industria nec fallant nec fallantur, tam moribus optimis praediti, quam scientiam peritiamque re- rum habentes. Et ibi ponit, quod ad dignitates minus idonei non sunt assumendi, quæna vide; quia est extra propositum, ideo non insisto.

S Exagesima octaua consideratio. Dignitas habet multa priuilegia quæ ponit Capolla in tract. de Imperatore eligendo. in verbo dionis. vbi ponit tri- ginta priuilegia, & duo alia ponit Lucas de Penna in

**I**lobstere. C. de à honoris tributis. lib. 10. Vnum vide-  
licet, quod facit hominem gloria decorari. **I. nullus. C.**  
de decurio. l. 10. Lætitiam gaudiumque in eo generat.  
**I. 3. §. his addimus. C. de silentia. l. 12.** Tertio, vitra per  
eum ibi posita dignitas superueniens operatur, quod  
excusat facit quem ab eo, quod prius promiserat, se-  
cundum Bald. in l. quisquis in s. C. de episcop. & cler. Hinc  
per hoc Bonus de Curtil. in suo tractat. nobilitatis. in  
3. par. numer. 23. dicit quod homo manus mortuæ, qui  
tenetur ad corueas, si post efficiatur doctor, aut con-  
sequatur aliam dignitatem, liberatur, & est immunis  
ab illis corueis, per tex. quem ad hoc ponderat in leg.  
interdum. ff. de oper. libert. & dicit Felyn. in cap. quo-  
niam Abbas. in s. col. vers. quarti hic Abbas. de offic.  
deleg. quod dignitas mutat conditionem persona, fa-  
ciunt quæ dicit Bal. in l. quisquis. in fin. C. de episcop. &  
cler. quod intellige non de diminuendo, sed pullulan-  
do, & augmentando; quoniam, vt ait G. de Monte-  
ferrato. in tract. de success. regum. in princ. sum 5. honor  
& dignitas personæ superueniens, eiusdem personæ  
qualitatem non mutat, neque extinguit, sed potius il-  
lam pullulat, & augmentat. I. f. illa demonstratio. 6. sed  
si cur. Nam honor eius auctus est, non conditio muta-  
ta. ff. de cond. & dem. & in l. pen. ff. de senator. & ex di-  
gnitate quis efficitur homo nouus, & immittitur ei  
cor aliud. vt l. Rig. 10. vbi dicitur: Num e Saul inter  
prophetas? faciunt quæ dicit dominus meus Iason, in  
l. non solum. §. morte. in 27. col. ff. de noui oper. runc. vbi  
dicit, quod verecordia excusat, ac si quis esset obliga-  
tus. Faciunt etiam quæ dicit Barba. in conf. 60 in 1. col.  
& seq. in 1. vol. & idem dominus meus Ias. in l. qua-  
drup. in 10. col. Inst. de aet. & Fel. in cap. cum omniis, in 7.  
col. extra de consit.

Et his diebus mihi evenit casus de quodam Nota-  
rio regio, qui terras suas, & hereditagia in loco ma-  
nus mortuæ habebat, & per homines loci illas culti-  
vati, & laborare faciebat: dominus volebat eum cogere  
ad faciendum corueas. Dixi, attenta eius qualitate, cui  
illi fuisset verecundum & inhonestum tales corueas  
facere, quod non tenebatur ad illas, & quod erat im-  
munis, immo solum tenentur ad tales corueas, quicquid  
illas facere ex natura sui artificij, & secundum natu-  
ram illorum, & adhuc pendet processus.

**S**eptuagesima nona consideratio. Quod dignitatem  
acquirendo & regendo, consequimur laborem, stru-  
dium, curam, misericordiam, vigilias, & calamitatem, secu-  
dum Lucam de Penna in l. C. de vetera. l. 12. vnde  
Greg. in registro. h. 4. c. 6d. Quomodo autem suscep-  
to pastorali onere habere serenitatem cogitationis pos-  
setis, cum scriptum sit: Erce gigantes gemunt sub aquis.  
quod satis ibi per Lucam exponitur, vbi etiam dicit,  
quod dignitas habet onera annexa. l. 1. §. nec ea freris.  
ff. de collat. honor. l. continent. ff. quod metus causa. facit  
40 diff. c. ante. & sicut patrimonium non sine labore  
consequimur, sic nec beneficia ecclesiastica, nec hono-  
rum insignia, nec stipendia. Luc. in l. C. de me-  
tallaria. l. 11.

**S**eptuagesima consideratio. Maiestas est, virtutis, &  
probatis quædam excellentia, sine magistratu, si-  
ne imperio, sine fortuna, adminiculo, honoratu reddens  
hominem. Et sic maiestas est honor longus, id  
est, diuturnus etiam post mortem, æternus sine hono-  
re, id est, magistratu publico, vt dicit & refert G Ben-  
edict. in sua repe. cap. R 17n. in ver. testamentum. l. no-  
mer. 45. de testamentis. sed tamen quicquid dicat, cadit  
in principem, vt in procœm. Inst. in præ. & in rege. vt in  
l. regina. C. vi nemo priuatus. & in praetore, vt in l. pen.  
in fin. ff. de iust. & iure. & in quolibet iudice, vt in ff. &

**C. ad l. Iul. maiest.** Et dicitur maiestas, id est, maior sta-  
tus, cap. felicis. de panis. lib. 6. c. 1. cod. iiii. cum ibi nota-  
tis. cap. 2. de stat. mon. cap. p. 2. de sen. & re iud. per Va-  
le. lib. 2. cap. de maiestate. vel maior potestas, Luc. de  
Penna in l. vlt. Cod. de delato. l. 10. vbi ponit differen-  
tiam inter maiestatem & dignitatem, vel dicitur ma-  
iestas autoritas sacra, quæ in terris post supernum ho-  
noratum secundo loco posita habetur, vt in §. arripiat.  
ibi: qua merito post supernum honoren secundo loco posse  
sunt. in Authent. ut omnes obedient iudicibus prouincia-  
rum. collat. 5. Et in sacra maiestate solum beneplacitum  
pro ratione est, dummodo honor inde non affe-  
ratur rationi naturali, quia tunc tale beneplacitum ir-  
cuile & illegitimum esset, vt in l. Marcellus. in fin. ff.  
de reg. iur. In publica vero autoritate disciplina atten-  
ditur, hoc est, doctrina populi cum increpatione: quæ  
quidem increpatio sacrae autoritati summa non con-  
gruit, cui etiam dedit Deus leges esse subditas, vt ipse  
princeps sit animata lex scriptarum legum, vt in  
Auth. de consulibus. in fin. collatio. Qui autem publicam  
disciplinam agunt, multa prudentia primo imbuti es-  
se debent, vt ex eorum prudentia autoritas assequatur,  
propterea dicit Platoneum fuisse virtutem primo summæ  
prudentiae, deinde summæ autoritatis. vt in l. 2. ff. de  
nudis. Princeps autem, qui maiestatem habet, pri-  
mo autoritate fulget; quia a Deo secundus in tectis  
habetur, alleg. §. arripiat. & secundo prudentia ipsa pro  
eximio ornatu & illustri decore appetit. An autem  
Duces & Barones habeant maiestatem, vide infra in §.  
parte, in fin. in consideratione incip. Alij autem inferiores,  
quæ est in ordine 56.

**S**eptuagesima prima consideratio. Reuerentia est ho-  
nor, qui exhibetur cum pauro, vt dicit Archi. in  
cap. 2. de offic. deleg. in 6. & ibi Dominicus de S. Gemi-  
ni. & est inter maiores & minores. vt notat. l. Andr.  
in c. non est sine culpa. de regularib. in 6. Et alicui exhibe-  
tur ratione dignitatis, vel potestatis, c. viii. 16. quest.  
2. vt dicit Tullius in Rhetor. Reuerentia est virtus, qua reue-  
rentiam exhibemus maioribus, in corporis humilia-  
tione, gestu, nutu, & verborum emissione. Ita dicit Lucas  
de Penna in l. 1. in 2. colum. C. de colleg. lib. II. & de  
huiusmodi descriptionibus reuerentia & venerationis,  
vide Ioanen de Turra tuba cum gl. Iacobi Bonaudi,  
in suo tractat. de vinca ecclesie. articul. 3. tertij tractat. in  
verbo honorificate. Dicit tamen S. Thom. 2. 2. quest. 13. l.  
distin. supra numerum primum, quod reuerentia non  
est honor, sed motuum honorantis, & finis aliorum.  
& ibidem quest. 10. 4. 2. distin. supra numerum quar-  
tum, dicit, quod reuerentia directe respicit personam  
excellentem: ideo secundum diuersas rationes excel-  
lentiae, diuersæ sunt species eius, vt de pluribus ponam  
in hoc libro, secundum ordinem dignitatum, in quolibet  
suo statu & ordine. de hac reuerentia vide Poly-  
cat. lib. 5. cap. 4.

Vel etiam dic. quod reuerentia est honor exhibitus,  
in testimonium virtutis. Et est timor initialis & ca-  
stus, & potest capi in bono & in malo. sicut etiam co-  
fusio, id est, erubescencia. secundum Thomam super  
Psal. 34. Et ideo cum nec dæmones, nec damnati, nec  
irrationabiles, ullam habeant virtutem, eisdem nullæ  
debetur reuerentia, nec honor, prout dicit S. Thom.  
in 3. part. 12. 9. quest. 2. hinc Boëtius de philosophica  
consolacione. libr. 3. Non possumus ob honores reue-  
rentia iudicare dignos, quos ipsis honoribus judica-  
mus indignos. Et ideo boni reuerendi sunt, ne offendan-  
tur, ne fortasse per eos ille pronocetur ad iram.  
qnt

qui eorum corda semper inhabitat, ut dicit Gregorius super Ezechiem. Inferiores enim suis posterioribus debent reverentiam exhibere. *L. posteris. L. de offic. et elo-ris pronin. c. statutum. extra de maiorit. & obed.* Nec debet junior ex hoc irasci, quod maior ei præfertur. *11. q. 3. c. qui resistit*, vide Lucam de Penna in *L. I. C. de consulibus. li. 12.* dixi supra amplius in *20. consideratione. incip. honor est illi.*

**S**eptuagesima secunda consideratio. Subditi præla-tos reuerteri debent, eis effectum dilectionis im-pendendo. *95. l. cap. ejus. 2. q. 3. c. habet. ipsi obediendo. 93. dist. 9. 1. v. c. seq. 3. 2. que. 1. 2. c. sacerdotes. eis com-municando & subseguendo*, *95. dist. 1. c. non oportet. eorum officium temerarie non usurpando, eadem di-stant. c. presbyter. eorum statuta seruando*, *7. quast. 1. c. quia, & c. si quis. extra de maioritate. & obedient. eos temerarie non arguendo, vel iudicando*, *21. dicto c. nolite. & eorum defectus non reuelando. sed potius con-te-gendo*. *97. dist. 1. c. cap. in scripturis. & dicit text. in cap. regnum. 23. que. 10. 5.* Ipsis autem principibas, & potestatibus fidem; & reverentiam seruati oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit. Sic etiam filius patti, & vxor marito tenen-tur reverentiam præstare. *23. quast. 5. c. est ordo.* Ita dicit Luc. de Penna in *d.l. C. de collegatis. li. 11.* Imo etiam reverentia debetur in utili prolatio, quandiu sustinetur, *c. si fortassis. 16. que. 10. 6.* Nec dignitas regia, vel impe-rialis vituperanda est, si rex aut Imperator tyranice securiat, ut est text. in *c. neque. 24. q. 6.* Imo etiam reverentia debetur ab exemptis. Bald. in *l. sua. per illum text. ver. scilicet ibi: per hunc. C. ac bonis libert. & dicam infra in 4. part. & ibi etiam Bald. in ver. scilicet. ultim. nota. 2. dicit, quod reverentia debetur naturali, nec potest reverentia pacto remitti, prout dicit Bald. in *l. libert. in 2. col-um. pone: ego promuto. C. de operis libert.* Ita qui tene-  
tur ad reverentiam alicui, non potest vocare eam in ius sine venia, ut dicit Specul. *in 11. de auctore. in 11. col-um. in fin.* Sed nunquid edictum, quod non credo in-distincte verum. Cum princeps reverentiam exhibeat juris perit ob fine in meritum. *leg. quicquid. Cod. de aduoc. divers. judic.* & tamen non est verum, quod eos non possit in ius vocare sine venia. Dic tamen, quod princeps hoc facit, non quod teneatur, sed tantum ex urbanitate, & ob finem meritum, & propter honorem scientie, adeo quod nominatum opiniones eorum ex-primit in rescripto. ut in *leg. si pure. ff. de fideicom. liberi.* & hoc studiorum labor iuste meretur, *l. 1. C. de assis.**

**S**eptuagesima terria consideratio. Reverentia, quæ debetur à vasallo domino, remitti potest, cum videatur deberi ratione contractus, secundum Bald. in *l. 1. in 52. q. ff. de rer. diuis. & in cap. si cauero. de fid. instrum.* Secus autem in reverentia, quæ debetur ratione personæ, ut est illa, quæ debetur à filio patti, ab uxore marito, à iudice doctori, ut dicit G. Benediti. in *sua re-per. cap. Raynitiu. in ver. di. as habens si ras. nu. 234. de testa.* & idem de illa, quæ debetur episcopo, de quo per Cano. in *c. cum vener. abilis. de relig.* & dicturus sum infra in *4. par. in 28. considerat.*

**S**eptuagesima quarta consideratio. Reverentia, quæ debetur viuo, debetur & mortuo, ut dicit text. in *l. apud Celsum. 5. aduersus. ff. de excess. ibi: semper enim re-verentia ei adhibenda est tam viuo, quam mortuo. & ibi: namque conuenit tam viuo, quam mortuo patrono à liberto honorem exhiberi.* de quo honore exhibendo circa corpus mortuum seu reverentia, infra dicam, in *2. par. in 5. consider. vbi ample.*

**S**eptuagesima quinta consideratio. Pro reverentia, quæ quis facit alteri, datur ei præmium: cum ei accedat bona gratia, ut habeatur Eccl. 32. Audi tacens, & pro reverentia accedit tibi bona gratia. Laudabile namque discretumque est reverentiam & honorem exhibere prioribus: dicit text. in *c. sicut inquit in princ. 2. a. 7.* facit text. in *c. ex ore. in fin. de priu. etiam si inutiles sint, dummodo tolerantur.* dixi antea, & videatis cœciam & contemporaneum nostrum Ioan. de Motholo. in *suo promptuario iuris. in verba. reuerentia.*

Aduerte ad id, quod dicit Luc. de Penna in *d.l. 1. C. de collegatis:* an faciendo reverentiam, ut proposito ei, cum quo de præpositura litigantur, tibi suo propere renunciare videatur. Videatur notata in *c. ex ore. ex tra de his, que sunt à maiori part. Capr. vbi videtur di-cendum, quod sic.*

**S**eptuagesima sexta consideratio. Excellentia propriæ scadit in principe, ut notat. in *cap. 1. de probat. vbi Imperator scribit Regi Anglie, & vtitur his verbis: Tua excellencia.* Tamen etiam prefectus urbis dicitur excellentissimus, ut in *l. tam demen. C. de episco. audi.* & etiam questor dicitur excellentissimus, ut in *l. si quanto. C. de appella.* Ex quo non indistincte excellentia cadit in principe: & ratione excellentiae quis præfertur, qui alias non preferretur, ut dicit gl. in *l. 1. C. de anno. cini. lib. 11.* vbi dicit, quod si scholasticus sit excellens, debet precedere doctore. dominus meus Iason in *l. cum quid in 1. lect. in 4. colur. si. scilicet. pet.* Et etia minor excellens debet præcedere seniorem, ut plene habetur per G. Benedicti in *sua reper. c. Rayn. in ver. Ad-sella impabers. nu. 2. de testa.* Et alia, quæ sunt ratione excellentiae personæ, ponit Spec. in *tit. de arbitri. 8. 2. ver- sc. 1. & Alex. in 4. l. cum quid.* & dicam u. fra in *10. par. in 30. consider.* vbi ponam, quod iunior doctor excellens, præfertur antiquiori indocto.

**S**eptuagesima septima consideratio est. Quod ut co-signoscatur, quis honor, quæ laus, quæ gloria dignitatibus sunt deferendæ, & quomodo inter illos sit seruandus ordo, & quomodo unusquisque agnoscere debet ordinem suum, & quod dignum sit eo ordine, quem suscipit, intelligere, & ita actus suos, sermonem, incessum, habitum, moderare. Ideo videndum est, quid sit ordo. Vnde ut ait August. de Custate Des, *li. 29.* Ordo est primum dispariumque rerum, sua cuique loca tribuens dispositio. & dicitur ab ordine: & ordinis ab ore dicitur, quod idem est, quod dispono, quasi ore pronuntio, quis cuique locus esse debeat. A quo ordo, dispositio gradus, & ordinarium, in quo ordo seruitur, & maxime ordo in dignitatibus est seruans. *l. fin. C. de primicer. & secundio. & iorbo ist. vi. dioniso. ordo seruetur. C. lib. 12.* & bonum consistit in ordine, secundum August. in *lib. de natura boni.* & ordo dei-rei perfectionem, *7. q. 1. c. nihil.* Nullius quippe vniuersitatis administratio gerere, neque subsistere posset, nisi eam magnus ordo differentiæ seruaret, in *c. ad hoc.* *89. dist. in vbi* habetur, quod Ecclesiæ militantis & triu-phantis duplex est ordo, & sicut in ecclesia triumphati sunt nouem ordines designati per nouem lapides. *de pœnit. dist. 1. c. principium.* ita in ecclesia militanti, quos habet. *c. clero. 21. d. c. cum in eccllesia nihil debeat esse in ordinatum.* *61. d. c. miramur.* Et ideo quanto ali-iquid ordinatum est, tanto id melius, & perfectius. *1. 2. 9. 1. ff. ad Velleia.* Ita dicit Lucas de Penna. in *rubr. C. vii dignitat. ordo seruetur. lib. 12.* Et proprius ordo dicitur, cum diuersatum rerum vel personarum, unaquaque proprium locum tenet. Arch. in *c. decernimus. in princ. 10. quast. 1.* graduum enim & ordinum distibutio v-nitatem in ecclesia conferuat. *d. c. ad hoc.* vbi gloss. &

Arch. 89. *dist. super c. licet. 45. dist.* quod amplissime & eleganti stylo declarat Iodocus Clyct. in suo *Antistitio. c. 2. & 3. in 3. lib.* Ratio autem ordinis obseruandi inter personas, ponitur in c. si. in *prin. 89. dist. in vbi* dicitur: Ad hoc dispensationis prouilio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contentio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi eam magnus ordo differentiae seruaret, & ibi gl. allegat Apost. dicentem: Dum mundus iste durabit, homines praesunt hominibus, daemones daemonibus, angeli angelis. Cum enim Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis praelatio, non tamen ordo vel majoritas. Aliquis enim maior erit alio, quoniam in domo patris mei multae mansiones sunt. *c. in domo de pene. dist. 4.*

In omnibus enim actibus & virtutibus est ordo, & reitur secundum ordinem, secundum Arist. 3. Eth. c. Et ideo, vbi sunt plura ordinata in unum, oportet esse aliquod vniuersale regimen, supra particularia regimina, & ad hoc est facta praelatio inter ministros, ut not. gl. & Doct. in c. leg. ma. 93. dist. Et etiam dicit Tull. lib. 1. officiorum, quod ordo proprie est compositio rerum in aptis, & commodatis: prout etiam dicit Luc. de Pen. in l. his quidem. C. qui mil. non poss. in 2. col. h. 12. Potest autem ordo multipliciter considerari, ut in fradicam. Nam, ut habetur in c. conuenit. de consecr. dist. 5. Conuenit ordinem aequaliter ab omnibus custodiari, nec debet turbari ordo officiorum. *l. quis quis in si. vbi ibi gl. si. C. de postulante.*

Et ordo est etiam vniuersiusq; rei figura substantia, ut inquit Bal. in *conf. schismatis*, quod posuit post rub. si quis alteri. vel sibi. & testatur D. Ambr. que recitat Bald. in proce. *Digestorū in prin.* & dixi satis ample *supra in proce. huius libri*. Vdalricus Zafius in *repet. l. 2. ff. de ori. in. in 9. post hunc maxime autoritatis. in gl. in eques- bri ordine.* dicit, quod est discretio status hominum conditioni accommodatus. Et Origen. in *Levit. c. 4.* ordines duodecim rationalis creature esse, ex 12. tribubus collegit, de quibus infra dicam in sequenti parte.

Ordo etiam rem decorat *l. numerarios. & ibi* *Luc. de Pen. C. de appar. magistr. mil. l. 12.*

**S**eptuagesima octaua consideratio. Duplex est ordo, Stemporis scilicet & qualitatis. De ordine temporis habetur in l. 1. C. de consulibus. li. 12. & de prapos. sacri cubic. l. 1. C. eo. li. & de proxim. sacror. scrip. l. vniuersi- que. & de tyronibus. l. fi. C. eod. li. de quo infra in pluribus locis dicam, & maxime in ultim. part. De ordine qualitatis seu majoritatis, de quo est nunc quæstio in partibus leuentibus quasi in omnibus, & de quo ha- betur in rubro & nigro ut dignitatum ordo seruetur. C. l. 12. & hic ordo potior est primo: quia, vbi habet locum ordo qualitatis, & de ordine temporis non curatur, ut in l. 1. C. de consulibus in fi. & C. qui accus. non possunt. l. 1. in fin. Vnde immunitatio operis praefertur origini carnis, 22. quæsi. 2. §. item opponitur quod Iacob. ita dicit Lec. de Pen. in rub. C. vi. dig. ordo seruetur. Et ideo dicit Iacob. Rebuff. in dist. l. 1. Cod. de consulib. li. 12. quod ordo temporis seruat tantum inter existentes in dignitate aequali: sed vbi sunt inaequales dignitates, non seruat ordo temporis: sed ille est prior aliis, qui meruit maiorem dignitatem, ut ibi ample per eum.

**S**eptuagesima nona consideratio, quod adhuc alio respectu, triplex ordo.

Primus est, vnius rei ad se ipsam in esse producen- dam, ut in lenientia, ad quam recte faciendam, seruan- dus est ordo iudicij, l. protatam, C. de sens. & inter. om. etud.

Secundus ordo est temporis, ut quia una res est prior tempore, quam alia; tunc in honoribus ordinandis non presertur prior, sed potior. l. honores. ff. de recur. l. ad subeunda. C. de decu. li. 10. Sed in iam ordinatis inuicem preferendis, seruatur ordo, tam temporis, quam qualitatis, ut dixi in *præce. consid.* & dicam infra in ult. par.

Tertius est ordo, qui non attenditur, quando constat de mente contraria. l. nec enim. ff. de solutio. quoniam quandoque verba transposita & ut plurimum idem significant, l. 1. C. qui accus. non poss. l. quidam. ff. de pecun. lega. l. preposteri. C. de testam. vbi dom. meus Iason. l. cum pater. §. si fides tua. ff. de leg. 2. & hoc quia sensum & non verba spectamus. l. 3. §. cum domino. ff. de ads. leg. & declaratur quandoque mens ex concep- tione sermonis, & personatum affectione, ut vult gloss. in d. l. cum pater. §. a te rogo ff. de lega. 2. Si autem non potest constare de mente, non recedimus ab ordine scrip. ita. l. 1. §. is qui nauem. ver. in re igitur dubia. ff. de exercit. & ita dicit Iohan. de Platea in l. 2. C. ut dignitas. ordo seruetur. & dicam plura infia de hoc biocardico, An ordo seruatur atque datur. videatur Fel. in rub. de mator. & obo. & in c. cum dilecta. de referi. vbi ponit quinque limitationes. & do. meus Iason in l. 2. §. priu. ff. de vniq. n° pupil Benedictus in sua repet. c. Rayn. in verbo. testamentum. 2. 3. de testam. dicit. quod procedere contingit tribus modis, scilicet tempore, ordine naturæ, & iuris fictione, seu ingenio intellec- tus. vide ibi.

**O**ctauagesima consideratio. Quia, licet ordo in dignitatib. sit seruandus, quod etiam in aliis est seruandus. Primo, in subeundis muneribus. l. fi. quem- adm. ciuilia mune. ind. lib. 19. C. & l. 1. de munerib. pa- trimo. eod. lib.

Secundo, in debitibus fisci conueniendis. l. quo- niam Augeric. C. de conuenien. fisci debito. ls. 10. quo quis ordine conuen. per totum.

Tertio, in liberalibus. leg. generaliter. §. si quis ale- num. vers. si quis ergo. ff. de fiduci. libert.

Quarto, in pignoribus. l. 2. C. qui potior. in pign. hab.

Quinto, in petitionibus à diuersis in iudicio pro- politis, l. qui prior. ff. de sudic.

Sexto in executione rei iudicatae l. ordo. C. de exec. rei iud. & l. a dino Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Qui si non seruetur, actus est nullus. Fel. in c. cum dilecta. 6. col. ext. de res. Iohan. de Imo. in d. §. in venditione. & maxime quando executio sit ab executori, ut dicit Alex. in conf. 5. in 3. col. in 2. vol.

Septimo, in petitionibus ab eodem propositis. l. or- dinary. C. de rei vendic.

Octauo, in testamentis, l. qui soluendo. ff. de her. inst. l. 2. §. priu. ff. de vulg. & pup. subst. Ista ponit Iohan. de Platea in l. 2. C. ut dignis. ordo seruetur, lib. 12.

Nono, in visitatione fienda per episcopū, vel alium habentem ius visitandi. c. 1. de censib. in 6.

Decimo, in electionibus fiendis. c. 1. quia propter. & ibi not. ext. de elect. ita, quod non debet fieri præposto- ratio requisitorum ad electionem, ut notant Io. And. & Panorm. in d. c. quia propter. in 5. & 6. colum.

Vndeциmo, in confirmatione electionis: quoniam prius debet fieri inquisitio de processu electionis, de meritis & dignitate vel indignitate ipsius electi per ipsum confirmatorem, quam electus confirmetur, alias confirmatio non teneret, cap. prouida. & c. fin. de elect.

*alec. in 9. & ibi Dominicus, & Philipp. Francus, & ample de his duobus per Pe. de Brax. in suo directorio electionum. 3 parte. c. 38. vbi multa de materia ordinis, & ibi pororū triplicem esse ordinem. de quibus dixi in preced. confid.*

Duodecimo, in Euangeliis, vbi primo in ordine ponuntur Euang. Matth. quia primus scripsit Euang. in Iudea, ut habetur in arg. in euangelium secundū Mat. & ibi Nicolaus de Lyra.

Decimotertio; Etiam Deus præcipit nomina filiorum Israhel scribi in veste Aaron, iuxta ordinem natuitatis eorum. Exo. 28. & habetur per Lucam de Penitentia in l. 3. in prim. C. de tyronib. lib. 12.

Decimoquarto in oneribus ordo est seruandus, l. ordine. ff. de leg. 5 l. 3. 5. presens. ff. de munere. & honor. gl.

in l. unic. C. de potiorib. ad munera nomin. lib. 10.

Decimoquinto, ordo seruandus est eorum, que legi ponuntur, ut l. fin. C. de offi. prefecti urbis, secundum gl. 1. in l. 2. ff. de adopti. & sic vbi legalis paternitas contrahitur, priuino interrogatur pater, quam filius, d. l. 2. vbi, quia is, qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur. ff. de adopti. per quem text. d. gl. 1. inferr. quod sponsum primo debet interrogari in matrimonio contrahendo, quam sponsa, & ad illud propositum illam gl. singularizavit ibi Bald.

Decimosexto, in iudiciis, ut n. l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & C. de ordine iudic. & de ordine cognitio. & in his, si ordo non seruetur, an actus sit nullus. Alb. de Ros. in l. 1. in 5. column. de novo Codice compet.

Prima partis Catalogi Glorie Mundi finis.



## SECUNDA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

A Barth. à Chassaneo humanorum Iurium Doct. Patrono Heduorum fiscalis, editi: dignitates, laudes, & excellentias hominis, præcipue mulierum, complectens:

Divisa in unam & quadraginta Considerationes.

In primis, pro clariori subsequentium intellectu, duas primas præmitto Considerationes, tanquam fere vniuersales ad huius operis materias.

**S**i ergo Prima: Omnia Entia quatuor sunt genera. Primum est etatum rerum, quæ habent esse tantum, & hanc multiformis est differentia. Nam & si in hoc uno conueniant, quod habent esse, recipiunt tamen hoc esse: ista quidem clariss. ista vero obscurius. Inter elementa etiam aqua dignior est terra, & ignis supra aquam & aërem multo præclarior. Dixi inferius in vlt. par. in 12. confid. Iste gradus complectitur cuncta, quæ generantur in vilceribus terræ, ut sunt mineralia, & metalla omnia, argentum viuum, plumbum, ferrum, cuprum, stannum, argentum, & aurum. Quod autem istorum altero sit præstantius, etiam natraui in d. par. in 95. confid.

In hoc gradu est fusarium, quod aurum pretio superat: sulphur, salpetra, salgemma, & cuncti lapides pretiosi, ut sunt carbunculus, hyacinthus, smaragdus, ametistus, topazius, corallus. Hi orones magni sunt pretij, pulchritudinis, & virtutis. De quibus videre poteris aliquid in d. par. vlt. in 91. confid. In hoc præterea gradu sunt omnes cœli, omnia corpora cœlestia, omnes sphære, sidera, & septena planetarum lumina. De quibus eriam in dicta finali parte. Artificia quaque ad istum referuntur gradum. Quæ & si inter se de nobilitate compugnent, ut infra dicturus sum in 11. par. in hoc tamen cuncta conueniunt, quod

esse tantum habent & non vivere.

Secundus gradus est eorum rerum, quæ habent esse & vivere, cuiusmodi sunt omnes planæ, arbores, & herbae. Hic nempe vitam suam oculis nostris insinuant, dum videmus eas sursum, deorsum, ante & retro, ad dextram sinistramque moueri. Attrahunt & habent e terra suam, unde se nutriunt, elementum, crescunt, augmentantur, & flores, frondes, fructus, seminaque producunt. Habent enim intra se virtutem quandam, qua facile ista perficiant. Sub isto gradu innumerabiles ponuntur arborum, & herbarum species: quarum inter se fructus, sapores, odores, virtutes, coloresque longissime separantur. Omnibus una vivendi ratio, sed nobilitas dignitasque non una, prout etiam in d. part. dicitur, in 88. 89. & 99. considerationibus.

Tertius gradus est eorum etiam, quæ habent esse, vivere, & sentire: & in hoc sunt cuncta animantia. Ad sensum enim visus requiritur & auditus, gustus, odoratus, & tactus. Ad istum gradum referuntur cuncta, quæ mouentur in terris vel aquis, vel quæ in liquido aere percolant. De his infra in 70. 80. & 81. considerationibus dilecta vltima pars.

Quartus gradus est eorum quæ habent esse, vivere, sentire, & intelligere: & in hoc est homo, cui præter esse, vivere, & sentire, habet etiam intelligere, discernere, velle & nolle libere. Solo enī arbitrio

ascendit homo supra cætera animantia: qui potest iudicare, ratiocinari, & susceptibilis fieri experientia, artis, scientiæ, atque doctrinæ. In hoc etiam sunt angelii & dæmones, boni & mali, cum dæmon etiam in bonam partem olim accipiebatur, & erat nomen dæmonis veteribus honestum, ut ait Cælius lib. antiquarum lectionum 1. c. 23. & c. seq. Vbi & Platonicoru schoala asserit, rationalis naturæ gradus esse tres, non dignitatis tantu maiestate interpusos adiunctosque. sed etiam locoru intercapedine. Nam immortalibus diis summa in attribuunt se deim, hoc est cœlestem. Sed hominum alios dici, & esse intelligibiles, ab omni materia contubernio semotos, quorum patens princepsque is sit, quem rerum conditorem opificemque veneramur, maiestatis amplitudine ultra mundana, sanctum, & humano sermone inenarrabilem, sed ne mente quidem facile apprehensibilem. Quisquis est, quantum cunque unus est, verus, bonus, veritas una, bonitas una, vera. Cæteri, non tam dij, quam ministri. Visibiles Deos intelligent cœlestia corpora, atque hic gradus utique unus, qui & primus. Inum vero tenet numisma præcessæ diuinitatis Eximium, homo, cuius eminentissimam naturam cœlitibus fere comparem, contendunt. Medium vero inter hosce extremos gradum à lunæ collimitio ad nos usque expansum iam habent, quos à scientiæ magnitudine prisci dæmones vocantur. Hos tanquam interpretes quosdam, & salutigerulos arbitrati sunt priores; qui concepta à nobis vota ad deos deferrent, & illinc ad nos divina munera referebantur. Hos Romani veteres medioxumos nuncuparunt: quod insiti ex suis, ratione, ac loco, & potestate, diis summis sint minores: hominum natura velut complacitum est antiquis: utique maiores. Hæc Cælius. Et de isto tertio gradu, & primo dicam in 3. par. De secundo vero, qui est hominis, in hac parte disentitur.

**S**ecunda & principalis consideratio huius secundæ partis, quæ est generalis ad omnes sequentes, & ex qua omnes dependent, est: Quod cum homo honorari naturaliter appetat. Specul. in 1. de creatio. §. 5. ver. porro si sunt pures deles. at. & dixi supra. Ideo dic quod homo est animal honorandum. Hoc in natura Dei transit; quia ipse sit Deus. Hoc dæmonum genus nouit, ut pote, qui cum iisdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confusus. Et, ut ait Trismegistus: Miraculum est homo, ad similitudinem Dei factus. Genes. 1. & 9. c. text. in c. hac imago. 33. q. 5. & in 1. si quis metallum. C. de pœ. In tantum, ut ipse pater architectus Deus omnipotens, omnium creaturarum creator, cunctis rebus creatis, ultimum, diuinum hominem creauit ad imaginem, & similitudinem suam: ut postquam ipse Deus, hanc, quam mundanam domum viderimus, diuinitatis templum augustissimum, arcane legibus sapientiae fabrefecerat, super cœlestem regionem mentibus decorarat, æthereos globos, æternis animis vegetar, excrementarias, & feculentas mundi partes, omnigena animalium turba, complebat: opere consummato, considerabat aliquem esse, qui tanti operis rationem perpenderet, pulchritudinem amaret, magnitudinem admiraretur. Inducendo unum, quod à regibus & principibus nostri temporis usurpatum videamus: ut cum magnificam, & nobilem ciuitatem considerint, iam urbe absoluta, imaginem suam, omnibus visendam, in medio illius spectandamque constituant. Sic fecisse videmus principem omnium Deum, qui tota mundi machina constructa, postremum omnium, hominem in medio illius statuit ad

imaginem & similitudinem suam, formatum. Res ergo & supra fidem mira, est homo. Cœlestis enim illi est origo, testante Virg. & comprobante Ouid. in 1. lib. Metamor.

Pronaque cum spectant animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, cœlumque videre.

Iustus, & erectos ad sydera tollere vultus.

De quo habetur in gl. in §. partus. Inst. de rerum diuis. & in 1. iustissime. ff. de adil. edi. & in §. fin. Inst. de ure natur. gent. & c. iu. Vnde etiam Silius Italicus:

Nonne vides hominum celos ad sydera vultus.

Sustulerit Deus, ac sublimia fixerit ora.

Cum pecudes volucrumque genus formamque ferarum,

Segnem atque obscuram passim strauisset in altum.

Huncque gloria & honore coronauit dominus, & constituit eum super opera manuum suatum, ut haberetur Psal. 8. Omnia sub pedibus eius subiecit, oves, boves, vniuersa insuper & pecora campi: volucres cœli & pisces mari. Psal. 38. Et super vniuersas terræ creatureas contulit ei dominij principatum, nobilitudo etiam, & sublimando hominis dignitatem, ex ministris spirituum superiorum. tex. in ele. si dominum. de relig. & vener. sanct. Hinc etiam Apostolus ad Heb. 2. dicit, quod Deus omnia submittendo homini nihil dimisit non subiectum. Hinc dicit Plin. lib. 7. naturalis historia c. 1. quod homo est animal cunctis imperans, & etiam ceteris animantibus excellens. Aris. lib. 1. de animalibus. Nobilitatumque & altissimum animal est homo. eo. lib. de animal. lib. 1. Et, ut dicit Lucius Apuleius de Deo Socratis, præstantissimum animal est homo. Ita ab ipso Deo magnificatus, ut paulo minus angelis sit diminutus. Psal. 8. Hoc enim in natura Dei transit, quia ipse sit Deus; Hoc dæmonum genus nōnit, ut pote quod cum iisdem ortum se esse noscat: hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confusus. O hominum quanta est natura temperata, felicius ac diis cognata diuinitate cœiunctus, partem sui, qua terrenus est, despicit. Cæteria omnia, quibus se necessarium esse cœlesti dispositio ne cognoscit, nexus secum charitatis astringit, sive suspicit cœlum. Sic ergo feliciore loco medietatis est positus, ut quæ infra se sunt diligat. Ipse autem à superioribus diligatur elementis velocitate miscetur. Acumen mentis in profundo maris descendit. Omnia illi licent, non cœlum videtur altissimum, quasi enim è proximo sagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius, caligo aeris non confundit. Non desitas eius operum impedit. Non aquæ altitudo profunda asperatum eius obtundit. Omnia idem est, ut ubique idem est. Hoc satis probat dictum Aristotelis in 3. lib. Politorum dicentis; Animal hoc prouidum, sagax, ac instantum, memor, plenum rationis, & consilii, quem vocamus hominem, præclarâ quadam conditione generatum est. Non solum famulantur terrestria, ino & angeli hominis sunt, ut habetur Apoc. 19. Vbi Angelus non fuit passus se adorari ab homine. Dixit enim homini, nequaquam, conseruus tuus sum & confratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Et dicit gl. in 1. cogitatione. ff. de vario, & extraor. cogn. quod angelica natura servit homini. Omnipotens enim animantium dominus habet ad sui custodiæ angelos, quasi satellites aut pædagogos posuit. Quoniam, ut dicit Albertus de Gandino in tractatu maleficiorū, in ii. quomodo cognoscitur de maleficis, quando crimen est notorium. Virtus angelica est hominis seruitio deputata. Cœli insuper, nisi Deum offendat, hæres futurus: dæmonibus, hoc est, angelis malis & apostatis imperat. Vnde Hermes

Trism-

Trismegistus dicit hominem tantæ sublimitatis esse, ut Deos faciendi habeat facultatem. Dij enim estis & filii Dei omnes, ait propheta. Omnis enim creatura, dicitur, cu, ut habetur *M. v. 26.* Euntes in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et omni creaturæ Euangelium prædicatur cum homini prædicatur, ut dicit Greg. in homin. & Euangelijs Pentecostes. & in gl. ad Romanos ibi: *Iustis, l. 1.* Et hoc est etiæ; quia, cu omni creatura participat, & omnes proprietates creaturarum in se admisit. Habet enim cu herbis & arboribus viuere, cum brutis sentire & fructus percipere. De his duobus Gaudi, *in loco hic anue allegato, allegat tex. in l. qui vas. §. & furtivis. ff. de fur. & in l. in pecudam. ff. de usur.* Habet & tertio cum angelis intelligere, ex quo facta est anima rationalis, ut Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando possederet, & possidendo feceretur.

Omnium enim creaturarum est dignissimus. Ita dicitur in summa confessionis. *in 11. ex quibus caupis infamia interrogata, in prim. & in Amb. de usq. §. qui vero. & gl. in l. ev. p. ff. cuncti. & facit §. per editum in d. l. empto. & in l. de re. dimis.* Hominis etenim gratia omnes fructus rerū natura comparavit. *§. parvum. d. l. in pecudum ff. de usq. Hinc Plio. i. c. hb. 7. naturalis hystorie,* dicit, quod causa hominis videtur cuncta alia genuisse natura. Hominem etenim dico tantæ excellētiae & sublimitatis, quod quodammodo est finis omnium, scilicet Arist. *Eth. 8.* & omnia continere dicitur, ut Deus sed diversimode. Deus autem omnia in se continet ut principium, homo vero omnia continet, ut omnium medium: quo sit, ut in Deo sint omnia meliore nota, quam in leibl. In homine inferiora, nobiliora sunt conditione, superiora autem degenerant. Sunt ignis, aqua, aer & terra, per verissimam proprietatem nature, sive in crasso hoc & terreno hominis corpore, quod nos videntur. Huius etenim nulla creata substātia seruire deditur: huic terra & cœtera elementa, huic bruta p̄cepto sunt ut famulētur. Haic militat cœlum: salutē bonumq; procurant angelicæ mentes, ut siquidem verum est, quod scribit Apost. esse omnes administratorios spiritus, missos propter eos, qui hæreditati sunt destinati. De quo originaliter Paulus ad Hebr. *6.* translumpnū in cœlo. *Si dominum dereliquerit.* & venerat sanctū. Imo seipsum Deus pro homine exhibuit, *ad Heb. 5.* Et translumpnū in d. l. si dominum. In uno se tradidit contumelii afficiendū pro homine, ut ipsum a vinculis potestaris diabolicae liberaret, ut est tex. *in c. suggesti. 7-9. 1.* Sic etenim huic mancipantur terrestria, facient cœlestia, quia cœlestium, & terrestrium vinculum est, & nodas. Hanc hominis excellentiam amplissime ponit Ant. Flor. *in sua bis. par. 1. l. 1. c. 1.* Vbi dicit hominem à Deo fuisse sublimatū honore, & excellentia, quo ad animam, in tribus, scilicet in magno gratia, in iusta iustitia, & in eximia notitia; quo ad corpus, quantum ad immortalitatem, impalpabilitatem, & loci amēnitatem, & quo ad honorem dominū, ut p̄cepit omnibus. Quæ omnia ample declarat, quæ non transposito, cum fuit clara, & clare posita. Vnde ergo metito dicit Hermes Trismegistus, quod miraculum est homo, prout ample recitat Picus Mirandula *in sua elegante oratione, in cœlo Romanorum per eum recitata,* vbi dicit legile in monumentis Arاب. *lam Saracenum interrogatum fuisse, quid in hac mundana scena admirandū spectaret, qui nihil homine admirab̄ luis spectandum, respondit.* Et dixi *in trahlatu meo de maledictione creaturarum irrationalium, in 2. part. in 3. & 4. fundam. illius part.* vbi alias dignitates & excellentias hominis posui, quam

composui in scholis me existente in studio Ticinen. Et vide etiam in sermone *Discipul. 32.* nouem dignitates hominis. Et ex prædictis possent ultra numerum 52. numerari. Et inter alia priuilegia hominis, inter cœtera animalia, quod licet omne animal istuum fulmine intereat, homo tamen non semper interit, immo percussus euadit se p̄fissime: ut de Anchise apud Virg. legitur, ut recitat Guil. Benedicti in sua repet. c. R. *renut. in verb. adiecta imp. uberi. in prin. de testam.* Vbi ponit, quod inter aves nunquam aquila persecitur fulmine, inter quadrupedia, vitulus, seu bos marinus, inter ramos, laurus, & ibi tam in dictis, quam in allegationibus plurimum, multa de laude, & excellentia hominis comprehendit possunt, quæ omissa, ne sim nimis prolixus: quæ prolixitas quandoque, & ut plurimum inducit desperationem & fastidium legētibus. Sed amplius vide de dignitate priuī hominis, Ioannes Chrysostomus, qui librum vnuū fecit, incipientem: *Dignitas humana. &c.*

Aduertendum est etiam, quod in corpore humano sunt multa admiratione digna, quæ ample ponuntur per Cœlium *lib. 1. suarum antiquarum lectionum, c. 12.* & de omnibus, quæ sunt in homine, tam in mente, intellectu, memoria, quam in corpore, ponit ample id ē Cœlius *l. 2. per totum,* vbi ponit rationem omnium membrorum: & inter omnia dicit esse quatuor principia hora, & digniora, videlicet cerebrum, cor, epat, & testiculos, de quibus *codem li. cap. 39. & infra in ult. par.* vbi queritur, quod membrum humanum sit dignius, & excellentius.

**T**ertia consideratio. Homo est dignior angelis, propter assumptam à diuinitate humanitatem, propter quod homo magis attinet Christo, quam angelus propter multa.

Primo; quia Deus non solum fecit hominem de progenie sua: quia cum ad imaginem suam creauit sicut angelum; sed insuper de progenie humana seipsum fecit, quando verbum caro factum est, *Ioan. 1. & in symbolo: Et homo factus est.* Maxima quidem esset hominum cuiilibet dignitas, & gloria atque nobilitas, si Imperator, aut quilibet aliis princeps supremus, de eius se faceret prosapia & parentela. Multo autem maior nobis & gloria atque nobilitas, quod Deus se de nostra fecit prosapia progenie & cognatione.

Secundo; quia angelus attinet Christo ex parte patris, qui est pater Christi per æternam generationem, ac angelorum & hominum, per temporalem creationem: sed homo attinet Chirillo, etiæ ex parte matris, quæ nō est angelicæ naturæ, sed humana, *ad Heb. 2.* Nulquam enim angelos apprehendit, sed semen Abramæ. Et fratrem hominis se vocat, ut habetur per Psalmistam: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Et ait Bernardus: *Puto, quod iam me spernere non poteris, quod os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.*

Tertio: quia Deus contraxit parentelam cum angelo solummodo dando, quando scilicet filiam suam, id est, imaginem ei dedit, quam etiam homini dedit: sed cum homine contraxit parentelam, etiam recipiendos: quia sororem eius, scilicet animam rationalem, & matrem ipsius: videlicet humanam naturam, sibi copulauit.

Quarto: quia homines beatitudinem habent in visione humanitatis Christi, in quam desiderant angelii prospicere. *l. P. 1. & in contemplatione diuinitatis,* quam angelii solum habent in contemplatione diuinitatis.

Quinto: quia humana natura est deificata, non autem angelica.

Sexto; quia ipsa humana natura est super omnes choros angelorum exaltata, ut patet in humanitate Christi, & matris eius. Cum exaltata sit sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna: & etiam Christus, qui allumpiat in se humanitatem, sedet ad dextram Dei patris, quod quomodo intelligatur, dicit Aug. in lib. de Symbolo, ut dicam infra.

Septimo; quia Deus dedit potestatem homini Deum faciendi, & corpus suum consecrandi. Clem. si dominum de relig. & veneratione. & tamē non dedit angelis, ut habetur per Io. de Turrec. in cap. quid sit de conser. dīgl. 2.

Octauio; quia angeli ad custodiā hominis sunt deputati. ut habetur per Psal. 10. Angelis suis Deus mandauit de te. Et dixi hic ante in prima consideratio-ne. Dicit tamen Io. de Turrec. in loco hic ante allegato. imo angelica natura seruit homini, ut dicit gl. in ver. dignitatu. in l. cognitione. n. ff. de var. & extra. cogn. Quia angeli sunt maiores homine natura gratia & officio: & quomodo, vide Benedict. de Bustis in 2. part. sui R. s. sermon. o. litera L. vbi ponit sex primas ratio-nes, etiam ponit alias, ex quibus Angeli sunt maiores.

Aduerte tamen, quod quilibet homo debet hono-rare angelum suum, in quounque loco fuerit. Vnde Bert. in quoniam di serforio, in quoniam angulo reverentiam exhibe a globo, ne audas illo absente, quod nec pre-sente auderes facere. Et semper, die, & sero, & mane, & omni hora.

Angele qui mens es custos, pietate superna,  
Me tibi commissum serua, defende, guberna.  
Amen.

Et subiunge de B. virgine Maria,  
Ut me pausantem conserues, & vigilantes,  
Me tibi virgo pia, semper commendabo Maria.

Aduertendum est etiam quod principes etiam ha-bent duos angelos: unum, scilicet ratione sunt singula-tis personæ, sicut habent cæteri homines, ut habetur Matth. 18. ibi; Videte, ne contemnatis unum ex his pu-sillis, dico autem vobis, quia angelii eorum semper videt faciem patris mei, qui in celo est. Et isti angeli sunt de-ordine inferiori. Alterum vero angelum habent ratio-ne dignitatis, vel officij regalis, aut prælature, ut de Eliquo legitur 3. Reg. 4. cap. Quia angelorum multitu-dinem ad sui defensionem habebat, quod, quomodo intelligatur, vide Guil. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo Adielle impuberis. extra de testam. Et ibi po-nit quomodo Michael est angelus regni Francie. Et etiam quomodo unus angelus quandoque impedit aliud, & resiste alteri in portigendis precibus, & ob-tinendis meritis. Ideo ut habetur Dan. 10. vbi Gabriel dixit Danieli princeps, id est, angelus regni Persiarum resistit multi viginti & uno diebus. dicam infra in 3. p. 1. eq. in 16. confid. vers. 4. adiunxit.

**Q**uartaria consideratio est. Quod præ cæteris hono-ratur anima, mente, memoria, intellectu, & quinque sensibus, ultra alia animalia mundi, de quib. sin-gulariter dicemus. Et de anima, quomodo omnis di-gnitatis hominis sit ab anima, ample probat Cælius, li. 1. Quarum antiquarum lectionum, c. 43. 44. 45. & 46. De mente, quæ est vice luminis & instrumenti, & vi-sus, eod. lib. c. 44. De memoria, & eius excellentia ha-betur lib. 3. c. 21. & lib. 2. c. 3. De intellectu habetur eod. lib. 2. c. 1. 2. De quinque sensibus habetur per eundem Cælium, lib. 1. c. 48. 49. 50. 51. & 52. & ibi, quis ex quinque sensibus sit præstantior, dicam infra in viii. parte, in 44. consideratione.

**Q**uinta consideratio. Sicut homo præ cæteris ani-malibus honorandus est in vita, ut ante dictum

est; ita etiam in morte & eius sepultura, exéplo Chri-sti, qui Deus & homo, licet se pro homine contume-liis afficiendum dedit, ignominiosaque mors illi fuit, sepultura tamen illius fuit gloria, sicut iam Esaias prophetauerat, ut habetur Esa. 11. Et erit sepul-chrum eius gloriosum, prout sepulchra Adæ, Abra-hæ, Isaac, & Jacob, & eorum uxorem, & aliorum plu-riū Patriarcharum fuerunt gloria, prout recitat Hiero. in lib. Hebraicarum questionum. Et recitat am-plissime Io. Ludo. Viualdus in suo tracl. de pugna par-tis sensitiva & intellectu. in prin. in tit. de officio pietatis in defunctos. habetur in can. Ebrom. 3. q. 2. & etiam de Tobia ibi habetur, Thob. 4. Cuius Christi, & pa-triarcharum actiones & exempla, sequi debeimus, cu-Christi actio nostra sit instructio, c. significasti. et 2. de ele. 2. 9. 1. 1. Der. Pet. de Anch. in c. nos, extra de sepul-turis. quæ etiam sepulchra in magna veneratione ha-bitata fuere à gentibus, prout Iustinianus, & Valerius scripserunt. Et inter cætera, Scythæ illud diligentissime obseruabant, quod sepulchra parentum, quæ voluerunt habere communia, non minus venerabantur, quam sacra Deorum. Et etiam multum fuerunt com-mendatae sepulturæ mortuorum tempore antiquo. Quoniam, ut habetur Eccl. 7. Mortuo non negabis gratiam, id est, sepulturam, transflumptu. in e. eccl. le-sia. 11. q. 2. & David Psal. 87. in pri... in e. mortuorum pro-sunt in 12. Apud maiores gentilium Romanorum ritus talis erga mortuos obseruabatur. Nam perungenda cadaveræ preciosis quibusdam vnguentis detinebantur, & in rogis multa simul aromata cum cadaveribus cremabantur. Vnde de Sylla legi-mus, maximam multitudinem aromatum in eius ro-go fuisse absumptam. Refert idem Viuald. in loco hic ante allegato. Hic mos, etiam apud Ægyptios obseruabatur, ut habetur Gen. 50. de Joseph, qui precipit ser-uis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem suum, quibus iusta expletibus transierunt quadraginta dies. Fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus, scilicet quadraginta dies conditieri, & triginta flentis, ut di-cit ibi de Lyra. Etiam habetur D. in 34. de Moysè, quem populus Israëliticus fleuit triginta diebus. Et recitat Valer. in tit. de seruari hysione. cap. fin. Quod Senatus Romanus post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ ultra trigesimum diem luctus suos exten-dent, ut ab his sacra Cereris peragi possent. Alius tamen mos erat apud aliquos, ut lugerentur defuncti, usque ad tertium diem, apud alios, usque ad septimum, apud alios vero usque ad quadragesimum, de quibus moribus in c. quia aliq. 13. 1. 2. Et iste mos quadraginta dierum apud nobiles in Gallia obseruatur. Ex quo sententiatum fuit per Officialem Heduensem, quod domicella Iachelina de la Trimoille, filia nobilis & potentis domini Georgij de la Trimoille, locum-in-ventis regij generalis in Burgun. citata coram ipso, super certis promissionibus matrimonialibus, per verba de presenti, instantे procuratore D. episcopi, & ad denunciationem generosi & magnifici viri domini Io. de la Bulme, domini de Besme, & filii illustri domini Comitis de Montereuel, non tenebatur compa-re in iudicio, neq; exire domum, ante quadraginta dies, computandos a tempore mortis, dicti quon-dam sui patris.

Aduerte etiam ex illo *Genes. 50. c.* circa tria. Primo, ibi interuenit honoris exhibito in condimento corporis defuncti. Secundo, fieris solennis super mortuum. Tertio, honorabilis deportatio cum comititia valde solenni & nobili. Nam Ioseph conuocauit omnes maiores patriæ domus Pharaonis, & amicos ad conducendum corpus patris sui Iacob ad sepulchrum suum. quæ hodie etiam obseruantur apud nos: quoniam in executione sepultura, & funeralibus defunctorum, præcipue magnatum & divitium, interuenit pompa favebris, tam in vestibus lugubribus tædis, & luminaribus cereis ardentibus, vbi domus & aulae, qui & sepultura, nigris sternuntur pannis, & conuocantur parentes & amici ad 40. diem, quo ad nobiles, & quo ad alios statim cum reconduntur in terra, aut sepulchris eorum. Alexander vero, & Cæsar Imperatores se in eorum testamento, in nuda terra humari iusterunt, ut infra dicam. Varios enim inhuandi ritus ponit Textor Nueren. *In sua Officina, in tit. de vario inhumandi ritu.* vbi dicit, inexpiable quondam scelus creditum est, sepulchra violasse: adeo, ut lex lacrum iusterit, vbi corpus hominis mortui iaceret, dicereturque minxisse in patrios cœneres, cui omnia cedebant sinistre, & inauspicata, ac de materia sepulchri, & monumenti, quomodo apud leges habeatur, sunt tituli *dereliz. & sum. san. ff. & Cod. & dicam* infra post dicta Textoris. Sed, ut dixi, apud nos quoque, Christianis damnatur ceremoniis, qui aut lotum in sepulchris egesserit, aut quid aliud ibidem fecerit immundum, neque apud nos solum religiosum est. Nam nulla prope tam effeta gens est, quæ non nouerit habere sepulchorum rationem, præter paucos barbaros: qui cum beinno prope ritu inter se degant, nihil mirum, si aliorum vestigiis nequaquam insistant. Nunc de utriusque loquendum, his scil. quibus nulla est funeris cura, & illis, quibus maxima.

Lotophragij suos in mare defunctos abiiciunt, assecurantes, parum interesse humone, an aqua, absumentur. Hunc modum reprobat jurisconsultus Modestinus *L. 1. s. 1. de cond. inst. vdi* dicit, quod laudandus est magis, quam accusandus hæres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius voluntatem abiecerit, sed in memoriam humanæ conditionis, sepulturæ tradidit. Nec etiam obtemperatum fuit Soloni Philosopho, qui in Cypro moriens, hæredibus mandauit ossa sua in cinerem dissoluta per prouinciam disseminari.

Albani olim nephas putabant curam mortuorum agere: quod etiam reprobatur, ut habetur *Eccles. 2.* Noli mortuo denegare gratiam, id est, sepulturam. *13. 9. 2. c. in Ecclesiast.*

Sabæ corpora defunctorum eo, quo stercus, modo duebant, quin etiam reges reieicabant inter sterquilinia, videtur, quod istud esset apud eos eo; quia homo quasi putredo consumendus est. *Iob. 14. cap. 19. Iob. 34.* homo putredo, & filius hominis, & facit *Eccles. 10.* Memento quoniam omnes in corruptione sumus. Hinc dicit Ber. in lib. meditationum: *Homo nihil aliud est, quam spuma foecidum - sacculus sterorum, & cibus vermium: vnde*

*Post hominem vermis, post vermem factior & horror,*

*Sic &c. in hac speciem vertitur omnis homo.*

Sed pro certo hic modus etiam est improbatus, cum ut dicit rex, in d.c. *Eccles.*, quod cum homo de terra sit, debet in terram reverti. *Eccles. 3. n<sup>o</sup> Genes. 3.*

Troglodytæ, mortui ceruicem pedibus alligant: & raptim cum iocis, & risu effercent, nullaque habita loci ratione mandabant terræ.

Scythatum vero mos longè melior, qui mortuos inter epulas vorare causa honoris consuerant. Imo dicendum est longe deterior, ut de his & aliis habetur per Hieron. contra Iouianum c. 26. & habetur per Cælium l.b. 9. *suarum antiquarum lectionum. c. 46.* vbi ponit aliquos ritus sepeliendi. & in c. 44.

Hircani, non ad alium vnum nutriebant canes, quam ut eis functos vita, vorando obiicerent. Et etiam apud Parthos sepultura: homo, aut avium, aut canum laniatus est, nuda demum ossa terra obruunt. Et hic mos erat apud magnos, non humare corpora suorum, nisi prius à feris laniata.

Et Massagæ senio confectos, in frusta cedunt, & pro ouillis carnibus edunt. Et qui morbo moriuntur, deuorandi feris obiiciuntur, ut refert Iustin. Et hos modos etiam ex supradictis reprobare debemus, prout reprobat G. Bened. *in sua rep. c. Rayn. in ver. mortuo itaque testatore. t. n. 5. in fin. cum seq. vbi* reprobant tales modos, ex quo in eis non sit honor defuncto.

Alium vero modum obseruabant Athenienses, quoniam tanta fuit sepulchorum cura, ut si quis dux bello peremptos sepulchro honestate neglexisset, capite plesteretur.

Macdonibus vero nullum fuit tam solenne militie munus, quam suos sepelire.

Ægyptij, in domorum ædificatione negligentes, miri sumptu, superbaque magnitudine cōstruere sepulchra consuerant, opereque prodigiosæ pyramidis, quod existimarent defunctorum domus sempiternas. Idem mortuos condiant, & eos domi seruant, ut refert Cic. l.b. 1. *questionum Tusculanarum*.

Hic mos olim apud nos Heduos, seu Augustudenses seruabatur. Cum viderimus, temporibus nostris plura corpora defunctorum invenia in antiquis domibus ciuitatis antiquæ. Et etiam adhuc est pyramidis excellens, & magnæ altitudinis, quæ non potest aliud iudicari, nisi quod esset monumentum cuiusdam magnifici, quod factum fuerat in modum pyramidis, prout etiam iudicauit Christianissimus Rex noster Franciscus I. magnus Historiographus. Qui illam, ob eius magnitudinem, tanquam etiam antiquitatum amator, post orationem, per me ei habitam, in introitu huius suæ ciuitatis Heduensis, in qua, de illa, ad demonstrationem antiquitatis suæ ciuitatis Heduensis, mentionem feci, videre voluit. Et statim, oratione audita, ad illam accessit, & amplissimis disputationibus, cum Budæo de illa perscrutatus est. Tandem conclusit, esse monumentum ciuitatis primatis, seu domini, huius antiquæ ciuitatis Heduensis: & fuisse construtum, & ædificatum in formam pyramidis. Ex quo dicendum est, verisimiliter hunc modum apud nos obseruatum fuisse.

Mos fuit plerisque populis, mulieres condescitias (*præfice* vocabantur) comparare, quæ in eorum morte lugerent, quibus decesserent parentes. Hic mos adhuc hodie seruatur apud Italos, maxime Tuscanos & Romanos, & etiam Lombardos, & plures vidi ita obseruari in Lombardis.

Apud Hebreos cautum fuit lege, ne inseptulum hostem relinquerent. Pyrrhus, gentilis etiam Rex Epirotatum, ut Eutropius refert, quam fauendum sit sepultura, licet paganus fore, ostendit: qui cum mille ostuaginta ex Romanis in bello captos teneret, summo honore tractauit, multosque defunctos, licet hostes, honorifice sepelivit. Sic & Cæsar, caput Pompeij hostis sui, ut refert Valet. *lib. 5. de humanitate cap. 16.* Et primus, qui funerare corpora in bello docuit, fuit Hercules. Et tales pulchre commendauit Pro-

pheta eximius, 2. Reg. 2. Vos benedicti à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelitis eum. Et Machabæus, inimicorum interfectorum corpora sepeliti iussit, ut habetur 2. Mach. 10. n. 12. Alexander Darij imperfecti corpus matri Tambrudini præbuit. Pauli Æmilij cadaver, Hannibal hostis sepeliuit. Refert Textor in sua officina, in loco hic ante allegato. Et etiam Gracchum & Marcellum ipsius hostes, sepeliuit, ut refert Valer. l. 5. de haman. Et ut etiam refert idem Valerius tit. 1. de somniis, quod Simonides poeta ad litus applicans maris, corpus, quod vidit inhumatum, sepeliri mandauit: propter quod periculum matis evasit, ut ibi, & in sequenti titulo de miraculo. Constat etiam, quod periculum terræ evasit. Expedit enim Reipublicæ, non minus mortuos humari, quam viuentes conseruari, secundum Bald. in l. si. C. de neg. gett. prout nobis etiam exemplis gentilium traditur, scilicet Cyri, Alexandri, & Cæsaris imperatorum, qui se suis mandauerunt in testamentis in nuda terra humari, ut refert Leonardus Aretinus epist. 94.

Pleraque Assyriorum corpora in locis palustribus sive condita feruntur, quod non fuit honestum, nec defuncto in talibus obtemperandum est, exemplo Solomonis philosophi ex septem Gæcæ sapientibus, qui in Cypro moriens, hereditibus mandauit ossa sua in cinerem dissoluta per omnem prodinciam disseminari: cui tamen obtemperatum non fuit. Refert Guil. Benedict. in d. repetitione in loco hic ante allegato. n. 69. Aliquos ex his ponit Volaterranus in suo tertio tomolo. 31. de Philologia. c. pen.

Alios modos, & ritus sepeliendi corpora ponit Textor in sua officina, in loco supra allegato. Ex dicit Silium Italicum lib. 13. varios funerandi ritus, his versibus describere:

tumuli & cinerum sententia discors.  
Tellure (ut perhibent) is mos antiquus Iberæ  
Examina obscurus consumit corpora vultur.  
Regia quum lucem posuerunt membra, probatum est  
Hircanus addidere canes. Egypti atellus  
Claudit odorato post funus stantia faxo  
Corpora, & à mensis exanguem aut separat umbram,  
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro.  
Oravirum, & longum myrrata reponit in eum,  
Quid, qui reclusa nudos Garamantes arena  
Infodiunt, quid, qui saeo sepelire profundo,  
Exanimes mandant Lybici Nasamones in oris?  
At Celta vacui caput circundare gaudent  
Ossa (nefus) auro, & mensis ea pocula seruant.  
Cecropide ob patriani Muorii forte perempos,  
Decreuerit simul communibus uire flammis.  
At gente in Scythia suffixa cadauera truncis,  
Lenta diei sepelit putri liquentia tabo.

De gloria euentus & priuilegio sepulturæ, quærum sit appetenda, ostendit Inno in c. cum liberum. de sepulture. vide autoē ipium in Consu. Butg. in 11. des droits & appartenances in §. 4. in verbis & frâis funeraux. vbi dicit, quod sacerdos spoliatus corpore iam sepulso, non est ante omnia restituendus, ut vexatio cuitetur corporis humati. Et idem si ageret per viam attentati. secund. Inno. & alios in dict. c. cum liberum. de sepulture. quod dicunt domini de Rota esse verum de æquitate, secus de rigore iuris. Ita dicitur in decisionibus suis, testis. 854. in antisquis. Hanc tamen Innoc. opinionem reprobant plures per l. eff. ff. de relig. & sumpt. fun. vbi autoritate principis potest extrahiri corpus de sepulchro alieno, eo, quia non videtur esse iuste sepulturæ

traditum, ex quo potest eum extrahi facere. l. diui. ff. de religiosa & sumpt. fun. Et adeo vexari nō debet corpus sepultum, quod nec vexabitur corpus infidelis Iudei: c. sicut de Iudeis. facit l. 1. ff. de sepul. v. o. & l. fin. C. eod. iii. & semel sepultos, decet ibi perpetuo manere, nec possunt eorum reliquiæ de loco transferri. l. nemo C. de relig. & sumpt. funer. sub pena violatoribus sepulchorum indicta, & decem librarum auri ultra, / qui sepulchra. in fin. C. de sepulch. viol. præserrim si beati existunt, exemplo Iosuæ regis, qui ossa tollens mortuorum, certificatus de sepulchro viri Dei, qui venerat de Iuda, ait: *Dimute eum, nemo commoneat ossa eius;* & manserunt ossa eius intacta cum ossibus Prophetæ, qui venerat de Samaria. 4. Reg. 23. c. quod etiam ordinatum est per Imperatores. l. nemo. C. de sacros. Eccl. quod male obliteravit Clodouenus, Dagoberti regis filius, ob quod graui punitione fuit punitus, ut refert Gaguinus in suis chronicis, l. 3. cap. 4. apponendo fereum beati Dionysij, ex quo male successit, ut ibi. Imo, etiam si non ut beati honorentur, eorum reliquie prohibentur auferri. 4. l. que sepulchra. Quod pulchre demonstrauit Ludouicus XI. Qui corpus Agnetis pulchrae, concubinae sui patris, licet eidem aduersata malum fuisse, noluit de medio chori templi nostræ dominæ apud Clericam permittere amoueri posse, & ad aliam locam transferre, licet impedimento esset factotibus illius ecclesie, prout refert Gaguinus in suis chronicis, l. 10. c. 1. & 2. De priuilegio & fauore quantum sic accurate suuendam sepeliendis cadaveribus ponit Io. Andreæ in rubr. de sepuli. & ibi etiam Card. Zub. Et vide, quæ dicit D. meus Ias. in l. furiosum. in 2. col. C. quæst. facere poss. quod cadavera de iure debent deferri ad sepulturam cum sonis, & cantibus psallentium. text. in c. qui diuino. 13. q. 2. & in c. ubiquecumque. eadem causa, & quæst. Ale. in l. si cum dotem. § similius. in ult. col. ff. solito marin. Dicit tamen Paul. de Cast. in l. non oportet. C. d. his, quibus v. in d. Quoddam testamentum cuiusdam doctoris Paduani, qui in testamento inter cætera ordineauit, quod ipso mortuo cadavera suis sine planctu deberet deferri ad Ecclesiæ, fuisse bestiale: quod quomodo intelligatur, vide Dominum meum Ias. in d. l. furiosum. Et etiam quantum cadaveribus sepultis honoris debeatur, vide eundem Benedicti in loco supra alleg. 40, vbi ample, & Celium, l. 2. p. 1. antiquarum l. c. 44. vbi ponit de religione sepulchorum.

Adhaeret etiam, quod in tantum sunt honorandi defuncti, quod eis non debet fieri iniuria, ut dixi in mea monographia in ver. iuriam. v. in ver. defunctus. & quod reverentia sit exhibenda mortuo, etiam dictum est supra in 1. parte, in 74. considerat.

**S**exta consideratio erit de Pomis funeralibus, quæ saepe fiant apud nos pro principibus & magnatibus, in quibus fuit multa valde excellentia, & vbi omnes domestici, officiarij assistunt, & ante deferrunt omnia defuncti insignia: & ad hoc congregantur parentes, & amici: precipue in quadragetimum diem post obitum, quo die fieri solent exequiz funerales. Ideo videndum est, vnde tales pompe habuerunt initium.

Legitur enim Gen. 50. c. iam alleg. quod cum Jacob mortuus fuisset, post benedictionem singulam ab eo impertitam filii suis (ex quibus fuerunt duodecim tribus Israël, iuxta numerum filiorum eiusdem) cernens Ioseph. obitum patris, ruit super faciem illius, flens, & desculans eum, præcepitque sernis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies. Iste quippe (ut dicit textus) mos erat cadaverum conditorum. Fleuitque

queum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto plætus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis in hæc verba: *Sicut inservi gratiam in conspectu vestro, loquimini auribus Pharaonis.* Eo, quod pater meus adiuraverit me, dicens: *En morior, in sepulchro meo, quod fodi mishi in terra Chanaan, sepelies me.* Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuerterar. Dixitque ei Pharaon: *Ascen-der. & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es. Quo ascenden-ze, ierunt cum eo omnes Senes domus Pharaonum, cuncti qui maiores natu terra Aegypti.* Domus Ioseph cum fratribus suis absque parvulis, & gregibus, atque armamentis, qua dereliquerunt in terra lesseni. Habuit quoque in comitatu curru, equites, & facta est turba non modica. Veneruntque ad arcam Achad, quæ sita est trans Iordanem, ubi celebrantes exequias magno planctu, atque vehementi, impleuerunt se pœm dies. &c. sequitur: *Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplice, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri, ab Ephron Che-ribeo, contra faciem Mambre.* Ex quibus facile deprehendi potest, quod iam in antiquo testamento siebant pompa funerales in pluribus etiam in ædificiis & sepulchris, vt habetur i. Machabaeor. 13. c. pompa funerales fuerunt permitta, vbi dicitur: *Et edificauit Simon super sepulchrum patrum sui, & fratrum suorum adiunctione altum visu, lapide polito, retro, & ante, & statuit septem pyramides, unam co-tra unam, patri & matri, & quatuor fratribus: & his cir-cumposuit columnas magnas, & super columnas armis, ad memoriam eternam, & iuxta armatae sculptas, que vi-derentur ab hominibus nauigantibus mare.* Etiam habetur de Christo, quod Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus, sepelierunt eum honorifice, vt habetur Ioan. 19. in fin. vbi dicitur: *Venit ergo Ioseph, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrræ, & aloes, quasi libras centum. Accepserunt autem corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis, cum aromatibus, sicut mos est Iudeorum sepelire.* Era- autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monu- mentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Quod & prophetizatum fuerat, vt dictum est in präcedenti conclusione, in principio. Ideo videntur tales pompa permisæ, ita, quod non peccant, eas facientes, prout tenet Io. de Turrecremata in c. anima defunctorum. col. 4. 13. q. 2. & eadem causa, & q. in c. cum ora- nis, dicit, quod tales pompa in luminaribus pannis, & alijs sumptibus, profundit animabus defunctorum: si non per se, saltem per accidens, in quantum per talia homines excitantur ad compatiendum, & per conse- quens ad orandum pro eis, in quantum pauperes inde fructum, & eleemosynas capiunt, & ecclesiæ decora- tantur. Etiam, vt habetur Tobie 12. Sepelire mortuos, est opus pium, & inter cæteras eleemosynas computare, vt dixi infra in ultima parte, in 29. consideratione. & prout tenet Io. de Turrecre. in dictis locis, accumula- lans alias conclusiones, quas vide.

De huiusmodi pompis funeralibus, cura sepulchro- rum, & laudandis defunctis, scripsit Volaterranus in phitologia lib. 31. c. fin. & in principio damnat funeralis ac sepulchri pompa, quam präcipue (vt ait) inter Christianos sacerdotio dicati experere non debent. August. de ciuitate Dei. Sepulchrorum memoriam, sumptusque funeralis, magis viuorum consolationem dicit esse, quam defunctorum utilitatem. Ambrosius in sermone. *Quid profici (inquit) sepulchrorum super-bia, damna sunt potius viuentium, quam subsidia mor-tuorum.* Et Gregorius, vt recitat in d. c. anima defunctorum. ait: *Curatio funeralis, conditio sepultura, pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum.* Tu tamen tenc, quod profundit, aut prodefse possunt, modo supradicto: & etiam comprobo isto mediocria via ibi potius sepeliendi sunt homines defun-

cti, vbi fit maior concursus populi, vt est text. in c. ubi- cungue 13. q. 2. & not. in d. c. cum grauiss. vbi videtur assi- gnari ratio; quia, quoties ad sacra loca veniunt fideles Christiani, & defunctorum sepulturas aspiciunt, re- cordantur, & pro eis Domino preces fundunt. De lau- dibus funerariis (de quibus infra) quomodo fieri de- bunt, scriptis Blondus in 2. lib. de Roma triumphante. Et quomodo sit honor corpori sepeliendo in apposi- tione florum, & odoramentorum, in funeribus etiam & super tumulo, qui mos adhuc hodie apud nos ob- servatur.

Laudare vero defunctos, vetus est (vt ait ibi Volaterranus.) consuetudo, cœpitque apud Græcos iam inde à Pericle, qui, teste Thucydide, primus defunctos in bello Peloponnesiaco, pro concione laudavit. G. Be- nedicti in sua reg. c. Ray. in ver. mortuorumque restitu- re. primo. 62. extra de i. s. in, ait, quod à Solone or- tum habuit, qui è septem sapientibus unus, urbem Athenarum, quasi nouam ciuitatem motibus ac legibus condidit. Hic tantus ac talis philosophus instituit, vt clariss. virorum laudes in funere prädicarentur. Qui teste Gell. lib. 16. Tarquinio Prisco, Romæ regnante, leges Athenien. dedit. Et sic huius rei autor (vt Anaximenes orator dicit) ante exitit. testis Plutarchus in vita Valerij. Apud Romanos vero Valerius Publicola, primus collegam suum Brutum, funcib. oratione laudauit: quæ adeo grata incundaque Romanis fuit, vt ex ea consuetudo manserit, vt qui strenue pugnan- do obiisset, ab optimaribus laudaretur.

Apud Romanos deinde, autore eodem Plutarcho, in vita Camilli, cum mulieres ornamenta aurea, quibus circa opus vtebantur, ad conficiendam pateram, in Delphum mittendam, contribuerint. Senatus decreuit, vt quemadmodum pro viris, ita etiam pro fe- minis, in funere orationem haberi licet, testis est Polydorus de inuentoribus rerum. lib. 3. c. 10. in fin. Li- uius tamen scribit de auto collato, cum in publico decesserat autum, ex quo pacta merces, Gallis arcem op- pugnaribus, consistet, id fuisse à matronis ex moni- libus collatum. Proptereaque institutum, vt earum quoque, sicut virorum, post mortem solennis esset laudatio. Hinc igitur defunctos laudandi mos desflu- xit, quem nos hodie seruamus, vt fere in toto regno Francie, die sepultura, laudes prädicantur defunctorum, & etiam nobilium, & matronarum, seu burgen- sium.

Modum vero funerandi principes, vide apud Herodianum in Commodo: quem morem, hodie in sum- mis Pontificibus & Cardinalibus seruari, dicit Volaterranus in loco supra alleg. c. de modo funerand. Et est mirabilis & fere incredibilis excellentia, apud nos Christianos, saltē in Gallia: vbi fit pompa sumptuo- sa, pro regibus & principibus in delatione insigniorum ante corpus per officios, & domesticos in ve- stibus tetricis, in tædis, & cereis, fere innumeris, in equis paludatis, seu pallio frenatis, in armis, in pannis etiam sericis nigris, quibus locus sepulture, & defuncti, de- corantur. In comitiua, & associationibus corpus, per dictos officios & subditos, in cantibus & psalmis pii, & in prädictis orationibus & declamationibus, ex quibus magnum honorem präbent huiusmodi defunctis, & de his purant illustrandos, de origine no- uendialis, septimanique sacrificij: quod primum à fu- nere fit. Iten, de ordine, & modo apud priscos offe- rendi funeralis ad sepulchrum, & de funebri pompa, vi- de Polid. in dict. loco, libr. 6. cap. 10. Legitur, quod Al- phonsus patre suu Ferdinandu, decem ac septem aureo- rum millibus funerauit, magno spietatis argumento.

Item Alexander, in tantum coluit Ephestionem, ut eo mortuo, propugnacula virium diripi, equos, mulosque tonderi, plerisque gregarios homines interfici, ad incertoris argumentum iussit, idque vocauerit Ephestionis inferias. In eius quoque exequiis decenu millia talentum profudit, secundum Plutarchum, & Attianum.

**S**eptima consideratio. Cum feminam, seu mulier, sit Sadiutorum simile homini, *Genes.* 2. & masculum, & foeminam creauit eos Dominus, *Genes.* 1. & os ex ossibus hominis, & caro ex carne illius, *Genes.* 2. ideo est eidem foeminae adhibendus honor inter alias res mundi. Cum omnia, quae dicta sunt de homine in genere, quod ad imaginem, & similitudinem Dei, creatus est homo, ita & foemina. Masculum enim & foeminam creauit eos, ut habetur *Genes.* 1. & ut habetur *Ecclesio.* 17. loquendo de excellentia hominis masculi, & mulieris, consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleteuit illos. Creauit illis scientiam spiritus, sensu repleteuit cor illorum, & mala, & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, ut nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, ut magna enarrant operum eius. Addidit illis disciplinam, & lege vitae hereditavit illos. Testamentum aeternum constituit cum illis, & instituam, & iudicia sua ostendit illis, & magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures illorum. Imo mulieres faciunt gloriam hominibus, & non posseunt homines separati ab eis. ut habetur *Esdra* 3. c. 4. Verum, ut ibi dicitur, foeminae hominibus dominantur. Dicit tamen Apostolus *ad Corinth.* 11. transsumptiu*e in c. hec imago. & c. pen. 33. qu. 5.* quod mulier debet velare caput: quia non est gloria, aut imago Dei, sed gloria viri. Quod dictum Apostoli, quomodo intelligatur, vide *Io. de Turrecremata in d. c. hec imago.* Item, mulieres plus appetunt gloriam, & multum cupiunt laudari, ut dicit *Guil. Benedicti in sua repetit. cap. Ray. in verb. Cuidam Petro tradiderunt, n. 38. de te, lam. exira.* ubi dicit, quod mulier habet duo Vnum; quia cupit laudari. Secundo; quod semper affectat extrinsecos ornari. De quibus ibi vide.

**O**ctava consideratio. Mulieres laudari possunt ex multis; ex magnanimitate, scilicet fortitudine, sapientia, industria, ex pndiciria, & honestate, & pulchritudine, & clementia, ex liberalitate, ex devotione, ex fortitudine omnium: prout habetur *Esdra* 3. cap. 4. *super pra allegato.* Vbi disputatum fuit de fortitudine mulierum. Et finaliter fuit conclusum. forte virum, fortis rex, fortiores sunt mulieres, ut ibi; vbi tandem concluditur, quod super omnia vincit veritas, ut alibi dicam. Imo, sunt excellentiores viro, cum vir sit ex limo terra, & mulier de costa viri, & sic de materia digniori. Item, Adam fuit factus extra paradisum, sc. in agro Damasco, ut dicitur doct. super *Genes.* 2. Eva vero in Paradiso facta est. Ita dicit *Bernardinus de Boissis.* n. 2. par. s. *Rosary sermo.* 28. 2. pars. in littera F. Et habetur in c. illud 40. distillat. De fortitudine hic parum dicam, sed me remitto ad ea, quae dicturus sum infra c. 21. t. ar. n. 26. consideratio. vbi ponam, quae res sit fortissima.

Et magnanimitate, prout fuit Minetua, quae multa prælia commisit. De qua Aug. de ciui. Dei, lib. 18. c. 8. dicit, Anno 58 aera Isaac, Iblum, apud Tritonidem lacum, apparuisse. Ipsum enim ferrum in arma arte con-

uertere, armis corpus tegere; aciem bellantium ordinare, leges omnes, quibus eatur in pugnam, edocuisse fertur, ut attestatur Cicero. in 3. de Nat. Deorum. Hec Se multa alia adinuenit, de quibus per Philippum Bergomensis, in suo supplemento Chron. lib. 3. Vbi dicit, quinque fuisse Minetucas. Sed haec bellicosa fuit mater Apollinis. Author etiam est Berosus dicens, quod virginis Pallas apud Tritonidem lacum omnem militiam prima Lybicos docuit.

De Diana insigni virgine Apollinis Delphici sorore, quam Cicero libro eodem de natura Deorum, praecipuam inter alias Dianas, & nominatissimam, assertuit. In pretio enim fuit non modico, ut refert idem Philippus eodem libro. Orionem vero Neptuni filium vixit violentem occidit.

De Athemisia etiam Halicarnaseorum regina, quae vicili robore, & audacia, ac militari disciplina plurimum valuit, & multis triumphis, maiestatem sui nominis exornauit, quoniam post viri mortem, ad tempus sepositis lachrymis, bis arma suscepit. Primo, ut patriæ salutem tutaretur. Secundo, ut localem fidem requisita, servaret, Rhodios nauali pælio superavit, & Rhodius ipsam sibi vendicauit. Iustinus etiam, l. b. 5. *epitomarum* dicit, Arthemisiā, in auxilium Xerxi, contra Grecos venisse, inter primores duces accerime bellasse. haec dicit Philippus Bergomensis lib. 5. Hæc Arthemisia, Mausolo marito mortuo sepulchru erexit, inter orbis miracula annumeratum. Cuius altitudo attollebatur 25. cubitis, cingebatur col. 36. patebat ab a. tro, & septentrione 63. pedes: torno circuitu continet pedes 400. ipsum ab oriente cœlauit Scoppas, a septentrione Briax, a meridie Timotheus, ab occasu Leocares. haec dicit Textor in sua offic. 1. septem orbis miracula.

Semitamis, magni Nini Assyriorum regis vxor, anno à nativitate Abrahæ duodecimo, regnandi libidine tota pruriens, petuisse fuit à marito Nino, ut quinque tantum dies imperaret, & sceptro vteretur, quod cum exorasset, satellitibus iussit, Ninum ut interficerent. Hoc itaque modo regnum consecuta, Assyriis dominata est, & quadraginta duobus annis regnauit. Haec quippe mortuo marito, cum iuencula admodum haberetur, unicus vniuersus filius nomine Ninus, puer tenellus esset, non estimans tutum esse, imperium tam grande filio tenello committere, cum esset animo ingenti, quodam siuebri astu malitia excogitata ( ut Iustinus in primo Epitomarum ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit, non contenta à viro acquisitos terminos tueri. Æthiopiam suo adiecit imperio. Indis etiam bellum intulit implacabile, quo præter illam, & magnum Alexandrum, nemo inquam intrare præsumpsit. Multaque civitates alias condidit, & femoralium vnum primo excogitauit. Hæc & plura refert Philippus Bergomensis lib. 3. Et habetur in his storia scholastica, & secundum Lyram Gen. 9. c. super verb. & ingentia facta peregit. Et quedam ex supra dictis dicit Textor in sua Officina. c. mulieres belliscose. Et G. Benedicti in sua repetit. Raynor. in verb. dux habens filias. v. in rivo extra de testam. Vbi etiam dicit, quod Pythagoras Ponti regina, suscepso regno, multa in Ponto gesit pælia, cui ob eius virtutes Tyberini & Chaldei usque in Colchidem sece vltro subdere. Haec quippe fuit insignis mulier, ut describit Philippus Bergomensis in suo supplemento Chron. lib. 7. quem tamen non allegat Benedicti in loco hic ante allegato.

Dicit etiam de Cleopatra, Ægypti regina, quod cum Antonio eius viro in Attico bello fuit, imo cum mortuo

# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

89

mortuo iam Cælate , Antonius lascivientibus mordisset oculis,& in amorem sui pellexisset , præter Syriæ & Arabie regnum , ausa est imperium quoque Romanum sperare . Quum ergo magis indies cresceret libido principandi , imperium ipsum ab Antonio petere non dubitauit . Quod cum exorasset, sumptis cum eo armis, in Augustum, eiusque generum Agrippam , copias duxit , mouitque bellum, cuius fortuna anceps aliquandiu pependit, hæc Textor in sua officia loco hic ante allegat . & Bergom. in n. 7.

De Matthesia, Marfepia , & Lampedone , quæ fuerunt primæ reginæ Amazonum, quomodo floruerunt in exercitu armorum , ponit Philippus Bergomen. h. 2. Et ibi ponit, quomodo Amazonum mulierum tanta fuit virtus, quod r. c. vitorum & principatu , & commercio, sibi impetauerunt, suamque libertatem armis defendenterunt.

De Mannia seu Mannica Ægyptiorum , habetur, quod ante Christum 377. regnauit in Ægypto , & defuncto eius viro suæ gentis gubernacula suscipiens, ob animi præstantiam viribus austris , Romanis quam maxime formidabilis fuit, & frequentibus bellis Romanorum opes attriit. Eram Palestimorum, & Arabum limites, oppida, vastauit. hoc dicit Philippus Bergom. h. 9. & Benedicti in loco supra allegato , tacendo authorem.

Penthesilea, Amazonum regina , muliebrem aspernata molliciem, operibus semper, quæ virtutem decent, innutrita est. Troianis fuit contra Græcos : fuitque vexillifera, & turmas equitum duxit. Vnde Proper. h. 5. sic qit:

*Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittu,  
Meotis Danaum Penthesilea rates.  
Aurea cui postquam nudauit caſida frontem,  
Vicit victorem candida forma virum.*

Et Virg. lib. 1. Æneidos:

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis  
Penthesilea furens, mediisque in milibus ardet,  
Aurea subnebens exerta cingula mamme.  
Bellatrix, audetque virus concurrere virgo.*

Et ait Pamphilus:

*Non probò pelatas inter qua rela catenu,  
Hectorē sub forti sanguinolenta tulit.*

Hæc Textor vbi supra. Et plura etiam de ea dicit Bergomensis Lib. 4. & Benedicti in loco hic ante allegato , tacens autorem.

De Camilla, Volscorum regina, dicit Textor , quod cunabula ipsius manifestum futuræ virtutis lumen promiserunt. Nam ab ipsa iam tum infantia non molliculis inuoluta est pannis, non à blandientibus nutticipulis educata, sed à patre Metabo, in mediis syluarum latebris ferino lacte pasta est. Relictis deinceps crepidiis, paulo prouectior facta: neque tractandis insuevit lanis, nec fusos, aut pensa manibus accepit, sed ferinis amictis pellibus fundas cœpit circumagere, complicante arcus, sagittas torquere, cerutos & capreas lassare curru. Cui virtuti adiecit studium virginitatis. Ordem inter Turnum & Æneam bello , Rutulis adhæsit, fuitque ductrix copiarum : quam eius virtutem Virg. in fin. 7. sic describit:

*Hos super aduenit Volscæ de gente Camilla,  
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,  
Bellatrix non illa colo, calathisue Minerua,  
Fæmineas effusa manus, sed pretia virgo  
Dura pati, cur suque pedum præuertere ventos.  
Illa velintacta segetu per summæ volares  
Gramina, nec teneras cursu laſſifet aristas,*

*Vel mare per medium fluctus suspensa tumenti,  
Ferret iter, celeres nec tingere aquore plantas,  
Hæc textor vbi supra.*

Et de ea Philippus Bergomensis lib. 4. & Benedicti in dicta loco , tacendo semper autorem ; sc. Philippum Bergomensem:

Tomiris, regina Scytharum , cum audisset suorum cædem, & filij vnici mortem, fæmineis postpositis lacrymis, Cyrum I. Regem Persarum , ad montium angustias perduxit, ibidemque, cum ducentis millibus obtruncavit. hæc Bened. vbi supra.

Zenobia , Palmyrenorum regina , post mortem Odenati mariti sui, imperium attipuit in Syria. Nec dubitauit arma capere in Aurelianum Imperatorem , à quo victa, in triumphum ducta est. Cum autem probro datetur ipsi Aureliano, quod de ea triumphasset, Nihil (inquit) me pudet de fæmina triumphasse , quæ virtute plus quam virili sit predata.

Vnde Pontanus:

*Qualis Æthiopum quondam fætientibus aruis,  
In fulsum regina gregem sese armat, & audet  
Sola pedes sese irato obiectare leoni,  
Insignique arcu, & duplice Zenobia telo,*

Hæc Textor vbi supra.

Et de ea ample per Phil. Bergomen. lib. 8. quem recitat Guiliel. Benedicti in loco hic ante alleg. illum tacendo.

Calepinus vero in suo Dictionarij, dicit, quod hæc Zenobia fuit mulier , quæ à Ptolemais originem duces, Græcis ac Latinis literis ornatis, nec non & rebus bellicis celeberrima , in Palmyra , Syriæ vrbe regnauit. Hæc cum Saporem Persatum regem superasset, tandem ab Aureliano Aug. victa, Romanum in triumphum ducta: quæ in vrbe summo in honore obsevauit, à quo Zenobia familia nuncupata est.

De Clælia virgine Romana habetur, quod Porfenna vrbem obsidente cum Hetruscis, quorum rex erat, noctu Tyberim transferuit, obsles regni data: quo facinore, Potlenna rex à Romanorum obsidione destitutus, de qua Valerius h. 3. de fortitud. c. 250. vbi dicit illum puellam, lumine virtutis præferendam viris, ut dicit & refert Benedicti in loco hic antedicto.

De Judith habetur Iudic. 13. quod abscondit caput Holofernus in mœci Iudorum : ex quo per Ozianum magnum sacerdotem, fuit ei dictum: Benedicta es tu filia, a Domino Deo tuo excuso, pra omnisbus mulieribus super terram, &c. quia hodie nomen tuum in magnificatur, ut non recedat laus tua de ore hominum, &c.

Et etiam habetur Iudic. 4.c. in fin. si. quod Iahel interfecit Sycharam, infigendo ei clavum cum malleo in tempore capitidis, ut ibi.

Hippolyte, Amazonum regina, quum instar cæterarum bello insuelceret, ausa est arma capere in Theorum, à quo expugnata, & in vxorem ducta est.

Propertius:

*Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla,  
Ex exiti galea barbara molle capie.*

Et Seneca de Agamemnone , videt Hippolyte ferox pectora è medio rapi spolium, & sagittas.

Valasca Boemorum regina facta , cum cæteris mulieribus, coniuratione de exuriendo vitorum principatu, copia: um ductrix, bellum mouit, interfecitque viris, fæminas omnes asseruit libertati, adeo, ut Amazonum instar, multos annos principatæ sint sine viris.

Atalanta venatrix fuit Arcadica, vibrantis iaculis & arcibus complicatis assuefacta, quæ inusitatæ magnitudinis aprum, vniuersæ formidolosum Ætoliz prima aggredita est, & vulnerauit una cum Meleagro. Pon-

ta.lib.3.de stellis, de hac puella, cuiusque virtute sic minit:

*Qualis in Aetholum campus Meleagria virgo  
Strauit aprum, primamque manu stringente sagittam  
Intorquens, atra est spumanti accurrere monstro,  
Mox leta, & spolius, famosa & sede superba.*

Athalia, mater Ochozie regis Iudeorum, tumultu concitato, per tyrannidem regnauit annis septem, 4. Reg. 11. c. Et tandem populo in eam clamante, ad portam Mulariam perducta, ibi interficita est. *Paralipomenon*. 22. et Bergomensis lib. 4.

Delbora mulier bellatrix, imperauit Israelitis, quos ab incursionibus vicinorum plerumque tutata est, quorumque rem publicam, & imperium variis auxit honoribus. De hac ponit Bergom. lib. 4. vbi eam inter prophetas & sanctas nominavit, & ibi dicit, quod iudicauit Israelem cum omni gloria, annis 40.

Virtutem Hasbytes feminæ bellis exercitæ, sic describit Silius lib. 1. vbi sic ait:

*Hæc ignara viri, vacuoque affuera cubili,  
Venatu, & sylvi primos defenderat annos.  
Non calathus mollita manus, operatae suæ,  
Dictynam, & saltu, & anhelum impellere planta  
Cornipedem, ac strauss feris immutis amabat.*

Et idem lib. 2. ait, Tyburn non Sagubthinam fuisse feminam Murthi uxorem & bellatricem.

Teuca Illyricorum regina, viris fortissim. imperauit & Roman. vires fregit sapientiæ. Fuit Argonis uxor.

Helerna, Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, præfuitque viris sine viii auxilio.

Candace, regina apud Meroem principata est, & imperauit Aethiopum genti, hæc refert Textor in sua officina. in loco hic ante alleouata.

Idem Textor ponit de Amazonibus. Quæ solæ sibi imperauerunt, suamque libertatem armis defendebant, & ultra supra nominatas fuerunt quamplures aliæ, videlicet Harpalice, Antianyra, Lampedo, Antiope, Minythia, Harpe, Parthoe, Phebo, Othrera, Thalestris, Allea, Eribye, Archenis, Menalippe, Marthesia, Strongylios, Euriale, Philippis, Celenno, quæ fuerunt ultra supradictas. Et de his refert Curtius lib. 5. de gestis Alexandri, his verbis: *Vestis non soto Amazonum corpori obducitur. Nam leua pars est ad peccati nuda, cætera deinde velantur, nec tamnen jinit ( quem nodo colligunt) infragenua descendit, altera papilla intacta seruantur, quæ muliebris sexus liberis alant. Aduritur dextra ut arcas facilius intendant, & tela vibrent.*

Stroza pater lib. 1. *Eroticon*, de quibusdam sic minit:

*Virginitas ultra seruata, & bellica virtus,  
Magnum Orithya contribuere decus,  
Lampedon Hippolytem, Menalipen lane videmus,  
Illustres inter nomen habere viros.  
Hæc quoque se comitem merito Marthesia iungit,  
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.*

De qua Harpalice habetur in *margarita poetica*, parte 2. tract. 2. de commendationibus, oratione 17. vbi multum ample laudantur mulieres.

Hinc & veterius dicit idem Textor, quod Lacenæ mulieres, virorum obibant munera, sese in gymnasio, in bello, in venatione exercentes: hæc cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descenderunt.

Olim Germanorum mulieres, inclinatam aciem, & iam ad Triarios vergentem restituerunt.

Bellouacæ mulieres, à Carolo Burgundorum duece,

longa obsidione fatigatae, mœnia defenderunt, & ob sessorem è scalis in fossam urbis detruserunt, reportatis ad suos vexillis.

Recitat Philippus Bergomensis in suo supplemento *Chronicis*. lib. 8. Quod cum Maximinus Imperator Roman. Aquileiam obsedisset, in ea obsidione fœminæ Aquileientes tantæ fuerunt magnanimitatis, vt cum nerui & funes, ad iacendas sagittas, viris deessent, sibi ipsi capillos capitum præciderunt, & ex ipsis funes arcuum fecerunt, unde postea in earum gloriam templum Veneri calvæ senatus dedicauit.

Refert etiam Bergom. lib. 12. quod in captione Calcidis Eubœæ ciuitatis, quæ nunc dicitur *Nigropontis*, cuius est Episcopus quidam noster Canonicus Heduensis, suffraganeus episcopi Heduensis, qui dicitur magister Philipp. Brunet D. in Theologia, vir quidam doctissimus & literatissimus, fuerunt reperte multæ mulieres armatæ, mortuæ in strage dictæ ciuitatis, & hoc fuit anno Christi 1471. vt ibide refert Bergom.

Gaditanæ mulieres à partu statim surgunt, ministriaque domus obeunt.

Margarita, Henrici sexti Britanniæ regis coniunx, ciem viii deficiente restituit.

Portia autem, cum apud Philipp. Macedoniæ campos Brutum maritum mortuum intellectisset; quia ferrum non dabatur, ore ardentes carbones hauit. *Margarita poetica ubi supra*.

Lesbia puella, murorum parte machinis Turcarum dejecta, oppidanis fugam, aut deditioinem meditantes salutem peperit. Obtulit enim se primam imperi, & iaculis inimicorum, protutandis ipsis muris.

Amalasumpta, Gothorum regina, principata est apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos, Liguriæ populantes, Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni consortem suscepserat. hec & plura alia *Bergom. lib. 9.*

Maria Puteolana, à Puteolis Campaniæ vrbe nomen adepta, bellica vittute maxime floruit ætate Francisci Petrarcae. Erat laborum apprime patiens. Ab ipsa iam inde adolescentia abstinebat vino. Erat parca cibi, & verborum. Reciebat colos, pensa, & lanas, & cætera, quæ muliebrem decent molliciem: gaudiebat arcibus: iæulis, pila, galea, scuto. Noctes perpetuas quandoque vigilabat: nec dormiebat, nisi coacta. Idque subdito, & humi reclinans caput in scutum pro puluiauti, inter armatos versabatur. Quod quamvis impudentiæ speciem praæ se ferat; nihil tamén vehementius curauit, quam studium virginitatis, in qua permanens ad mortem visque, cultum corporis aspernabatur, quibus artibus bellicola admodum facta est.

Bona Longobarda bellatrix, itidem puella floruit anno Dom. 1468. nupsit Brunorio Parmensi, egregio bellatori: A teneris annis lustrabat sylvas, venaticibus stipata carnibus. Macitum in omni discrimatione concomitabatur, quem, quum Alphonsus rex Siciliæ aliquando certa de causa in vincula coniecerat, miserta captivi fœmina, ad diuersos principes, instar Pegasi cursor ecceccit, vt ab eis literas & patrocinium obtineret, pro viri salute, quod obtinuit.

De Ioanna, puella Francie, habetur apud Gaguinum, quod gladio in bello vtebatur, quem naæta erat in templo diuæ Catharinæ, existente in agro Turonensi. utique parte liliis insculpto, quem petit sibi afferti, licet nunquam eo in loco fuisset, & regnante Carolo VII. de quo per Gaguinum in suis *Chronicis*. lib. 10. Cum Angli omnia populandi causa passum irrumperent, & iam prospero fortunæ zephyro adiuti, nihil sibi non

non pollicerentur, desperatis Gallorum rebus absuit ipsa Ioanna virgo, quæ attritos Gallos animans ad vitionem, & libertatis gloriam: prima belli campum ingressa non prius suos hostiari, & ipsa certare desit, quām hostem in fugam verteret, reportata victoria.

De ea etiam habebut per Berg.lib.15.vbi dicit, quod Carolus VII. Francorum Rex auctipio & duetu huius puellæ, regnum perditissimum recuperauit, & Benedic in sua rep. Rayn.in ver. dnæ habens filias. n. 14. extra de testam. vbi ponit verba Gaguini. Et vide etiam text. in loco hic ante all gate.

De Elysabeta autem Ferdinandi regis Arragonum vxore, & Hispaniarum regina, quanta fuerit circa arma, quantum pro fide Christiana debellauerit, Granatarios, & alios populos inimicos subiugando, & ad fidem Christianam seducendo, attestatur Bergo. lib.16. vbi ample.

His posset annumerari Ioanna, Caroli Calabriæ duces filia, quæ fuit potentia, moribus & animo robustissima & illustrissima fœmina: ut refert Bergomensis, lib.13.

Ioanna etiam, regina Neapolitana, soror regis Ladislai huius nominis secundi, vixit animum in pectori gerebat, ut dicit idem Bergomensis lib.4.

Non sunt raccendæ mulieres, de quibus *Luc.* 14. quæ sequebantur Dominum cunctem ad passionem, planentes, & lamentantes, & non terrebantur vlla armatorum militum furiosa saeuitia, & etiam habetur *Ioan.* 20. vnde de illis potuit, & potest dicere Dominus illud Boëtij:

*Has saltæ nullus potuit per vincere terror,  
Ne nostrum comites prosequerentur iter.*

Ad tot millia mulierum conuertendus est animus, que scuissima tormenta, crudelissimasque cedès, pro Christi amore fortiter, & cum magna fortitudine & patientia tolerauere, ut patet de *Vrsula*, & undecim millibus puellis eius, & de pluribus aliis, ut habetur per Bern.de Bustis n. 2.par./n. Rosary, serm. 28. in præn.

**N**ona consideratio. Mulieres etiam ex sapientia, & scientia, quandoque laudem meruerunt, prout & laudandæ sunt. Quoniam sapiens mulier ædificat domum. *Prov.* 14. Et multæ mulieres fuerunt doctæ, quæ in multis scientiis claruerunt. & *Textor* in sua officia, in cap. mulieres doctæ, enumerat 64. & ultra, & multum doctæ fuerunt, quas hic enumerate intendo cum pluribus aliis.

Primo secundum numerum illius, ponit tres Corinnas, quarum una fuit Thebana, altera Thespia, alia Ouidiana dicitur, cum charissima illi poëta fuerit. Prima Thebana, seu Tanagrea Archelodori & Procreatrix filia, & Michidis discipula, quæ Lyricorum principem Pyndatum quinques vicisse, & epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Et de hac *Propriet. lib.2.*

*Et sua cum antique committit scripta Corinne.*

*Statius, lib. 5. Syl.*

*Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinne.*

*Paptista Pius.*

*Nec tergit dulcem trina Corinna tyram.*

*Idem.*

*Non tres dulciloquo præstant sermone Corinna*

*Politianus.*

*Sed Tanagrea suo mox iure poëtria rist.*

Secunda fuit Thespia, veterum quoque monumentis celebrata.

Tertia floruit Ouidij temporibus poëtæ clarissimi de hac *Martialis*:

*Notat Nasonem sola Corinna suum,*

De Myrthide, Politianus in nutritia facit mentionem, de qua infra dicam, & *Franciscus Pattitus in li. 4.tu.6.de institutione res publicæ*, vbi dicit, quod habuit magnam laudem, sed longe fuit præstantior eius discipula Corinna, de qua hic ante.

De Erinna, poetria Veia eut Delia; (est enim Delos insula prope Gnydon) floruit Dionysij Syracusani temporibus: scriptis Dotica lingua elegans poëma trecentis versibus abolutum. Alia item epigrammata, ferunt eius carmina ad Homericam accessisse maiestatem, mortua est annos 19. nata de hac *Propertius lib.2.*

*Carminaque Erinnes non putat aqua suu.*

*Paptista Pius.*

*Erinnem credet Gracia doct' suam.*

*Idem.*

*Non melior coluisse sacras Erinna forores.*

Fuit contemporanea Sapphus. In eam elegans est apud Graecos distichon, cuius talis habetur sensus: *Quanto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tanto Sapphi gloria Erinnam hexametris præcellit.*

Sappho, Lesbia, Lyrica, floruit temporibus Alcæi, & Stesichori poëtarum. Maritum habuit Cercylam, dirissimum virum ex Andio, ex quo filiam suscepit Clio nomine, scriptis Lyricorum libros 9. præterea Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodas, carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicant aliam fuisse Lesbiam poetriam quoque, quæ adolescentem Phaonem adamauerit, & è Leucade in aquas se dimiserit, utrancunque fuerit, vnam tantum commandant Latini poetæ.

*Statius lib. 5. Syl.*

*Stesichorusque ferox, saltusque ingressa viriles  
Non formidata temeraria Leucade Sappho.*

*Sidonius.*

*Ait quod composuit puella Lesbi.*

*Paptista Pius.*

*Mascula queque suos cantat moritura caleres,  
Leucadæ Sappho crimen, honorque freti.*

Philippus Bergomensis vero, lib. 4. sui supplementi *Chronicæ* dicit, quod Sappho Etchia, diuini ingenij poetrix, anno mundi 4576. claruit, & plectrum primæ inuenit: hæc vito dirissimo nupsit, ex quo Didam filium suscepit, habuitque discipulas Anagoran, Milessiam, Congillam, Colophoniam, Euthemiam, & Salaminam: quas etiam Lyricos quosdam versus docuit: scriptis autem hæc modulos Lyricos, Epigrammata, Elegiam, Iambos, & Monodas. Fuit quoque vates nobilissima. Et ex his dictis, à Philippo Bergomensi sunt annumerandæ hic sex mulieres doctæ, de quibus non meminit *Textor*: videlicet predictæ Anagota, Milesia, Congilla, Colophonia, Euthenia & Salamina: ex quo ex supradictis iam connumerabis 12. mulieres doctæ & scientiam habentes.

Pro 13. ergo annumerabis Pollam argentatiæ, quæ Lucani fuit vxor, ut testatur *Martialis*.

*Hæc est illa dies, qua magni conscientia partus,  
Lucanum populus, & tibi Polla dedit.*

Tanta fuisse dicitur doctrina, ut maritum iuuerit in emendandis tribus primis libris *Pharsalæ*.

*Statius lib. II.*

*Huc castæ titulum decusque Polla,  
Incunda dab' alloquitione.*

*Sidonius.*

Quid, quod duplicitibus iugata rhedis Argentaria Polla dat poetas Eadem, inceptos à marito permultos versus, perficiebat pari gravitate & elegantia.

Pro 14.annumerabis Alpasiā mulierem Milesiam, quæ doctrinæ fama cluit. Periclis magistra, & tandem vxor fuit: in studiis philosophicis abunde prouocauit, rhetorice exercuit, & tempore Socratis doctissima, quæ qua Socratem philosophum sanctum se didicisse quædam non pudeat confiteri, ut habetur in *Margarita poenca 2. parte, et al. 2. orat. 17.*

Cleobulina Cleoboli Lidij (qui fuit unus ex septem Sapientibus Græcie) filia, scripsit ænigmata quædam hexametris versibus, quorum unus adhuc extate fertur:

*Est unus genitor, nati bona pignora bin sex,  
Triginta, cuius uata, sed diffare forma.  
Ha nuaea aspectu, nigraque coloribus illa.  
Atque immortales omnes, moriuntur ad unum.*

Et de ea etiam facit mentionem Bergom, lib. 4. cum loquitur de Cleobolo eius patre.

Pro 16. inueniens Cornificiam, sororem Cornificij poetæ: quæ & ipsa fuit poetrix memoratu dignissima, & ipsa tempore suo, quod fuit anno 35. ante Christi adventum, tanto poetico effusit dogmata, ut non Italicō lacte nutrita, sed Castalio videretur latice. Cornificio prædicto germano fratri, eque esset gloria illustris: hæc quippe non contenta pulcherrimis valuisse verbis, nisi ut Helicon catimen describeret, atque plurima & insignia descripsit epigrainata, quæ tempore diui Hieronymi, ut ipse testatur, extabant: quibus virtutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen. hæc Philippus Bergomensis lib. 7.

Lilia, Lili filia reddidisse dicitur in loquendo paternam eloquentiam elegantiorem.

Hortensia, Hortensi Rōmani oratoris filia, post patrem non solum patris facundiam, & doctrinam amplexa fuit, sed etiam ipsius pronuntiandi splendorem ieruauit, quem scilicet opportunitas exquisiuit, & qui sepiissime in viris doctissimis deficere consuevit. hæc & alia dicit Philippus Bergomensis. lib. 7. Eiusdem ratio apud Triomviro habitu legitur, non tantum in sexus honore, ut per Valerium, lib. 8. tit. de mulieribus causidicis, in fine. Liciniæ quoque Lucij Crassi filiæ, quatum in dicendo lepos ab eorum patre emanauit.

Mutæ duæ filiæ ab utroque parente eloquentiam didicere.

Pro 20. annumerabis Corneliam, vxorem Africani & matrem Græchorum, quæ epistolas reliquit ornatissime scriptas: unde & filiorum fluxit eloquentia, unde Quintilianus: *Nam Græchorum eloquentia* (inquit) *multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo, in posteros quoque est epistolis traditus.*

Anastasia, illustrissima Romana mulier Publij Rōmani potentissimi vxor, discipula Grisogoni martyris fuit, eius matiti simulato morbo thorum euitauit: scripsit epistolas ad Grisogonum. Hæc enim bonarum literarum eruditissima fuit, ut refert Berg. lib. 8.

Damophila Græca, quam hic ponam pro 21. vxor Pamphili, socia Saphus poetæ, poemata scripsit auctoria, & laudes Diane.

Hyprathia, mulier Alexandrina Theonis geometræ filia, & vxor Isiodori philosophi, vixit imperante Archadio, scripsit in Ast. nomiam, professa est Alexandriæ varia disciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, conuolantibusque turmatim & vndeque discipulis.

Leontium, Greca adolescentula, inter prædictas mulieres doctas erat, cum philosophicas disciplinas adeo secessata fuerit, ut etiam non dubitauerit, cum magna

sui nominis laude, in Theophrastum philosophum alioqui laudatissimum, scribere. Pamphila scripsit commentarios in Grammatic. citatur à Gellio.

Praxilla Sicyonia, fuit poëtria, quæ in suis carminibus, Adonidem induxit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit: respondere, sollem, cucumeres, mala: quod cum vehementer insulsum videretur cucumeres & mala cum sole compone-re, fluxit inde prouerbium, *Stultus Praxille Adonisde,* in homines nullius iudicij.

Phemone, prima Apollinis Delphici vates fuisse, carmenque Heroicum inuenisse dicitur, autor Textor, vbi supra.

Sosipatra, vates fuit Lyda multis disciplinis cumulatissima, quam propterea creditum est a numinibus quibusdam fuisse educatam.

Theano, mulier fuit apud Locros in Lyticis precelens, alia fuit, Meta pontina seu Cressa genere, muliet Pythagorea, vxor Brotini Crotoniatæ, quæ subscriptis commentarios in philosophia, poemata quoque & apothegmata Pythagorica.

Pro 30. ponemus Zenobiam, de qua iam supra dictum est. Que licet bellatrix fuerit, ut dictum est; tamen Græci, Ægyptijque sermonis eruditissima fuit, & Latini non ignara. Scripsit epitomen in Orientalem, Alexandrinamque histor. Herennianum, & Timolaum filios, literis erudiuit, elegantissimas orationes ad milites suos plerunque habuit, quas galeata recitabat. Et, ut ait Bergom. lib. 8. fuit Ægyptia: um ac Græcarum literarum, non mediocriter eruditæ, quarum suffragio, omnes histor. tam Latinas, quam Grecas, & Barbaras, summo studio vidit, & memorie coramenuit.

Alpaides virgo, cum religionem in magno cultu amplectetur, cœlitus meruit, scripture sacre, bibliorumque senium percipere.

Quid de Catharina Senensi dicemus? Nam adeo in sacris literis profecit, ut libros scripsit cum Theologorum doctrina conferendos, & maximæ sanctitatis tuit, ut refert Bergom. lib. 14.

De Delbora, quam num. 32. annumerabimus, dicimus cum Bergomensi lib. 4. quod propheta fuit Hebreworum de tribu Essaim progenita, vaticinio clariuit.

Hildegardis, virgo Germana, quæ fuit abbatissa, ut refert Bergom. lib. 2. patria Maguntina, spiritu quadam imbuta propheticæ, multa prædixit de futuris, scripsitque aliquot catholicæ doctrinæ libros: hanc epist. suis dignatus est beatus Bernardus. Scripsit super benedicti disciplina, triginta theologicas quæstiones eruditissime absoluit. Excellentium virtute virorum vi-tas scripsit, de altaris sacramento, Homilia in Euangelis, præterea in medicina, quæ simplicia, & quæ cœposita, tollendis egreditur inibus profint. Item carmina & epistolas, testimonio apostoli, & autoritatis comprobatas, quo factum est, ut Eugenius tertius, Anastasius quartus, Adrianus quartus pontifices: Conradus tertius, & Federicus primus Cœlates, ad eam plerunque scripserint. Plures alios libros scripsit, quos enumerat Bergomensis in loco supra allegato.

Ioanna Angelica, ab Ephebis virum mentita, Athenas se contulit, ubi studiote litteris adeo operam impatiuit, ut Romam rediens, paucos haberet doctrina pares, & sacris literis: unde tantum apud omnes benivolentie, & autoritatis, sibi demeruit, ut artibus illis pâfificatum sit adepta post Leonem quartum, cum vir esse crederetur, de ea etiam meminit Bergom. lib. 11.

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

93

Lucejā mīma, authore Plinio, centum annis in scena pronunciat.

Lasteniam Mantineam, & Axiotheam, Phaliasam, Platone vīas p̄ceptōre, scribit Plutarch. ornattique interī virili, auditorium irgessas, hæc Textor vbi supra. Ex quibus iam connumeratae sunt 37. mulieres doctæ & prudentes.

Pro 38. annuberabitur Michaelē Centaura, que docuit Thessalas remedium amoris.

Dyotima, & Alpasia, mulieres in philosophicis promeruerunt disciplinis, vt alteram Dyotimam appellare magistram, alterius lectionibus interesse non erubuerit Socrates, philosophorum omnium optimus.

Lactantius ait, philosophus, nullas vñquam mulieres philosophati docuisse, præter vnam ex oīni memoria, Themistem. Sed quænam hæc, & cuius facit, non docet.

Arete mulier, eo doctrinæ concendit, vt filium etiam institueret, qui appellatus est Aristippus, fuit Cyrenaica, & Aristippi patris Socratice dogma secuta est. Mortuo patre, Icholam rex in philosophia magno & frequenti auditorio.

Pro 41. hic annētūmus Nicostratam vaticinatricem clarissimam mulierem, quæ Arcadia de carminibus Carmentis cognominata est. Ostia Tyberis intrans in Palarino monte, vbi nunc Roma habetur, concendit, in quo Euandri eius filio rege constituto, cum ipsa Graiarum literarum doctissima esset, atque versatilis ingenij, incola que sylvestres comperisset, nouos literarum charæcteres inuenit, eosque canere coniunctionem, atque sonos edocuit: cuius admirati rudes posteri, eam non mulierem humanam, sed Deam arbitrati sunt. Vnde Virg. vii. *Æneid.*

Tum rex (inquit) Euandrus Romana conditor arcu,  
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum  
Me patria pulsus pelagiique extrema sequentem  
His posuere locis, matrisque egere tremenda  
Carmentis Nympha monitu & Deus autor Apollis.

Et hoc idem, Ouidius lib. Faſtorum affirmat. vide etiam margaritam poetam oratione qua supra. Et ibi etiam fit mentio de Iside filia Inachij, quæ non solum terræ cultum, & lini vñsum, sed & quod præstantius, apud Ægyptios literas inuenit, ex quo diuinos honores affecta est, teste Philippo Bergomensi, lib. 3. vbi ample de ea.

Ceres etiam fuit diuinis honoribus exaltata, ex quo prima agrorum cultū excogitauit, vt refert idem Bergom. in loco ante alleg. & in margarita poetica, in oratione hic ante dicta. & ut dicit sophologiū sapientiae Ab. i. c. 3. Fœminæ omnes artes inuenierunt, & etiam habetur in margarita poetica, in loco hic ante aileg.

Quid de Amelia, quam eo, quod sub fœminæ forma virilem animum gereset, Androgynem vocauer? Ea apud prætores maximo populi concurſu cauſam egit, & prima actione à cunctis pene iudiciis liberata est, vt habetur in oratione supra dicta.

Et pro 45. addimus Gaiam Afraniam, Lucij senatori vxorem, quæ ita litibus & cauſis apta fuit, vt apud plures magistratus sapissime orasse dicatur.

Dama, Pythagoræ filia, & ipsa philosophæ sectatrix, ingenium & doctrinam in exponendis parentis sententiarum inuolucris exercuit.

Thargeliam quoque fœminam sola illustravit philosophia.

Ferunt & Muscam, poetram fuisse Lyticam, quæ & epigrammata scripsit, & Lyticos nomos.

Semyamira, Heliogabali Imperatoris mater, sapiens

fuit, & multa inaudita fecit, vt dicam infra.

Sempronia literis Græcis & Latinis docta fuit, vt dicit Salustius in Catilina. G. Benedicti in sua reper. cap. Rayn. in verb. cuidam Petro tradiderunt. nu. 64. de testa. Sed, quoniam hæc duæ mulieres in honeste fuerunt, & luxuriose vixerunt, non ponam eas in numero illustrium & probatum mulierum.

Refert Text. supra in sua officina, quod multorum carminum auctrix fuit Charixena, cuius meminit Aristophanes Cynicus.

Celebratur item Mero condito in Neptunum hymno.

Fuit Agallis Corcyrea illustris, in arte grammatica, cui inuentum pilæ nonnulli ascribunt.

Telesinam, in poetica illustrem, celebrat Pausanias, eai etiam apud Argos, ante Venetis templum status sit erat, hanc Fulgosus Theselidem vocat.

Pro 53. ponemus Oldam, prophetam Sellum summi sacerdotis Hebraeorum vxoret, & Helchiæ maxi mi Hebraeorum pontificis marrem, quæ anno mundi 4576. fuit, & Iosilæ regi vaticinando multa prædicta, & presertim Ierofolymōrum euangelionem, populi ipsius captiuitatem, vt patet 4. Reg. c. 22.

Heryna poetrix, anno mundi 4864. claruit, & multa laude digna conscripsit, quæ Nectanabo regi Ægypti, vsque in Æthiopiam expulso, redditum suum predixit. de his duabus Philippus Bergomensis, in li. 4. c. 5. meminit: & Benedicti in loco supra allegato taceudo autem.

His adiiciemus Didonem Phœnicam, Lilij Phœnicum regis filiam, quæ populo legem & normam vivendi dedit. De cuius laude, honore & virtute Virgil. Eccl. cum dicit:

*Iura dabant legesque viris.*

Et de ea Philippus Bergomensis lib. 4.

Hiparchia mulier Græca, philosophicis disciplinis valde excelluit.

Cassandra, Priami filia, vaticinio, & doctrina illustris habita est.

Aliam Cassandra, Venetam puellam, Politianus magnis laudibus commendat, quam ait pro lana librum, pro fulo calatum, stylum pro acu tractasse, latinasque etiæ clas scripsisse. Sic enim de ea principio eiusdem epistole meminit: O decus Italia virgo, quas dicere grates, quas ut referre parem, quod etiam honore me tuarum literarum non dignari? & ultra alia dicit Textor ibi.

Statius Papinius vxorem habuit nomine Clazidem, magno ingenio doctrinaque non vulgari preditam.

Euxodia, Theodori junioris vxor, præter egregiam formam, singularemque pudicitiam, etiam literis excelluit, adeo, vt librum quendam emiserit.

De Abigail habetur 1. Reg. 25. c. quod mulier prudenterissima fuit, & ob eius prædictionem, maritum suum Nabel à morte eripuit.

Ystrina, Scytharum regina, Atigythis vxor, Sylem filium Græcam linguam literasque edocuit, autor Herodotus.

Themistoclea, soror fuit Pythagoræ, cuius platiatis & opinionibus plenisque in locis, vñsum est Pythagoras.

Proba Valeria, quam Centonam vocat Margarita poetica, in oratione, qua supra nu. 69 fuit Græcis Latinisque literis eruditissima, truacatos Virgilij versos ad fidem & mysteria catholicæ religionis conuertit. Fecebatque de Christi gestis, & de eius morte, opus nobilissimum, quod Centones appellauit hinc Centona dicta.

est. Et de ea Bergomensis lib. 9.

Pro 65 ponemus Elizabetham, abbatissam Germanicam, quae multas orationes ad sui conuentus sorores, conscripsit, opusque de viis, quibus ad Deum itur.

Baptista prima, Geleatij Malatestæ, Pisautiensis principis, filia, Guidoni Montefeltrensi Vrbinatum Comiti matrimonio copulata cum doctissimis viris plerisque magna sui laude disputauit. Libros quoque de humana fragilitate, & de vera religione, conscripsit.

Isota Nouarolla, Veronen. philosophiam verbo & opere professa est, scripsit quandoque ad Nicolaum quintum, & Pium secundum Pontifices. Scripsit quoque dialogum, quo disputatur, *uler grauit vel cauerit, Adamne, an Eu.*: quibus laudibus literatum adiecit perpetuum virginitatis votum.

Damisella Triulcia, Mediolanensis virguncula, annos amplius 14. nata, iam cœpit eloquentiae insuecere, bonasque imbibere disciplinas, adeo ut nouum in terris prodigium videretur, in literis imbuta ita profecit, vt cum Latine vel scriberet, vel loqueretur, omnes trahebat ad admirationem: fuit etiam tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberetur. Nam, si quem vel publice concionante aut declamante audisset, reuersa à confessu, omnia ad vnguem verbatim, syllabatimque repecebat. Latinis intuper non contenta litteris, Græcarum studio deflagravit, quas usque ad promptum & peculiarem didicit sermonem. Et de hac multa dicit Textor in loco supra allegato. vbi ponit versus sequentes de ea:

*Quid facit in terris Damisella Triulcia: cœlum  
Ingenii debet talibus esse domus.  
At suo quid facias flores cum coniuge Ditis.  
Non legis, ad syrios ut rapiare lacus.  
Cura tua est virtus, & iter meditaris ad astra,  
Nam virtus comites tollit ad astra suos.*

Miuera, Louis primi filia, non aliam ob causam in numerum deorum relata, quam propter bonarum artium (quarum fuit inuentrix) peritiam: unde & veteres illæ Athenæ sui nominis immortalitatem mutuare sunt, & vt habetur in *margarita poetica. par. 2. tract. 2. oratione 17.* fuerunt plures Mineræ. Aduerterendum est etiam quoniam, vt habetur in *sophologio sapientia, lib. 3.* Omnes fere aites fuerunt inuenient à mulieribus. Et ibi ponit aliquæ ex his liberasse patriam, & facile ea, quæ viti fecisse nequivissent, vt dicit Io. Neuizan. in *sua sylva nuptiali.* & dicit gl. in *ver. instrueretur. in l. qui filium. ff. vbi pupilli. educ. deb.* Quia antiquitus mos erat mulieres legere grammaticam.

Manto, Tyreïæ vatis filia (quæ Mantuæ nomen indidit) doctrina quoque & vaticiniis clatinis: adeo, vt ex pecudum libris, extorumque intuitu futura presenticeret, ac præfigiret.

Catharina virgo, Costi Alexandriæ regis filia, lacris literis partim studio, partim diuini spiritus afflata, adeo fuit imbuta, vt accessitos à patre vndique doctissimos viros & philosophos, ad suadendam idolatriam, refellendamque unius Dei religionem, viuacissim terruerit argumentis, suæque opinioni attraxerit, neandum non succubuerit eorum rationibus. Et, vt dicit Bergomens. lib. 8. Et si illius præceptore in ignoremus, tanta earum rerum scientia præditam legimus, vt mirabile visum sit, quod in tam tenera ætate cum omnibus certainen disputationis suscepit.

Fuit & alia Catharina, ducissa Mediolani, quam Philippus Bergomensis, lib. suo 14. dicit fuisse memoratu dignissimam & prudentissimam.

Fabiola, Romana mulier, quum magno studio sacras literas ample cœceretur, prophetias, euangelia, & psalmos frequentissime reueluebat, vt iterata plerunque lectio, amorem diuinæ religionis (qua deflagrabatur) augeret vehementius: unde & beatus Hieronymus librum, *de vesti sacerdotali*, etiam nuncupavit.

Marcella Romana, propter sacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epistolis, à beato Hieronymo salutata est. Ad eam enim scripsit de contemptu mundi. De decem nominibus, quibus apud Hebreos dicitur Deus, de fide nostra, & hæreticorum doctrina, de blasphemia in Spiritum sanctum, de studio Theophilii episcopi Alexandtini, & alia id genus permulta.

Eustochia, Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Hebraicarum, & Græcarum literarum studiis plurimum excelluit: unde & suo tempore, nouum orbis prodigium vocata est, ingenium facili literis deuouit, maxime atque adeo, vt Psalmos Hebraice legeret cursum, & mira celeritate, qua in re, amorem beat. Hieronymi multum sibi denieruit.

Genebria, mulier natione Veronen. tempore Pij secundi Pontificis Romani, sua egregia eruditio meruit nomè immortale. Epistolas scripsit luculentas, & maxima referatas doctrina recitabat decoro gestu, voce virili, permixta suavitate.

Constantia, Alexandri Sfortiæ vxor, numeratur inter claras mulieres & excellentes doctrinæ: & cui hæc pro 77. ab instanti bonis disciplinis operam dedit, adeo, vt imperata quoque discitissime loqueretur, habebat assidue præ manibus opera Hieronymi, Ambroxi, G. egorij, Ciceronis, & Laetantij: valebat etiam scribendi & tempora carminibus non sine magna multorum admiratione, quod sine præceptore ferebatur didicisse.

Nec desuit tam illustri fœminæ germe simile. Habuit enim filiam Baptistam nomine, tanta doctrina, vt doctissimos quosque sua terneret eloquentia.

De quibusdam mulieribus supradictis facit mentionem Politianus in *Nutritia*:

*Non illi Praxilla fuis prædoctaque Nofsis  
Contulerint, myrthisque modos non dulcis Agacis,  
Non Anyta, non que versus Erinna trecentos  
Castalto seu melle rigat, non candida Myto,  
Non Telefilla ferox, non que cani Egida sene,  
Pallados effusum crimen vitata Corinna.*

Pro 79. his adiungimus Mariam, Aaron & Moysi germanam, quæ prophetisa fuit, vt dicit Bergom. lib. 3.

Consilio & sapientia Clotildis, (quæ filia regis Burgund. erat) Clodouenus rex Franciæ eius maritus, protocristianus baptisini lauacrum promeruit, vt refert Gaguinus lib. 1. c. 8. & Benedicti ample in *sua reperiuntur. in verb. duas habens filias. num. 80. & 81.* quem non repetio. Refert etiam Benedicti, vbi supra, num. 15. quod Boetius habuit vxorem prudentissimam, nomine Elphe, quæ hymnum fecit Oliuæ binæ: de Petro & Paulo Apostolis.

Refert etiam Ioannes Andreez, literatissimam habuisse vxorem, quæ sibi & Cyno legum doctori compatri multoties de difficultibus iuris respondebat.

Sic & Ioannis Calderini vxor secundum Panormitanum, c. cum inter uniuersas. in fin. de elect.

Item & Philippus Apostolus quatuor habebat filias virgines prophetantes, vt habetur *Acluimus 21.* Et de aliis

alii quibusdam per Benedicti in lib. hic ante allegato.  
His adiungendæ erunt nouæ Musæ, videlicet Cal-  
liope, Clœ, Thalia, Euterpe, Melpomene, Polymnia, Er-  
rato, Terpsichore, & Vrania: quas poetæ singunt esse  
Louis, & Memoriæ filias, quod doctum oporteat esse  
fœcunda memoria. & Carminum inuentrices fue-  
runt, de quibus Textor in loco supra allegato.

Non relinquendæ sunt decem Sibyllæ, videlicet Per-  
sica, Cumæa, Cumana, Tiburtina, Libyca, Erythrea,  
Helleponia, Delphica, Samia, Phrygia. Hæ fuerunt  
primis seculis pueræ vaticino spiritu afflatae, & futura  
præfigentes, quas Sibyllas dixerunt: decem autem  
scribit fuisse Vattro. Cumana proprio nomine vocatur  
Amalthea, à Virgilio Deiphobe: libris huius, non le-  
cuscac diuinis oraculis, in imperij administratione popu-  
lus Romanus semper vslus est. Tiburtinam veteres  
Albuncam appellant. Politianus in Nutria quaf-  
dam enarrat his verbis:

quin & veteres præmiserent Sibylla  
Carmen. Amalthea & fai Marpesia diues,  
Herophileque Idea genus prædictaque Sabbe,  
Domoque Phigoque & usignara Phaenüs,  
Et Carmenata parens, & Monio, & Pura longos  
Phemonę commenta pedes, & filia Glanci.

Hæc Textor, vbi supra ponens nomina plurim  
fœminatum illud, nos remittens de reliquis ad Plu-  
tarach. & ad Strozam, qui his versibus quafdam enu-  
merat.

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camullam,  
Et subeat menti Pentheflæ tua.  
Addit & Amazonias reliqua de stirpe sororeis,  
Respicit Garmentam respice Penelopem.  
Ultra nephias animo, propriaque Lucretia dextra  
Inuita occursit clara pudore tibi.  
Ad rapidum nando transmittere Clælia Tybrim  
Ausa, suis ammu præmis digna tulit.  
Quid te commemorem vestitus Claudia virgo,  
Qua stetit aittoni & in die fratribus bonos?  
Quis etiam dignus nomen Cornelia tollat  
Laudibus, aut animum Porita cæsta tuum?  
Quis te prætereat generosi pectoru Eḡher,  
Non bene dannatos protinus ultra Syros?  
Quisue Palæstina genitam de stirpe virago  
Spem faciat, patrie subsidiumque tuæ?  
Si fortasse petes exempla recentia, nonne  
Cognita perpetua laude Matthildus eru?  
Sponde opibus spretis regnum Violantæ reliquit,  
Seque sacri sociam maluit esse chori.

Et Benedicti in iam dicta sua repetit, in loco supra ali-  
eg. dicit, quod plures aliae fœminæ Romanæ, in qui-  
bus literatæ dignitas seruata est, usque ad Hier. tem-  
pora, quibus omnia ferme scripta & editiones dicauit  
suas, ut vslus sit Paulam, Blesellam, Aletam, Asstellam,  
Cellantiam, multasque alias, non minus quam illius  
reporis viros, dignas, meritasque duxisse, quibus suos  
dedicare libros iuunque desideraret ingenium. Plures  
ex his etiam enumerat Iacobus Magnus suo Sopholo-  
gio Sapientie, lib. 1. cap. 3. vbi ponit fœminas, quæ inuen-  
erunt quafdam artes, ut ibi per eam. Et Cælius lib. 8.  
antig. letiōnum. c. 1. Vnde multum inuehit Franciscus  
Patricius, lib. 4. tū. 6. de institutione republ. quod nunc  
tauta desidia torpeant mulieres nostræ, ut pro mira-  
culo quodammodo videretur, si quas primoribus la-  
bris literas attigerint, licet tanta copia doctissimarum  
fœminatum apud antiquos fuerit: ut etiam inuehit  
Benedicti in loco supra allegato: volentes inferre do-

lendum, quod hodie fœminæ non vacant literis: quod  
tamen non videretur mihi esse vtile, & ipsi, & ma-  
ritis, & reipublicæ, propter multas rationes, quas di-  
cere possem. Sed inde tacebo, cum tantum intentionis  
meæ sit tangere in omnibus ea solum, quæ tangunt  
laudem, honorem, & gloriam, non quæ faciant ad de-  
decus, vituperium; aut opprobrium alicuius, sed alio  
forte loco de his dicemus. Et potest videri per Ioan-  
nem Neuizan. in sua syntua n. pt. 1. in 8. ampliatione sue  
questionis, vbi ponit: an sit licetum ducere uxorem do-  
ctam. Nescio si his debeat adiungere Semyamiram,  
matrem Heliogabali, quæ semper in senatu interfuit  
cum aliis senatoribus, & fuit in senatu prælata, ita  
quod nihil fere, nisi ea disponente, senatus peragere  
poterat, sententiamque suam, more cæteroruim, de a-  
gendis dicebat, quod mulieri nunquam contigisse le-  
gitur. Conuentum mulierum ordinavit, quibus pot-  
estate præbuit, & præstitit, ut senatorio more, de mo-  
ribus circa statum tractaret. Et haic senatui principi-  
sa fuit, ut Philippus Bergomensis in suis supplementis  
lib. 8. quæ anno Christi 224. regnabat. Reficit etiam  
Textor in suis Epitheta, in verbo, Galli. Quia apud  
Gallias fuerunt sapientissimæ mulieres Gallicanæ, quæ  
secundum morem antiquum, quum de pace, belloue  
consulti recti, adhibebantur. Si qua tunc inter socios  
incidisset controversia, mulieres sedebant arbitriæ. Pro-  
pterea in sedere (quod sanxerunt cum Hannibale) voluerunt, ut si quis Gallorum ab aliquo Carthagin-  
ensem iniuria affectus, quereretur, eius rei iudex es-  
set Carthaginem magistratus. Sin Carthaginem  
quisquam ab ullo Gallorum iniqui quippiam  
passus esset, Gallæ mulieres de ea re iudicium face-  
re, & alibi de his dictum est.

**D**ecima consideratio. Non solum mulieres lauda-  
tur ex sapientia, verum etiam ex consilio: quo-  
niam etiam in his, quæ ad curam virorum spectant,  
sumendum est, & ab uxoribus consilium, ut ex exem-  
plis & doctrinis Augusti & Iustiniani Imperatorum  
probatur. Nam Augustus, ut ait Seneca, lib. de clemen-  
tia, Liuia uxoris consilio vslus est, etiam in magnis re-  
bus atque eius opera, innatam quandam securitatem  
exultus, clementiam induit. Iustinianus vero in arduis  
etiam negotiis, ad summam retum pertinentibus, uxori-  
rem consilij participem fecit, ut ipse facietur in Auten-  
ti. 1. indices sibi quoquo suffrag. & hec autem omnia col. 2.  
& ibi Accusatis annotat in verbo, reverendissimam su-  
mendum esse ab uxori consilium. & illum text. etiam  
ad hoc ponderat Ioan. And. in c. qui prior de reg. iur.  
lib. 6. in c. priuerialibus. Dom. meus Ias. in l. 1. col. 2. ad fin.  
ff. de legib. Albericus in l. aduersus. C. de crimine expiat.  
har. & Host. in Summa, tit. de matrimonio. §. 1. col. 2. ver.  
sed & in eo habent. facit etiam rex. in l. bene à Zenone. §.  
pen. in fin. C. de quadri. præscript. vbi Iustinianus dicit,  
qui enim suis consilii suisque laboribus pro toto orbe terra-  
rum, die, noctesque laborant, quare non habeant dignam sua  
prærogatiua fortunam? quem tex. ad hoc allegat Babatia.  
in cl. 1. in 6. charta, in parvus de elect.

Exemplio nobis est ille bonus pater multarum gen-  
tium Abraham, cum dute accepisset consilium Sar-  
a uxoris momentis, ut Agar anciliam, & filium eius ci-  
ceret, statim audierat à Domino: Omnia quæ dixerit ti-  
bi Sara, audi vocem eius. Genes 21. c.

Sesostrates, Ægyptiorum rex, qui cæteros omnes  
gloria, & rerum magnitudine excelsit, uxoris consilio  
vslus, se uxoriisque suam & liberos, partim graui,  
inopinatoque periculo liberavit. Nam cum illum fra-  
ter, à quo nihil tale reformidabat, inuitatum excepti-  
set, domumque, sicca exterius materia, circumspicit-

## SECUNDA PARS

set, re intellecta, exemplo cum vxore deliberauit. Nam & vxorē secum duxerat, eaque suadente, ut duos ex sex liberis, super ardenteū pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi transeuntes, evaderent, ita fecit: & daobus tantum siliis ita incensis, cæteri, cum patre, matreque fuere seruati. Testis Herodotus in Euterpe.

Plutarchus, in libro de virtutibus mulierum, narrat historiam de Pythei vxore, quae Xerxis temporibus claruit: de quo etiam meminit Plinius, lib. 33. capite 10. quae viro omnium per id tempus ditissimo, auro semper inhibanti, & aurifodinas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum esset reuersus, & cœnam parati postulasset, auream mensam apponi iussit, in qua omnia erat ex auro fabrefacta obsonia, ac primo quidem aspectu, gauisus est Pytheus, mito artificio singula elaborata conspiciens. Inde asperitu iam abunde latius, præcepit cibum afferri. Verum mulier, cuncta, quae postulasset, ex auro concinnata afferri iussit. Cumque ille iracundia percitus, fames namque & bilis natum conciunt, esurire se vociferatur, neque se auro id temporis expolcere. Sapienter inquit vxor, Tu nullus res, preter hanc v. am habet de facultatem praebes: Omnis enim virorum cura, omnisque ars, tuo iussu, in auro fodendo occupata est, ut ne no iam agres colas, nemo fruges ferat, nemo arbores plante. Quia vxoria castigatione permotus Pytheus, negotium haud quam penitus omittens; quoniam duntaxat ciuium parte in opere continuuit, reliquos, tum agriculturæ, tum cæteris artibus, operam dare præcepit.

Aurelius Victor, quo loco Constantij Imperatoris vitam describit, fœminarum (inquit) præcepta sèpe, maritos iuicare. Namque (ut de cæteris raseain) Pompej Plotina (incredibile dictu) quantum auxerit gloriam Trajani, cuius procuratores, cum provincias cœlumniis agitarent: adeo, ut unus ex his diceretur locupletissimum quemque ita conuenire. Quare habes tertius? pone quod habes. Illa maritum castigauit, atque increpans, quod laudis sua esse incuriosus, talem redidit, ut postea exactions improbas detestans, filium liensem vocaret, quod eo crescente, artus reliqui tabescunt.

Ataulphus, Gothorum Rex, in animo habuit, Romam à se receptam, funditus cuertere, diuersoque viri loco statuere, Gothiamque pro Roma nominare, à Cæsarum Augustorumque memoria, protius aboluta, Athaulphi appellationem in posteros transmittere. Verum Placidæ coniugis, seu Placidæ Honorij sororis suæ, adeo est mutatus, ut brevi, non hostis, sed amicus, non urbis eueror, sed instaurator sit vocatus. de quo meminerunt Paulus Orosius cap. 123. & Paulus Diaconus de gestis Rm. lib. 13.

Dominica, vxor Valentis Imperatoris Gothos ad cuertendum Constantinopolim irruentes, pacavit.

Pompeja Plautina, Julianum Imp. maritum suum avertit ab extorquenda à populo precunia, & colligendo fisco. Tescit est Sex Aurelius. & sic reperiuntur fœminæ, que maximi quandoque boni authores extiterunt.

Etiam narrat Seneca lib. 1 de Clementia. cap. 5. quod, quum quidam Rex non posset potentia quendam suū destruere inimicum, Reginam consuluit coniugem suam: quæ tale regi dedit consilium, Par domine, quod medice facere solet: quælibi usitata remedia minore profundantem conteraria: si severitate nihil profecisti, nunc tenta, quomodo cedat tibi clementia: ignosc illi. Quod ille gauisus, annuit, factoque adimpleuit,

& contulit ei consulatum: ex quo habuit eum amissimum fidelissimumque hæredem, de quo infra dicitur.

Refert etiam Cassiodorus, post Theodoricum, in tripartita historia, lib. 9. c. 31. ad Theodosij Imperatoris sanctitatem, multum contulisse vxorem, quæ virtù sèpius diuinatum legum admonebat, eique frequenter dicebat: Oportet te semper marie cogitare, quid audum fuisse, quid modo sis: Hac sis semper cogitaueris, ingratius beneficiori non eris, sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis, & harum rerum pl. cubis authorem.

Saxo Grammaticus in historia Danica, lib. 9. tradit, Regnetum, Danorum Regem sexagessimum secundum, Vnithserici filij mortem adeo moleste tulisse, ut obstinato ad moriendum luctu, corpus lectulo per summam animi ægritudinem affixerit. Quem vxor, virilem supergresta fiduciam, imbecillitatis increpitum, virili adhortatione firmavit, reuocatumque à mætre, animum arma impensis tractate, perdocuit: affirmans, fortissimum patrem, cruentos filij cineres iustius armis, quam lacrymis expiatum. Ad cuius monitum, Regnerus, discuso mæstitia habitu, depositisque doloris insigibus jacentem reuocauit audaciam, breuique hostem, qui filium interemerat, comprehendit, ideo (inquit Saxo) interdum ab inualidis fortisaborantur: q. e. i.

Proluit & consilium Clotildis filij Regis Burgundiæ cuius consilio Ciodouenus, Rex Franciæ, eius maritus, Christianus effectus fuit: vt refet Gaguinus libro 1. c. 8. de gestis Francorum. & post eum G. Benedicti ample in sua rep. cap. Raym. in verb. duas habens filias. num. 81. & dixi in præcedenti consideratione, vbi etiam de vxoribus Ioann. Andre. & Calder.

Iuguldis, soror Childeberti, Hermogillum, Lemigilli Gothorum regis filium, & maritum suum, ad Christianam conuertit pietatem.

Profuit & consilium Theodelinde, Longobardorum Reginæ viris suis, cum sua ipsius opera, & pia suasione, Eutharim, priorem maritum, multo initiorem feliciter scribitur, ad veram pietatem amplexandam longe proniorem, sed & Agylalphum maritum posteriorum, præferocem vitum, dextre monendo, veritatisque lucem oculis admouendo, eo traxit, ut omnibus sua gentis author fuerit à malorum dæmonum cultu, detestandaque hæresi, sese vindicandi.

Quo etiam tempore Brunehildis, pari studio Childebertum Francorum Regem ipsius virum, eo quoque impulit, ut Thassilonem Bauarie Regem, ea lege constitueret, ut à Selauorum gente bello insectanda, non prius desisteret, quam ad Christi fidem amplectendam subegisset.

Læcedæmonij etiam, non minus publica, quam primita consilia, cum mulieribus communicabant, ut scribit Plutarchus in comparatione Numæ, ac Lycurgi: ut in vita Agidis, & Arist. polit. 2. c. 7. multa in Læcedæmoniorum principatu à mulieribus administrabantur.

Apud priscos quoque Athenienses, non minus famigerabilem Græcorum gentem mulieres publicis consultationibus interesse, suffragiaque ferre solitas, testis est Vario.

Germani item, inesse sanctum aliquid & prouidum fœminis putant, nec aut consilia carum aspernantur, aut responsa negligunt, ut Cor. Tacitus scribit in lib. de morib. German.

Apud Gallos, gentem nostram, olim consuetudo fuit, ut quoties de bello eis esset, aut pace, consultantum, mulieres quoque eiusmodi consultationibus admittent-

mitterentur. Præterea, si qua aduersus socios incidenteret controversia, eam ex mulierum sententia componere consueverant; vt refert Plutarchus *lib. de virtutib. mulierum.* dixi ante in præced. consider. vbi de sapientia & prudentia mulierum. Et de conditionibus pauciis inter Hannibalem & Gallos, quod mulieres iudicabant de commissis per Gallos, dixi in finali parte, in decima septima consideratione, in cap. altam orbis diuisi- nem, versic. unde & apud, & c. cum versic. sequent.

Socrates in *hb. de republica* 5. dicit, non omnino esse arcendum mulierum genus ab administranda republi- ca, si qua modo reperiatur idonea: quin præcipit, non magistratus tantum, sed omnia & publica, & pri- uata, tum pacis, tum belli studia, mulieribus cum vi- ris, communia fieri. Sed in ea re, illum reprehendit Laetantius *libro diuinarum & statutorum* 3. cap. 22. Et hæc non sine ratione dicuntur; quoniam, ut in præce- denti consideratione dixi, aliquid iudicij, & dicretio- nis habet, prout facit text. in *l. cum prator.* §. penult. ff. de iudicij. concordat text. in *c. inf. iiii. 3. queſt. 7.* pro- bat illud Proverb. 13. Sapiens mulier edificat domum suam. & Proverb. 19 Domus, & diuitiae dantur à pa- rentibus, à Domino autem vxor prudens, ut refert Ioan. Fabri in rubr. *Inst. de nuptiis.* & Lucas de Penna in *l. 2. col.* penult. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. & dixi in *commentariis nostris* super *confuetudi- nibus* ducatus Berguid. titul. *Des droitz & apparte- nances à gens mariez.* in *t. 4. & etiam R. q. 10. capit.* fit mentio de quadam muliere sapienti, facit etiam text. loquens de mulieribus, in *c. viduas le premier.* ibi; ma- teris sapientia, & consilij existunt. 27. queſt. 1. & in *c. si- liquid.* 22. queſt. 4. vbi prudentis quoque fœminæ fit meritio.

Ex quibus concludit Tiraquellus in suis legibus con- nubialibus in *l. 11. queſt. est*, quod in his etiam, quæ ad virorum cutam pertinent, ab uxoribus ipsi consilium sumant: quod, cum fœminæ sint non omnino exper- tes sapientiæ, consilij & prudentiæ, possunt salubre quandoque dare consilium. facit text. in *l. 1. si quis dece- dens.* §. *Papianus. ff. de administ. iur.* Ideo admodum scite dicit Cornelius consil. 36. in cap. quo ad primum con- sultationis articulum. col. 7. versic. 4. constat, quod illud statuum lib. 3. quod non semper spernitur mulieris consilium, propter nec spreuit Ioan. Andr. consilium sue uxoris Milantiae, cum illud referat in cap. cum secun- dum *Apost. de probab.* ubi dicit, se ab ea didicisse, quod si nomina (vt plerique alii) in foro venderentur, pul- chra quidem, parentibus esse magno precio emenda, ut filii imponerent. Eandemque ut doctam, se ali- quando conculuisse asserti in *c. prior. col. de regul. iur.* in 6. in *Mercurialibus.* Nec etiam spreuit Ioan. Calde. consilium sue uxoris: cum, ut inquit in *c. fin. de renunc.* & post cum Pan. in cap. cum inter uniuersas. in fin. de elecl. ipsum Calderinum consuluisse uxoret, an conuiuator teneatur hora prandij mittere ad conuiuas, ut veniant: quæ satis æque respoudit, ad fœminas, & fo- tenses, esse mittendum, qui se facile non ingerunt: non etiam ad alios, nisi essent graues persona: de quo etiam per Collect. in cap. à crapula. de vita & honest. cle. & Bald. in proœmio Gregoriano. col. 5. vers. quara. qui- dam scholaris.

Aducite ad dictum Philippi Decij in *L. feminæ.* col. 2. versic. 3. postulare. ff. de regul. iur. quod, licet mulier prohibeatur postulare, potest tamen in camera consulere.

Ex quibus dictis videmos certos casus, in quibus consilia mulierum fuerunt salubria, ideo in talibus aut similibus, videtur esse illis credendum. Et inter alia, ad-

uertere ad consilium Saræ; quoniam exemplo illius, si vxor tua consuluerit te aggredi ad ancillam, crede illis, si sit pulchra, alias non; ted his temporibus mulieres hoc de raro contingenti, consulunt.

Adde alios tres casus ultra prædictos in quibus cre- dendum est vxori, non ultra.

Primus, si cum volueris egredi extra locum tuæ habitationis, & vxor tua tibi dixerit, & consuluerit, bi- bendum esse autem quam exeras, crede illi.

Secundus, si cum vxori tuæ quandoque dixeris, illi te velle date vestem pretiosam, causa ornatus similem eius vicinæ, & dixerit alio tempore retinuandam, cre- de illi.

Tertius, si cum noctu aut diu in palestra veneres illam amplexus semel fuctis, & iterum concumbere velis, si dixerit tibi vxor tua, sat est, crede & illi; quoniam in his tribus optimum erit eius consilium: quia vero videtur de raro contingenti euenire; ideo vide- tur chatius & utilius cum quæ rara sunt, chariora vi- dentur.

Et pro certo, nisi esset intentionis nostre in hoc o- pere, recensere tantum quæ laudem concernunt, libé- ter adducerem, in nullo alio calu consiliis mulierum esse credendum, cum sit fragile & debile, ut satis de- clarat Tiraquellus in *ditis legib. co. nubialib.* in *l. 1. ad quem te remitto, tanquam ad solitum de ipsis mulie- tribus male dicere, fere in toto illo opere.*

**V**Ndecima consideratio. Etiam fœmina laudem meretur, & honorari debet ex virginitate. Cum virginitas ipsa Dei templum sit, & qui eam habet, fortitudinem habere dicitur, secundum August. *de ciuitate Dei.* l. 2. c. 26. itaque est vis probitatis & castiti- tas, ut pene omnis eius laude moueatur humana na- tura. Et virginitas virtus est animi, comitemque secum habet fortitudinem. 32. 9. 3. c. 1. st. ne aliqui. Et de laude, excellentia, & priuilegiis virginum, diffuse in proxima sequenti parte, in 39. confid. scribitur. Et inter ceteras virtutes mulierum pudicitia prefetur, ut ha- betur in *M. regalis poetica* 2. part. tra. 2. orat. 17. in prize. Et de huiusmodi virtute satis ample habetur in Rosario. B. de Bustis. in 2. pari. e. mo. 28. vbi de virginitate ponit, in *luera B.C.D.E.F.G. &c. & in litera Y.* antea ponitur de pudicitia, in quibus locis enumeran- tur aliquæ, quæ fuerunt laudatae, ex pudicitia, ut Su- fanna & Sophronia. Sed quia istud esset nimis fasti- diosum, omnes pudicas & virgines enumerate non in- sisto, cum non sit ita novum sicut de doctis, & magna- niuitatem habentibus. Etiam Textor in sua officina ponit quasdam virgines vestales. De laude etiam virginis vide Jacob. Nigrum in suo *Sophrologia sapiensia*, ib. 10. c. 16. vbi multa ponit de virginibus. Vide etiam de laude & eius privilegio pulchritudine, quæ dicit Pan. & alij, in cap. causam matrimonij. extra de probat. & Lud. Romanius in consil. suo 500. incep. vos estis lux mundi. vbi est oratio per eum facta in consilio Basilien. Quæ qui- dem virginitas (si semel amissa fuerit) amplius reparari non potest, secundum August ut dicit gl. in *L. zine- ca. C. de rap. virg.* Cui concordat Oni. lib. epistolari. Nulla, inquit, reparabilis arte Læsa pudicitia est. & ca- stitas preferitur vita. tex. in *l. 2. 6. instiut.* ff. de origine virg. Etenim hæc callidas virginis nobilior ceteris: in cuius signum virgines Laureolam portant. cap. se. Paulus. 32. 9. 5. imo pro virginitate sua conseruata Da- phnes, Penei filia in tota Latium conuersa fit gitur, lib. 1. *Metamorphoseos:* ut ex Laurea corona trium- phantes Imperatores, Ioui pro victoria in Capitolio sacrificari, in posterum ornatentur.

Cui Deus, aut quoniam coniux mea non potes esse:

Arbor eis certe dixit: mea semper habebunt  
Te coma, te cithara, te nostra Laurephare tre.  
Tu ducibus latit aderis, cum lata triumphum  
Vox canet, & longas visent capitolia pompas.  
Tu quoque perpetuus semper gere frondis honores.

Hoc dicit Guilielmo Benedicti in sua repe. cap. Rayn. in verb. cuius. in Petro tradididerunt. num. 46. de testam. Et de laude virginitatis videoas Oium Episcopum Cordubensem, qui fecit librum unum, & Julianus Episcopus ecclesie Toletanae, fecit librum unum, & Saluianus libros tres. De excellentia etiam huiusmodi virginitatis ponit ample Iodocus Clithoueus in suo Antistitutio, cap. 39. Et dicit Guilielmo Benedicti in loco ante hic allegata triplicem esse castitatem, virginalem scilicet, quae proprie virginitas appellatur, de qua hic, & in loco supra allegatis: vbi multa enumerantur virginis, quae plura ergerunt pro earum virginitate conservanda ut etiam de filiabus Seedali (quae Hippo & Miletia dicebantur) in Leuctris oppido Baotiae, quae ore laudande sunt, quas traditum est (ut ait Hieronymus contra Iouinianum) absente patre, duos iuuenes Spartanos pretereentes, iure hospitiis suscepisse, qui multum vino indulgentes, vim per noctem intulere virginibus: quae amissa pudicitia, nolentes superuiaere, mutuis conciderant vulneribus. Et, ut refat Caelius lib. antiquarum testionum 7. cap. 28. maxima virginitas & castitas obseruat apud Chios. Nam nullum adulterium, neque illegitimus concubitus (quod est maximum temperantie muliebris argumentum (ex Chio (ut ait) memoratur prodiisse.

Legitur quod Britora, nympha Cretensis, cum esset formosa, perpetuoque virginitatis voto venationi vacaret, ad vim & stuprum Minoris regis declinandum, se in aquas dedit precipitem.

Item Thexena mulier a Philippi Macedonum regis militibus in mari septa, cum nullum salutis refugium videret, in mare se deiecit, idque ne in regis potestatem veniret. & vide Plu. in 2. tri. castitatis. & August. lib. 1. de emt. Der. cap. 26 vbi fit mentio de his, quae se necauerunt, & in flumen proiecerunt: ut insectatores suae pudicitiae deuitarent: sed ibi commentator dicit, se nullibi legis de virginibus Christianis, quae sic se occiderint quia Deus praebuit auxilium virginibus, vt suae virginitatis seruarent decorum. Quis Luciam eripuit de tot malis? Quis Agnetem? Quis Apoloniam? Quis Catharinam? vere Christus Iesus ob gratiam virginitatis. Virginitatem omnibus praesett virtutibus, & ad eam sequendar omnes inuitat Petrus Abbas Cluniac. lib. 6. suarum epistoliarum, epist. 40. quae est exhortatoria, & missa ad sanctimoniales Marciacenses (qua sunt in diocesi Heduensi super Ligerim) ut in virginitatis felici proposito perseverent, exemplo sanctorum virginum, & martyrum.

Secunda vero castitas dicitur continentiae, seu vi dualis, de qua infra prope in 20. confid. & ample in 3. pars, scilicet in 40. confid.

Tertia est, quae pudicitia appellatur, quae in legitime coniugatis, de qua faciam considerationem sequentem. Et de his tribus scilicet virginibus continentibus & coniugatis, facit tres ordines in Ecclesia Dei, gloss. fin. in decret. summa Trin. &c. Christus tamen, ut ibi ait, plus amat virgines, quam alios; quia sponte tribuant, quod sibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent, quam coniugati: quia non expedit nouini ad regna cœlestia tendenti, accipere vxorem. tex. est in c. qui sitit. 33. q. 5. & ea sunt nostris officiis gratiore, quae cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis

impedimus: vt ex text. in c. iam nunc. 23. quest. 1. dicunt enim text. illius decretalis, in fin. Non solum virgines & continentes, verum etiam coniugati, per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad aeternam merentur beatitudinem peruenire.

**D**odecima consideratio. Sicut ornat virum fidelitas, ita mulierem castitas: quae etiam est in matrimonio, vt dixi, & probat text. in can. Nicene, his honorabiles confessi nuptias, & castitatem dicens esse cum propria coniuge cœlibitum. 3. dist. facit l. mulier. 9. cum proponeret ibi: quod & mulieres pudicitia, & patrio voto congruebat. ff. ad Treb.

Et in conseruacione huiusmodi castitatis plurimum laudantur mulieres, & legitur de illa nobili Lucretia, totius pudicitiae & castitatis gemma, à Tarquinio Superbo, licet vi oppressa: proximis, & Collatino eius marito, cum dignitatem thoro violato fœdare noluit simul conuocatis, gladio se transfixit.

De Penelope Vlyssis regis coniuge pulcherrima legitur, quod ob suam tutandam pudicitiam, & marito feraudam fidelitatem, multas à suis procis pertulit iniurias; tamen nulla vincquam molestia à proposito fidei mariti diuelli potuit: Lanificio, & absentiam mariti solabatur, & procos frustrabatur, quibus se concessuram absoluta tela pollicebatur. Sed ut eos longius frustraretur, noctu retegebat, quod interdiu texit. Quo factum est, ut Penelope hæc venusta iuuenis, solatio viri, in Troiano decennali bello persistens, destituta, illibati decoris, atque intemerata pudicitiae matronis omnibus semper exemplum sanctissimum fuit, in qua plus laudatur intentis fidelitas, quam pudicitiae effectus. vnde Tibullus:

*Casta precor coniunx maneas, sanctique pudoris.  
Ne sis casta metu, quæso, sed mente fideli.*

Nam animus & propositum distinguunt maleficia. Linuria. ff. de furis. Hinc teste Cælio lib. ann. warum testionum 7. cap. 27. scribit Hieronymus. doctissimi viri esse sententiam, pudicitiam in primis esse retinendam, quoniam ea amissa, omnis ruit virtus, & in ea decoris muliebris enitescit principatus. Hæc pauperem commendabilem facit, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram, viros quidem consulares illustrat, esert in eternum nomen eloquentie claritas militaris gloria, & ex deuictis gentibus arreptus triumphas parem quadammodo Deo facit. Multa porro sunt, quæ ingeniorum fertilitate, nobilitatem adoptat prefiginem. Perpropria mulieris virtus pudicitia censetur. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, nescio an etiam prætulerit; quoniam Brutus non posse seruitutem pati, à foemina commotus, edidicit. Hæc æquauit Corneliam Graccho. Hæc parem alteri Bruti Portiam fecit: & ibi laudat puellas Patauinas in verecundia, dicens: *Durant etiam in virginibus præca castitatis vestigia, quando non nisi aperta facie prodeunt visende in publicum, velut dicens subinde illud Hierony. in epistola ad Demetriadem virginem.* Cuius dictum, qui coniugari cupiunt, bene considerent. Illa, inquit, si ubi pulchra, illa amabilis, illa habenda pro socia, que se nescit pulchram, quæ negligit formam bonum, quæ procedens in publicum, non peccat, & colla denudat, nec reuocato pallio, ceruices aperit: sed vix uno oculo (qui via necessarius est) patente graditur. In hoc dignum leitu illud occurrit, quod in Græcorum histor. obseruatum est. Siquidem apud Spartanos diu obtinuisse legimus, ut aperta facie virgo, at conuelta nuptæ, in proposito viserentur. Cuius eam Charilaus reddebat rationem; quoniam virginibus viros sibi prospicere necessarium sit. Mulieribus autem, quos comparatint custodiare. Obseruatum

uatum & illud Chalcedonas mulieres eum seruasse morem, ut si in alienos viros & magistratus potissimum inciderent, dimidium retegerent facie: quæ à viduis coorta conluctudo prorepit. & in eas, quæ iūctæ vicis forent. Hunc morem etiam apud nos in Burgundia obseruari videamus. Mulier autem in signum verecundia, subiectionis & reverentie, debet velate caput suum: ut habetur 1. ad Cor. 11. & recitat 15. 3. in prin. & cap. hac imago, & c. ven. 33. quæ 7. 5. Vnde Linus ex mandato Petri constituit, ne qua mulier nisi velato capite, templum ingredere turaretur.

Imperator etiam pudicitiam semper esse colendam censuit. Text. est in 1. si quis illatis. ibi, ipsi pudicitia, quam sibi eadem etiam censens. Maxime in ingenuis & nobilibus seu illustribus, quibus castitatis obseruantia præcipuum debitum est, ut ibi dicit tex. C. ad Orfianum. Etiam Imperator castitatis est amator. text. in Auth. quib. modis natur. effi. legi. §. novi m. column. 6. de quo per Guil. Benedict. in sua repet. R. Raynaut. in verb. cuius. in Petro tradiderunt. n. 69. cum tribus sequentib. extra de testam. vbi dicit, quod libido in potente & honorato est deterior, & quod ob vitium luxurie plures Reges fuerunt imperfecti, & expulsi à regno: & ibi via de plura exempla de castitate, & pudicitia antiquorum Principum.

**D**ecimateria consideratio. Quod mulieres laudantur ex clementia & liberalitate, ut habetur per Bern. de Bastis eod. ser. 28. t. 1. prin. n. 2. par. 1. in littera Z. & de liberalitate regine Sabiae exemplificat, quæ venit à finibus terræ ad audiendam sapientiam Salomonis, & donauit ei 120. talenta auri, & aromata multa, geminasque preciosas, ut habetur 2. R. 3. 10. Et quædam fœmina Bula dicitur: Maria à senatu Romanorum hostem indicatum, in suam dominum reduxit, ut refert Margarita poetica in oratione 17. supra alleg. Et unum actum Clementiae narrat Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 5. Quod cum quidam Rex non posset potentia quendam suu destruere inimicū, Regiam consuluit coniugem suam, quæ tale regi dedit consilium: Fac domine quod medici facere solent. Quia ubi visitare media minime profunt, tentant contraria. Si severitate nihil proficiat, nō te tetu, quomodo cedat tibi clemētia: ignoscit illi. Quod & factum est, ut de hoc attulatur Benedict. in d. rep. c. Raynaut. in verb. duus habens filius, num. 19. extra de testim.

**D**ecimaquarta consideratio. Quod mulier timens Deum, ipsa laudabitur, ut habetur Prover. 11. 28. Bernard. de Bastis in 2. part. sui Rosarij, serm. 28 in 2. Par. illua in littera F.

Adde etiam: quod mulier timens matrem, consequitur honorem: quoniam scriptum est ad Ephes. 5. Vnusquisque vxorem, sicut seipsum, diligat: vxor autem meat vitum suum de quo a nobis dictum est in rubric. Des Droits & appartenances à gens mariez. In commentariis consuetudinum Ducatus Burgundie. Laudem etenim consequitur, si viris se subiecerint, dicit Plutarch. in præceptis connubialibus. dicam alibi, & hic ante in consideratione ante proximam.

**D**ecimaquinta consideratio. Laus mulierem consistit etiam in deuotione & pietate, ut an plè declarat idem Bernardinus de Bastis in d. serm. 23. in 2. par. sui Rosarij. Et ibi ponit de multis, quæ pietate, & clementia motæ, multa seruitia impenderant sanctis. Etiam habetur per Albertum de Eyb. in sua Margarita poetica, in d. 2. part. tract. 2. oratione 17. vbi ponit de Antigona, Oedipi filia, de Claudia, Vestali virginie, & de Amylia, virginie Vestali, & virginibus Spartanis. Vide Franciscum Patrium, lib. 4. n. 5. de Institutione

Republiea. vbi ample committat laudem mulierum in virginitate, de qua supra.

**D**ecimasexta consideratio. Gloria etiam mulierum consistit in gracijsitate: quoniam ut habetur Prover. 11. mulier gracia inueniet gloriam, ut fecit Ester, quæ propter eius gracijsitatem fuit coniuncta matrimonio regi Assuero, repudiata Vaithi eius prima uxore. Ester. 1. & 2. & dicam infra. Et hæc gracijsitas consistit in modestia, quæ multum commendatur in mulieribus, ut inquit Epictetus philosophus in Enchirio, c. 155. vbi de officio viri erga uxorem dicit. Monet die igitur sunt apud nos mulieres, in honore esse, nihil ob aliud, nisi ut modestæ si sit, & virum reuerentur. Etiam consistit hæc gracijsitas in modo, qui multum in uxoribus & fœminis attenditur, & est pulcherrima virtus. Vnde Horatius:

Omnibus adde modestum, modus est pulcherrima virtus.

Et stat vulgare proverbiū, En droit couleur, En vain sauveur, En adoucat eloquence, Et en femme contenance. E diverso, si uxor non inteneret gratiam in oculis viri, scribit libellum repudij, ut habetur Des. 24. c.

**D**ecimaseptima consideratio. Quod etiam mulieres ex misericordia laadantur potius quam virtus, quoniam, ut ait Auct. 8. lib. de Animalib. Melior vita misericordior est ita dicit Bernard. de Bustis in 2. part. sui Rosarij, serm. 28. 2. par. littera F. Et vbi non est mulier, ingemiscit egens. Eccles. 36. in fin.

**D**ecima octava consideratio. Mulieres etiam propter eam diligentiam laudantur, quoniam, ut habetur Prover. 12. Mulier diligens corona est viro suo.

**D**ecimanona consideratio. Mulieres etiam sunt laudandæ: quoniam sunt sagaciores viris, glo. fin. in 1. si à Ipponzo. C. de donante nupi. in 1. 2. C. de his, quæ veniam etas. impet. Ioan. de Montaigne, in tractatu suo de bigamia. 1. quart. col. 20. 4) seq. Et prudentia mulieris multum solet mederi vitiis matitorum. Ut Vberinus super Epit. Cicer. 25. 1. cip. Non potuit. Et habetur Prover. 14. Mulier sapiens ædificabit domum suam, & propter mulierem bonam, saluatus est vir malus. Et sagacitas, seu sapientia carum, ita antiquitus apud Gallos reputabatur, quod cum discord a esset, adhibebantur mulieres pro pace componenda. Et inos antiquas erat, quod si qua tunc inter socios intidisset controversia, mulieres iudebant arbitriæ. Propter quod sanxerunt Galli cum Hannibale: ut si quis Gallorum se à Carthaginensi in aliquo iniuria affectum quereretur, eius rei index esset Carthaginensium magistratus: sin Carthaginensium quisquam ab ullo Gallorum iniusti quippiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere, ut refert Textor in suis Epithet. in verb. Galli. & in hoc constat, quod etiam mulieres sunt sapientes: immo ab eis est exquirendum consilium, ut cōstat de Iustiniano, qui quæsivit consilium à Theodora eius uxore, ut habetur in Auct. 1. 1. 1. in 2. cōs. 1. de legi. Vbi etiam allegat Ioan. Andr. dicenter, se ab uxore sua didicisse, bona nomina magno prelio esse emenda.

**V**igesima consideratio. Laudandæ etiam sunt mulieres, in ieiunanda induitate, propter signum charitatis, ut scilicet ostendat uxor quantum amauerit virum. Vnde, ut refert Virg. in 4. Aeneid. dicebat Dido viator:

ille meos primus qui me filii iunxit amores.

*Abstulit, ille habebat secum, seruētque sepulchro.*  
 Quos allegat Lucas de Penna in *l. mulier est in col. de incolis.* Vbi ample communem viduitatem. & Hieronymus contra louianum scribit de Valeria, nobili Romana, quæ Seruio viro suo mortuo, nulli nubere volebat. Cum rogaretur secundum virum accipere, respondit, se non posse hoc facere: quia primus adhuc viueret. Quamdiu enim vixero, vir meus per amorem viuet in corde meo. Putabat enim virum sibi, quem animo gestabat, à cuius memoria ne mors quidem cū eripere poterat. O sententiam singularem, & excellentissima matrona dignam, qua declaratur, non corporis illecebris, sed animi affectu matrimonium tueri. Quod quidem probauit Democionis Atheniensis filia. Quæ quamvis virgo esset, cum audiisset Leonisthenis sponsi mortem, qui in bello Lemniaco occubuerat, seipsum interemit: asperens quanquam intacta esset corpore; tamen si alterum cogeretur accipere, secundum deciperet, cum priori animo nupsisset. Hæc Franciscus Patritius lib. 4. in 5. de *Instit. Republicæ.* vbi dicit, quod licet maioris amoris vinculum sit, & ingenui esset animi, non nisi vni viro coniungi: & in hac re turturis naturam imitari: quam naturæ indagatores diligenteri assunt, si patrem amiserit, nunquam alterius commixtionem querere. Et etiam, quoniam vetustissimi Romani eam fœminam coronam pudicitiae honestabant, quæ uno contenta matrimonio tantum fuisse, perpetuaque viduitate, corrupti animi sinceritatem ostendisset. Impatiens enim libidinis videtur illa, quæ rursus nubit, & præcipue, si liberos habet, matrimonij pignora: & mortuum virum facie ac nomine exprimentes. Quam quidem sententiam Etilæ verbis elegantissime exprimere videtur Maro Mantuan. cum le viduam ac desertam quereretur his versibus:

*Saliens si qua mihi de te suscepta fuisset  
 Ante fugam soboles, si quā mihi parvulus aula  
 Luderet fœnas, qui te tantum ore referret,  
 Non equidem omnino capta aut deserta videver.*

Quid, quod ea, quæ rursus habuit, impia in liberos esse cernitur. Quos orbatus patre, &c ab omnibus destitutos, quasi in lumine vitæ negligit, eo etiam tempore, quo magis parentis ope indigere videntur. Quæ ratio quidem omnibus per ludere debet, ut videtur. Cam liberi pudicitiam seruent, nec rursus fortunam experiantur, à qua semel deceptæ, vix meliorem sortem desperare possunt, cum honori ac liberi omnino male contulant.

Ania Romanæ nobilitatis animum ostendit, cum eius propinquai ac necessarij ei suadent, ut alteri nubere, cum integræ adhuc ætate, & facie optima esset, inquit enim, le nequaquam esse facturam. Nam si virum inuenero, ut ante habui, nolo perpetuo formidare, ne perdam. Sin malum? Quid enim habeo malum experiri, cum optimum priorem fuerim experta? Illusa enim prioris fato sapienter fecisse videtur, si maritali fortunæ rursus se credere noluit.

Sed Portia minor; Catonis filia, firma ac *compona* sententia declarauit, quid pudicam fœminam deceat. Nam cum apud eam, ut moris est, laudaretur quedam quæ rursus nupta esset; *Taceo*, inquit, *viam neque felix,* *neque bene e morata,* *ut prædicta esse inuesti fœmina,* *que secundo nubet.* Laudat luminopere Plutarchus Corneliam, Gracchorum matris, viduitatem. Ad hanc sententiam Corneliam filiorum, & familiæ cura suscepta, post mortem viri tamē se præbuit, ut non male consoluisse Tyberius videretur, qui pro eius salute occubuit. Nam Ptolemæi Regis nuptias respuit. Et cum

ille regnum, & communionem diadematis sibi offerret, vidua quam regina esse maluit. Hæc Patritius vbi supra. Et Hieronymus narrat in loco supra alleg. quod Maria Catonis filia, cum noller nubere, sed virum defunctum semper lugeret, interrogata, quem diem ultimum haberet, luctus respondit, quem & vitæ.

Et ut ait Berg. de Bustis in ser. 28. in litera T. V. X. Y. Z. Viduitas in multis aliis commendatur. Et commendationem huius viduitatis etiam ample ponit Lucas de Penna in *l. mulier. supra alleo.* Et ista castitas continentalis, quæ dicitur viduitas, si longo tempore continuetur, non procul distat à virginitate. §. optimum itaque est. in *Authent. de non elig. secundo nub.*

Sed ut dicit Patritius in loco supra alleg. Tolerabilis agnunt, qui in primo ætatis flore, ad secundas nuptias transierunt, si liberis carent. Student namque singula animalia sobolem propagare, & liberorum gratia se collocare potius, quam libidinis, equius omnino esse videtur.

Sed si qua impatiens libidinis esset, ne sine viro caste degere posset, optimi consilii esse puto, ut rursus nubat: malo siquidem laude viduitatis careat, quæ pudicitia. Illa enim sine ignominia ac turpitudine: hæc autem non sine probo ac dedecore mittitur. Et propterea de iure statutum est, quod in sequendo dictum Apostoli, *i. ad Cor. 7. in fin.* Mortuo viro, mulier nubat in domino. cap. cum secundum, &c. super illa exira de sec. nupi. dixi in rubri. Des et fons de plusiers lits, in consuetudinibus nostris. & nō est praesentis speculationis, igitur non insisto. Et etiam, quia matrimonium est causa conseruandi genus humanum. ideo facio considerationem sequentem pro laude mulierū secundo nubentium. Sed quoniam hic loquitur de viduitate, quæ dicitur vidua, vide ample Benedict. in sua rep. cap. Ray. in ver. cuiusdam Petro tradiderunt. nu. 48. de testa. et ibi in verb. & uxorem nomine Adelasiam. vbi & viduitatis priuilegia ponit. v. 806. cum seq. Et vidua retinet priuilegia omnia defuncti mariti, quibus ipso viuente trahebatur: quia in eo gloria defuncti in certo relucet. & dicit Bald. in *l. pignoris. C. de pion. act.* quod vidua alii cuius relicta, mortui viri est imago. Et plura scripsi infra in sequenti part. in 9. cor. sed. de statu viduali, & de eius laudibus, & quod præfertur ante statum conjugalem.

**V**igesima prima consideratio. Quod ita mulieres sunt laudandæ propter conseruationem generis humani, quod brevi tempore peritrum est, nisi hic muliebris sexus esset.

Mulieres enim sunt, quæ familias, quæ res publicas, quæ totam denique conditionem restaurant. Et quod maius est, immortalem reddunt. Et ideo, ut dicit Albertus de Eyb. in sua *margarita poetica*, in 2. part. tract. 2. in orat. 17. Hæc Romanæ virbis conditor intelligens, quando fœminis cateret, cum Sabinis bellum graue inire non dubitauit. Cognoscebat enim huiusmodi imperium, si mulieres no affuerint, paucissimis esse duraturum diebus. Dicam infia amplius in hoc tract. v. 9. par. 21. duodecima 10. litteratio: Vbi ponam, quod coniugati, tanquam existentes in dignitate, præferuntur ceteris non coniugatis.

**V**igesima secunda consideratio. Mulier propter eius pulchritudinem & formositatem laudanda est. Quoniam, ut ait Albertus de Eyb. in sua *margarita poetica*, in 2. part. tract. 1. cap. 4. de authoritat. Luci, Appuli: virgo formosa, etsi sit oppido pauper, tamē abinde dotata est: & propter pulchritudinem facilius maritatur: de quo etiam per Cælium lib. I. antiquarum lect. cap. 7. &

7. 8. & 9. vbi ample laudat, & extollit pulchritudinem, in maxime in muliere, notatur in l. si voluntate. C. de do-  
sis promis. *Dixi in consuetudinibus nostri Ducatu Bur-  
gun. in rubr. Des drotis & appartenances aoe: s ma-  
riez.* Vbi dixi, quod mulieri formosæ nubendum est. Et tatum pulchritudo mulieris allicit homines, quod ab ea non possunt separari, ut habetur 3. *Esdre 4. c. v-  
bi habetur: Mulier pulchra & fortis, & dominans re-  
gi, ut non possint homines à mulieribus separati, de  
quo per Ant. Flor. in sua sum. 1. par. lib. 1. c. 2. §. 2. vbi  
ponit, quomodo anima signatur per pulchritudinem mulie-  
rem. Sed caudum est, ne quis, si tali nubat, quando-  
que legat ad titulum Cornelianum: quoniam, ut ait  
Alberti. in loco hic ante alleg. in 10. cap. illius 2. parti. &  
primi tractatus: Mulier speciosa, & pulchra, templum  
est super cloacam ædificatum: cum his sit cum forma  
iuncta pudicitia.*

*Corporis egregy miseris trepidosque parentes  
Semper habet, rara est adeo concordia forme:  
Atque pudicitia sanctos habet horrida mores:  
Tradiderit dominus.*

Et,

*Formosis leuitas semper amica fuit.*

Et difficile est custodire quam plarimi amant, ut satis colligitur ex dictis. Io. Neuizani Astenis *l. 1. sylua nupciis, in ampliacione 7. vrb. 1. c. 2. xiiia  
predicta, si sint duo. vbi ponit, quid operetur pulchri-  
tudo mulieris. Et ibi dicit, quod debet habere tripli  
quatuor ad hoc, ut sit pulchra, que his verbis ibi  
positis continentur:*

*Triginta hec habent, que vult formosa vocari*

*Fæmina, sic Helenam sana fuisse refert.*

*Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra puella*

*Tres habent longas, tres totidemque breues.*

*Tres crassas, totidem gracie: tria sinuta, tot ampla*

*Sunt videlicet hinc formae, sint quoque parua tria.*

*Alba cutis, nubes dentes, albip, capilli.*

*Nigri oculi, cunnus, nigra supercilia.*

*Labra gene atque vngues: ruris, sit corpore longa,*

*Et longi crines, sit quoque longa manus.*

*Sint, breves dentes, nurus, pes, pectora lata.*

*Et clunes, distent ipsi supercilia.*

*Cunnus & os strictum, stringunt vbi cingula, stricta:*

*Sint coxa, & collus, valva que ruridula.*

*Subtiles digitæ, crines & labra puellis,*

*Parvus sit nasus, parua manilla, caput.*

*Cam nulla aut rara sint ha, formosa vocari*

*Nulla puella poterit, rara puella potest.*

Non aliter hic insisto citata talia, cum satis, & ultra, quam decens sit, ponatur i. d. *sylua nupciis.*

De his tamen supradictis, & aliis, quæ faciunt ad corporalem pulchritudinem mulieris. Et habetur *Cant. 4.* vbi primo commendatur mulier ex pulchritudine. Secundo, ex simplicitate aspectus, quod multum facit ad gratiositatem mulieris. Tertio, ex pulchra membrorum dispositione, & hoc est quod dicitur: habet pulchrum corpus, facit l. vel proter. *D. de edil. edic.* Quarto ex capillis ordinata dispositis, & compositis, unde habetur i. ad *Cor. ii.* Mulier si comæ nutrit, gloria est illi. Quinto, ex dentibus albis bene ordinatis, quia dentes, seu vngues, non debent esse scabri, seu sordidi. Sexto, vbi superiores dentes deceni in ordine correspondent inferioribus sicut gemelli adiuicem. Septimo, vbi non est dentium fractus, patrefactio, seu commotio, de quo laudatur Moyses, *Dent.* 34. quia, cui os olet ex corporis vicio, morbo est. *I. cui clausum. §. fin. eod.* Octavo, vbi est rubedo in labiis, quæ rubedo iuxta albedinem facit ad decorum. Non, vbi mulier habet eloquium dulce, & gratuitum

omnibus audientibus ipsum. Nam, si balbecit, non placet, facit l. i. §. sed sciendum. *ff. eod.* Undecimo, vbi habet collum rectum, & decenter eleuatum. Duodecimo, vbi habet vbera conformia, non nimis eleuata; sed decenter in quantum facit ad ostensionem mulieris texus.

Sed tamen aduertatur, quæ sunt mulieres, & feminae memoria dignæ, propter earum pulchritudinem fuerunt sequentes:

Amaryllis pueila. Virgilius.

*Formosam resonare doces Amayllida sylua.*

Ægle Nympha. Virg. Ecl. 6.

*Ægle Natadum pulcherrima.*

Atalanta, puella fuit in Arcadia, & Iasij filia libera, li admodum forma.

Ouid. lib. 8.

*Venit Athalante Schæni pulcherrima virgo.*

*Rasitis huic summam inordinet fibula vestem,*

*Crinis erat simplex nodum: et lectus in unum,*

*Talis erat cultu facies, quans dicere vere*

*Virgineam in puer, puerilem in virginem posse.*

Atiadne, filia Minois, forma fuit eleganti, quam propterea Bacchus duxit in uxorem, ciuitate coronari stellis ornata, in astra retulit. Catull. de ea & Theseo loquens, sic inquit:

*Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo,*

*Regia quam suaves expirans costus odores.*

*Lectulus molli complexu matris alebat,*

*Ouale aurora perpingunt flumina Myrebos,*

*Aurave distinctos educit verna colores.*

*Non prius ex illo s. grantia declinavit*

*Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam.*

Antiope, filia Nicti, & vxor Lyci, Regis Thebarum, speciosissimam propter formam à Ioue adamata est: ex quo Zetum & Amphyonem suscepit.

Propertius:

*Tu licet Antiope formam Nycteidos, & tu  
Spartanam referas lantibus Hermionem,*

*Argia, Adrasti Argiorum Regis filia, & vxor Po-  
lynicis, fuit itidem mirum in modum speciosa.*

Statius lib. 1. Thebaidos.

*Egregiam Argiam nec forma laude secunda Deiphilem.*

Agriam, Atopi Regis Beotie filia, in ob excellen-  
tem pulchritudinem, adiunxit Iupiter: iacuitque cum ea in specie ignis.

Ouidius.

*Aureus ut Danaen Asopida lusiferis ignis.*

Agaristam, Clithelstis filiæ, adeo formosam exti-  
tisse, scribit Herod. ut ad habendas eius nuptias cele-  
brata sine Procerum spectacula, & certamina, quo speciosissimi quiq; Græciae adolescentes confluxerunt.

Barynes, metetricis formam commendat Horat.

lib. 2. Carm. dicens:

*Nulla si iuris tibi peierat*

*Perna Barine noctis et unquam.*

*Dente si nigro sieres, vel vno*

*Turpior vngui,*

*Credere me, sed tu simus obligasti*

*Perfidum votis caput eniescis*

*Pulchrior multo itaenamque probis*

*Publica tura.*

Bryseis fuit adeo formosa, ut Achilles amore eius conflagraverit, carmine, quamvis ancillam, plusquam puellas omnes adamauerit. Horatius.

*Prius insolentem scrua Bryseida nubo colore*

*Mouit Achilem.*

Properti. lib. 11.

*Omnia formosam propter Bryseida pagis,*

*Tantus in erepto saui amore dolor.*

Credibile est, Beribeam, Vix vxorem, eleganti

fuisse forma, quæ sapientissimū illum Regem & Prophetam sanctiss. Dauidem, vsque adeo titillauerit, ut solitæ religiōis oblitus adulterio, & homicidio ( Viriam enim deuouit in morti ) suam contaminauerit satitatem.

Vnde Stroza pater.

*Ille sacri vates operis lessica preles,*

*Prefecit populo quem Deus ipse suo.*

*Bersabea captus forma, tibi magne Cupido*

*Cessit, nec Salomon tunc ipse fuit.*

Refert Phil. Berg. lib. 5. Chron. quod Ester Hebræa, Abichail, Mardochæi fratri filia, ex tribu Benjamin, mulier fuit speciosissima, & omniū oculis gratiosissima: quæ ob eius pulchritudinem cum rege Assuero matrimonio coniuncta est. habetur Ester 2. de qua dixi in s. 1. in gloss. En puissance de son mary. in titul. Des droicts & appartenan. in consuetudinibus nostris ducatus Burgund.

De Chione, Dedalionis filia, Idem Ouid. lib. 11. Metamorph.

*Nata erat huic Chione, que dotatissima forma,*

*Mille procia placuit, bu septem nubilu annis.*

Cenis, puella Thetidalia, a Neptuno compressa, pulcherrima fuit: Idem Ouid. lib. 12. Metamor.

*Clara decore fuit proles Elateia Cenia:*

*Theffalidum virgo pulcherrima.*

Calisto, Idem Ouid. lib. 11. Fast.

*Fædera seruasset si non formosa fuisset.*

Hæc non esset hic ponenda, quoniam formositas non tendit ad eius laudem.

Celeno formosa fuit. Idem Ouid. lib. 4. Fastor.

*Neptuno Halcyonem, & te formosa Celano.*

Calypso, Oceani & Tethyos filia pulcherrima fuit.

Ouid. de Ponto.

*Angraue sex annis pulchram foniisse Calypson.*

*Æquorea que fuit concubuisse Dea?*

Idem lib. 11. de Arte.

Littore confiterant, illuc quoque pulchra Calypso.

Cydippe ab Acontio ob formam adamata est.

Ouid. in Epistolis,

*Sie fessis tu formosa minus, petere modeste,*

*Audaces facie cogimur esse tua.*

Tu facis hoc, oculiq. tui, quibus ignea cedunt

*Syderi, qui flammis causa fuere mea.*

Hoc faciunt flavi crines, & eburnea ceruix,

*Quaque precor ventiant in mea colla manus.*

Et decor & vultus sine rusticitate pudentes.

Et Theridius quales vix reor esse pedes.

Catera si possem laudare, beatior essem.

Nec dubito, rotum quin tua pars sit opa.

Hac ego compulsus, non est mirabile, forma

*Si pignus volui vocu habere tua.*

Catulla, Mart. lib. 8. Formosissima, que fieri, vel sunt. O quam te fieri Catulla vellere Formosam minus, aut magis pudicam.

Propertius formam suæ Cynthiae sic commendat:

*Ez quasunque tulit formosi temporis etas.*

*Cynthia non illas nomen habere sinat.*

Idem.

*Illi formosa veniat chorus heroinæ.*

*Quos dedit Argiūs Dardana præda viri.*

*Quarum nulla tua, fuerit mihi Cynthia forma*

*Gratior.*

Idem.

*Fulta coma est, longaque manus & maxima toto*

*Corpore, & incedit vel Ioue digna soror.*

Idem.

*Lilia non domina sunt magis alba mea.*

Idem.

*Pest Helenam has terris forma secunda redit.*

*Hac ego non miror si flagret nostra iuuentus,*

*Pulchrius has fuerat Troja perire tibi.*

*Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.*

*Si quis vult fama tabulas anteire verustas,*

*Hic dominam exemplo ponat in arte meam.*

Herodotus ait Candaulis Sardium Tyranni uxorem foeminarum omnium pulcherriman.

Deiopœa nympha. Virg. Æneid. 1.

*Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphae.*

*Quarum qua forma pulcherrima Deiopœam*

*Connubio iungam stabili propriamque dicabo.*

Dido. Idem Virg. Æneid. lib. 2.

*En regia ad templum forma pulcherrima Dido.*

Incessit.

Deianira Herculis vxor. Ouid. lib. 9.

*Nomine sequa suo tandem peruenit ad aures*

*Deianira tuas, quandam pulcherrima virgo.*

*Multorumque fuit spes inuidiosa procorum.*

Deiphile, vxor Thidei; Adrasti filia. Statius lib. 11.

Thebaid.

*Egregiam Archiam nec forma laude secundam*

*Deiphilem.*

Eurydice Orphei vxor. Quintianus lib. 11.

Orpheus.

*Hac sata Mercurio Eurydice forma præellas*

*Tam visa est superare pares cælestibus aulis,*

*Quam iucunda Venus dominas supereminet omnes.*

Idem.

*Venerat Eurydice sparsis formosa capillis,*

*Cui teretes digiti, cui flava monilia, vulnus*

*Syderi, incerto rubris candore papillis.*

De Fabula. Martialis lib. 11.

*Bella est nouimus, & puella, verum est,*

*Et diues, quis enim potest negare?*

Galatea nympha. Ouid. lib. 13.

Candidior folia niuei Galatea ligustris,

Floridior prato, longo procerior alno.

Splendidior vitra, tenero lascivior hædo,

Leuior aspidu destruis æquore conchis.

Solibus hybernatis, æstua gravior umbra,

Nobilior pomus, platano conspectior alta,

Lucidior glacie, matrura dulcior vua.

Mollior & cygni plumis, lacte coacto.

Et ( si non fugi ) riguo formosior horro.

Glycera. Horat. lib. 1. Carm.

Vrit me Glycera neor Splendentis Paro

Marmore purius, Vrit grata proteruitas,

Et vultus nimium lubricus aspici.

Veteres fabulosæ confinxerunt Gorgonem propter eximium venustatis decus, mentis inopes, & stupidos reddentein spectatores, in saxa deformasse. Catus lib. antiqu. lecl. 14. c. 9.

Celebratur etiam Hermiones Menelai filiae pulchritudo.

Vnde Propertius lib. 1.

Tulicet Antiope formam Necteidos, & tu

Spartanam referas laudibus Hermionem.

Fuit tam elegans & concinna Hippodamia pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina Procorum. In quibus, quum vixor euasit Pet Pelops, puellam duxit in vxorem.

Propertius. --- Nec

Porygium falso traxit candore maritum,

Aduicta extensis Hippodamia rotis.

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis.

Qualis Apelleus est color in tabulis.

Idem lib. 11. Hippodamiam vocat Hyscochen, quod propter eam ortum sit bellum Centaurorum.

Qualis

# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

133

*Qualis & Hyscomache Lapitha genus hercina.*

*Centauri medio grata rapina meto.*

Hiera, fuit vxor Telephi, mulier omnium (quas Proteus vidit) maxima & pulcherrima.

Proposita de muliebri pulchritudine certamina plerisque in locis legitimus, sicuti in Cereris Eleusinæ festo prope Alpheum, ubi vietrix Herodice meruit palmam. *Celius libr. antiquarum lec. 13. c. 9.*

*Hypsipyle.* Statius lib. 4.

*Errantes subito pulchram in mæstre tuerunt  
Hypsipylem.*

Fuit Thoantis filia, à quo Thoantias appell.

Lauiniæ forma fuit origo belli inter Aeneam & Turnum, quorum vterque eam sibi vxorem dari volebat. Virgil. lib. 12. Flavos eius crines, & roseas appellar genas, vbi ait:

*Filia prima manu flauos Lauinia crines,  
Et roseas lanata genas.*

Catullus de sua Lesbia sic inquit:  
*Lesbia formosa est, que quum pulcherrima rora est,  
Tum omnibus una omnes surripuit Veneres.*

De Laodomia Catullus.

*Quo tibi cum casu pulcherrima Laodomia.*

Lais Corinthia, meretrix fuit speciosissima.

Ouid. i. Eleg.

*Qualiter in thalamos formosa Semiramis esse  
Dicitur, & multis Lais amata viri.*

Lycoris, Corn. Gilli amata. Martial. lib. 6.

*Femina preferri poruit tibi nulla Lycori.*

Propert. lib. 1.

*Et modo formosa, quam multa Lycoride Galus*

*Mortuus inferna vulnera luit aqua.*

Lucretiæ formam tanti fecerunt Romani, vt carnis monumentis vbiique celebraverint, & vindicarent à mortalitate: nec solum ob eximiam pulchritudinem, verum etiam ob castitatem, quod vim Tarquinij gladio sit vta.

Lycaste, Priami filia, tantæ fuit pulchritudinis, vt Polydamas, Anthenoris ex Theano Hecuba sorore filius, illam ex concubina vxorem sibi copulauerit. Fuit & alia Lycaste, quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur.

Lamia, autore Plutarcho, puella fuit speciosissima à Demetrio adamata, quæ & tibiis optime cecinisse dicitur. Hæc primo canendi modulandique suavitatem, gratiam sibi apud omnes compatauit.

Maia, Atlantis filia.

Ouidius lib. 5. Fastor.

*Quarum Maia sua forma superasse sorores  
Traditur, & summa concubuisse Ioui.*

Omphale, regina Lydorum, fuit facie adeò præstanti, vt ei se submiserit Hercules.

Propert. lib. 3.

*Omphale in tantum forma processit honorem.*

*Lydia Gygeo tincta puerula lach.*

*Vt qui pacato strauisset in orbe columnas,  
Tam dura trahere mollia pensa manu.*

Plutarchus in Lucullo scribit, Preciam quædam fuisse in vrbe Roma fœminam venustate formæ nulli secundam, quæ sua pulchritudine Cethegum sibi adeò deuinixerit, vt nihil probaretur Cethego, quod Precia non iussisset.

Panthaea, vxor fuit Accadatæ viri nobilis apud Persas, quam Cyrus expugnatæ Assyriorum castris, duixerat captiuam. Abradota autem absente, & apud Bactrianos legatum absente, Araspe Medo seruanda tradita est, qui apud Cyrus affirmauit nondum esse ortam, aut omnino inuentam tota Asia pulchritudinem.

Sulpitiz formam commendat Tibull. libr. 4. dicens.

*Illi ex oculis quum vult exurere diuos,*

*Accedit geminas lampades acer amor.*

*Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,*

*Componit furim, subsequiturque decor.*

*Seu soluit crines, fusis decet esse capillis.*

*Seu compicit compiti est veneranda comis.*

*Vrit, seu Tyria voluit procedere pallas.*

*Vrit, seu nivea candida veste venit.*

Fuit etiam in Semitamide eximia pulchritudo: & facies imperio digna. Vnde & mortuo marito, Persis imperauit usque ad prouectam filij ætatem.

Ouid. lib. 1. Eleg.

*Qualiter in thalamos formosa Semiramis esse  
Dicitur.*

Silyambis, vxor Darij, nulli sua ætatis fœminæ pulchritudine cessit, teste Curio. Quam tamen victo Dario, Alexander non solum non violauit, sed & sumam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illudere.

Saxo Grammaticus libro octauo Danicæ historiæ scribit, Suauidam Reginam, tancæ fuisse pulchritudinis, vt quum vineta loris, exposita esset equinis calcibus obterenda, ipsis quoque iumentis horrore fuerit, artus eximio decore præditos, sordidis lacera te vestigiis.

Thyibe amata Pyrami.

Ouid. lib. 4. Metamorph.

*Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter,  
Altera, (quas oriens habuit) pralata puellæ,  
Contiguæ habere domos.*

Thydemus, Deam maris Poetæ niucam, & formosam faciunt, quod perpetuis aquis abluatur.

Catullus :

*Tene Thetys tenuit pulcherrima Neptunive.*

Tyro puella, Salmonei filia, ob formam à Neptuno adorata est.

De hac Propert. lib. 11.

*Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro.*

Baptista Pius.

*Carmine conspicua est Tyro Pegasea puella.*

Idem.

*Est Helene formosa illa, est candida Tyro.*

Violantillam, Stellæ poëtæ vxorem, multis verbis commendat Statius lib. 1. Syl. sed maxime, vbi Venetum sic inducit loquente n?

*Hanc ego forma*

*Egregium mirata decus, cui gloria partum  
Et generu certabat bonos, tellure cadentem  
Excepi, fonsq; fons, nec colla, genasque  
Comere, nec pingui crinem deduvere amona  
Cessauit mea nata manus, mihi dulci imago  
Profiluere, celsa preceus aspice frontis honores,  
Suggestumque come, Latias metiere quid ultra  
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas  
Virgo prætit, quanquamque egomet Nereidas exto :*

Idem paulo post.

*At tu pulcherrima forma,  
Italidum tandem merito possessa marito*

Sunt & aliae permulta puellæ: in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, vt Pasiphæ, Ariadne, Berenice, Hermione, Briseis, Penelope, Deidamia, Erisia, vxor Romuli, Ero Virginia, Anaxarete, Antigone, Arachne, Arethusa, Athene, Polixena, Pelagia, Lycaste, Locasta, Hecuba, Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chelia, Ilia, Sibyllæ, Vestales, Heroïnx, & aliae prope infinitæ. Quas, qui scire volet, authores revoluunt.

Stroza pater lib.6. Eroticon. de quibusdam sic meminit.

Talis erat virgo Cenca, talis & alcum  
Per mare Dicteo vecta puella boue.  
Talis erat fului decepta cupidine nymbi.  
Et quam sub fallo lusit olore Deus.  
Talis erat varum Omphale celeberrima cantu,  
Talis & Ideo rapta Lacena proto.

Item Pamph.

Oebalides. Cyparissus, H. las, Diadumenus Atys  
Phryx puer, & scito Parthenopaeus equo.  
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora,  
Quum Stygia vates iret ad antra domus.

Helenæ forma, poëtis omnibus cantatissima, laudem meruisse maximam, nisi ea Troit ruinam, belisque decennalis causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, quum tantæ cladis calamitatem venit in mentem. Paris apud Ouidium formam illam Veneri comparat, dicens:

Hū similes vultus (quantum reminisor) habebat,  
Venit in arbitrium quin Cytherea meum.  
Si tu verisses pariter certamen in illud,  
In dubium Veneris palma futura fuit.  
Magna quidem de te rumor prætonia fecit,  
Nullaque de facie nescia terra tua est.  
Nec tibi per usquam Phrygia, nec solis ab ortu,  
Inter formosas altera nomen habet.  
Credis & hoc nobis, minor est tua gloria vero,  
Famique de forma pene maligna tua est.

Propertius l. b. 1.

Post Helenam hac terris forma secunda redit:  
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,  
Vel Priamus bellī causa probanda fuit:

Pamphilus.

Cui modo cedebat formosa Tyndaris ore.  
Baptista Pius.  
Carmine formosa est Cycno generata lacena,  
Que quandam in cineres Trōia superbaruit.

Isocrates, orationem scripsit de laudibus Helenæ, vbi cumularissimè formam eius commendat.

Textor Nuerncensis in sua Officina volens denotare & describere pulchritudinem mulieris, finxit se habere Damisellam pulchram, quam his versibus commendat :

Floricoma quid adhuc Damisella quiescis in horo?  
Et roseum pubens occulit herba caput.  
Egredere atque antmos populosi pasce theatri,  
Vt Phrygius faceat publica fama Deas.  
Fariloquus aufer palmam, precliumque Sybillis:  
Luar erit forme buccina magna tua.  
Nec timeas, quod sis in agro generata niuoso,  
Terra ubi fructifero surgit aprica iugo.  
Namque tibi similem nullus parit angulus orbis,  
Pulchrior & nulla vivit in vrbe Venus.  
Fraterea non quid Dryades in montibus altis,  
Non quid in herēs ero viuit Oreas agro?  
Quid fruit Hippolyto, quid Apolline pulchrius, aut quid  
Candidius nato Mirra decora tuo?  
His placuere tamen sylue, montesq; supini,  
Et placuit violi luxuriosus ager.  
Urbanas alij mirentur, amēnique puellas,  
Tu mihi præcunctus, o Damisella, places.  
Sic, inquam, Damisella places, ut sordeat illa,  
Quam peperit gelido lucida concha mar.  
Et iaculatrix cultusque decórque Diana,  
Atque cerebrigena forma venusta dea.  
His oculi si quando tuos contemplor ocellos,  
Has mihi qui venas acris igne coquunt,

Cycnigenam præte iuro nihil esse puellam,  
Qua Danais cecidit Troia superba rogi.  
Vror, & in modicas soluit me flamma fauillas,  
Atque animo vires desiente cadunt.  
Nec solum tantis vigilem me concremat æstus,  
Lampade sopitum me quoque terret amor.  
Nam mihi dum thalamo comes esse videris eodem,  
Æthereo nolle proximus esse loui.  
Multæ quidem in tenero surgunt tunc gaudia somno,  
Felicitèque natus me facit esse sopor.  
Vcrum ego quum falsa delusus imagine surgo,  
Et sannii video spem cecidisse mei:  
Quas ego tunc lacrymas, & que suspiria mitto,  
Maximus ex oculo riuus utroque fluit.  
Vn dicam Damisella, thymo mihi dulcior Hybla,  
Suauior atque tuo terra Cilissa croco.  
Non ita flammifera Briareus tertetur in Etna,  
Ut tua me facies, ut tua forma coquit.  
Tu siquidem Graia speciosior ansere Leda,  
Pulchrior es prima, candiòrque niue.  
Blanda tibi ceruix fragrat, quod & Attica cera,  
Et quod virginæ lilia seita manu.  
Lexior est tibi frons detrita in littore concha,  
Pulchrior & cycnis vnda Caystra ius.  
Si talem in vndu Venerem Gradive teneres,  
Plus tibi quam culum vincula grata forent.  
Sed quem non faciunt gemipone ardere papilla,  
Rugosa quamvis fronte Catonu eat?  
Quas ego quum ideo (Libitinum aff. ric mini tri)  
Mammarii intuirus me facit exanimem.  
Ergo breuem exanguis fuderò corpore vitam,  
Hoc habeat carmen, qui tegit ossa lapus.  
Non iaculus, nec aquila pergit, bibitoque veneno,  
Quem breuis angusto contegit urna loco.  
Hunc tu pomosa fecisti ardere papilla,  
Acrior Ethicus o Damisella regis.  
Cetera quid memorem veneranda insignia forma?  
Sunt tibi quos crines vellet habere Venus.  
Inq; genus ardet rubri tibi flamma pyropi,  
Mollior Hybla est tua lingua rosis.  
Quis tam formoso nollet sub corpore fulcrum,  
Aut (per quem incedis pes tuus) esse lapis?  
O quoties volui, mutato ut corpore pulex,  
In thalamo fierem te recubante tuo.  
Ipse tuis oculis (quum vult exurere diuos)  
Accedit facultas deliciosus amor.  
Dum loqueru, sedet in tenero tibi suada labello,  
Cecropijs vngens omnia verba fauis.  
Dum ridet, lepidio tanta est tibi gratia risu,  
Irratum facias ponere tela Iouem.  
Dum varias lepidis imples concentibus auras  
Auris veniunt ad tua verba Dci.  
Est in fæmineo virtus tibi mascula sexu,  
Quid sibi Saturni filia manus habet?  
Nec minor est forma morum presigni honestas,  
Qua potes Argolicam vincere Penelopen.  
Tota Deo incumbens, mitis, simplex, sine fastu,  
Sermone atque ipso tota predicathoro.  
Tam tua te virtus, quam regia forma venustas,  
Quicquid agis, culum toraque terra probant.  
At caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)  
Te premari ignoti subdola forma Dei.  
Ecit olorina Leda in succumbere pennæ,  
Quem timet astriferi machina tota poli.  
Et Danaen lusit fictum mortales in aurum,  
In taurum European, in Satyrum Aſterien.  
Te quoque (ni caueas) eludet imagine falsa:  
Vrit enim summos hac tua forma Deos.  
Vrit, & ipse suo Neptunius in aquore feruet:  
Teque cupit Nymphis preposuisse suis.  
Nonne cur scito Damisellam te voco? fallor.  
Verus amor nomen disimulare nequit.  
Nydia nomen habes, quod Nysum & Myrea vincas:  
Quodque tibi flava cedat vierque coma.

Nulla

*Nulla ruit similem, ventura nec afferet etas.*

*Quam tibi preponat, non habet Aula Louis.*

*Addo & & alias mulieres, quæ venustæ & decora perhibentur.*

Maria vero vxor Herodis regis, pulchritudine corporis omnes mulieres anteire fertur, ut ait Iosephus lib. antiquit. 16. cap. 19. & Euseb. de excidio Hierosolymitan. lib. 10. cap. 38.

Rachel, vxor Iacob, virgo decora fuit facie, Gen. 20. & ob eam causam Iacob eam sibi delegit, ut tradit magister sententiæ in 4. dist. Et 30. & Bonaventura ibi, in expositione illius tex. & Pet. de Palude: qui etiam allerunt hominem quidem nec venialiter peccare, qui vxorem ducit propter pulchritudinem, modo non sit causa principalis, & pœcipua ipsius matrimonij, sed secundaria: & ut loquuntur induciva, & illam scilicet potius assumat, quam aliam, & sequitur Angelus de Clauilio in sua summa, in verb. matrimonium. ver. pen. Ant. Flor. in 1. parte tertie partis sua summa, ut. 1. c. 19. §. 4. concl. est. & Astelanus in sua sum. lib. 8. tit. 9. art. 1. in si. Collect. in cap. ad dissoluendum extra de despons. impuber. gloss. in sum. 27. quæst. 1. Pan. in cap. tua 1. o. in tertio norabili, de spons. Imo S. Thom. in d. tu. 31. etiam super textu sentit, non esse mortale peccatum, etiam similitudo pulchritudinis sit causa principalis, modo non sit immoderata, &c. ut inquit effrenata. Et facit, quoniam, ut habetur Deuter. 21. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam. & facit illud Canonic. 1. Ostende mihi faciem tuam. Facies enim tua decora. & habetur Psal. 44. Concupisces rex decorem tuum. &c. Eccles. 36. Species mulieris exhilarat faciem viri, & super omnem concupiscentiam viri superducet desiderium. & eodem Eccles. 26. cap. Sicur Sol oriens mundo in altissimis Dei, sic & mulieris bonæ species, in ornamento domus eius.

Et, ut concludatur, vnum certo scias, quod mulieres in forma, & pulchritudine, felicitatem metuntur, sine qua vera felicitas (ut opinantur) non posset esse, nihilque magis cupiunt, quam esse & videri formosæ, & à forma ipsa laudari: nec alia laude magis delectantur, neque illis quicquam gratias eo laudis genere præstari potest. Vnde vulgo veridice dicitor:

*Vulpes amat fraudem, lupus agnum, fœmina laudem.*

Maxime in pulchritudine, Horatius in carminum, Ode 16. ut se Tyndaridi, quam carminibus læserat, conciliaret, ab ea que benevolentiam captaret, nihil habuit ad consequendum efficacius, quam ut formosam eam vocaret. Sic enim suam Palinodiam exorditur: *O marte pulchra filia pulchrior.* Idem lib. 4. Ode 13. exprimens morem mulierum, felicem mulierem pro forma dicit, ut inibi annotatur. Mulieres enim in pulchritudine summum honorum reponunt. Vnde Ouidius lib. 1. de arte Amandi.

*Nec faciem, nec te pigrati laudare capillos,*  
*Et teretes digitos, exiguumque pedem.*

*Dilectant etiam castas præconia formam,*  
*Virginibus cura grataque forma sua est.*

Faciunt & notata per loan. Andr. in cap. 1. de clero venatore.

Idem quoque Ouid. in lib. de Medicamine, facies, ita ait:

*Virginibus cordi, grataque forma sua est.*

*Idem lib. 9. Metamor.*

*nimumque cupit formosa vidiri. & Virg.*

*Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.*

Et de hac forma, & pulchritudine mulierum olim

plura certamina (ut prope dixi) proposta fuere, & inter alia, celebratissimum est illud (de quo in proxima consideratione dicetur) inter Iunonem, Palladem & Venerem factum. Etiam fœminæ, vel circa mortem anxiæ sunt, ne pulchritudinem amittant, optantque prius mori, quam defint esse pulchritudinem: ut decantat Horat. lib. Carminum 3. Ode 27. inducens Europam multitudinam, sic dictantem:

*o deorum,*

*Si quis hac audis, vitam inter erreri Nuda leonis.*

*Antequam turpis maties deentes*

*Occupet malas, tener arque succus*

*Desfluat, preda speciosa quero*

*Pajere tygres.*

Et hinc videri potest prodigie, quod fœminæ suæ parte natura illis inuident, quæ se formosiores esse dicuntur. Vnde Ouid. lib. 9. Met. m. concordans ita enunciavit:

*Et siqua est illuc formosior, inuidet illi.*

Ita recitat Andreas Tiraquellus in suis legibus consubtil. biv. in 2. leg. vbi laudat pulchritudinem, dummodo non sit excessiva, sed mediocris, & media, & multum vituperat deformitas, & attainens, inquit, pulchritudinem mulierum illis afferte superbiam, & presumptuositatem libidinis, & appetitum inordinatum Veneris, & sic magnam partem vitæ eis adimere, quod multis ostendit rationibus, quas non referto, cum hinc operæ non quadrent. Et de commendatione pulchritudinis, scripsit Cælius lib. antiquarum less. 13. c. 7. cum pluribus sequentib. à quo multa translulit ipse Tiraquellus, illam tamen tacendo: & ab G. Benedicti in d. sua repet. cap. Raynui. in verb. eidem Petro tradidisse ut ample de materia extra de resum.

**V**igesimatercia consideratio erit subsecutiua ad precedentem, de iudicio Paridis inter tres deas Venerem scilicet, Iunonem & Palladem (qui respondit: *Vt raga forma de iudice sunt venerandas*) fuerit verū & iustum iudicium, ita, quod utraque æqualiter sit extollenda, vel etiam si (ut aliqui volunt) malum autem, hoc est, Victoriam, Veneri adjudicaverit, in hoc errauit, nec n. c. Primo, de hac contentione decantatissima, quæ inter Iunonem, Palladem & Venerem fuit, cuius Paris arbitret, victoriam Veneri tribuit, quod egerrime tulerunt Iuno, & Pallas, non tam irate, quod essent victæ à Veneri, quam quod sua forma spreta fuisset, ut mire expressit Virgil. circa initium Aeneid cum inquit de Iunone loquens:

*Nec rameum causa itarum, sauique dolores,*

*Exciderant animo, nancet alta mente reposum*

*Iudicium Paridis, spretaque iniuria forma.*

Quasi per illud iudicium Paridis, non satis expressisset id, quod erat Iunoni molestius, nisi subiunxisset, Spreteque, &c. sed & Homer. lib. 24. & ultimo Iliados narrat, Iunonem ipsam, & Palladem adeo infensa Ilio & Troianis, ob id, quod Paris Venerem illis in forma prætulisset, ut etiam Hectoris & mortui, & procul ab eo iniuria remoti, corpus nequaquam, ut cæteri Dei m' sererentur.

Etiam singulatiter, & cum maxima pompa recitat id iudicium Iban. le Maire in Illustrationibus Gallie. lib. 1. c. 30. 31. 32. vbi concludit, quod adjudicauit maiori aureum, id est, Victoriæ Veneri, de pulchritudine. Sed paulo remotius recitat istam histionam Cælius lib. antiquarum lessorum, cap. 59. vbi ait de Paride, electo inter Deas de formæ præstantia certantes, iudice, varia pro ingenij captu affecti solent, vel inter eos qui vulgares, vilesque nuncupari solent, & sunt non me fallit, illud inter Latij donauit Cælius ex Græcorum thesauris excerptum. Parui videlicet hunc

Priami filium educatum patris iussu, in loco quem *Amandrum* dixerat, mox vero & *Parion* de ipsius nomenclatura tribus fere annorum decadibus. Atque inibi cum natura ingeniosus foret, nec ad doctrinariū studia ineptus, Græcis imbutum disciplinissimis quibus ubi non parum prououisse visus est, etiam Veneris laudes, oratione edita, prolibauit. In eaque, Palladi ac Iunoni, præstare contendit. Quando, ut videtur Deæ nomine concupiscentias esse intelligendas significabat, atque voluptates, sicut etiam meminit Atheneus: unde mala omnia se se mox talibus agminatim, ac fluenti exæstuantis more, affundantur. Atque hinc fabella occasionem, inter disceptantes deas, captum iudicem, datumque Veneri malum, id est, victoriam: quæ historia multum differre videtur à sententia Poëtarum, sed qualitercumque sit, finis utriusque tendit ad hoc, quod Paris voluerit præferre voluptatem diuitiis, & sapientiæ: quod an bonum fuerit eius iudicium, paululum disceptabitur.

2. Et prius videtur, quod sic, quoniam Aristippus, conditor sectæ Cyrenaicæ, voluptatem statuit esse summum bonum, & ita voluptate metitur felicitatem. In hanc sententiam agminatim pedibus eunt docti patriter & indocti. Etenim mortales eo concurrent, ut inquit verissime Seneca, ubi audiant laudari voluptatem nec fortassis immerito. Nam si teste Arist. id bonum est, quod omnes appetunt, omnes autem appetunt voluptatem, effici videtur, ut voluptas sit id bonum.

3. Eudoxus quoque philosophus, Astrologiæque consultissimus, voluptatem ex eo sumnum bonum esse putabat, quia cernebat, rationalia irrationaliaque universa, voluptatem affectare: huius autem rationes probabiles videbantur, ob ipsius hominis modestiam ac probitatem. Non enim ut voluptatis amicus, voluptatem affectare credebatur: sed quia res vere ita se haberet. Nec minus manifestum hoc esse, ex contrario censebat. Etenim, cum contrariorum contraria sint consequentia. Si dolor est, inquit, per se, omnibus fugiendus, tanquam summum malum, ita voluptas omnibus erit expetenda, tanquam summum bonum.

4. Hæc omnia emanauerunt ex schola Epicuri philosophi voluptuarij, qui in voluptate sumnum bonum felicitatemque constituebat: habet hæc secta seætates pene infinitos, quorum, (ut inquit Apostolus) Deus venter est, & quæ sub ventre sunt.

5. Hinc Philoxenus, sumnum bonum collocans in voluptate gustatus, optabat sibi dari gruis collum ut videlicet diutius illa voluptate bibendi, edendiisque frueretur.

Hinc Sardanapalus, Assyriorum rex, gulæ, & ventri deditissimus, naufragie heluationi, voracitatique, scripsit in Epitaphio, si ille tantum haberet, quæ edisset & quæ per libidinem expletam percepisset. verba eius hæc sunt descripta in monumento:

Ede, bibe, lude. Et

Cum te mortalem noris, presentibus exple.  
Delitius antium, post mortem nulla voluptas.  
Namque ego sum pulvis, qui nuper tanta rubebam.  
Hæc habeo quæ edam, quæque exasperata libido  
Haufit, at illa manent multa & preclaræ relata.  
Hoc sapiens uitæ mortali bus ejus documentum.

Hinc Xerxes ille maximus Persarum Rex, ceperit nouæ voluptatis, constituit præmium. Claudius Tiberius Nero, tertius Cælatum, nouum instituit officium, quod à voluptatibus dicebatur: qui propter nimiam vini suuditatem, pro Tiberio, Biberius, pro

Claudio Caldus, pro Netone, Mero, vocatus est, qui noctem continuumque biduum epulando, bibendumque consumpsit.

Quid memorem ingensum Vitellianam. Hellobali, & Galieni, Imperatorum, multorumque aliorum asotiam, & luxum, qui omnes mancipati fuerunt à domino, utpote heluones, & gulones maximi, quales Græco vocabulo asoti nuncupantur. Et ista voluptate gulæ, & deliciarum plerumque paratur esca voluptaria libidinis, & sic voluptas consistit in his, quæ delectant, & maxime volumus, ita libido in his, quæ libent & placent: & licet sint multæ, & multifariæ, quæ hic accumulari possent, tamen de his subticeo.

Denique inuentæ sunt civitates, & populi, qui voluptatem veluti summum bonum, amplexarentur, quales fuere Milesij, Sybaritæ, & Tarentini. Olim Milesij luxu diffluentes, cicerunt ciuitate Hermodorum, vitum clarissimum, quia frugalitatis, continentie, & modestiæ erat amator egregius. dixerunt enim: nemo apud nos frugi sit, nemo unus exellat.

Apud Græcos, maxime apud Aristophanem in Pluto prouerbium est, de Milesij vltatum: Olim fortis fuere Milesij, tanquam luxuria & nequitia omne robur virilitatis perdidissent.

Sybaritæ vero, in Italia, quibus, ut ait Quintilianus in tertio, odio erat frugalitas, adeo delitiis, & luxuria intemperantes diffluebant, voluptatem, veluti Deam amplexantes, ut intra dies septuaginta, a Crotoniatis deleti sint.

Tarentini in Calabria, ut nomen ipsum ostendit, molles, delicatiæ & voluptuosæ, supra cunctos mortales fuerunt. Namque Tarentum, etiam Sabinorum lingua molle significat, teste Macrobius. Saturnalium. Unde Tarentini dicti sunt, secundum M. Varrorem, & concordat dictum Horatij, cum ait: Et molle Tarentum. Et apud Tarentinos delitiæ, & voluptates illicibiles, in tantum inualuerunt, propter fortunas nimium secundas (quia, ut ait Tibullus:)

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Vt plures ludos, festasque celebritates, quas reliquos annos dies agerent, ut autor est Strabo. Præterea, ut tradit Plutarchus, Balneis, conuinis, gymnasij Tarentini indulgebant: potum & lascivias, & id genus genialia immodiæ percolentes, ex quo Satyricus dicit:

Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.

Hec Beroaldus in suo opusculo de felicitate circa prin. Et licet prope infinita congerere possemus de vita voluptaria, hominibusque voluptariis, qui hoc fine voluptatem meriuntur: ramen aurium satietati circa fastidium studendum est.

Solent denique (ut ait Beroaldus) philosophi, qui voluptatem per se ipsam tanquam summum bonum existimant appetendam, vernis pingere tabulam quædam, in qua voluptas in sella regali, quasi quedam regina sedeat, cinq̄e virtutes veluti famulæ, subiiciantur, obseruantes eius nutum, ut faciant quicquid illa imperauerit: & hæc Voluptia, id est, voluptatis Dea dicitur.

Ex quibus persuasum videtur iudicium Paridis fuisse bonum, cum victoriam Veneri, hoc est, voluptati adiudicauerit, maxime, cum voluptas habere videatur virtutes, pœgæ famulas, & ei suppositas, & ad eius nutum & imperium, voluptabiles, ut hic prope dictum est.

Quicquid tamen sit, veritas contrarium suadet, ut voluptas non est dicēda summum bonum, & à plurimis

mis philosophis reprobatur voluptas, ut quam vere scribit *Beroaldus vbi supra*. Et Cælius hb. 5. antiquarum lectionum. 33. circa quæ non insisto; quia potius est quæstio de laudanda pulchritudine & formositate, quæ maior est in Venere, & sic in voluptate.

De excellentia vero Iunonis, satis potest perpendi & cognosci ex his, quæ inferius dicuntur in finali parte, in §4. consideratione: vbi laudantur pecuniae, & diuitiae; quia iuvant, ideo Iunoni consecrantur.

De excellentia vero Palladis, & sic sapientiae, scientiae, artis, virtutis, & ingenij (quo nihil excellentius, cum eo vniuersa regantur) etiam satis à nobis scriptum est infra in 10. parte, vbi extollitur sapientia, & ibi videre poteris pura fundamenta ad laudem ipsius, ultra diuitias, & voluptatem: & de virtute satis dixi in precedenti parte, in 62. 63. 64. & 65. considerationibus.

**V**igesimaquarta consideratio. Laudantur etiam mulieres, si ex bonis parentibus fuerint ortæ &rogenitæ, maxime ex muliere proba, & honesta, seu bonis moribus imbuta. & istud latius expressit Ioan. Fabri in rubr. Instr. de nupt. qui inter cetera quæ mouet, attendenda esse in vxoribus ducendis, illud non prætermisit, vt vxorem ducamus, boni, pacifici, & fideli generis: quia frequenter videmus (vt ipse dicit) non solam labem sanguinis, sed & corporum quoque ad posteros deriuare. Quam sententiam dicit esse verissimam Tiraquellus in suis lectionibus, et lib. 1. vbi ita ait: Future uxoris parentes, partiam, mores conspicito, & hanc rationem adducit. Nam licet sua cuique mens est diuina creata arbitrio, pleraque tamen sunt animi vires, que simul cum corpore à parentibus transfunduntur in filios. Sic enim natura comparatum est secundum Ficinum, ut corpus & anima, proportione quadam harmonica, congruant, motusque corporis in animam, sicuti & animæ in corpus, quod medici astruunt, facillime & vehementissime penetrant. Ideoque quanquam non educitur anima filij, aut corpore parentis, aut ab anima, tamen corporis tale, & cum tali quadam proclivitate, à tali quadam corpore parentis educitur. Sic vuas acerbas comedebunt patres, & dentes filiorum obstupuerunt, ut scribitur Ierem. 31. Porro proclivitatis illius corporis anima, ob cognitionem quandam affectumque erga corpus proprium, particeps quodammodo redditur, præfertim secundum vim eius inferiorem, quæ corpori propinquat, plurimumque consentit: deinde vis superior animæ, naturali quadam amore, inferiori saepe obsequitur, ferme sicut illa corpori, obsequitur inquit quasi similiter, sed non æquemotus autem, qui in anima actio est, sit in corpore passio, qui in corpore passio est, sit in animo sensus, atque compassio.

Ad hæc filii ipsi parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, moresque deducuntur. Nam, cū omnia adolescentes, quæ oculis excipiunt, simiarum instar imitantur, ita sit, vt quæcumque à parentibus maxime quorum præsentior est, & assiduor conuertia, fieri viderint, ad vnguem etiam facere intundunt, & assuefaciunt, & diu seruant: & assuefacti tanta est vis consuetudinis) perpetuo, ita vt primo imbuti, quasi secreteio quadam vi agente, perseverant. Cum consuetudo videatur esse altera natura, ita, quod vincit ingenium, & attem. Luc. de Pen. in l. missi opinatores. C. de exalt. trib. lib. 10. in l. si quis po' humos. in verb. consuetudo. ff. de lib. 10. post. quam gloss. allegat Jacob. de S. Georg. in l. de quibus. in s. ff. de eisibus. et dixit in cōmentis nosīris super consuetudinibus ducatus Burgand.

in proem. in l. gloss. in fin. par. huius operis in st. consideratione: Et diu seruantur, id quod in iuuentate assuefactum est, iuxta illud Horatij:

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem  
Testa diu.

Et vulgo alijs verbis dicitur:

Quod noua testa capit, inuenetur a sapit.

Et quod procedat in filijs, dicam in II. part. in §2. considerat.

Sed cum hic discuttratur. In materia, quæ tangit feminas, ideo dico istud potissimum obtinere in feminis, quæ plerunque mores matrum representant. Neque enim verisimile est, vt filia, statim ab inueniente errante turpibus matris moribus imbuta, honestatem in grandiori ætate se Etetur, ad quam tantum absuit; vt mater cohortaretur, vt etiam ab ea magis & exemplo dehortaretur, & verbo: id quod intellexit iuuenalis; Satyr. 6.

Scilicet expectas, ut tradat mater honestos,  
Aut alios mores, quam quos habet.

Et sequitur:

vile porro

Filiolam turpi velut producere turpem.

Ideo Ezechiel propheta c. 10 ait: Sicut mater, ita & filia eius. & in hanc sententiam gloss. in c. si quis 6. quis. 1. in verb. metuuntur. adducit versiculum vulgatum:

Insequitur leviter filia matris iter.

Vnde habetur Eccl. 4. 9. qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & fructus: qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura. Hinc prodit proverbiū vulgare Gallicum. De boni planti, plante la vigna. Et de preude emine, prensa filie. Vnde Horatius libro carminum 4. Ode 4.

Fortes creantur fortibus & bonis.

Est in iuueniis, est in equis patrum

Virtus: neque imbelli feras

Progenerant aquila columbam.

Ideo Libanius ad Solonicum scribens: Vxorem, inquit, regiam ducas, cuius pure r. s. & matrem præpue, bonis moribus præstarem non eris. Et Horat. hb. carm. 3. Ode 14. Scythes eo nomine laudat quod illis. Dos est magna, parentum virtus.

**V**igesimaquinta consideratio. Mulieres ex eo, quod magis se continent domi, honoratur, & sunt laudabiles, secundum Thucydidis sententia, qui optimam esse fœminam censet, de cuius laude, aut vita, petratione, quam minimus apud exterros, forisque sermo habeatur: existimans, probæ mulieris nomen, itidem atque corpus, domesticis patribus coartante oportere: licet ab hac sententia Plutarchus differentiat in lib. de claris mulieribus. in initio dicens, sibi probabilius dixisse videti Leontium Gorgium, qui putat mulieris non formam solum, sed & egregium nomen, atque famam, debere apud quamplurimos esse vulgatam. Sed, pro opinione Thucydidis accedit, quod Dominus noster, Eccl. 11. c. monet viros Hebreos, vt ab amicis, mulieres autem, vt à viciniis possulent vase aurea & argentea, quasi videlicet mulieres à viciniis duntaxat sint cognoscendi: nullique illis am ei præter vicinos sunt comparandi, nec earum fama longius, quam ad eos deferri debeat: quod & Nicolai de Lira, et obsecure, annotauit.

Parchi, teste Iustino, lib. 41. Fœminis nō commercio tantum virotum, verum etiam conspectum interdicunt. Quod & nostra tempestate Ital. maxima ex parte obseruant. ad hoc facit dictum Psalmista, Psal. 127. Vxor(aut) tua sicut vita abundans, in laterib. domus tua;

Et Chrysostomus in quadam in Iohannem Homilia: *Mulieris est domi philosophari.* Et Ambros. in Lucam, lib. 2. *Discite (inquit) virgines, no circuare per alienas ades, non demorari in platea, non aliquos in publico inscere sermons:* Vnde Euripides in Iphigenia , de fœmina loquens. *Maneat (inquit) domi, pudicam enim decet pudor:* Et Plutarchus in præceptis connubialibus scribit, *Ægyptiis mulieribus non vti calceamentis patrium more fuisse, vt e domi contiderent.* Et ait Xenophon in *œconom.* *Deus vxorem pulchriorem condidit, ut formam cum pudicitia se domi continendo tueretur.*

Et sane ex historijs Romanorum patet , Romanas mulieres , ex institutione patriæ fœse domi continere solitas. Quod facile coniecurari possumus: quod C. Sulpicius Gallus, vxorem dimiserit , quoniam eam capite aperto, foris versatam cognouerat.

Et Q. Antilius , ideo repudiasse vxorem suam dicitur, quod illam in publico, cum quadam libertina vulgari loquentem videret.

Publius quoque Sempronius Sophus, conjugem te pudijs nota affectit ; quoniam se ignorante , ludos spectasset, vt testis est Valerius, lib. 6. ius. de senectute. cap. 629. cū dī ob. sequentib. Et hoc clare manifestauit Cornelius Tacitus, lib. de clavis oratorib; cū de antiquis Romanis loquens; Iampridem (ait) suis cuique filios, ex casta parente natus non in cellaemptate nutricis, sed in gremio, ac sinu materis educabatur: cuius preci pua laus erat, tueri domum, & inseruire liberis.

Et facit ad hoc epitaphiū cuiusida Claudiæ Romanæ, inter vetera monumenta repetitum , in quo quidem, inter alia pleraque , quæ ad ipsius honorem dicuntur, illud postremo adiectū est quod dominū seruauerat, veluti catena parvissim ponderis, nisi & hoc quoque adfuerit. Epitaphium autem est huiusmodi:

HOSPES QVOD DEICO PAVLLVM EST. ASTA,  
AC PELL GE.

HEIC EST SEPVLCHRVM HAV PVLCHRVM,  
PVLCHRAI FEMINÆ.

NOMEN PARENTES NOMINARVNT CLAV-  
DIAM.

SVOM MAREITVM CORDE DILEXIT SO-  
VO.

GNATOS DVOS CREATVIT. HORVNC ALTI-  
RVM

IN TERRA LINQVIT. ALIVN SVB TERRA  
LOCAT.

SERMONE LEPIDO. TVM AVTEM INCESSU  
COMMODO.

DOMVM SERVAVIT, LANAM FECIT. DIXI.  
ABEI.

*Restitutus locus ex Inscriptionib. Gruteri pag. 769.*

Et quod laus sit mulieribus domi se continere, facit text. in l. 1. Cod. de offic. diuer. iud. in illis verbis: *que intra domum, considerato sexus meo continet.* Imo ex illo textu extrahentes matresfamilias ex domo carum, & in publico trahentes puniuntur poena capitali. & facit tex. in Aut. ut liceat matri & auia. 6. quia vero plurima. col. 8. vbi inter paucas causas repudiandi vxorem, haec una, quando vxor, nolente viro, extra domum manferit. Et dicit Spec. ii. qui sfl. fint legit. 9. i. vers. quid si viro absente. quod vir potest cogere vxorem, ut se domi contineat, per tex. in l. 2. ff. de lib. exhib. facit d. l. 1. & tex in d. 9. quia vero. ver. item si nolente marito. & in l. 2. C. de his, qui veniam etat. imper. vbi fœminas coetui publico fœse demonstrare non decet. & in c. indemnitatibus. 5. porro. de elect. lib. 6. & in c. 5. in princ. de iudic. eodem lib. vbi mulieres vagari non conuenit, nec virorum coetibus immisceri. quod extractu est ex l. maritus. C. de procur-

facit etiam text. in l. optimā. C. de contrah. & comm. stip. vbi naturalis pudor non permittit mulieres fœse omnibus passim manifestare. & in c. mulier. 23. distin. in hac verba: *Mulier, quamvis docta, & sancta, in conuentu docere non presunat.* In quibus potissimum notandum illud verbu. *santa: ad hoc videlicet, vt ne sanctimonia quide, nullū huic sententiae afferat praetudicium, obseruanda sit, facit item c. mulieres. & c. de monialibus. &c. quamvis incidentis. extra de jeni. excom. vbi si mulieres incident in can- si quia quadenie. possunt ab eo absolvi, nec opus est, vt adeant summū pontificem sicut viri; quoniam, vt dicunt Pan. & alij in d. c. mulieres. periculosū est, mulieres peregre proficisci, & se virotū coetibus immiscere.*

Ex quibus & multis alijs concludit Tiraquellus in *sun legibus connubialibus, in leg. 10.* quod laus est mulieribus se continere domi, & ex contrario more ignominiosum est mulieribus euagari, vt ibi vide.

**V**igesima sexta consideratio. Mulieres & fœmina laudantur, & ornatur, ex verecundia, vt habent *Eccles. cap. 26.* Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata, in cap. 7. Gratia verecundia mulieris, est super aurum. Et Virgil. qui cum Didonem ante *Æneas* aduentū, veluti omnibus virtutibus fœmineis compactam, depinxisset, illam maxime verecundia adoravit isto vctu:

*Tum breuiter Dido rulium demissa locuta est.*

Facit text. in leg. in coniunctione. ibi: & si puella culta verecundia. C. de nuptijs. vbi not. Bald. quod naturale est mulieri, propter verecundiam tacere: & illa lex loquitur de puella, quæ p̄a verecundia de nuptijs suis interrogata, tacet. Et puellarum natura, est text. in c. ho- norantur. ibi: non est virginalis pudoris, querere maritū. 32. 7. 2. Pudor autem, & verecundia comes est semper, & custos pudicitie, & castitatis. Quorum primum af- firmat D. Ambt. lib. 1. offic. Secundum Accuc. in l. ita nobis. in 1. glori. C. de adulter. Ideo Ouid. in epist. Sappho ad Phœnem. ait:

*Non veniunt in idem pudor atque amor.*

Et S. Thom. lib. 1. te regumne principum. q. c. 6. scitib: quæ natura feminis multa fræna imposuit: inter quæ verecundiam annamerat. Cuius etiam sententia est Agidius de Roma lib. cc. par. 1. tit. 2. quem refert Luc. de Pen. in l. vñica. colum. 1. C. de mulier. in quo loco, & c. lib. 10. & Tiraquellus in suis legibus connubialibus. leg. 9. ex quibus concludit mulieres, quo viris sunt frigidiiores, atque verecundiores, eo quoque esse pudiciorum.

Ob hanc verecundiam laudant Valerius Spurinam lib. 4. c. 438. & Bap Fulgosius, 11. de pudore lib. 4. lauda uit vxorem Panthi Lacedemonij Olympiam, Alexandri Magni matrem. Alexandrinam Virginem Egyptiam, & quandam abbatissam, & monachas à Saracenus captas.

**V**igesima septima consideratio. Etiam non nunquam mulieres laudantur ex constantia, seu patientia. Imprimis comandanunt ex historicorum monumentis Letæa meretrix, quæ usque ad mortem cruciata à tyrannis, non prodidit consilia Hermodij, & Aristogitonis de tyrannicidio. Quamobrem Athenienses eam honorare volentes, ne tamen scortum celebasse viderentur, animal eius nominis fecere, atque ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice vetuerunt, vt refert Plin. lib. 7. c. 22. & lib. 44. c. 8. Et de ea etiam meminit Eusebius, dum ait: *Hermodius, & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt.* Leana meretrix amica eorum, cum tormentis cogeretur, ut socios proderet, linguam suam amputauit. & Tertullianus in *Apologetico*, cap. 46. & cap. ult. 9

q[ui]l. & in lib. ad martyres. & Capt. Fulg. lib. 3. de poten-  
tia.

Epicharmis, Libertina mulier, in coniuratione aduersus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nullisque tormentis peruinci potuit, vt coniuratos proderet: tantaque fuit fœminæ constantia, vt illam non verbēa, non ignes, non ira, eo acrius torquentium, ne à fœmina spernerentur, peruerterit cum obiecta deneget: priusque spiritu compresit, quam vocem ad detegendam coniurationem, vt refert Cornelius Tacitus, libro historie Augustæ 15 & Bernat. Landrianus in addit. ad Albertum de Gaudino, in tract. de maledic. in rub. de questionib. & tormentis. & Ang. in tract. malediciorum, in vob. fama publica. colum. 34. ver. nunc videamus de tortura.

Sempronius quoque fœmina in concionem prōducta, vt osculo attestaretur, quendam ignobilem, vt Authore Tribuno plebis, sese asserebat esse filium Tiberij Gracchi, nullis minis ad mendacij attestacionem induci potuit, testis est Valer. lib. 2. tit. de constantia ca.

369.

Maioris constantiae fuit Magistona Eliensis. Quæcum ab Aristotimo immanni tyranno, vna cum filiis multisque alijs fœminis, in carcere obleruaretur: ipsius, & aliam multarum mulierum viri parentesque à tyranno patria pulsi, armis eam, libertatemque simul repererent, scetus posse exules ad pacem redigere tyrannus, si vxores, filiique corum id per literas petiissent, carcere ingressus, mulieres captiua, vt de pace scribarent, humanis verbis hortatus est. Omnes autem ad Magistonam conuersæ, respondendi curam ei detulirunt. Magistona vero, minime tyranni præsentia mota, non solum quod petebat, negavit, sed ne assurrexit quidem, aut alio honore tyrannum dignata est, patiterque cæteræ mulieres captiua idem tecerunt. Quare adeo commotus est Aristotimus, vt statim in carcere Magistonæ filium, ad occidendum perquiri præcipere. Sed ne hoc quidem Magistonam flexit, vt à sententia disenteret: verum, ipsa, manu apprehensum filium his tradidit, qui tyranni iussu eum quererant. quanquam vero ita tyranni ira ob hoc succenderetur, vt vix qui manu sua interimeret, temperare sibi posset, efficere tamen nequit, vt Magistonam, comitesque propositi pœnitentet, atque vel vnuin verbum, vt cupiebat, scriberent, cum plus apud eos, induita semel constantia, quam careat, tyrannique minæ valerent. hæc Baptista Fulg. lib. 2. tit. de constancia. Sed an potius facit pertinacia, & obstinatio, quam magnitudo, non iudico, cum laudare putius, quam vituperare, hic studio.

Quintilia queque fœmina iussu Caij Caligule torta, cruciataque, vt vi tormentorum coacta, confiteretur conscientias coniurationis eius, quæ dicebatur in Caligulam, parata fuisse, cum ad tormenta duceretur, vnius ex consciis pedem calce premens significauit eos considerere debete, & nihil de tormentis eius penitus timeare: & quod significauerat, euentu comprobauit, vt que tormentis tam deformata (cum ob pulchritudinem amabilis, amicaque multorum esset) vt etiam ab amatoribus sine voluptate conspiceretur, nihil omnino manifestauit, ex quo Caligula eam absolutam dimisit, pecuniarumque dono munerauit, vt testis est Iosephus lib. antiquit. 19. c. 1. in fin.

D. Hieronymus ad Innocentium de muliere septies iusta, refert, i. menem quendam imparem tormentis, mercitam fuisse adulteriū se commississe, & ita morte multatum: mulierem vero constanter tormenta gravissima tulisse, & ea quoque ipsa omnino viciisse, vt ni-

bil confessa fuerit. Sed si videre cupis veram constantiam mulierum, videoas constantiam diuina: Catharinæ, Barbaræ, Agathæ, Margarethæ, Apolloniae, & peccati infinitarum aliarum virginum martyrum: de quibus in catalogo Sanctorum, & per Baptistam Ful. lib. 3. tit. de patientia. vbi plures è patientia laudat, quas omnes enumerare ne cquidem sufficeret volumen.

**V**igesima octava consideratio. Mulieres laudantur, & honorantur, si maritos eorum honorauerint. Vnde Ignatius, in epist. quam ad Antiochenos scripsit, *Mulieres (inquit) honoriscent viros suos, sicut carnem suam, & non audeant eos proprio nomine vocare: & quo nomine vocabuntur, docet Sara illa sancta mulier de Abraham viro loquens: Dominus (inquit) meus vestius es, vt scribitur Genes. 18. & in epist. Pet. 1. c. 3. his verbis: *Sed enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ proprio viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans. Quibus ad stipulatur & illud Virg. lib. 4. nesci.**

*concupis nostra*

*Reppulit, ac dominum seneam in regna recepit.*

Ideo Marcellus scribit dominum aliquando pro marito accipi, prout etiam capitul in l. p. e. ibi: *consentiente domino, id est marito, secundum gloss. ibi. C. de inferno. dona.*

Quæ cum ita se habeant, prudentissimæ contendunt, quæ maritos ita nominant: de quibus in lea quæ in princ. in ff. de don. inter vir. & ux. & in l. Luciu. §. quis maruo. ff. de leg. 2. & ita etiam notat ad hoc illum text. Alb. de Ros. n. 1. aduersus. C. de criminis expiata hereditu. Etiam Bersabee, David regem maritum suum alloquens, ita vocauit. 3. Reg. 1. *Domine (ait) mi rex, tu iurasti, &c.* Et Lucretia, de qua Ouid. lib. 2. *Faſtor. de marito loquens, ait:*

*Mittenda est domina nunc nunc properata puella,*

*Quam primum nostra facta lucerna manu.*

Etiam Matidia, diuina Clementis mater, quæ Faustianum maritum, dominum quoque vocat apud ipsum Clementem, lib. rec. Ignitionum. 9. c. vi.

Et diuina Natalia, quæ item Adrianum maritum, dominum vocabat, vt tellis est Iacobus de Voragine.

Item Plutarchus lib. de claris mulieribus laudat Magistonam, Timoleonis vxorem (de qua in preceed. consid. dixi) quod Aristotimo, Eliensem tyranno præcipienti captiuis mulieribus, in quarum numero & ipsa erat, nuncius cum litetis ad maritos, qui Elieni obfederant, emittere, eosque ut obsidione desisterent, rogare, alioquin se paruos natos, in earum conspectu prius, ipsas deinde omnes, verberibus cæfas, interficere cum minitabatur. Talibus verbis respondit *Si quid in te virili prudentia, aut constiuit resideret, non utique mulieres iuberes, quæ facta opus essent, sui viri prescribere, sed nos ad ipsos, tanquam dominos nostros, permisisses proficisci.*

Et ait D. Hieronymus ad Gelantiam, de ratione recte vivendi, vbi ita scribit: *Præcivue autem in conjugio venerabili, atque immaculato, apostolica regula ordo teneatur. Seruetur imprimis viro autoritas sua, totaque à te dicat dominus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum, obsequio tuo, tu magnum illum, tua humilitate demonstra, tanto ipsa honoratior fatura, quanto illum amplius honoraueris. Caput enim (vt ait Apostolus) mulieris est virtus. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Ideo si mulieres ab hominib. honorati cupiunt, & londari, quod sic (vt alibi dicitur) maritos imprimis honorent, sibiique dominari facile patientur, nec moleste ferant. Cum omnis penes eorum*

honor ac dignitas, ex honore dignitateque virorum pendeat: vix aut nonquam vxor honorabitur, nisi & apud homines maritus in honore, pretio, estimatio neque fuerit. Honoris enim maritorum, vxores sunt participes, f. feminis ff. de senatis cum te. C. de nuptiis. fin. C. de incol. l. 10. 11. & l. mulieres. Cod. de dign. l. 12. in Authone. de consulib. §. hec itaque col. 4. & infra dicunt ista pars, in qo. consil. & dicit gl. magna in l. 1. C. de in ius vocand. quod vxor propter maritum honoratur. Et conuerso vero fœminæ, quæ maritis dominari volunt, vilpenduntur, & eorum mariti pro vilibus & abiectis habentur Cyn. in l. 2. Cod. de t. §. Alexand. consil. 156. in cap. viso processu causa vertentis. in 5. vol. ver. 2. respondeo. Et Pet. de Bellaper. in l. curatorem. C. de inter matr. int. & ample scriptis Andreas Tiraquellus in suis legibus connubialib. in princ. in l. sed, cum sint extra metas operis, non in ea re discutimus.

**V**igesima nona consideratio. Etiam mulieribus danda est præminentia, in administrandis his, quæ in domo sunt, & quæ domestica dicuntur. ita quod vxori debemus ultra relinquere domus principatum, ut maritus fortis sub dio, in agro, in foro, in republica, omnia suo arbitrio conficiat, diuitiasque comparat, quæ testis recondantur: vxor vero domi, rebusque domesticis conservandis, præparandis præsit, & testis illatas diuitias custodiat, ut tradit Xenophon. in econ. Aristo l. 2. Polite. cap. 3. l. 2. & econom. l. 1. cap. 3. & Plato in Me. none dicit esse vxoriam virtutem, domum recte gubernare, dum custodit domestica, viroque obedit: hinc domine domu vocantur, vt ait Bartol. in l. Titia cum testamento. §. vlt. colum. 2. ver. quero quid si dixerit testator. iuncto ver. seq. ff. de leg. 2. quod & idem dicit ipse Bartol. in consil. c6. incip. in nomine domini, amen. Bartol. fecit testamentum in 2. dubio. Angel. consil. 44. ad primum dico. Petrus de Anch. consil. 237. in cap. quia in primo questio. colum. 1. & Rom. consil. 118. in c. quo ad primum. Paul. consil. 4. in 5. colum. in 3. & 4. dubio, in 2. volumin. & consil. 78. colum. fin. eod. volum. Ideo cura domus illis est relinquenda, cui præesse debent, & facit illud ad Rom. vlt. ap. vbi declarat, quod mulieres debent domum bene regere. Facit etiam quod legitur de filia Raguelis, cum fuisset missa ad Tobiam, eius maritum, inter cetera præcepta, quæ illi data fuerunt, fuit admonita à parentibus, ut domum mariti gubernaret, tanquam domus gubernatio ad mulierem peculiariter spectaret: quod etiam attestatur D. Paulus a i. Titum c. 2. monens fœminas, ut domus curam habeant. Quod & senserunt Ioan. Andr. & Pan. in c. Iheras. exira de res. Spol. scribentes; vxoris esse proprium custodire res mariti; in qua sententia est Arist. lib. 2. economica. c. 1. probam ait mulierem omnibus, quæ sunt intus dominari oportet. & paulo infra: Et si quis intus accidat, ipsi nolum suu soli. & paulo post. Viro quidem indecens videtur ea circu, que intra aedes sunt, in caseris vero omnibus parcer mulier viro contentat. Atque iterum, surp est viro, quicquam eorum, que domi suu sive. Et licet apud aliquos, aliud sit in observatione, ut apud Ægyptios, & Getulos; tamen apud Græcos, Romanos, Gallos, Germanos, Portugalenses, ceterosque omnes sive populos, lege naturæ viventes, domesticus labor matronalis atque vxorius fuit, & domestica negotia, & officia mulieri depositata sunt: quibus mulieres præsumunt. & ex his dominæ à maritis, & aliis domesticis, & familiaribus vocantur. Etenim ut à natura comparata est viri opera ad exercitariolum forensim; & mulieris ad domesticam diligenciam, & curam. hæc Tiraquellus in suis legibus connubialib. leg. 9.

Et sic dicunt doctores nostri. Quod si testator aliquis, habens liberos, vxorem suam, dominam suorum bonorum relinquit, non propterea videtur illi relinquere dominium, sed alimenta tantum cum ea præminentia in domo, quam & ante mortem testatoris habuerat. De quo etiam per Bart. & alios in Authent. hoc locum. C. ff. secundo nup. mult. & Bart. in consil. 9. incip. super eo quod queritur. & per Doct. in d. l. T. Titia. §. fin. supra alleg. cum pluribus aliis allegatis per me in comment. o. oris super consuetud. ducatus Buround. ital. des drizz & apparerances à genti mariez. § 6. in text. ibi, pour en toyur, in princ. & per eundem Tiraquellum in loco supra alleg. ut satis ostendit, mulieres non debere etiagari, nec exire domum, nisi iusta ex causa; & quanto magis se continent domi, tanto magis laudantur, & honorantur.

**T**rigesima consideratio. Mulieres honorantur, & in hoc, quod si ex eis sit habendum testimonium, aut aliud, cum eis à iudicibus agendum, mitendum est ad dominum earum, & in hoc privilegiis egregiarum personatum videntur, ut est glori optima, & D. maxime d. meis Ias. leg. ad. g. g. 1. ff. de iure. nec mulieres coguntur in iudicium personaliter accedere. cap. mulieres. de sent. exq. n. m. extra. Nec matrona pro aliquo debito ad aliam prouinciam ire cogatur, l. 1. C. de off. duer. iudi. cum an. b. sequ. Et vetus mos fuit, cum virgines Vestales ad iudicium vocabantur, aut audiendæ erant, quod ad eas mittebatur, & domi interrogabantur, ut dicit Coruel. Tacit. l. 2. Historiarum, ubi exemplum adducit de Virgulania, quoniam periculostum est eas euagari, & peregre proficisci. Cum mulierum honor consistat in hoc, si te magis domi contineant, ut sup. prope in 25. consil. enarratum est.

**T**rigesima prima consideratio. Mulieres ex hoc etiam laudantur & honorantur, quod vocantur & vocari debent dominæ, exemplo illorum: qui vxores suas dominas vocabant. ut scriptum est à iuriscons. infra in l. vxorem in princip. ff. de leg. 3. Petro (inquietabat Bald. ille) à te domina vxor mea. & in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis leg. 21. vbi vir quispiam, nescio quod ratione motus, non solum vxorem suam ibi vocavit dominam, sed & sanctissimam. a' i. fi. c. §. v. vers. ff. de auro & arg. leg. & in Authen. quib. mod. nat. leg. §. illud quoque. ibi: quia vir vocabit dominam. & c. colum. 6. & id fit gratia honoris, ut dicit Bart. consil. 217. incip. fit. quidam de Aſſiso. colum. vlt. & Lucas. de Pen. in l. quicunque. colum. 4. C. de mil. lib. 2. Bart. in l. pen. C. de don. inter vir. & ux. Panorm. in c. ex parte. in fin. extra. de furo compet. Dom. meus Ias. in l. cum filio, in positione casus. ff. de leg. 1. Sic & Claudius Cesar, homo stupidi ingenij, non modo Messalinam vxorem dominam vocabat, sed & alios ciues Romanos dominos appellabat, auctore Suetonio. Et istud a Græcis deductum esse videtur, qui vxores suas dominas vocant, teste Homer. lib. 3. Odys. cum loquitur de vxore Nestoris sic: Cui domina vxor lectum strauit. & lib. 7. in his verbis: Alcinous in interiori domo, lecto, quem suu ipsa manibus vxor domina confrauerat, cubitum se recepit. Et ait Menander in Plo- tio, seu Comedia, secundum Gellium lib. 2. c. 23.

Tu me cunctu nostrum sit faceret vxor Hera.

Et tradit Epictetus Philosophus in eo libro, cui est titulus Enchiridio, .55. vbi de officio & cura viri ex ga vxorem differens, Mulieres (inquit) a 14. anno, domine vocatur. & subdit: Monenda igitur suu & apud nos in honore esse, nihil ob aliud, tis ut modeste sint, & virum reverentur. & apud poetas plerisque in locis vxores dominæ vocantur, ut apud Virg. 6. Aeneidos:

Hominam Diu thalamo deducere adorii.

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

ii

Et apud Ouid. lib. 3. Tristium:

Nuncies buc aliquis dominari: venisse, resurgam.

Et paulo post.

Nec domine lacrymis in nostra cadentibus ora,  
Accedant anime tempora parua mea.

Et apud Iuvenalem:

Ferre p̄ tes dominam saluis tot restibus ullam?

**E**t teste Iacobo de Voragine, Adrianus vxorem Nataliam, dominam vocare solitus erat, sicut & illa e diverso virum dominum. Ex Ioan. And. Millantiam vxorem dominam vocabat, in c. cum secundum, colu. i. de prabend. & in c. qui prior. colum. pen. de r. g. sur. lib. 6. in mercurialibus. Ex quibus mos processit apud nos (sicut apud Italos & Hispanos) ut matronas vulgo Damas vocemus, vt infra patet. Etiam Plinius lib. 33. cap. 3. certainas dominas appellat, cum ait: *Et incerta magaritarum pondera e collo dominarum auro pendentia.* Item Accursius in l. si ignorans. ff. locari. in l. ad egregiar. ff. de irreuer. in l. medicos. n. verb. deduci. c. in verb. exhiberi. C. de professor. & medic. li. 10. in quibus locis de domina loquitur, hoc est, muliere; que inuita (vt ibi ait) in indicium deduci, vel exhiberi non debet per text. in l. 1. C. de off. dinner. md. Etiam gl. decreti vocant mulieres dominas, vt est gl. in verb. sed suas. in c. odi. 24. q. 1. cum dicit: *Nota enim ascholares, qui vadunt aie elephas, ut videant dominas.* quam gl. singularizat Bart. in proposito Clem. in verb. salutem. col. 4. etiam doctores nostri scribentes in pluribus locis vocant vxores, cum de eis incidit sermo: vt Bald. co. f. 39. *ancip. tam profunde. & tam copiose.* colum. si. lib. 2. & Ang. in l. us. frumentorum venari. ff. de usufruct. Etiam viri sancti, vt Ioannes Evangelista in secunda sua Epistola vocavit mulierem quandam nomine Elecam, dominam. Et Hieronym. in reg. sanctimonialium. c. 16. vocavit Eustochium, quandam mulierem, dominam. Et statuta Italiæ, vt communiter mentionem facientia de mulieribus vocant eas dominas, vt refert Bart. de quodam statuto Pisano. & idem Bart. in l. inscriptando. §. infans. in fin. & ibi etiam Ang. in fin. ff. de furt. & Ioannes de Ana. in c. fin. colum. 10. vers. ex predictis refert. exira. de collus. deter.

Non tamen credo hoc indistincte esse verum, quod omnes mulieres dominæ vocari debeant, quicquid audacie sentire voluerit Tiraquellus, fictus (vt ait) autoritate Plinij in loco. s. pra. alleg. Cum ibi Plinius vocat eas dominas, que margaritis ornabantur, & non de aliis indiscriminatim intelligi debet. Sed tantummodo hæ vocari debent dominæ; quarum mariti vocari possunt domini, aut de iure, vt sunt in dignitate constituti; aut de comitatu obseruantia, & communis vnu vtendi & loquendi, qui in his attendi deber, vt videmus in Italiæ & Hispanis, & maxima parte Gallorum, qui matronas (vt dixi) dominas, seu donas vocant. Apud nos vero, vt communiter videmus, omnes mulieres (exceptis artificum vilium & pauperum vxoribus) dominæ vocantur, cum adiectione quadam, scilicet, si sint mulieres mercatorum, dñituum, aut burgensium non habentium officium, aut dignitatem cum adiectione nominis proprij: puta domina Philiberta, domina Petronilla. Si vero mariti eorum dignitate, aut officio titulati fuerint, vocantur dominæ, cum adiectione huinsmodi dignitatis mariti, secundum l. ff. de senato. scilicet domina Ballina, si sit vxor Ballini: domina locutrenens, quando est vxor locutrenensis: domina aduocata, si sit vxor aduocati hiscias, & sic de singulis.

Sed, an mariti etiam teneantur illas vocare dominas, aut simpliciter, aut cum adiectione officij, aut dignitatis, quam habent ex eorum maritis. Bart. s. pen. C.

de dona. inter vir & uxor. & in l. si index. ff. de minorib. & in l. si post. §. vlt. in pen. quest. ff. de bon. possess. contra tabul. dicit, quod non: cum, vt ait, beneficio, quod à te habeo, contrate vti non possum, te inuitio. Item tenent Pan. in fin. & Fel. in c. ex parte B. colum. i. exrade foro compet. de qua regula est Socin. in L. omnes. ff. de exceptio. & Barba. in c. vlt. de ordine cogn. dom. mens Iai. in l. cum filio, supra alleg. Fel. in c. super eo. l. secunda. extra. de test. Decius in regul. femin. col. 2. ff. de regul. iur. Ant. Corfet. in tract. suo de potestat. regia. in 30. quest. mouet hanc questionem in rege, vbi videtur tenere, quod non tenetur rex vocare vxorem suam dominam, nisi in duobus casibus. Primo scilicet, nisi aliter se habeat consuetudo, seu communis obsecutaria; quoniam illa tenenda est, vt ibi dicit. Secundo, nisi vxor sua habet aliam dignitatem, ex qua de per se sine ea vocari possit domina, vt in filia regis, aut regina, que habet etiam regem in maritum, aut in filia alicuius existentis in dignitate, que despensatur alteri in dignitate constituto; quoniam si ex se, & titulo proprio vocaretur domina, etiam tunc à marito domina vocari deber, vt ante discussum est.

**T**rigesimalquanda consideratio. Quoniam mulieres orari desiderant, vt ait G. Benedicti in c. eu. c. Ray. in verb. cuidam Petro tradiderunt, nu. 38. extra. de testam. Et Germanorum prouincium est seu dictorū, quod mulieres affectant quartos, scilicet a pulchris iuuenibus amari, & solite plurimis filiis, ornari preciosis vestibus, & dominari in domibus. hinc dicit Marianus in c. veniens. de accus. quod hac potissimum voluptate, scilicet cultus, & ornatus, gaudent feminæ; imo natura liter appetunt ornatum; quippe Romani nulla alia re magis, quam auro, argento, purpura, & cetero ornata vxoris in suā ipsorum tententiam traducere, sive abstemias atque honestiores efficere melius potuerūt: probe quidē mulierū cupiditates nouerūt, quarū affectus (licet imperfecti) semper in vestibus, semper in auro, semper in lapidibus pretiosis, & ornamentis extrinsecis, gloriam ponit, vt scribit diuus Hieronym. in regt. sanctimonialium, cap. 28. & idem ad Gaudentium, ac educatione Pacatula in fuit. l. inquit, studiosum amasse que ornatus, scilicet genus est, multasque etia insignis pudicitiae, quamvis nulli virorum, tamen sibi etiam libenter ornari. Imo ex his dicendum est, quod scipias ornare possint. text. est retundus in leg. sed si vir ex lana. §. si vir uxori mun. ff. de dona. vlt. vir. & uxor. vbi permissa est impensa, quam facit vir pro vxore, quo le honestius ornari. & in l. quod antem. §. 1. & d. 1. sed si vir ex lana. §. non videtur: permittitur viro pecuniam vxori in vnguentu dare. Nam vnguento etiam nardo feminine vngi possunt, ex quo sunt elegantes ac mundiores, in conspectu duntaxat dico maritorum. in argento. §. vnuemis. ff. de auro & aro. leg. Et in his ornamentis debet mulier potius obedire marito suo, quam statuto. c. quod Deo pari. c. manifestum. & c. hic in ego. 33. q. 5. 10. de Platea in l. vellera. C. de vesib. oloberis. l. 1. ita differit G. Benedicti in sua repet. c. Raynati. in verb. cuidam Petro tradiderunt. ru. 41. de testam. Ideo vestes puratae & fericæ non prohibetur feminis sicut viris. l. 1. & 2. C. de vesib. lib. 11. & ibi glorifie & doctores. vt refert Titaquæl. in suis legibus coniub. in 3. eg. Imo legæ expresse permittunt feminis ex auro & geminis sibi ornamenta conficeret & deferre, vt dicitur infra in 37. ex sider. h. & ce partis: vritis autem hoc expresse prohibent. C. n. illi licere in f. v. l. 11. vbi Bart. Bal. Ang. & Ioa. de Plat. secundum quam sententiam Alex. Seuerus gemmas sibi oblatas vendidit, muliere esse existimans, gemmas possidere, que-

neque militi dati possint, neque à viro habeti. Ideo Bald. in l. quod non ratione ff. de legib. dicit, quod statuta, quæ quotidie sunt contra dominas, ne margaritas deferant, & similia, sunt præter rationem, ideo non debent extendi. sequitur Cæpolla in tractat. de seruit. rusticorum prædiorum. titul. de seruit. aqua hastw. col. pen. & idem voluit Marian. in d.c. veniens. col. 13. de ac-  
cuso. vbi ait, huiusmodi statuta maximam sapere iniquitatem. Et Valerius lib. 5. n. 2. scribit sancitum fuisse à Romanis, ut fœminæ purpurea veste, & aureis segmentis vti possent. Et idem lib. 2. n. 1. inquit, vini vsum olim Romanis fœminis fuisse ignotum, ne in aliquod decus prolaberentur; quia proximus à libero patre intemperantia gradus, ad inconcessam Venerem esse confuevit. Ceterum, ut non est tristis earum, & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata, indulgentibus maritis, & auro abundantib., & multa purpura vñæ sunt, quo formam suam concinnorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt: & hac potissimum cultus, & ornatus voluptate, gaudent fœminæ, ut supra dixi. Hinc est, quod fœminis cura cultus sui eripi non potest, ut dicit Cornelius Celsus, lib. 6. cap. 5. & sunt duæ res, quæ nunquam satis ornantur, nauis & mulier, ut scribit Plautus in Penulo.

EIAM habetur apud Titum Linium lib. 34. Munditiae ornatus & celestis fœminarum insignia sunt, his gaudent, & gloriantur, facit dictum Salustij: cum ait, *Audius sapenumero à sanctis viris, mundus à mulieribus, labore viris conuenire.* Hunc mundum mulierib. appellauere maiores nostri: de quo Vlpianus in l. argento. §. mundus. ff. de auro & argento. leg. ita ait: *mundus mulieribus est, quo mulier mundus fit.* & post aliqua fit differentia inter mundum mulierem, & ornamentum. Mulier enim potest esse munda non tamen ornata, ut sit in his, quæ se inmundauerint loræ in balneo, neque se ornauerint. Contra est aliqua post somnum statim ornata, non tamen emundata, & ample de huiusmodi differentia per Tiraquel. in d. l. 3. con. ubiq. l. §. est & Valerij. & in d. l. satis comprobatur mulieres, maxime vxoratas, debere ornari cultu honesti. testis est Macrobi. lib. 2. Saturn. loquens de Iulia Augusti filia, quæ, cum aliquando propter profusionem seu licentiosiorem vestitum ostendisset oculos patris tacentis, postera die mutauit cultus sui morem, & letum patrem, affectata severitate, complexa est. At ille, qui prius dolorem suum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quantum hic ait, in filia Augusti probabilior est cultus, non defuit patrocinio suo Iulia, his verbis: *Hodie enim me patru nulis ornans, heri viri.* Ideo dicit Baldus in c. 30. in c. viso testamento excelsi. circa 4. n. 5. vol. quod viduæ (quoniam matitis carent, quibus sunt chargi) non debent tam pretiosa atque nitida vestimenta ferre, quam quæ maritos habent, quasi hic omnino liceat maritatis. Cum ornatus mulierum fiat gratia viti. si vi certo §. interdum ff. commod.

EIAM iste cultus & ornatus mulierum ex sacra pagina approbatur: ut probatur de Rebecca, Genes. 24. quæ à seruo Abraham accepit inauras aureas appurientes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem, quibus se ornaret.

Noemi sancta illa mulier dum Ruth doceret, quoniam pacto sibi maritum Booz aduocaret, lauare, inquit, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, ut scribitur Ruth. c. 3.

Ezech. c. 16. introducit dominum his verbis mulierem alloquenter: *Vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calcavi te byzimo, & cinxi te byzio, & indui te*

*subtilibus & ornauit te ornamendo, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inanum super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoram in capite tuo, & ornata es auro & argento, & vestiaces byzio, & polynico, & multa coloribus, & decorata facta es velut menter nimis.*

Daniel, vir æque sanctus ac doctus, scribit capit. 14. Sulannam illam insignem castimonia fœminam præcepisse ancillis afferre ibi oleum, & smigmata, quibus scilicet faciem abstergeret, & emacularet.

Cum Andreas Tiraquellus & G. Benedicti in locis præallegatis. ad vitramlibet partem videantur multa dixisse: tamen conclusio in his, secundum omnes, & Theologos, & Canonistas, & Legistas est, quod ornatus mulierib., & culeus moderatus & consuetus, est laudabilis. Immoderatus vero, & excessiuus, & viceuprandus & reprobandus. Intellige adhuc, quod cultus & ornatus mulieris matrimonio copulatae sit ad hoc, ut viro placeat, cuiusque amorem sibi conciliet, ne ipsa delpecta in adulterium labatur. Et ex quo apparebit formosior, maritum a vago faciet abstinere coitu. Et ait Hieronymus ad Deuteronomium de virginitate fecundati virgines ut sponsis placent, eosque in amorem sui magis incitent, mita le solitudine formare student, & naturalem corporis pulchritudinem ornandi arte commendant. Potest & cælebs se ornare, ut virum sibi facilius querat. Nulli vero istud conceditur, si eo animo ducatur, ut externos ad libidinem prouocet, in suum amorem in concessum alticiat, animos iuueniū sollicitet, atque incendat: quoniam id semper peccatum. Ficare autem non licet, ut naturæ lineamenta corruptat, sed ut occultet deformitatem, quam moribus, aut aliud quippiam aduentitium pepererit, nihil id esse obnoxium citimi, comprobatur auctoritate Apostoli ad Corin. 12. Quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, his honorem abundantiorem circumdamus. Et G. Bened. in die. ver. eidem Petro tradidit, & Thomas 2. 2. qu. 1. 169 artic. 2. & in suis commentariis in Esa. c. 3. Et Alc. de Hal. in 2. part. sua summa quest. 15. membro 3. & in 4. part. quest. 78. membro 9. & vlt. Asteianus in sua summa, lib. 2. tit. 54. verb. vitrum ornans mulierum. August. de Clau. in sua summa, in verb. ornatu. Anton. Florentinus in sua sum. in 2. part. titul. 4. cap. 5. Bernardin. de Bustis in 2. part. suis Rosarij, serm. 20. par. 3. c. Martinus Magistri in lib. de temperantia, in loco de virginitate. qu. 1. 6. per 101. vbi dicit unum memoratu dignum, quod quemadmodum in hac re mulieres errare posunt in excessu, & exuperatione modi, finiumque ornatus legitimi atque honesti, sic & in defectu. Nam antiquitus mulieres, quæ non se ornabant, multabantur, ut Iulius Pollux lib. 8. scribit, olim Athenis fuisse mulierib. ornatus Praefectos. Inornatas autem multabant, & multas ipsatum scribentes, ponebant in platano, quæ erat in figulina. Harpocratio autem, teste Hypetide oratione secunda aduersus Aristagoram, inquit, drachmis mille multabantur mulieres in viis inornatae: & interdum res expostulat, ut alter ex conjugibus alterum excitet, & ad honestam oblectationem prouocet. In ea sententia fuerunt Ioan. Andr. & Philipp. Francus in regula, e. 1. que sunt. de regul. sur. lib. 6. vbi ipse Ioan. And. ample dissentit hanc materiam. & post eum Alberic. in leg. faclum à iudice. ff. de regul. sur. & in suo Dictionario, in ver. ornatus. Hostien. & Pan. in c. 1. de cle. vel monach. Barb. in proœm. clement. col. penult.

Aduerte tamen in hac ornatus cultusque ratione morem cuiusque regionis, corumque, cum quibus versatis, esse maxime obseruandum. Quisquis enim, ut ait Augu. lib. 3. de doctrina Christiana, & repetit in e-

# CATALOGI GLORIE MUNDI.

**T**rat. 4. p. 3. præterea utibus restictius vicitur, quam sese habent mores ecclesiarum, cum quibus viuit, aut intemperans, aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis vicitur, vt metas conluctudinis honorū, intet quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. Et habetur eadem ad c. 4. Quisquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora, præceteris indumenta querit, aut intemperans sibi, aut superstitiosus est. Proprietate dicit glo. i. c. 4. si quis virorum. 30. dicit. in c. 1. 21. q. 4. In vestibus, & ornatu, inspicciendam esse regionis conluctudinem quod & volunt gl. & Pan. in c. pen. in verb. de aurum, extra de rit. & honeste. Bal. in rub. de consuetud. col. si. vers. consue-  
tudo debet ser. art. & Hiero. in epistola ad Heliadorum Nepotianum laudat, quod cultus ipse prouinciae morum sequeretur, & de matetia infra in 7. par. dicitur in 45. consideratio. vbi aduocati, ornatioi vestitu induti, laudantur & honorantur.

Aduerte etiam, ne modus in his turpiter excedatur, qui omnibus addens est. Cum sit pulcherrima virtus, quem credere nihil habet honestum, iuxta illud Horatij:

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,  
Quos ultra citraque neque consistere rectum.*

Et text. est in Auth. de referenda. us. c. 1. 3. & plene scribit Iacobus Bonaventura in gl. suis ad Iohannem de Tera rubea, contra rebiles suorum regum. art. 2. prius tractat. in 2. conclusione. in verb. vestem.

**T**rigesimateria consideratio. Mulieres etiam laudantur extaciturnitate, silentio, & breuiloquio: & ex his plurimum commendantur, vt haberur Ecc. 26. vbi mulierem sensatam & tacitam laudat sapiens & facit i. ad Corin h. 14. Non Ius facit mulieribus, vt vel in Ecclesia loquantur, sed domi: si quid ignorant, viros suos interrogant. & i. ad Tim. 14. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Et, vt ait Aristot. lib. 1. Polit. cap. 8. & fin. Mulierem ornat taciturnitas. ex dictis Sophoclis Atheni. Tragici dicentis in Aiae flagellifero, mulieribus ornamentum silentium affert. Et Democrit. Ornamenta breuiloquentia mulieri. Et facit id, quod Pinacium, mulier pudica apud Plautum in Stichio Antiphon: patri querenti, quales esse mulieres oportet? Respondit, vt per vibem cum ambulant, omnibus os obthurent, id est, occludant ne verbum ullum proferant. Apud eudem quoque in rude Trachalio: *Tunc*, inquit, *bona est mulier semper, quam loquens*. Et Pontanus lib. 1. de amore consurgali, ita vxorem monet: *Pauca loqui studras*. Et Albert. de Rosate in l. genera i. ff. de adopt. scribit, mulieres decere taciturnitatem. Id, quod etiam natura ipsa omnium patens aperte docuit: qua duce masculæ solu cicadæ canunt: Mutum verum est femininarum genus vt Aristot. placuit lib. de natura animalium. 5. cap. 30. Sicut & Lusciniæ item femellæ cantu priuantur. Idem in carduelis & caladriis, & pluribus aliis avibus, vt merulæ, & quæ vulgo Lunotæ apud nos dicuntur, quarum feminæ non eliguntur, vt in caueis reponantur. Magno feminarum documento silentium illas si quod aliud admodum ornare, vt etiam ample monuit Cæl. Rhodig. *Letionum Antiquarum* 9. cap. 32.

**T**rigesima quarta consideratio. Mulieres laudantur si se lanificio exercenterint: quod probatur ex Hectore Homerico, & Gregorij Nazianzeni sententia, cum inquiunt, vt mulieres domi maneant, domestica negotia administrent, & in his colum, lanam, linum, telam, fusum exerceant, quæ matronis pudicis connue-  
niant, easque si quid aliud quam maxime decent. Salomon in Proverb. c. 31. de muliere forti & pudica lo-

quens, *Quæst. inquit, lanam & linum, & operata est confitio manum suarum*. Et Hieronymus instruens virginem Demetriadem: *Habets, (inquit) lana semper in manus, vel staminis pollice filia deducit: vel ad cor-  
quenda subregmina in alveolis fusa vertantur*. Et alibi, ad Laetam de Institutione filia: *Dicit & lanam fa-  
cere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere*. Ex veteri Romanorum more, Tallasij nomen in nuptiis crebro iactabatur, vt videlicet hac nuptiali voce prouocarentur nouæ nuptæ, exhortarenturque ad opus, & lanificium, quod Græci Tullasiam dicunt, vt Varrus & Plutarchus in Romulo, & in questionibus 129. Festus Pompeius tradiderunt.

Sed & sponsæ (vt scribunt Plutarchus in postremo loco, & Plinius lib. 8. cap. 48.) colum secum inferebant & fusum, virorumque fores lana coronabant, ac cingebant. Hac quoque obseruantia nuptiali indicantes, lanificium à nuptis in domo maritali exercendam esse.

Item apud eosdem Romanos in pelle lanata noua nupta conledere, & reponi solebat. quod testatur lanificij officium se præstataram viro, vt refert Pompeius, quum ipsis Romanis apud Caix Cæcilię statuam æream in templo Matris Ancistram, colum, lanam, & fusum confinxerunt, pudicitæ industrie sue certa monimenta. authores Marc. Varro & Plin. vbi supra & Plutarch. in Prob. c. 28. Ea est autem, vt dicit Festus, quæ antequam Romanum venisset, Tanaquil vocabatur, vxor Tarquinij Prisci Romanorum Regis, quæ tantæ probitatis fuit, vt id Caix nomen, boni omnis causa, frequentat nubentes, quam summam asseuerant fuisse lanificam.

Et, vt refert Titus Livius ad finem primi libri ab urbe condita, signum probitatis fuit reputatum in Lucretia, quod sera nocte, lanæ dedita, inter vigilantes ancillas in medio ædium sedebat, & per Collatinum eius maritum, iuuenesque Tarquinij fuit inuenta: quam historiam recenset etiam Ouidius lib. 2. Fastorum, dum ait:

*Inde cito p. ssu petitur Lucretia, cuius*

*Ante thorum calathi, lanaque molis erat.*

*Lumen ad exiguum famule data pensa trahebant;*  
*&c.*

Harum Tanaquilis, Lucretiæ, & aliarum exemplo, monet Pontani lib. de amore coniug. vt filias in ea re instrueret, ita dicens:

*Tum colere antiquas artes maternas, iussa,*

*Asque agili discant carpere pensa manu.*

*In digiti acus, ante pedes intexta quas illi,*

*Vimidineque & fuso staminata ore teni.*

*Hoc Tanaquil opus, hos mores Lucretia monstrat,*

*Philacida hos coniunx Telemachique parens.*

Theano, Pythagoræ vxor interrogata, quam potissimum vxorem comindaret: Respondit illud Homerum lib. 1. Iliados.

*Tela vacantem, & viri lectum parantem.*

Helena etiam lanificium exercebat, vt apud eundem lib. Ilii. & 4. Odysseæ probatur.

Mercurius Calypso Nympham Athlantis filiam texentem reperit, vt libro quinto Odysseæ habetur, & libro sexto.

Areten Regis Pheacum vxorem inter ancillas colo purpurea inuenit Nausica ipsius filia.

Eadem Arete paulo post vider Vlyssem indutum vestem atque tunicam, quas ipse sua manu confecebat, quibus Vlysses donatus fuerat à Nausica.

Et lib. ciuidem operis 10. Vlysses Circem texentem compérit:

Et lib. 5. scribit Penelopen, non frequenter domum relinquentem, sed in aedium conclave telam texeret.

Idem Homerus lib. 5. Iliad. refert, Mineruam super pavimentum Iouis depinxisse amiculum, quo velata erat quodque latus ipsius manibus artificiose nouerat, & texuerat: ut hinc quoque ostenderet, omnes gradus eius artis Mineruam fuisse edocetam.

Andromache quoque Hectoris vxor, teste lib. 11. Iliad. Telam orditur, dum lamenta, eulatusque est tertiob mortem mariti audit.

Et apud Virg. lib. 8. Aeneid.

*Proba castaque famina,*

*Tolerare colo vitam, tenuique Minerua.*

*Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes:*

*Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo.*

*Exercet penso: castum ut seruare cubile*

*Coniugis, & posit paruos educere natos.*

Herodotus in Calliope tradit, Xerxem illum maximum regem ab Amestri uxore donatum amiculu, quod ipsa texuerat.

Curcius lib. 5. tradit; Alexandrum vestes Macedonicas, ad eum ex Macedonia missas, cu his, qui eas conficerent, tradi Siligambri matris Darii instissi, eamque admoneri praecepisse. ut si cordi quoque essent, eos neptes assuferet. Ad quam vocem cum lacrymæ obortæ prodidissent, animum aspernentis id donum, quippe cum non aliam contumeliam magis Persarum tecum accipiunt, quam admouere lanæ manus, Alexander ea re cognita, ad eam peruenit: & mater, inquit, hanc vestem, qua indutus sum, sororum, non solum munus, sed etiam opus vides, nostri decepere memores. Cae, obsecro, ne in contumeliam accipias ignorationem meam. Ex quibus Tiraquellus facile ostendit in suis legibus connubialibus l. 10. quod nedum apud Romanos & Graecos, sed etiam apud alios lanificium matronis, & ipsis principibus, & illustriori loco natis decorum fuisset, & honestum: quod maxime obseruant matronæ Italicae, etiam nobiles, cum lanas sericeas nere soleant, conductitie tamen, ex quos se ipsas vestiunt & ornant, ut vidi in pluribus Mediolani.

Addidit & idem Tiraquellus Virgilium loquenter de Didone, quæ Aeneas vestem donauerat, lib. Aeneid. 4.

*tyroisque ardebat murice lana*

*Demissa ex humeris diues que munera Dido  
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.*

Et apud cundem, lib. 3.

*Andromache Phrygiam Ascanio, clamydem do-*  
*nat*

*manum monumenta suarum.*

Et denuo, lib. 11.

*dum geminas vestes ostroque rigentes*

*Exultit Eneas, quas illi lata laborum,*

*Ipsa sua manibus quondam Sidonia Dido*

*Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.*

Tranquillus etiam li. 11. memorat, Augustum Caesarum ita filiam & neptes instituisse, ut lanificio assuefaceret. Et alibi testatur, illum ipsum non temere alia veste, quam domestica vium esse ab uxore, & sorore, & filia, neptibusque confecta.

Id idem de filiabus suis Catolus Magnum fecisse, Gaguinus in suo compendio de gestis Francorum, l. 4. c. 1. circa finem, attestatur, dum inquit. Circa liberos educandos eam curam adhibuit, ut mares bonis disciplinis, feminas lanificio erudiendas sumopere studuit. Iuxta illud Proverbiorum vlt. Quæsivit lanam & li-

num, digitæ eius apprehenderunt ut fusum, & operari est consilio manuum suarum. quod prophetatum fuerat de B. virginie Maria, quæ secundum Hieronymum, acu & colo acquirebat, vnde sibi & Christo eius filio necessaria compararet, ut refert Guilielm. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, dotem quam ei dederat. nū. 49. extra, de testim.

Plutarchus, testimonio Bibuli assertit, Brutum ad bellum exiturum, Portiam uxorem interpellantem, ad colum & telam remississe: & ista est communis & vulgaris remissio uxorum per maritos, cum aliquid eis dicant, cui non congruit date responsum. Et hac remissione prius vsls fuerat Hector in Andromachen uxorem, ita propemodum alloquens in 6. Iliad. Rhapsodia. Tu vero, quod ad te attinet, abi domum, & quæ tibi curanda sunt, circa telam & colum, ancillasque exerce, & ut opere domestico incumbant, iube, hoc officium munusque tuum est, viris autem suum relinqu, ut current bella. Item Claudian. in li. 1. de rapto Proserpina, ita de Proserpina dicit:

*Ipsa domum mulcens tenero Proserpina canit.*

*Irrita texebat redditura munera matri.*

Et Silius Italicus, l. 7. post principium inducit matronas Romanas in hæc verba deprecantes:

*Huc ades o regina Deum, gens casta precamur.*

*Et seruus digno qua cunque est nomine turba*

*Ausonidum, pulchrumque & aui sub tegmine fulva,*

*Quod nostra neuere manus, venerabile donum.*

Et tandem refert ipse Tiraquellus. quod Accursius in l. si parono, in verb. Magistris. Cod. de neg. oest. scribit proprium esse mulierum nere vel texere, & in l. si cum quereretur. l. lana. in verb. in lana. ff. de leg. 3. dicit mulieres lanam & linum appetere, velut natura ad id eas inclinante, quod maxime deceat.

**T**RIGESIMAQUINTA consideratio. Mulieres laudantur ex amicitia & amore, quem habent erga maritos, si perfecte & vere eos adiuauerint: quoniam, ut habetur ad Tuum c. 2. præcipit adolescentulis, ut virtus suos ament: & dilectio in matrimonio est multum contraendabilis: quoniam, ut inquit Phil. 8. Eth. Amicitia viri & vxoris est secundum quandam excellentiā. & istud significatur per annulū, quo vxor à viro despontatur: de quo habetur in c. nosfrates. & in car. farina. 35. dist. Qui quidem debet esse aureus, rotundus, & quarto digito positus. Et tantum unus aurens: quia sicut aurum excellit omnia alia metallæ, ut infra dicam in vlt. par. in 95. corsid. de metallis. ita iste amor omnes amores excellit. Rotundus; quoniam forma rotunda est nobilior forma, ut etiam in d. part. vlt. in 5. consider. de calu dicitur. Et per hoc etiam ostenditur perpetuitas istius amoris, ut nunquam finiatur nisi per mortem: & in quarto digito ponitur ex institutione Ecclesiæ, ut ostendatur, quod ille amor debet habere precordialitatem: dicunt enim philosophi naturales, quod quedam vena à corde procedit, & in quarto digito appareat, ut etiam dicitur in c. farina. 35. q. 2. ad fi. Vnus autem annulus ponitur ad ostendendum istius amoris singularitatem: vir enim & vxor per co-sedimentationem matrimonij efficiuntur una caro. notatur in l. aduersor. C. de crimine expil. heredit. cū socij sint diuinæ & humanæ domus: ut ibi, & dixi latius in commento n. astro super consuetud. ducatur Burgund. in sit. Des dros. et apparere: aces a gens mari. 7. vbi latis scitipsi de laudibus matrimonij: & ibi allegauit Arist. 8. Eth. c. 2. dicentem, quod vito & vxori videtur amicitia consistere secundum naturam, quod excellat & excedat omnes alios. Cum licet dicatur, quod nullus amor vincat paternum l. fin. C. de cura. furios. &

dixi

dixi amplius in dicto nostro commen. in rub. Des iustices. in gl. & vix illis d'icelles. ver. ita quia dictum est. Tamen, ut habetur Gen. 2. Relinquit homo patrem & matrem, & adhaeredit uxori sue, & erunt duo in carne una.

Et hæc amicitia coniugalis multum laudata est in vxoribus ab antiquis scriptorib. Nam Valerius Max. de ea lib. 4. tit. de amore coniugali scribit, vbi plura exempla adducit, & ibi multum eam extollit. Impri- mis in Iulia, Caij Cæsaris filia, quæ cum ædilitiis co- mitiis Pompeij Magni coniugis sui vesterem crux re- spersam sanguine, quorum doctrina, qui iuxta Pompeium ipsum in mutuis vulneribus se laeserant, è campo domum relataam vidisset, consternata, atque territa metu (nequa vis ei esset allata) exanimis condidit, par- tum, quem utero conceptum habebat, subita animi consternatione, & graui dolore corporis, eis cere coa- ceta, atque ita expirauit: magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento. *autbor Plutar.*

Et de Portia, Catonis filia, vxore Brutii, quæ cum apud Philippos victimum & interemptum virum suum Brutum cognoscet; quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitauit: à quibus pectora exuentibus spiritum exhalauit.

Pamphilus:

*Vixisset Brutus, tunc non tam clara faisset Portia.*

Et de Atthenisca gentis Catæ regina, quæ post mortem Mausoli mariti in perpetuo luctu & mœrore vixit, quo etiam coacta tabuit amoris eius si- de.

Mausoleum seu sepulchrum eidem magnificissi- muim fecit, vt dixi ante, & infra in ult. part. su 65. con- sider. de sepulchris.

De Hypsicratea regina, quæ Mithridateum, vitum suum, effusis charitatis habenis amavit, propter quem præcipuum formæ sua decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis, quo commodius uteretur galea, equo se & armis assuefecit, quo facilius laboribus & periculis eius intercesset.

Quinetiam victimum à Cneo Pompeio per efferas gentes fugientem animo patiter & corpore infati- gabilis secuta est. Cum tanta fides alperatum, atque difficultum rerum, Mithridati maximum solatium & iucundissimum lenimentum fuit. cum domo enim & penatibus fere vagari se credidit, vxore simul exsulan- te.

Ex eodem loco scripsit Valerius certa exempla de amore coniugali maritorum, quo ad eorum vxores, quæ videre poteris.

Apud nos temporibus nostris euenit mirabile ex- plum de prima vxore quondam nobilis & potentis viri domini Guil. Gressier, dicti de Boisy, qui suo tem- pore Admirallus fuit Francæ. Quæ cum repente vi- disset eum à manibus hostium ceptum, & in Galliam & Lombardia reuersum ex captiuitate illum ample- xando accutrit, & cum tali gaudio eū salutando am- plexata est, quod cunctis videntibus, qui aderant spi- ritum emisit. & de ea dici potest, quod de duabus fe- minis, de quibus apud Valet. l. 10. tit. de morte non vul- garis. genus casus inusitatum, quam dolor non extin- derat, lætitia consumpsit.

Etiam Bapt. Fulgolius in suo lib. 3. de coniugali cha- ritate, multa exempla accumulauit de charitate vxorū erga maritos, vt de Panthaea vxore erga Abradotam eius virū, cuius taratus amor fuit, quod cu ei in exer- citu Cyri aduersus Babylonios militaret, cæsus in prælio ab hostibus, posteaquā ab vxore gentis more de- ploratus ornatusque fuit, neque aliud iam funeri, nisi

vt sepeliretur, supra mortui viri corpus se pere- mit.

Phile erga Demetrium regem virum suum insignis amor, animi quoque magnitudinem coniunctam ha- buit. Näm, cum eum accepisset, prælio victum in Cas- sandriam amissis regnis se recepisse, neque ferre pos- set regno priuatum videre, quem regem victoriisque insignem amasset, ingenti compulsa amore veneno se ipsam extinxit.

Idem de coniuge Ligarij Romani, quæ mori cupiēs cum marito, dicit se maritum suum proscriptum diu domi seruisse, propterea Triumvirorum lege mori dicere: quæ cum audita non fuisset, extincto viro, cu nemo eam audire voluisse, domum reverta, cibo ab- stinuit, atque in magno mœrore, fame, & lacrymis, vitam finivit.

Idem de Paulina, vxore Senecæ: cum enim Seneca Nero generis mortis arbitrium attulisset: ipseque de- sectis venis delegisset, vt in balneo cum languine si- mul etiam vitam effunderet: Paulina eius vxor, coniugali amore compulsa, licet Seneca repugnaret, mori tamen quoque ipsa decreuerat, vt non minus in mor- te, quam in vita viro comes fidissima esset. Cæterum, cum rem Nero præseuerasset, milis qui sanguinem liste- ret, atque eam in vita retineret. Itaque, cum iam mul- tum esset sanguinis effusum, pallida semper mansit, atque in vultu pudici amoris sui signa semper reti- nuit.

Idem de Triara, L. Vitellij, Auli Vitellij imperato- ris fratri coniuge, quæ Hypsicrateæ vxori Mithri- datis comparanda est, de qua non longe dictum est.

Hæc coniugalis flamma, Annæ Roinanæ, pruden- tiā inspirauit, cum hortanti, vt vidua iuuenis, for- mosaque iterum nubaret; Respondisse fertur, nolle, si bonum virum vt primum habere contigisset, perpe- tua ne eum amitteret molestia torqueri: quod si con- tra in malum incidisset virum, nimium graue semper habituram illud malum, quod nulla necessitate co- genite sibi ipsa peperisset.

Persimile quoque, Valeria, maior Messalarum fratrum soror, quanquam aliis verbis responsum fer- tur in pari causa dedisse: dixit enim Seruium, qui eius vir fuerat, et si aliis mortuus videtur, apud se tamen adhuc viuere.

Magnum quoque veri coniugalis amoris experi- mentum illud fuit, quod Stratoni Sydoniq̄ principis vxor edidit, cum vrbe à Persis oblesla verita est, ne in hestium ditionem vit veniret. Id autem etiam morte si fieri posset deuitare decreuerat. Itaque cum iam ac- cepisset hostes vrbe ingressos esse, atque non longe abesse, vt viro eius potirentur, adempto ei gladio, ma- nu sua ipsum occidit, corpusque eius, quantum pro- teriore potuit, decenter exornauit: cui postea super- incumbens ipsa gladio seipsum confudit, vt eadem in morte viro, qua viuens enaritate comes esset. vna e- nem re simul & coniugalis charitatis, & animi sui magnitudinem, atque insuper honoris quoque curam. (cum ne viu in hostium manibus indigna paterentur prouidit) palam testata est.

Idem Baptista, & alia exempla recenset, vt de vxo- te pilicotoris, cuius dolore morti turbata, amoris a- nimique plena, se cum marito arctissimis vinculis li- gatam de rupe præcipitem in lacum mitit.

Et de Attia, Romani senatoris coniuge, quæ cu maritum suum Petrum nomine ex coniuratione, captiu in Illyrico, Romam naui deferrit vidisset, vt cum eo mōrereetur rogauit, quod cu obtinere non po-

ruisset, se ipsam gladio iugulavit. & eductum gladium à pectori marito constanter porrexit: affirmans, vulnus, quod fecerat, nihil doloris habere, ut exemplo ipse quoque animaretur, atque in hæc verba, dum virum hortaretur, moribunda corruit.

Persimilem enim historiam recenset ipse Fulgosius de re, quæ obuenit sua ætate. Cum, vt ait, à Iacob Per farum rege rebellasset militarium ducum vnum nomine Pandoerus, hic formosissimam habebat vxorem, quæ sextumdecimum non excedebat annum à qua micum in modum diligebatur. Ab ea diu rogatus Pandoerus, ne cum hoste prælium committeret, cum assentiti coniugi nollet, petiit vxor, vt ante prælium saltem eam occideret, ne post eum vitam ageret.

Id quoque recusante, prælium iniit, in quo vietus occisusque fuit vxore eius captiua, & postremo, militarium ducum vni à rege donata. Cum vero ls eam in matrimonium ducere vellet, ipsa dū denegavit: & cum ad extrellum vitæ parati cerneret, sumpta super ea re deliberationis dilatatione, in parua schedula cum scripisset: Nunquam ferent homines, Pandoeri vxorem, diu post eum vixisse, gladio se traecit: virum mortiens secura, quum aduersante fato viuum non potuerat.

Ex his facile constat de amicitia coniugali, tanquam æctissimo vinculo, quam plures vxores magnanimitter obseruarunt erga eorum matitos, ideo ex his laudem meruerunt.

Et de his etiam recitat Textor Niuernensis in sua officina, aliqua exempla supra scripta, & alia, vbi ait: Alcestis maritum suum Admetum, regem Thessaliz, tanto amore dilexit, vt quum Admetus ipse morbo laboraret, consultaque oracula respondissent, futuru eum incolumem, si quis amicorum pro eo mori vellet, sola vxor, recusantibus pietatem illam cæteris amicis, pro viri salute, morti se deuouerit, propterea Poeta fabulati sunt, reuiuscendi munus ei à Diis concessum. Admetus vero beneficij memor, perpetuas defunctæ nærias instituit. Hieron. Alcestem fabulæ ferunt, pro Admeto sponte defunctorum.

Tantus denique fuit Penelopes in Vlyssem amor, vt eo absente per annos 20. castitatem seruauerit impollutam, nullisque procorum blandimentis succubuerit.

Propertius, lib. 11.

Felix Admeti coniunx & lectus Vlyssis.

Stroza pater:

Adde fidem, quam nec coniunx Ithacea vincat.

Capanei, apud Thebas mortui, duin celebrarentur exequæ, vxor Euadne in rogam matiti se coniecit.

Quum Belides omnes facta coniuratione maritos interfecisset, solum Hypermeatra peperrit marito Lino seu Linco.

Proteislaus, primus Græcorum, imperfectus est apud Troiam à Dardano quodam: quod quum resciuisset Laodomia, in solarium mæroris optauit, vt mortui umbram videret, quod cum impetrasset, in illius amplexibus expirauit.

Antonium quum superasset Augustus, Cleopatra præ animi dolore mortem sibi consciuit.

Gunnilda fuit mulier quæ cum videret exequias Almundi mariti sui spiritu ferro sibi surripuerit. hæc Textor. Huc adde ut plurimum vxores eorum maritos amant, & hanc amicitiam coniugalem appetere solent, multumque desiderant ab eorum maritis præamari: usque adeo, vt non curent qua via amari pos-

sint, quo item modo in virorum amorem allicefiant, inducanturve: id, quod attentant magicis arribus, carminibus, poculis amatoriis, cibis, gemmisque preciosis, aliisque id genus, vt opinantur, conciliantibus, de quibus sigillatim explicat Tiraquellus in suis legibus connubialibus l. 14. in prin. de quibus ad eum te remitto.

Plures tamen reperiuntur, qui præcedenti opinioni refragantur, teste eodem Tiraquelle, inter quos Oui. in lib. de medicamine facies hæc scribit:

Sic potius vos urget amor, quam fortibus herbis,  
Quas maga terrilibi subsecat arte manus,  
Nec vos graminibus, nec mixto credite succo,  
Nec tentate nocens virus amantis equa:  
Nec media Maris fundantur cantibus angues,  
Nec credit in fontes unda supina suos.

Et idem lib. 2. de Arte amandi negat carunculam (quæ in pulli equini fronte nascitur) aut quamvis artem magicam conferre ad amorem conciliandum, cum ait:

Fallitur Fæmonias si quis decurrit ad artes,  
Atque quod à teneri fronte reuellit equi.  
Non facient ut vivat amor Medeides herba,  
Mixtaq; cum magici Marsa venena sonis.

Quod postea exemplis Medeæ & Circæ comprobatur subiungendo.

Pharsias Esonidem Circe tenuisset Vlysscm,  
Si modo seruari carmine posset amor.  
Nec data profuerant pallentia philtera pueris,  
Philtera nocent animis, vimque furoris habent.

Idecirco monet fugiendum hoc genus artis magicae, cum subdit:

Sit procul omne nefas, ut ameris amabilis esto.  
Quin etiam idem probat, lib. 1. de remedio amoris:  
Viderit Fæmonia si quis mala pabula terre,  
Et magicas artes posse inuare putat.

Imo ex his & pluribus aliis ipse Tiraquellus in d. 1. connubiali 14. friuolum reputat & fabulosum, posse huiusmodi pocula ad amorem ducere, explodendo huiusmodi magicas vanitates, quas familiares fæminarum artes Apuleius lib. 9. appellat, ex quo dicit amores mulierum & vxorum aliis rationibus comparandos esse.

Et inter cætera, vt ait, nihil est ad hoc efficacius, nihilque in id plus habet roboris, quam si fundum vxorium diligenter, non modice frequenter colas. Id enim facies, licet fueris horridus, deformis, squalidus, ab vxore tamen vnicce insigniter amaberis: quin illa te colet perinde ac Deum in terris alterum, & obseruat. Alioquin si hoc desit, odio te & despectu habebit, quantumcumque eam amaueris, castumque atque aliarum coitum abhorrentem prestat.

Apud Plautum in Truculento, cum miles miraretur Phronesiam mulierem rusticam quendam ardenter amare. Mox adiuit mulierem, vt admirati desinet: hæc dicentem, quanquam squalidus est, quanquam hic horridus, citus bellum init. Contra apud Apuleium, lib. 5. de astro auro. Fæmina quædam virum exitiali odio prolequitur: quia rarer ter palæstram veneram exerceret, suamque in ea re fortunam dolenter ac misere deplorat. Ego vero, inquit, mariti rarissime Venerem meam recolantem suslineo. Et, vt idem Tiraquellus prosequitur (qui satis lasciuie in multis scriptis) credit hoc esse verum, etiam sine testimonio. Quis enim (ait) non credit mulieres eam rem sitiēter appetere, nullaque re magis ad amandum allici: & immo, vt magis in lasciuia profluat, dicit fore multa, quibus si vtratur vir, vxorem virilius & frequētius cōprimeret.

plim. Adducit in testimonium gloss. in c. quicquid  
32. q. c. & Innoc. in c. fraternitatis, super ver. commis-  
serunt. column. 2. extra de fraud. & maled. Bald. in c. à erup-  
tu. extra de vni. & hor. cle Plin. libr. 26. c. 10. & lib. 28. c.  
19. ad fin. & Galenus lib. 5. de simplicibus. distincti. 6. ca.  
2. & plures alios medicos ibi citat. tandem concludit  
medium in hoc esse tenendum, prout & in aliis rebus,  
cum mediocritas dicatur, & in omnibus fere rebus  
optima existimetur: cum ex excessu & immodera-  
to coitu, multa mala & inconvenientia sequantur, et  
iam ex abstinentia, & diminutione coitus, tam in viris,  
quam in foeminae. A quo dicit non omnino abstinen-  
dum esse, cum sit utilis, sicut labor, si modus adsit, &  
quibus conferat, & quibus non. Sunt etenim, ut ait,  
mulieres coitus appetentissimae: ita quod ex improbi-  
tate, importunitate, & acerba exactione eorum, mariti  
quandoque coguntur immoderate uti: ideo ad hanc  
rem dat plura remedia prohibentia coitum. Primo en-  
nun. vt inquit. monet, ut è bove sylvestri, nigro san-  
guine hircini lumbi perungantur, ut illi cædium Veneris  
fiat. Iuxta Plinij sententiam in lib. 28. 4. cap. 19. ibi  
& ipse Plin. subdit. Amoris quoque cædium fieri, po-  
ta hirci utrina admixto propter fastidium nardo. Idem  
rursum eod. lib. c. 19. 28. dicit Hippotami pellem, è sinis-  
tra parte frontis, in inguina adalligaram, Venerem  
inhibere. Aspersu quoque cineris, ex lincum corio &  
vnguis exustis sit, foeminarum libidines inhibet.  
Idem Plin. lib. 30. cap. 6. scribit, Puluerem in quo famu-  
la voluntat erit, corpori inspersum, mitigare ardores  
amoris. Idem lib. 32. cap. 4. dicit: Magos dicere, quod  
harundine transfixa ranæ naturæ per os, surculus in  
menstruis defigatur à marito, adulterorum cædium  
fieri: quæ si vera sunt, ut ille dicit, multum utiliores  
vitæ existimantur ranæ quam leges. Idem quoque eo c.  
in prim. Squamæ testudinum è summa parte deratæ,  
& in potu daret, Venerem cohibent. Diosc. lib. med.  
mate. cap. 71. tradit, Scincum decoctum cum lente ac  
melle, aut semine lactacæ cum aqua potuin, Veneris  
cupiditates inhibere.

Albertus Magnus lib. 22. de anima. testis est, quod si  
quis testiculum dextrum Lupi, oleo mixtum, mulieris  
vulnus cum lana imponat, remouet ab ea coeundi de-  
siderium, etiamque fornicaria fuerit.

Idem paulo ante dixerat (ut ait Tiraquell.) quæ an-  
sit vera, viderint alii, quod si virga Lupi in nomine a-  
licuius siue viri, siue mulieris ligetur, non poterit co-  
ire, donec nodus talis fuerit solutus. Non credetem in  
æternum ista esse vera, sed potius ridiculosa & deriso-  
ria.

Aliud quod mirum esse dicit, veterum monumentis  
scriptum reperitur: Fuisse in Achaia ciuit. Argyram no-  
mine, ac fontem quoque, & in propinquu. fluuium Se-  
lennium ab adolescenti dictum, qui Argyrae nymphæ  
oblaqueatus amore, ac desiderio extabebens, sit à Ve-  
nere in eum deformatus. Vnde Selennini aquam id  
laudis adeptam ferunt, ut ea abluros amore liberet,  
tam viros, quam foeminas. quod si verum est, multis  
pecuniis pretiosior est hominibus aqua Selennini, de  
quo dixi in ult. part. vbi de excellentiis aquarum fit  
consid.

Sed & medici, multa passim ad inhibendam Vene-  
rem conscripserunt, ut Aucenna in 20. ter. i. trist. 1. cap. 15. & plures alii, quos in loco predicho allegat  
Tiraquellus, quibus potius assentire, quam nugaci-  
bus preallegat. & admonet coniuges, non tempesti-  
vius eos voluptati Venere operam dare, quam cum  
aliquid iugij, aut discordia inter eos intercesserit.  
Nihil enim omnium rerum esse, quod eos ocius faci-

liusque ad amicitiam reuocet, aperte insinuat Homer-  
rus, apud quem lib. 13. lib. ad. Juno, de Oceano & The-  
tide cuius vxore loquens, illorum iurgia se soluturam,  
atque in coitum reducturam profitetur, & Plutar-  
chus in preceptis connubiatione, cum ira, ait, dissidio-  
que vir & vxor vexantur; tum maxime Venerem op-  
timaam huiusmodi nylorum medicam accersere oportet.  
Et hoc sane efficacius in eam rem fore existimo,  
quam fuerit olim Romæ facillum illud de Viriplacē:  
Id, quod cum vir & vxor discordes conuenienter inui-  
cieat locuti quæ voluisse, contentione animorum  
deposita, concordes reuertebantur, ut à Valerio Ma-  
ximo in titulo de infi. antiqua dicitur. Quanquam il-  
lud verisimile est, virum & vxorem in eo lacello con-  
gredi inuicem solitos, & hinc pacata omni ita redire.  
Neque hoc absurdum omnino videri debet; cum te-  
ste Hieronym. in Euseb. ceteri fere mortales, præter  
Ægyptios ac Græcos, cocant in templis, putantes ho-  
mines esse, ut cæteras animantes. Etenim videre licet,  
& pecudes omnes & volucrum greges, coire in Deo-  
rum templis atque in phanis: quod si non esset Diis  
gratum, non facturas illas fuisse allegant. Quod & si  
in cæteris templis non satis honestum fuisse, videri  
potest, nec etiam probat Hieron. ut & improbat Ec-  
clesia Catholica in ea. sig. spiculisti. de adulter. in c. pro-  
po. uisi. & c. si. de consecr. eccl. in hoc tamen, quod De  
Viriplacē dedicabatur, non in tantum vituperandum  
fuit.

**T**rigesimæ sexta consideratio. Mulieres laudé con-  
sequuntur ex fide earum erga maritos: ut multa-  
rum exemplis patet apud Baptisam Fulgosum in  
suis collect. de Æthiæ fætis que memorabilibus. lib. 6. c. 7.  
vbi plures vxores commendat, ex earum fide, quam  
habuerunt erga maritos. In primis, de Chilonia Spar-  
tana Leonida filia, & Cleombroti uxore refert, qui  
ambo in Spartano regno contendebant, & inter di-  
scordias ciuiles cum Cleombrotus vir, Leonidam, ei-  
ius patrem in exilium misisset, à viro patris restitutio-  
nem impetravit. Mutata vero fortuna pari opera apud  
patrem restitutionem eius mariti, impetrare non va-  
luisset, licet feliciter apud Leonidam eius patrem in  
patria viuere poterat, maluit attamen, ut cum eius vi-  
ro, exilijs comes efficeretur.

Etiam de vxore Panthei Lacedæmonij, cum expul-  
so Cleomene Spartarum rege, ab Antigono, Macedo-  
num rege, cum is in Ægyptum ad Ptolemyum regem  
se receperisset, ac Pantheon uxori sequi vellet, à paren-  
tibus prohibita, magno studio seruabatur. Demum ip-  
sa astu ingenti adiuuento, equo ad mare nocte se con-  
culit, atque incognita nauem concendens, in Ægyptum  
ad virum peruenit, amboque illic simul vitam fi-  
nierunt.

Sequitur & tertio loco de Sara, uxore Abrahams,  
cuius modestiam, fidem, atque amorem admirari de-  
bent omnes: de qua habetur Gene. 12. c. 16. quæ cum  
se vitumque iam grandes natu. orbos inspiceret, viro  
persuasit, ut cum ipsis ancilla Agit Ægyptia concu-  
beret, tentaretque si ex ea filios procreare posset: quod  
cum Abraham fecisset, natusque esset Iacob, non ali-  
ter, ac filium ex se natum, Sara ei lustulit. Nam præ-  
ter aliarum morem prudens, atque virum suum amas  
foemina zelotypit, graui in mulieribus malo, propro-  
gandæ viri sui stirps respectum anteposuit.

Stratonica, Dæiotari Galatarum regis uxori, suo be-  
neficio, nec frustrata est, quæ tum aduerlante valerudi-  
ne cum viro filios se concipere non posse videret: qui  
in regni successionem vocarentur, marito persuasit, ut  
libera cum alia operam daret, genitosque sibi sup-

pouere, quod cum is negligeret, ad eum deducit virginem nomine Elestram, cubicularem suam ministram, moribus arque formam insignem, ex qua Deiotarus aliquos filios procreauit, quos Stratonica post vi- ri mortem non secus ac suos aluit, atque in regno succedere permisit.

Succedit & decenter Tertia Aemilia, prioris Aphri- cani, quae cum sciret, viro suam ancillulam ex suis gratiam esse, dissimulauit, ac post mortem viri, manu- missam ab ea ancillam, in matrimonium liberto suo cum liberali dote dedit, testis est Valer. lib. 6. ca- pu. 7.

Longe etiam maior Livia erga Augustum virum si- des, atque indulgentia fuit, quae cum tecet Augustum puellis nondum maturis oblectari, clam, magna di- ligentia perquisitas secreto ad cum deduci curabat, prae nimia fide anoreque id marito concedens, cuius gratia nonnullæ cum pellicem ferre non possent, interdum viros peremperent: atque idcirco tanto magis laudanda, quanto eius exempla rariora innueniuntur. Anteponenda tamen est Livia Tertiæ Aemiliæ (de qua proxime dixi) fidei erga Scipionem: verum quanto maius est rem ipsam sponte agere, quam contra ipsius mentem ab alio facta perfere?

Rachel quoque, cum se sterilem animaduenteret, Balam, ancillam suam marito Iacob comprimendam dedit, ut pariat, inquiens, super genua mea, & habeam ex illa filios, ut scribitur Genes. 10. & ibi similiter dicitur, quod Lya, Zelpham ancillam suam, marito tra- didit.

Sed nunc se offert locus, ut de Octavia M. Antonij vxore loquamur. Quam cum ipse Antonius Romanum remisisset, frater Augustus Octaviæ suadebat, ne in Antonij domo habitaret, cœptum enim iam inter eos bellum erat: ei igitur Octavia respondit, se nunquam adduci posse, ut in alia domo habitaret: quamobrem codem animo Antonij amicos, quo antea viderit, & pri- uignos non aliter habuit, ac si ex ipsa procreati essent, conata, quantum permittebatur, fratrem ab armis in Antonium dimouere: dedecere enim plurimi aiebat, ut duo terrarum orbis gubernatores, unus, quod alter sorori suæ amicam anteferreret, alter autem, nimio erga amicam amore captus, inter se bellum gererent.

Pariter de Herodiade, Herodis Tetrarchæ vxore, quæ ingenteum quoque fidem viro ostendit, cum ad urbem Romanam cum eo profecta, ut Agrippam fratrein accusaret, tamen in contrariam cedere vidit. Viro enim Lugdunam exulatum in Galliam misso, licet multum a fratre fratri causa à Caligula Augusto ro- gata fuerat, ut redire in patriam vellet, principatus parte quam vir obtinebat oblatam maluit relicta patria in Gallia cum viro inopeam vitam degere, quam sine eius praesentia maximas opes in patria possidere.

Idem quoque de Arcolia Flacilla, Prisci vxore. Quæ cum Romæ in magnis opibus manere posset, patriæ opibus exiliuit cum marito Pisonianæ conspirationis coaescio prætulit.

Gnata etiam Maximilla Flacilla exemplum imita- ta, omnibus relictis, virtutum Gallum sequi voluit, ob eandem qua Priscus Flacille maritus conspirationem damnata.

Sed singulare & ultimum fidei vxoris erga mari- tum, recenset idem Fulgosius de Gisberti Corregen- sis vxore: quæ propria quorum conspiratione, & eorum quidem, qui ipsius factionis erant, ab eis Par- mæ imperio Gisbertus expulsus fuit: Inter conspira- tores autem cum vxoris frater Rolandus Roscius es-

set, & sororem in tumultu rogaret, ut populi impetu in dominum suam declinare vellet, qui eiusmodi erat, ut etiam fortis virum terrere posset, ipsa obliqua facie ad fratrem conuerla proditorem eum compellans, re- spondit, Dij faxint ne me profanæ eius domus ingressu, quæ in propinquum suum adeo perfida fuit, ne que eo pane vescar, quem canes quoque ob perfidia la- bem, etiam in maxima fame denitarent: quin potius ad virum meum profectura sum, quem nuptiarum mearum pignore fessellisti, & eoram eo me consti- tuam, ut hanc iniuriam in me ipsa vlciscatur. His dictis nudis pedibus passisque capillis ad castrum nouum vbi vir erat profecta est, eius pedibus obvulsi cœpit, & flens rogare, ut ipsius morte acceptam à Rolando fra- tre iniuriam vlcisceretur. Hæc Fulgosius in loco alleg.

Quam fidelitatem in mulieribus etiam multum lau- dauit Apostolas, cum per fidelem mulierem vir infidelis sanctificatus est, ut ait 1. Corin. 7. & in Jam. 28. q. 1. ad fin. & in c. tam nunc illud. concordat text. n. l. cum qui in fin. C. de episc. & cle. vbi vxores interdum viros meliores efficiunt. & ibi not. Bald. quod bona mulier facit bonum virum, & sic fidelis mulier facit virum fidelem: felix ille est, qui talium potuit cognoscere causas. Legitur enim, quod Publius Rubrius Ce- ler, vixit cum Caia Ennia vxore sua annos 43. menses 8. sine villa querela: Aibutius etiam vixit in coniugio cum Terentiana Valentiniiana annos 25. sine villa iurgio.

**T**rigesimaseptima consideratio. Honor deferendus est mulieribus in assurgendo, in viis eis cedendo, & eas sedibus præponendo: quod à Veturia Coriolani matre habuerunt. Nam, cum antiquitus nullus, vel modicus honor, usque ad tempora Venturiæ prestaretur: sanctum fuit à Romanis, propter in- gens beneficium ciuitati factum per Veruriam, ne ci- vitas ingratitudine argueretur, ut mulieribus homines semper affugerent, & in viis eis cederent, de quo Valetius h. 5. in. de gratu. & Philippus Bergomensis h. 5. Anno mundi 4700. Et facit pro hoc quod decidit Ioan Calder. de consil. sua vxoris, quem refert & se- quitur Pan. in c. summa ensuera. in fin. de electio. vbi mulieres equiparantur grauibus personis. Et alibi text. eas comparat excelsis dignitate viris, in Loppi- man. C. de contra. s. i. Imo mulieres inter egregias personas numerantur. gloss. & doct. in l. ad personas. ff. de iure uxoris. Bald. in l. s. quis testium. de testib. Et, ut di- cit Albertus de Eyb. in sua Margarita supra allegat. par. 2. rr. 2. oratione 17. Ulpianus Iurisconsultus for- minas clarissimas appellat. Imo Imperator Iustinianus vocat uxorem suam reverendissimam in Aub. ut iudi- dicessine quoquo suffragio. s. sed neque. & serenissimam l. bene à Zenone. C. de quadrien. prescript.

Imo & maritus debet vocare uxorem suam domi- niam, ut est tex. in l. uxorem. ff. de leg. 3. Bart. in l. penult. C. de dor. inter vir. & uxor.

Sed quereres, an doctor vel miles teneatur uxorem suam vocare dominam. Istam questionem tetigit. G. Benedicti in sua repet. cap. Rayn. in ver. ii codem restau- mento relinquens. l. exira de testa. & dicit, quod si ex persona, & facto mariti militis, aut doctoris, uxor vo- cetur dominam: non tamen maritus miles, vel doctor, eam appellare tenetur dominam, si vt noluerit mari- tus illo privilegio & refert, quod ita decidit Bartol. in d. l. pen. Roman. assignatur: nam vxor tali privilegio v- titur iure mariti, & in consequentiā dignitatis mari- ti, est domina: ideo non potest eo vt contra mari- tum, vel eo nolente. arg. l. s. index. ff. de minorib.

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

119

Et utrum pro tali honore eisdem debito, competerat eis, aut interdictum, aut officium iudicis; dicam infra amplius.

Sed videatur Ioan. Fab. &c alij, in S. altam. Inſtit. de bono. poff. & Bald. in I. obſeruar. q. inequam. in ſu. ff. de officio. pro cor. f. & Bald. in c. luet cau. ain. in 4. co. per ſt. lumen texti. de cauſa. poff. & prop. & vide Pan. in c. abolen- dain 2. col. de ſepulturis. dixi in precedenti part. & in 2. confid. incip. honor cundis rebus.

Imo etiam, an contra homines habeant remedium si non deferatur eis in affurgendo aut in cedendo ponit Benedicti in loco ſupra alleg.

Et quod mulieres, in multis, fuit melioris conditio- nis, ponit Dec. in reg. femin. ff. de regul. iur. vbi ample per eum. Nam etiam refert Philippus Bergomensis in ſuo ſupplemento Chro. ii. libr. 8. quod anno Christi 2243 & tempore Heliogabali Imperatoris (eius Semyamira mater fuit) qui conuentum mulierum more fe- natorio ordinavit, quibus fuit data authoritas de moribus circa statum tractare, & super his leges institue- re. Et huic statui matrem Semyamitam fecit principi- ſam Heliogab. à quo ſenatus consilia plura ridicula manarunt Statutum quippe in eo lenata fuit, quo ve- ſtiti, quibusque ornamenti, vnicuique ut licetum eſ- ſet. Cui etiam cedere, cuique affurgere debet, &c.

Dixi hic ante, quod propter beneficium illatum ci- uitari Roinane, fuit ſane itam in ſenato, quod mulie- res in antedictis honorarentur. Nam etiam tunc fuit ſane itum, quod mulieribus licet uti auto, & purpu- rea veste, auris que ſibulis, & carmillis. Et rationem po- nit Valerius, lib. 2. de iſtūtiis antequa. facit tex. in 1. 2. iuncto d. Barb. in 1. 1. C. de ueni. ſibus obor. 1. 11. & 1. 1. C. ut nemini licet ut ſuis ſi. uis equeſtribus. eodem lib. & in diſtis locis Lucas de Penna, & Jacob. Rebuſ. & Io. de Platea. vbi vefte & iocalia, nimis preioſa portari veſita non cefentur mulieribus prohibita; ſed viris ſolis niſi de mulieribus expreſſe diceretur: adeo, quod in ſtatuto perlas portari prohibente, mulieres non comprehenduntur, ſecundum Bartol. in 1. ff. de forme. prout dicit Benedicti. n. 4. repetit verbo. du. u. pſas. Sed pareat mihi, quia Bartol. haec non dicit in a. 1. ſed ſolam dicit, quod ſtatutum prohibens, ne mulieres por- tent perlas, intelligit de portantibus perlas naturales, & non fictas. Videntur tenere contrarium multi, ut per Barb. in confi. ſua 29 in 2. volum. Vnde licet olim, ut dicit Benedicti, ab Appio Tribun. lex Romæ lata fuifet, quod neque mulieres aliam, quam leniueriam anti haberent, & ne diuersi coloris veſtimento, ne ve- hiculo per vibem uferentur; tamen poſtea, lex illa mu- lieribus dura, per Marcam Catonem, & Tyberium Gracchum conſules fauore earum abolita fuit, ut re- fert Fæſiculus temporum de his conſulibus loquens. Et quoniam ample per cundē Bened. in d. ſuarepet. de ornatu mulierum fit mentio in glo. cvidam Petru tra- diderunt. & quia eſſet nimis vagari materiam, non ali- liter inſiſto: ſed recurrendum eſt ad cundē Benedicti in diſto loco.

**T**rigesima octaua conſideratio. Laudandæ etiam ſunt mulieres propter earum ſolicitudinem circa maritos, i.eſ domēſtas, & filiorum educationem circa maritos vero: quoniam, vbi noſt mulier, ingeñit egens, Ecclesi. 36. dixi in conſuetudinibus noſris du- cauſ Burgun. in rub. Des droſſez & appartenances a- gens maris. lib. Primo emin. vbi dixi de felicitate ho- minis habentis bonam mulierem. Sed quia rarae ſunt, ideo etiā tales ſunt raro felices: Que in hoc meruerūt obtinere, quod matrimonium allumet nomē à ma-

tre, & non à patre c. ex Iueris. de conuers. infidel. ſecun- dum Doctor. in rub. de ſponsal. Ioannes Fab. Inſtit. de patria potest. in pri. c. Et haec ſollicitudo verſatur circa laborem matris. Quoniam, ut dicit Aristot. 8. E- thior. Matres plus diligunt pueros, quam patres; quia certiores ſunt de eis, & habent plures labores circa eos. Quis enim non misereatur earum, propter obſe- quia, quæ viris pœtant, propter partus periculum, ipsam liberorum procreationem; dicit text. in 1. offi- due. Cod. quipot. in pignor. hab. plus laborat mater er- ga filios, quam pater in pluribus. Primo eos portando nouem mensibus in utero, quod non bene dicitur o- nus tanto tempore conceptum in utero portare: inde eſt, ſecundum aliquos, quod ſicut ædificium latins, & groſſius eſt inferioris, & magis ſubtile ſuperius; ita mu- lieris corpus groſſius eſt in partibus inferioribus ad portandum tale omnis, & ſubtilius & gracilis eſt in ſuperioribus. Vnde ut dicit Ambros. in p. Lucam. 2. cap. Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis di- ſpendium, partus periculum, uteri longa diſciplina: &c. Alia tamen eſt ratio, quauis ponit Nicolaus de Lyra, Ge. 2. in verbi, edificanti. vbi dicit, hoc ideo ci- ſe propter debilitatem calidi naturalis in muliere, quæ naturaliter eſt frigida: ideo maior pars alimenti, de qua ſit mutatio & augmentum, remanet in inferiori- bus partibus. & v. de Lucam de Penna in 1. 1. C. de u- gric. & enj. 1. 1. & minor pars ſuperius eleetur: quod contrarium eſt in maleolo.

Secundo, magis laborat mater in liberos pariendo, ex quo multoties contingit ſibi mortis.

Tertio, magis laborat mater post partum eos la- ſtando & nutriendo. vide Felin. in d. can. ex Iueris. de conuers. infidel. de quibus vide per Guillelmum Bene- dicti in ſua rep. cap. R. unut. in ver. mortuo uaque reſta- tore. 1. 2. r. 27. 28. & 29. de reſtan. vbi dicit, quod propter labores, quos matres habent in filios, plus diligen- gunt filios, quam patres. Quoniam, ut dicit, ſunt cer- tores, ut dicit Aristot. in loco ſept. allegato. Et etiam, ut dicit Benedicti in diſto loco, n. 24. mater, in procrea- tione liberorum præbet materiam, & ſic maiorem portionem. Cum naturaliter illam rem magis diligamus, quia magis ſeimis nos habere ius. Et, ut dictum eſt, maior portio de ſubſtantia matris eſt. Quoniam, ut Galenus ait, ſpermia hominis, eſt velut fides ad ci- tharam, id eſt, instrumentum ad materiam, circa ſe coagulandam. Inde dicitur mater, quali martilla in ge- natione: vel quia mamma, quia mammillas terit, propter quod confunditur opinio aliquorum erro- nee dicentium; quod mulier non dicitur generare fi- lios, ſed ſolus pater, habita nominatione ab agente, non à patiente: & quod fatuum eſt dicere, ſecundum Paulum de Castro in 1. 1. C. de condu. iſeriu. vbi dicit, quod a que principaliter generat mulier, ſicut maſcu- lis, cum generatio fieri non poſlit sine utroque. Quia, ſecundum naturales pater præbeat formam, & mater format materiam in re genetata, a que principalis eſt materia, licet forma: Imo ſe habet per prius. Cum ſine materia imprimi non poſlet, nec eſte forma, ſed con- uerſio ſic.

**T**rigesimona conſideratio. Laudandæ ſunt etiā mulieres, quoniam ex corporibus earum, aut ex partibus, multa remedia ſalubria, in medicina inueniuntur: ut plene narrat, & ponit Plini. in 1. natu. 1. p. 1. 1. 28. cap. 7. vbi dicit, quod ex capillis, lacte mulie- ries, aliae & menstruis, multa ſingularia remedia huius:

**Q**uadragesima conſideratio. Licet mulieres ex dignitate mariti honori debent, ut eſt text. in

## SECUNDA PARS

*I. mulieres. C. de dignitatibus. li. 12. vbi ample Luc. de Penna in l. fi. C. de incolis. li. 10. ibi: honore mulieres majorum ergimus, genero nobilitamus. in l. fin. C. de nuptiis. ibi; uxori marito concrescat, & serviat eius fulgorem. in Auth. de consulibus. §. si autem. ibi; decet enim fratreas & comitis claritate. sequitur: Quoniam uxores co-ruscant radus maritorum. collatio. q. Facit ratio: quia sunt una & eadem caro, c. nec illud. 33. q. 5. & c. Martin. cum similibus. de coenatio. spirituali. cap. debitum, ex ir. 1. de bigamis. c. Agathosa. in fin. 27. q. 2. faciunt quae dicit Felini. in cap. super eo. de testam. vbi dicit, quod honor est, incrementumque vxori, si nubat se potentiori. faciunt, quae dicit Bonus de Curtili, in suo tractatu de nobilitate, parte 3. n. 186. dicam alibi amplissime, & iam dixi in consuetudinibus nostris ducatus Burgundie. in ii. Des manus mortes. §. in gloss. 1. Adde tamen; quia Paulus 1. ad Corin. h. 11. dicit, quod mulier est gloria viri. Et aduerte etiam, quod licet mulier habeat dignitatem à viro, est tamen dignitas, quae est sine administratione: quoniam dignitatem cum administratione habere non possunt. L. 2. ff. de reg. i. 17. quod tamen dicunt fallere in mulieribus excellentibus. de quibus in l. fin. C. de arbitrii. & in c. dilecti. de arbitriis. Et in abbatissis, quae habent administrationem in suas monachas: vt not. per Bart. in repetit. l. 1. in oppositione Cod. de dignitat. lib. 12. & per Cyn. in l. fin. C. de arbitrii. Dicit tamen Iacob. Rebuff. in d. l. 1. C. de d'g itatis. quod dignitas generis filiae, quae venit à patre, est excellentior, & præferti debet dignitati, & mulieri obuenienti ex parte mariti. Et propterea, vt dicit: Si filia regis nubat alicui Duci vel Comiti, dicetur regalis. Et etiam, si filia Ducis nubat alicui militi simplici, dicetur Ducissa: & probatur, vt dicit per d. l. 1. Si tamen dignitas mariti sit maior, quae dignitas, quae eidem obuenit, ex parte patris, quod tunc uti poterit nobilitate viri. Ut si filia Ducis nubat Regi, dicetur Regina. Et si filia militis nubat Comiti, dicetur Comitissa. Et vxor nobilioris, minus nobili vxori præfertur. l. 1. ff. de senatorib. & not. gloss. in verb. coniugis, in Auth. de consulibus. §. hec itaque. col. 4. & dicit Bald. in l. femin. ff. de senatorib. quod fortior est nobilitas, quam habet filia ab origine, quam illa, quam habet à marito: quia proprio radio, & non alieno co-ruscat. Et hoc bene sciunt dicere gloriose nostræ mulieres, de quibus taceo: cum non sit intentionis nostræ aliquid tangere hic, nisi concernat honorem: Dicam latius infra in 5. par. in 36. confide. In muliere tamen, dignitas esse non potest, licet radiis maritorum, aut suorum parentum coruscant, sed venustas, quoniam dignitas in viris, & in mulieribus venustas. Vnde dicit Cicero lib. 1. eff. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. & utrumque est dignitas, dicit Cic. od. l. 2. eff. August. vero fecit librum vnum de honestate mulierum.*

**Q**uadragesima prima consideratio. Mulieres etiam dicuntur (sicut & viri) nobiles. primo probatur, *Aduum* 17. ibi: *Et mulieres nobiles non paucæ.* Secundo, iure canonico, per text. in cap. 1. quod incipit, de Francia quidam nobilem mulierem. extra de sponsa. & dixi aliquid infra, in 8. par. in 19. confid. incipit, *Nobilitati in beneficiis.* Et non solum ratione mariti, vt in precedenti consideratione, sed etiam parentum text. in l. mulieres honore maritorum ergimus, genero nobilitamus. C. de dignitat. li. 12. Nam liberi origine in parentem sequuntur. l. cum legitima nuptia. ff. de statu homin. etiam quo ad dignitatem, & honores. l. femin. ibi; pa-

rentes vero. cum duab. ll. seq. ff. de senator. & l. exemplo. C. de decurionib. li. 10.

Item, feminæ dicuntur præcellentes, vt est text. in c. dilecti. de arbitrie, extra.

Item comparantur excelsis dignitate viris, per text. in l. optimam. §. cum itaque. C. de contrah. stipul.

Item grauibus comparantur personis, vt supra pro-pe in 37. consider.

Item, sicut ad personas egregias, propter eorum dignitatem, mittitur ad iuramentum præstandum, vul-gata l. ad personas egregias. ff. de ureiu. Si pariter ad mulieres (ne dicam dominas, vt ibi exemplificat gl.) propter honestatem, & reuerentiam. secundum Bal. in c. qui testium. extra. de testib. Quia non decet eas certibus virorum commisceri, quas sexus pudicitia, ab eorum consortio fecit alienas. l. fin. C. de arbitrii. Nec omnibus perperam naturalis pudor se manifestare concedit. §. cum itaque, supra allegato.

Item, vt testis est Papinianus in l. vxorem, in prin. ff. de leg. 3. maritus quidam (qui beneficio affectio-nis, & pietatis, semper motus fuerat erga eam) vxorem suam dominam appellat in suo testamento. & Ouid.

*Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.*

Id est, amicata, vt aliqui exponunt, sed capi potest pro vxore, sicut dominus pro marito. Virg. lib. 4. Ad neid.

*connubia nostra.*

*Reppulit, ac dominum Aeneum in regna recepit. vt supra sat is probe dixi.*

Item, Scœuola iureconsulto argutissimo autore. l. Ti-ua. §. quis Marco ff. de annuis legat. vxor à marito, domina sanctissima nuncupatur, vt supra ample dictum est ista parte, in 31. consider. in cap. mulieres ex hoc etiam laudantur.

Item, Iustinianus Imperator, coniugem suam nomine Theodoram (cuius consilio administrationum, seu officiorum venditio renovata fuit) Reuerendissimam institutat, vt patet in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. hec autem omnia. collat. 2. de quibus paulo ante dictum est in 37. consideratione, incipiente, *Honor deferendus est.*

Et non solum vxor Regis (licet regnum ad se non pertineat) Regina vocabitur, vt est casus, secundū Panor. & alios in cap. dilecti. extra de arbitriis. cuius radiis coruscabat. l. femin. ff. de senatorib. Et rationabiliter Regina appellatur, etiam secundum communem vsum loquendi, quo vxores, dignitate mariti, in honorem decorantur: verum etiam vidua Regis relieta, durante viduitate, vocabitur Regina. videtur pro hoc tex. iuncta superscriptione: in c. cum deuotissimam. cum cap. seq. 12. q. 2. & hoc modo loquendi etiam vtitur, vt quandiu vidua permanet, dignitate mariti defuncti, post illius mortem, sicut in vita decoretur. Cum vidua sit mariti mortui imago, ipsum representans, secundum Bald. in l. ignoris. Cod. de ignorat. ad. pro quo est tex. in c. ex parte. extra de foro competen.

Aduerte tamen, cum vxor tali priuilegio vtratur iure mariti; & in consequentiam dignitatis mariti est priuilegiata, ideo relieta, vel commissa, vxori Regis, vel Comitis, licet sub nomine dignitatis regie, vel comitalis (cum dignitatem habeat ex persona mariti, & non sua) non transibunt ad successorem, ipsa mortua quod lecus esset in Rege, casus est in l. quod principio. cum l. seq. ff. de legat. 2. vbi Bart. & alij.



# TERTIA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS.

ERIT DE ORDINE COELESTIVM CORPORVM, ET DE  
locis spirituum infernalium.

*Quinquaginta Considerationes continet.*

**R**o expeditione huius tertiae partis, quæ est de ordine cœlesti, ad quæ omnes alij ordines sumunt exemplum, ut dicam in sequenti parte: & Cœlestibus, ordine, sedes prima darunt, ait Claudianus. Quoniam licet ratione naturali, istud sit bene cognoscibile, aut scibile secundū illud Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terrā quā dicat, Nō. sed per revelationem diuinam aliquid scitur est. vnde Paul. sciunt per reuelat. A quo B. Dionylius, qui in 6. r. cœlestis hierarchiis, distinguit tres hierarchias Angelorum, ex quib[us] facit nouem ordines: & ex dictis ibi, & quæ infra dicentur, videtur dicēdū principaliter, quod sint duodecim sedes principales in paradiso, videlicet, Sedes ipsius Trinitatis, & Deitatis. Sedes filij respectu humanitatis. Sedes beatissimæ virginis Mariae. Et nouem aliq[ue] sedes, nouē ordinum. Ioannes vero vidit sedes multas positas in Cœlo, ut habetur Apoc. 4. de quibus statim dicam.

**C**onsideratio ergo prima erit. Quod cum Deo sedes per sanctos Prophetas attribuuntur, ut Esaie 66. Cœlum nihil sedes est. Et Dani. 7. Aspicerbam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet: quod Deus noster sedet super thronum; & agno. Vnde habetur Apoc. 7. vbi dicit Ioannes, quod vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, states ante thronū in conspectu agni, amicti stolis albis, & palme in manibus eorum. Et clamabant vox magna: dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronū, & agno: Et omnes Angeli stabat in circuitu throni, & seniorū, & quatuor animalium; &c. Et ecclerū in conspectu throni in facies suas: & adorauerunt Deum, dicentes: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amé. Et habetur Esaie 6. Vidi Dominū sedentem super solium excelsum; & elevatum, & plena erat dominus à maiestate eius, & ex qua sub ipso erant, replebat templum: Seraphim stabat super illud, sex ale vni, & sex ale alteri, duabus velabant faciem eius, &c. Et volabat alter ad alterū, & dicebant: Sicut et tu es Dominus, ex exercitu: plena est omnis terra gloria eius. Et procedebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula, & emittebant coronas suas ante thronū, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia,

& propter voluntatem erant, & creata sunt: ut etiam habetur Apoc. 4. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens, & in circuitu sedis sedilia 24. Et i-ris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Quæ autem sunt hiis nodi sedilia 24. Et etsa, quia dicitur, & super thronos 24. seniores sedentes, circuam-eti stolis alb's, & in capitibus eorum coronas aureas, qui sunt illi 24 seniores, sedentes super throno. Et sic an sunt adhuc sedes existentes super thronum illius: vide in locis praedictis per Doctores, ad quos te remitto, cum sit materia eorum. Et sicut mihi genera-lia attingere, ad propositum materiæ meæ. In specie tamē, de explanatione harum sedium ponit concius & contemporaneus noster Ioannes de Monthelon. in seu promptuario iuris, in verb. vidi in secundo articulo: Quæ enī non faciant sedes distinctas ab his, quæ in-fra dicentur, non aliter insisto:

Sed etiam aduertendum est, quod Theologi multis nominibus nuncupatum Deum laudant, cum ipsi omnia autorem, multis prædicant nominibus, ex omnium creaturatum consideratione sumptis. Ut Boni, Luc. 18. Nemo bonus nisi Deus. Ut Pulchrum, Cant. 1. Ecce tu pulcher es dilecte, & decorus. Sicut sapientem, Job. 9. Sapientia corde est, & fortis robore. Sicut diligibilem, Cantic. 5. Guttur eius suauissimum; & totus desiderabilis. Ut magnitudine excedenter omnibus: Ipse enim Deus excelsior cœlo est. Et quid facies, profundior inferno. Job. 11. Et vnde cognoscet, longior terra mensura eius, & latior mari; vnde ipse Deus in spiritibus, & cordibus vestris est, secundum Prophetas, Sapient. 7. Et per nationes in animas sanctas se trans-fert, & in corporibus. t. ad Cor. 6. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est. Et paulo post: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. In cœlo Psal. 10. Dominus in tem-plo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius. In terra Ierem. 12. Numquid non cœlum, & terram ego impleo; dicit Dominus? & simul in eodem, hoc est in eadem natura, & secundum idem aut eundem esse. In mundo, Job. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Circa mundum, Sap. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientia habet vocis. Supra mundum, Psal. 66. Cœlum nihil sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Supercelestem, Psal. 112. Excessus super omnes gentes Domi-nus, & super cœlos gloria eius. Supersubstantiale in M. Mark. 6. Panem nostrum supersubstantiale, da no-bis hodie. Solem, M. Iacob. 4. Vobis timencibus no-n

meum orietar sol iustitiae. *Stellam.* *Apo. 22.* Ego sum genus, & radix David, stella, splendida, & matutina, Igneum, *Des. 4* & Paul. *ad Heb. 12.* Deus noster ignis consumens est. Et id. o dicitur *Exod. 3.* Apparuit Dominus Moysi in flamma ignis, de medio rubi. Aquam, *Ioan. 7.* Qui cedit in me, sicut Scriptura dicit, flumina de ventre eius fluunt aquæ viue. *Spiritu roris.* *O. e. e. 14.* Ego quasi ros. Nubeum, *Osee 6.* Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Lapidem, *Psul. 117.* Lapidem quem reprobaverunt adicantes, hic factus est in caput anguli. Petram, *I. ad Cor. 10.* Petra autem erat Christus. Electrum, *Ez. 1.* Et splendor in circumlocutio, & de medio eius quasi species electri. Existente, *Iob. 14.* Num ne tu qui solus. Ut seculorum authorem. *Ecccl. 24.* Ego feci in celis, ut orjetur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Rursum eiusdem libri 18. Qui videt in eternum, creavit omnia simul. Lucem, *Ioan. 1.* Deus lux est. Ut indultem vitæ. *Ad. 17.* In ipso enim vivimus, mouemur, & sumus. Ut sapientiam, *Sap. 5.* Et tecum sapientia tua, qua nouit opera tua. Ut mentem, *Iob. 10.* Licet haec celas in corde tuo, tamen scio, quia vniuersorum memineris. Ut verbum, *Ps. 1. 32.* Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ut scientem, *ad Heb. 4.* Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, nec est illa creatura inutilis in conspectu eius. Ut thesauros omnes totius scientie in se eminentissime continentem, *Ad Coloss. 2.* In quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie absconditi. Ut virtutem, *ad Cor. 1.* Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Ut protectorem, Quoniam, ut ait *Psal. 17* in Deo meo transgrediar mutum. Deus meus, impolluta via eius, protector est omnium spectantium in se. Et Dei est adiuuare. *2. Paral. 25.* Ut potentem, *Psal. 23.* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Ut antiquum dierum, *D. m. 7.* Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Ut insenescibilem. Et habetur ample ver Diomissum, & Fabrum Stapulen. in *Commentariis* in d. loco, *cap. 10.* Et immutabilem, *Psal. 101.* Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et *Mstach.* Ego Deus & non mutor. Ut salutem, *Psal. 84.* Comece nos Deus salutaris noster. Ut iustitiae, ut iustificacionem, & redemptionem. *Ad Cor. 1. 1.* Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatione, & redemptio. Vnus enim Deus est, *Deuter. 6.* Audi Israel, Dominus Deus vester unus est. Et Paulus *ad Epcl. 5.* Ecce nihilominus trinus. Vnus ergo in substantia, trinus in personis. Ut dicit Aug. in *lib. de Trin.* transumptum, *c. fin. de conse. dylin. 3.* Vbi dicit Augustinus. Omnes quos potui legere, qui ante me scripserunt de Trinitate, qui Deus est Diuinorum librorum veterum, & nouorum Catholicorum tractatus, hoc intenderant docere secundum Scripturas. Quia pater & filius & Spiritus sanctus, unius eiusdem substantie inseparabiliter qualitate diuinam insinuant unitatem. Ideoque non sunt tres Dii, sed unus est Deus, quamvis Pater Filium genuerit. Et ideo filius non sit, qui pater est. Filiisque a Patre sit genitus, & ideo Pater non sit qui filius. Spiritusque sanctus, nec Pater, nec Filius, sed tantummodo Patis, & Filij, Spiritus, & Patri, & Filio ipse coequalis, & ad Trinitatis pertinens unitatem. Non tam eandem Trinitatem, natam de Maria Virgine, & sub Pontio Pilato crucifixam, & sepultam, tertia die resurrexisse, & in celum ascendisse, sed tantummodo filium. Nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbae super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini, sonitu facta de celo, quasi ferretur flatus vehementis, & linguis diuisis velut

ignis, sed tantummodo Spiritum sanctum. Nec eandem Trinitatem dixisse de celo: *Tu es filius mens dilectus.* sive cum baptizatus fuerit a Ioanne, sive in morte, quando cum illo erant tres discipuli. Aut quando sonuit vox de celo dicens, *Clarificans, et iterum clarificans.* sed tantummodo Patris ad Filium, vocem fuisse factam, quamvis pater, Filius & Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Haec sunt verba texti, in loco supra allegato, qui de hac Dei unitate in essentia, seu substantia, & Trinitate in personis ita loquitur. Loquitur etiam in cap. 5. in princ. extra de sum. *Trin. & Fid. Cath.* vbi dicitur: Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod unus solus verus Deus, æternus, impenitus, & incomparabilis, incomprehensibilis, & omnipotens, & ineffabilis, Pater & filius, & Spiritus S. Tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Pater à nullo, Filius à Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque, absque initio, semper, ac sine fine. Pater generans, filius nascens, & Spiritus sanctus procedens, Consubstantiales, & Coequales, & Omnipotentes, & Coæterni: unum vniuersorum principium, Creator omnium, visibilium & invisibilium, spiritualium, & corporalium. Haec sunt, quæ dicit textus in d. c. 1. *Supra alleg.* Et etiam tex. in l. 1. circa princ. C. de sum. *Trin. & fid. Cath.* de eadem unitate, & Trinitate loquens sic dicit. Secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicam, doctrinam Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unam Deitatem sub pari maiestate, & sub pia Trinitate credamus. Sed est textus multum not. in c. damnatio. ver. nos autem de sum. *Trin. & Fid. Cath.* vbi dicitur: Sacro approbante Concilio, credimus, & confitemur cum Petro, quod una quædam summa res est, incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac similia in quilibet etiam deum. Et ideo in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas, quia quilibet illarum trinitatis personarum, est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina, que solum est vniuersorum principium, præter quod, aliud inueniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita, nec procedens: sed Pater qui generans, & Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licet igitur, aliud sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus: nō tam aliud, sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus. Idem omnino, ut secundum orthodoxam, & Catholicam fidem, consubstantiales esse credantur. Pater enim ab ætero Filium generando, suam substantiam ei dedit. Intra quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi maius est omnibus. Ac dici non potest, quod partem substantie meam dederit, & partem ipse ubi retinuerit. Cum substantia patris indivisibilis sit, ut pote simplex omnino, sed nec decipi, quod Pater in Filium transstulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam, alioquin desisteret esse substantia. Pater ergo, quod sine villa diminutione, Filius nascendo, substantiam Patris accepit. Et ita Pater, & Filius, habent eandem substantiam. Et sic eadem res est Pater, & Filius, necnon & Spiritus sanctus, ab utroque procedens. ita textus, *Supra allegato.* Et in hoc, lequendo textus scientie nostre, non transcendendo metas, ne videat salecum in messem alienam ponere. Sed plenius me remitto ad Doctores Theologos, de quibus videri potest Dionysius, in loco hic ante allegatu, & post cum Faber, & Anton. Florent. in summa sua, *tr. 30. cap. 2.* vbi dicit, & ponit de Deo Trino, & Vno.

Dionysius etiam, & post cum Faber Stapulensis, in

*suis commentariis, super c. i. de diuinis nominibus, dicunt, quod diuinæ sapientiæ studiosi laudant Deum in formis humanis circumdando ei formas humanas, Quandoque ipsius oculos. Ad Heb. 4. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. Et dicit August. super Psal. 136. Deus totus oculus est; quia omnia videt. Totus manus est; quia operatur. Totus pes est; quia ubique est. Quandoque aures, Psal. 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meam. Quandoque caput, & crines, Cantic. 5. Caput eius aurum optimum, come eius sicut elatæ palmaru, nigra quasi cornu. Et Dm. 7. vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli eius capitum quasi lana munda. Vultus seu facies, Psal. 33. Vultus autem dominisuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum: Et Psal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniurias meas dele. Manus Psal. 128. Manus tuae Domine fecerunt me, & plasmaverunt me: da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Scapulas, siue humeros. Psal. 90. Scapulis suis obumbravit tibi, & sub penitus eius sperabis. Et Deuter. 32. Assumpsit eum atque portauit in humeris suis. Brachia, Euseb. 53. Quis credit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Etiam Psal. 97. Saluauit sibi dextram eius, & brachium sanctum eius. Posteriora, Exod. 34. in fin. Videbis posteriora mea, faciem autem meam vide non poteris. Pedes Deut. 33. Et qui appropinquant pedibus meis, accipient de doctrina eius, Etiam Euseb. 66. Terra autem scabellum pedum meorum. Attribuant etiam ei alas. Psal. 19. Sub umbra alatum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. Etiam Deut. 32. Sicut aquila procelans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas. Et etiam coronas illi applicant se a tribuunt, Euseb. 62. Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. & Euseb. 10. cap. &c. Dicunt etiam Theologi Deum esse omnia, quae sunt, secundum quandam eius ad omnia contenientiam, atque congruentiam, quod quecumque proprietates, particulariter, & contractæ sunt in rebus conditis, ex eadem supereminenter, & absolute sunt in Deo, ut omnium veritate primaria, & exemplari. Ipse enim est super omnia, neque omnium debet nuncupatione aut ambitu, comprehendendi, neque nominis, illius universaliter concludi. Omnis enim causa est, super omnia existens. Et omnium reuera est regnum, dominatio, & principatus: quod sapientissime & celestia omnia & terrena moderatur, regit & gubernat: & circa ipsam omnium causam sunt omnia, ita quod omnia in omnibus, ut ample declarat Dionysius, in lib. de diuinis nominibus. & Commentator in commentario primi cap. libri primi. vbi dicit, quod laudatur in decem & nouem nominibus, ultra supradictas, ut puta quod sit:*

- I. Sacrae totius illustrationis principium, omnia illuminans.
- II. Omnium causa, cuncta ad esse producens, & formans.
- III. Initium rerum omnium, à quo uniuersa sunt & habent exordium.
- IV. Substantia omnium, per quam cuncta in suo gradu subsistunt.
- V. Erigens & reuocans eos, qui vita spirituali exciderunt.
- VI. Reuocans, & reformatos eos, qui diuinam in se imaginem corrupserunt.
- VII. Confitmans eos, & consolidans, qui imputa vexatione agitantur.

- VIII. Stantes corroborans, ut in bono perseveranter permaneant.
- IX. Accedentes ad se, quasi porrecta manu subleuans, ac promouens.
- X. Etsi, qui spiritualiter illuminantur, fulgor intimus, & lucidus.
- XI. Illis qui perficiuntur, consummationis perfectionisque princeps.
- XII. Eorum, qui in Deum assumuntur, summa diuinitas & deiæ virtus.
- XIII. Eorum, qui simplices sunt vera & singularis simplicitas.
- XIV. Eorum, qui in virum transeunt summa virtus & vaiva virtus.
- XV. Principium totius universi, omnia superans, substantiale principium.
- XVI. Occulta sua distinctatis quantum licet participationem tradens.
- XVII. Viventium vita, omnibus pro suo gradu vitam clargiens.
- XVIII. Subsistentiam entitas cunctis substantiam communicans.
- XIX. Omnis vita ac substantiae causa primitiva ac principia.

Hæc omnia, & multa plura, ponit ille vir diuinus, incomparabilis, & omnium viventium & excellentissimus Magister Jacob. Faber Stapulensis, in Comment. tr. suis ad D. Dionysium de diuinis nominibus, in cap. vbi dicit ultra predicta diuinitatem esse laudandam, scilicet una, tria, causa, sapiens, & pulchra, summeque benigna, que ibi explanat, & declarat post Dionysium: cum dicta declarat ad demonstrandum, Quæ sit diuinitas, & deitas: & quomodo laudanda, honoranda, & glorificanda, maxime in nominibus, vbi etiam dicit, quod Theologi dicunt ipsa deitatem carere nomine. Cum Deum ipsum aiunt respondisse Iacobum eum interrogante de nomine, ut Genes. 32. Die mihi, quo appellaris nomine? Cur queris nomen meum, quod est mirabile? Et, Iud. 13. Et nesciebam mane, quod angelus Domini esset. Dixitque ad eum: Quod tibi est nomen, ut si seruus tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondet: Cui queris nomen meum, quod est mirabile, & est supra omne nomine? Hinc dicitur Exod. 6. 3. Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam eis? Dicit Dominus Moys. Ego sum, qui sum. Sic dices filii Israhel: Qui est? misit me ad vos. Et eod. cap. paulo ante: Ego sum Deus pater tui, Deus Abraham, Deus Israhel, & Deus Iacob. Et se dicit viam, vitam & veritatem, ut h. loebetur Ioh. n. 14. Et lucem, Ioh. 3. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae, & in cap. 12. Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et hæc comprobat dictus Faber post dicta Dionysij in loco hic ante allegato, vbi etiam comprobat, quod sic omnia in omnibus. Iuxta dictum Apostoli 1. ad Cor. 15. Cum autem subiecta fuerint illi omnia; tunc & ipsis filius subiectus erit illi, qui subiectis sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Et nemo novit filium, nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, nō potest. Et habetur ad Ephes. 4. cap. quod Deus pater est omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Et quomodo etiam à Philosophis describantur, posuit Aut. Flor. n. sua son. 1. 3. par. iii. 30 §. 1. August. etiam supet illud. Pater noster, dicit, quod Deus in se ipso est sicut A. & O. In mundo sicut rector & author. In angelis sicut sapor & decor. In Ecclesia, sicut paterfamilias in do-

mo. In anima, sicut sponsus in thalamo. In iustis, sicut adiutor & protector. In reprobis, sicut paup & horitor.

- 6 Et etiam omnipotens dicitur, *Genes. c. 17*. Dominus quasi vir pugnator omnipotens, nomen eius. Et dicitur omnipotens, eo; quia ipse omnium rerum est firmitas & vigor, qui omnia potest. Omnia potestate sua comprehendens ac continens, cuncta firmans, stabiliens & consolidans. Et hoc totum mundi opificium indiruptum atque indissolutum sua potentia conservans atque perficiens, ut omnium sedes, omnium capax, quæ continentur, omnia una cuncta excolente virtute conuinciens, omnia superatis, & omnibus, que prouidentia reguntur, mite imperans. It: ut dicit Faber in *diss. lxx. post Dionys. c. 10*. Onerosum nimium esset, velle adducere, quoties in sanctis eloquiis Deus omnipotens appellatur.

- 7 Et bonus appellatur, *Mare. 10*. Nemo bonus, nisi unus Deus, ut per pulchritudinem declarat ipse Dionys. *eo. lib. Et Anton. Flor. in sua summa vari. 1. iii. 13. c. 2. § 5. 6. § 7.* vbi ample de eius bonitate.

- 8 Sanctus etiam sanctorum, Rex regum, & regnantium in seculum, & in æternum, & ultra: dominus dominorum, & Deus deorum, dicitur, ut dicit idem Dionys. *in d. suo lib. de diuinis nominib. cap. 12*. Qui alaudare eum conuenit, infinitis nominibus praeditum. Itaque sanctitas quidem est, ut secundum nos loquamur, omni scelere libera perfectaque & penitus incoiquata munditia. Et habetur *Daniel. 9. cap.* Tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem, &c. Et vngatur sanctus sanctorum. Et in pluribus aliis locis sacræ Theolog. dicitur Sanctus sanctorum, sed longum esse colligere.

- 9 Rex regum dicitur porro, ut dicit Dionys. Regnum est omnis termini & ornatus legisque & iuris ordinisque distributio. Et habetur *Psal. 144*. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem: Et *Psal. 145*. Regnabit Dominus in secula, Deus tuus in generatione, & generationem, regnas in æternum, & ultra. Et *Exod. 15. c.* Sanctuarium tuum Domine, quod confirmaverunt manus tuæ: Dominus regnabit in æternum, & ultra. *Apocal. 19*. Et habet in vestimento, & in formote scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.

- 10 Et æternus dicitur, *Beruch. 4*. Exacerbasti enim, eum, qui fecit vos, Deum æternum. Et *Lac. 10*. Dominus Deus unus est ipse Deus viuens, & Rex sempiterinus, qui iure humano appellatur. *cap. 1. de summa Trinitate. & fide cath. in leg. lul. ff. ad leg. Iul. pect.*

- 11 Dominus dominium. Dominatio vero non modo inter deteriores eminētia, verum quoque honestorū ac bonorum perfecta possessio, utraque, & incomparabilis firmitas, unde à libera potestate dominandi scienda; & dominatio, & Dominus, & dominās, & dominus dominorum dicitur, ut comprobatur *Psal. 135*. Conferimini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. Et *Apoc. 19*. ut ante dictū est.

- 12 Deus deorum; Quia proprieatatem cunēta, prouidentia bonitateque mirabili, & circum omnia currat, cunctaque contineat, & se omnia repleat, atque uniuersa transcendat, quæ prouidentia illius vntuntur. Hęc Dionys.

Et quod Deus deorum dicatur, habetur *Psal. 49*. Deus deorum locutus est, & vocavit terram. Et *Psal. 135*. Conferimini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Et habetur *Deuter. 10*. Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium.

Et etiam magnus Dominus dicitur, & laudabilis nimis, *Psal. 47*. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum. *Psal. 71. & Esa. 54*. Dominabitur cui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel. Deus omnis terrae vocabitur, & dicit Albert. de Rosa. in suo *Dictionary*, in verb. Deus, allegando Dionysium. Quia Deus variis nominibus noncupatur.

Quandoque enim dicitur Hely, id est, fortis. Quan-14 doque Eloy, id est, Dominus noster. Quandoque Alon, id est, excelsus. Quandoque Sabaoth, id est, robustus, & ad omnia sufficiens. Quandoque Emanuel, id est, nobilissimum Deus. Quandoque Tetragrammaton, id est, Dominus. Quandoque Theos, à theo, quod est videre, vel currere; quia omnia videt, & percurrit, & hoc ultimum ponit Arch. in c. extant. in princip. 11. 9. 3.

Quandoque etiam Deus absconditus, & Saluator, *Esa. 45*. Et incomprehensibilis, *cap. 1. de summa Trinitate. & fide cath. Iustus index*, fortis, & patiens. *Psal. 7*. De patientia, cuius est bonus text. in *cap. horum. § econtra. 2. 7. 4*. Et de illius benignitate vidēda est singularis & admirabilis, *psal. 8*. Dionysij ad Demophilum monachum. & ibi Faber Stapuleti, vir incomparabilis, qui multum singulariter declarat benignitatem esse commendandam; Et ibi eam multum commendat ipsi Dionysius & Faber in commentariis suis.

Licet enim Deus diffiniti non possit, teste Cassiodoro, tamen Ioannes Ludovicus Vivaldus in suo *opere regali*, in *tractat. de cognitione electorum. in tertio notat.* ponit 14. aut 15. definitiones Dei, & postmodum dicit, quod excellētia deitatis tribus nominibus nominatur, & ut dicit omnem sensum, & omnem naturam superreditur, secundum Augustin. ibi allegatum. Et vide etiam *Luc. de Pen. in l. 1. C. de veteratis. l. 12. vbi* ponit, quid sit Deus, & de eius nominis interpretatione.

Quia Deus laudans sit, & laudatur in multis, habetur *Psal. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. & in pluribus aliis locis*, & dicam infra in vlt. o rite in l. consider.

Quomodo autem sit laudans, videantur Dionysius & Faber in libro de mystica Theologia. Que cum sint nimis alta, relinquo Theologis.

Quomodo glorificandus & honorandus, *Psal. 28*. Adeste Domino gloriam & honorum, afferite gloriam nominis eius.

Quomodo magnificandus, dicitur *Deut. 32*. Date magnificētiam Deo vestro. Et, *Paral. 14*. Tua est Domine magnificētia, & tua est gloria. & *Psal. 68*. Laudabo nōmē Dei cum canticō, & magnificabo eum in laude.

Quomodo benedicendus. Vide *Tob. c. 4*. vbi habetur: *Omnis tempore benedic Deum*.

Quomodo etiam honorandus, facit text. & quę ibi not. in *clem. si dominum in sanctis. De relig. & veneratio. sanctorum*, dicam infra in vlt. part. Solus enim adorandus est, & soli sibi. Sacrificium est faciendum, dicit Inn. in c. 2. de le. 2. de celebrat. Abiss. & *Luc. de Pen. in l. 1. C. de veteratis. l. 12*.

Quomodo autem Deus sit adorandus, videatur *Psal. 16. 71*. Et adorabunt eum omnes reges, omnes getes seruient ei. Et est adorandus Deus adoratione latrī, quę eidem tamē debetur. Et sibi sacrificium sit, quod pertinet ad latrī quod est sacrificium verum secundum August. de celi. *De. lib. 10. capit. 6*. Et est omne opus, quod agimus, ut sancta societate inhæreamus Deo. Et ut dicit Ant. Florent. in sua summa. 3. par. cap. 9. 3. Quia sic est triplex hominis bonum, ita triplex sacrificium: ut ibi per eum, & statim dicam. Et huius-

# CATALOGI GLORIÆ MVNDI.

125

huiusmodi latria Græce dicitur seruitus, Latine, ut dicit Ioa. de Turrecremata, in c. ius autem. in II. co. 1. dicit. quæ latria sic describitur. Latria est cultus Dei debitus, vel exhibitus: est voluntas impendendi Deo cultum diuinum & debitum, & nulli alii debetur, ut dicit de Turrecremata in c. nos autem, de consecrat. dist. 2. & in c. venerabilis. de consecr. distin. 3. Et hanc adorationem latriæ commendat nobis scriptura sacra. Vnde Psal. 94. Venite adoremus & procedamus ante Deum. & Psal. 95. Adorate Dominum in atrio sancto eius. Item Adorate eum omnes angeli eius. Et in infinitis locis, & ut supra dictum est, Ps. 71. & Marc. 4. Dominum Deum tuum adorabis. Similiter de Christo dicitur, Luca. 22. Quod positis genibus adorabat, dicens: Pater, &c. Et dixi supra in principio, quando dicitur Apocal. 4. de vigintiquatuor seniorib. & aliis, qui adorabant viuentem in secula seculorum. Et Apocal. 5. Quatuor seniores cedebant in facies suas, & adorabant. Et, eiusdem: 7. c. Omnes angeli stabant in circuitu theoni, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen, benedictio, & claritas. &c. Et legitur de beato Bartholomeo, cuius nomen porro, quod centies flexis genibus in die orabat Deum, & centies per noctem. Et de beato Iacobbo minore legitur quod ratiunculaebat super genua sua, orans, quod genua habebat ut calcaneum, si nilem duritatem habens in eis duritiei camelorum.

17 Et haec gloria adoratio est, quam sibi Deus specialiter retinet. Et de hac dicitur Exod. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et Ecclesi. 49. 25. Bono animo redde Deo, gloriam, & non minus prouerbas magnum tuarum. Et haec gloria significata per thymiam, de quo Exod. 10. si. Sanctum sanctorum nobis est thymia: talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum Domino est. Homo qui cunque fecerit similem aut si nile, ut odore illius pertinatur, peribit de populis suis. Obiequum est multum placens Deo. Et Iust. 35. Quod adorat Deum in oblatione suscipietur, & deprecatio illius utique ad nubes appropinquabit.

18 Et aduertendum est, quod licet haec adoratio latriæ soli Deo sit exhibenda, tamen exhibetur illi homini, qui est filius Dei sed non in quantum est homo, sed in quantum est Deus. In c. consecr. dist. 2. c. accesserunt. & notatur in c. venerabilis. de consecr. dist. 3. ex quibus paret, quod cultus Deo debetur.

Qui quidem est triplex: quidam cordis, alias oris, tertius operis. Cultum cordis vocat specialiter gloss. super illud Exod. 15. Non adorabis ea, neque coles.

Aliud est, inquit, colere, aliad adorare, potest enim iniurias adorare: vel adulando regibus idoliolatriis, vel tormentis vietas, cum sciat, quia idolum nihil est. Colere vero est toto his affectus & est idem minime parum. Et iste cultus cordis, qui dicitur interior, requirit tria, secundum Isidorum, lib. 8. etym. lib. 10. scilicet fidem, spem & charitatem. Quoniam etiam, ut dicit Augustinus, in Enchiridio: Fide, spe & charitate, Deum colimus. Et dicit Augustinus, quod iste cultus consistit in cognitione Dei, & delectatione, & debita subiectione. Et super illud 1. ad Corin. 12. Alij per spiritum datat sermo sapientiae, alijs sermo scientiae. Dicit gloss. in illo verbo loquens Iob secundam unam literam 28 Ecce pietas cum sapientia vbi litera nostra habet: Timor Domini ipsa est sapientia, inquit. Et habetur Psal. 110. Initium sapientiae timor Domini. De his etiam esset nimis prolixum tangere, sed videatur Augustinus in dictis locis.

Secundus cultus oris est quedam vocalis professio maiestatis diuinæ, quam fideles faciunt frequenter

orando, laudando Deum, benedicendo, gratias agendo.

Sed tertius cultus, qui dicitur operis, est, cum aliquis opere recognoscit, dicens: Tu solus Dominus. Et Dominum istum, quantum ad personas nostras, recognoscimus genuflexione, & prostratione. Esaiæ 45. Milihi curuabitur omne genu. Et Mosh. 6. Caturabo genu Deo excuso.

Et tale sacrificium, quod fit opere, soli Deo debetur, ut dicitur August. lib. 10. de ciuitate Dei. c. 19. & dicit text. in c. sacrificium. de consecr. distin. 2. Quia sacrificium est sacrum signum sacrificij invisibilis.

Sex autem sunt species sacrificij spiritualis: Primum sacrificium dicitur cordis contriti. Vnde Psal. 50. Quoniam si volueris sacrificium, dedissem: utique holocaustis non deleberis. Sacrificium Deo spiritus contritus ilatus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Et Aug. vbi sapta. Non vult sacrificium Dei as crudelati pectoris, sed cordis contriti.

Secunda in est sacrificium cordis igne diuini amoris inluminari, de quo Aug. Deo suauissimum odotem adolescentias, eam in eius conspectu, pio, sanctoque amore preces fundimus.

Tertium est sacrificium corporis propter Deum mortificati. id R. 12. Ofero vos per misericordiam Domini, ut exhibeatis corpora vestra.

Quartum est sacrificium corporis pro Deo, proprio sanguine cruentari. vnde Ag. Deo cruentas vietrices damus quando utique ad sanguinem pro eius veritate damus.

Quintum est sacrificium laudis, Psal. 49. Immola Deo sacrificium laudis. Ceterum, in prim. de celebr. Mytarum.

Sextum sacrificium in est misericordia, quo proximo subuenimus. ad H. br. vth. beneficentia & communione nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus.

Sacrificium septimum est iustitia, id est, cuiuscunquam bonis operis Psal. 4. Sacrificate sacrificium iustitiae.

Octavum sacrificium est voluntatis, de quo Luke 2. c. Et in terra pax hominibus Gregor. Ante Dei oculos nunquam est inactis vacua munera, sic area cordis plena est bona voluntate. Nil quippe offertur Deo dignius voluntate bona. Et Aug. vbi sap. dicit: Sacrificium divina est, & opus misericordiae propter Deum, ipsa vero misericordia, qua homini sit si non propter Deum, non est sacrificium. Etiam ad cultum operis per tinet thurificatio, quæ ostendit affectum nostrum integre dirigendum esse in Deum.

Secunda consideratio. Iesus Christus filius Dei selectus ad dextram patris. Et istud potest referri ad humanam vel diuinam naturam. Si ad humanam, tunc dicendum est secundum Aug. lib. de symb. 10. quod est intelligendum, ut Deus pater humanitatem Christi ad dextram suam collocauerit: quoniam Deus membra nostra habet, ut possit dici eum habere dextram vel sinistram, sed est termino metaphoricus. Quia sicut in dignitatibus humanis nullus apud Regem vel aliquem dominum dicitur praestantior & honoratior, quam qui ad dextram regis sedet: prout dixi infra 115. partes. in 5. c. s. 1. incip. alij m. iii. Sic etiam Deo esse greater & sublimior dicitur, qui est ad dextram virtutis Dei patris. Id est, illa humanitas est sic apud Deum exaltata, quantum esse possibile aliquam creaturam exaltari, ita quod nunquam alia sic exaltabitur. Quoniam, ut ait Psalmista, Psal. 8. Deus pater gloria & honore coronauit Deum filium suum, & consti-

tuit eum super opera manuum suarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum lapidaretur, *Aetor.* 7. Ecce, video celos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Et etiam ipse Christus dicebat *Matt.* 26. A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.

**2** Sed si dextra referatur ad diuinam naturam, tunc per dextram intelligitur æqualitas patris & filij. Ne quis enim crederet Dei filium, propter assumptam humanitatem, esse minorem patre secundum diuinitatem. Ideo filius dicitur sedere ad dextram patris, id est, ad æqualitatem patris. Ideo dicit Paul. *ad Gloss.* 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextra Dei ledens. Et *ad Heb.* 1. dicit: Qui, cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portans omnia verbo virtutis lux, sedet ad dextram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: *Filius meus es tu,* &c. Et ibi; *Et adorent eum omnes angeli Dei.*

**3** Vel aliter, & quasi in idem, sedere à dextris Dei secundum diuinitatem, est esse æqualem Deo, vt dictum est, sed sedere secundum humanitatem, est frui potioribus bonis Dei præ cæteris creaturis, id est, in maiori beatitudine. Et cum hoc, vt dictum est, habens iudicatiæ potestatem iudicandi viuos & mortuos. Ideo dicitur in symbolo. *Inde venturus est indicare viuos & mortuos.* Quoniam iudicantis sedes sublimior cæteris esse debet. *c. episcop.* 95. *dist.* dixi intra in 7. parte, in 24. *cor. s. incep. generalis est,* &c.

**4** Et de dignitate & excellentia Christi ponit Paul. in *Epistola vlt. supr. 1 alleg. ad Hebr.* In ipsa autem ostendit Paulus dignitatem Christi; quia Deus est & homo. Diuinitatem dum ait, nouissime locutus est nobis in filio, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portans omnia, id est, sustentans verbo virtutis lux, &c.

Excellentiam humanitatis eius demonstrat, dicens, quem feci heredem vniuersorum, id est, dominum, purgationem peccatorum faciens, scilicet humani generis per passionem suam, sedet ad dextram maiestatis in excelsis; scilicet resurgens & ascendens, ad maiorem gradum gloriae, *vt prædi.* *c. supr. 1 alleg.* ample declarat *Aet. in sa. Chronicæ. hb. 1. 11. 6. c. 5. §. 3.* Et Christus nemini fuit subiectus *21. q. 3. in prin.* vt ait gl. in *ver. omnis anima. in c. magnum. 11. q. 1.* sed habetur *Lue. 2.* Et erat subditus illis. De huiusmodi gloria filii Dei & unigeniti videatur Carol. Bouill. *super Euangelium Ioannis in verb.* Et vidimus gloriam eius: Ipse enim constitutus est ad dextram patris in cœlestibus super omnem principatum & potestatem, virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominat non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, &c. vt habetur per Paulum *ad Ephesi.*

**5** Aduertendum tamen est ad illud, quod dictum est hic ante. Cum apud omnes nationes visitatissima sit consuetudo, vt qui sedet siue incedit ad dexteram alii cuius, obtinet locum priorem. Quærerit Anton. Nebrisens. in sua. 53. *quæstione,* seu *annotatione* 38. quid ibi vult, quod in *Psal.* 109. legitur: Dicit Dominus Dominino meo, sedet à dextris meis. Nam cum Psalmus ille in sensu literali de Christo intelligatur: sintque verba patris ad filium, quid incongruentius dici potest, aut quid magis indecorum, quam quod filius priorem occupet locum? Neque solum ibi, sed mille aliis in locis scriptura sacra testatur, Christum ad dextram patris sedere. Qui, tametsi natura patri est æqualis, qua tamen filius & qua homo est, cedere debuit patri pri-

mam sedem. Sed, vt dicit, iste locus à Theologis expōni solet à dextris, id est, in bonis potioribus. sed eodem teste, certe expositio nimis violenta, atque male cohærens. Quod si ad dextram sedere honorificentius est, cur in eodem Psalmo subiungitur: Dominus à dextris tuis? quid sibi vult hæc dextrarum permutatio, quod & August. subdubitauit?

Legimus præterea 3. *Req. c. 2.* Berabec, cum venisset, ad Salomonem filium nuper regno potitus, quod sedet Rex super thronum suum, & quod positus est thronus matris Regis, & sedet ad dextram filii. illud quoque ex *Psal.* 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Neque enim tantum tenerentia filius debet matri, aut sponsa sponsus, vt si ad publicum magistratum peruenierint, matris aut sponsæ in aliorum maxime conspectu, priores sedendi partes concedant. Iure igitur factum est, quod Quint. Fabi. Maxi. consul, cura pater procul equo veliens illi obuiam processisset, imperauit lictori, iubet patrem ex equo descendere, qui iussu paruit, filiumque collaudauit, quod dignitatem imperij retinuisse. Et ideo, vt dicit idem Nebrisens, cum hanc ordinis sedendi indignitatem secum sepius reputaret, subiit sibi quædam suspicio alium fuisse apud antiquos sedendi ordinem, quam qui sit nostris temporibus: vt videlicet, qui sedet ad sinistram esset potior eo, qui sedet ad dextram, id quod postea fuit multis argumentis sibi exploratum, quod sic comprobatur. Principio, quod illi, qui potentiores affectabantur, siue armati, siue inermes, tum satellites, tum stipatores: tum laterones siue latrones fuisse dictos, eodemque apud authores dici aut tegere latus, aut claudere latus, aut cingere latus. Horat. in 2. *sermonem:*

*Vt ne regam spurco Dam alatu.*

Iuuinalis:

*Divitis hic serui claudit latus ingenuorum.*

Ouid. 4. *de Ponte:*

*Dumque latus sancti cingit ubi turba senatus.*

Latus quoque intactum siue nudum dicebatur illius, quem nemo comitaretur. Ambros. in *sermone de obitu fratris sui.* Quod si quando sine altero prodeundum fuit, intactum latus putares. Seneca lib. 3. *epistola-* rum: Nudum erat latus incomitata lætitia. Is præterea, qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior. Cui vero præstaretur, comitatus ire interior.

Horat. *vbi supra:*

*ne tamen illi*

*Tu comes exterior si posules ire recuses.*

Et subdit verba quæ supra retulimus: *Vt ne regam spurco Dam alatu.* Hand ita tria me gessi.

Ouid. lib. 5. *Fastrorum:*

*Et medium iuuenum spissi*

*Ibat et interior si comes unus erat.*

de sene loquitur, cui debetur honos à iuuibus.

Et vt idem Nebrisens dicit, atqui restat probandum, quod exterior is dicitur, qui sit ad dextram alicuius, & interior qui ad sinistram. Seruus Grammaticus enarrans illud Virgil. ex 5. *Aeneid.* *Radius iter lenum interiore.* exponit pro sinistro. Citatque Cicerone, dicente: *in quem omnia intus;* & Salustium in 2. *historia.* Introrsus prima Asia Bithinia est, vbi Cice. *intus,* & Salust. *introrsus* pro sinistro, seu sinistro acceperunt. Horat. quoque in 2. *sermonum,* ait: *Interiore ditem gyro trahit ire necesse est.* vbi *interiore* pro sinistro ponitur. Quod meridies mundi pars sinistra est, quemadmodum dextra. Lucan. in 3. *Ph. 17.*

*Ignorum vobis Arabes venisti in orbem,*

*Vibras mirati memores non ire sinistas, id est, meridion-*

tionales; etiam in æstate. Ouid. quoque in 2. Metamorph.

*Ne se dexterior tortum declinet ad anguem.*

Inter duos oratos in morem fluminis labi. Et aram ad meridiem suam esse, nullus poëtarum, sed neque Astrologorum ignorat. Colligit ergo Nebris. ex his quæ dicta sunt, eum qui sit alterius comes, claudere, & cingere, aut tegere latus, atque eidem ire exteriorem, hoc est, ad dextram illius: cuius vero latus clauditur, cingitur, tegitur, ire interiorem, hoc est, ad sinistram, qui locus erat dignitate præstantior.

Et præterea non contempnenda quædam ratio sumpta ex eo, quod legimus Paulum Apostolum datum comitem ad dextram Petri, quod ab illorum imaginibus disponendis pictores obseruant, & in diplomatis pontificum sigillo munitis animaduertimus, ut Paulus semper sit Petro dexteride quo infra dicam. Numquid tamen tanquam in priori loco, absit ut Apostolorum principi alter quiuis præferatur. Nam quid ab ali vult gladius ille, quem Paulus habet strictum, nisi quod est Petri comes, stipator, atque satelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas, in illud Apostoli ad Galat. i. Qui suscitauit eum à mortuis, cum non haberet quid diceret, ad commentum illud configuit, quia præsens, inquit, vita significatur per sinistram. Fuita vero per dextram, inquam, ista est cœlestis & spiritualis, illa vero temporalis. Ideo Petrus quia vocatus à Christo adhuc in carne mortali posito, ponitur illi bulla, in parte sinistra. Paulus vero quia vocatus a Christo iam glorificato, ponitur in dextra parte. Diximus ample infra ista part. in 3. Consideratione. Reliquum est, ut ad quest: onē Augustini de permutatione dextrarum respondeatur. Ille namque, ut est in rebus, quæ ad nostram religionem pertinent, nihil affirmantis Academiz imitator, ut videtur illa non penitus explicasse, sed ut dicit Nebris. ex his, quæ superioribus dicta sunt, respondendum est. Quod aut Pater sedet in throno maiestatis tuæ, & ita subet filii sibi à dextris, hoc est, in secundo loco sedere: aut pœstat se filio tanquam stipatorem, protectoremque, & tunc reponit filium in primo, hoc est, in tertiore loco, & sic dictum est: *Dominus à dextris tuus*, vide subdit: *Confregit in die ira sua Reges*, atque iterum in Psalm. 15. *Proindebam Dominum in conspectu meo semper, quantum à dextris est mihi, ne commoueas*. Faciunt quæ dicta in 1. parte, in 25. conclus. quæ incipit: *lacet uas allum*. & in 96. conclus. inci. *arma etiam*. 38. consider.

Tu dic ultra Nebris. concordando omnia prædicta quod aut est quæstio de tribus eiusdem dignitatibus, aut de quibus potest esse dubium: & tunc qui medium est, in digniori loco est, & qui à dextris eo dignior, qui à sinistris. ut patet in dictis conclus. Quando vero est quæstio de daobus tantum, quorum unus concomitant alterum, tunc qui est ad sinistram dicitur esse primus, & in priori loco, cum latus cingat, claudat, aut tegat, ut supra dictum est. Intellige, scilicet post illum cui cingitur, clauditur, aut tegitur latus, quoniam ex illo datur prior locus existenti ad latus & cingenti seu claudenti & tegenti, & ita credo esse intelligenda dicta Nebris. ex dictis etiam supra in prima parte. ubi ponitur qui dicantur habere priorem locum & dignorem.

Vel melius dic, quod sedere filium à dextris nihil aliud est, quam conregnare patri: sicut ille, qui consideret regi ad dextram, assidet ei in regnando & iudicando secundum August. & Thomam in ultima par. 9. 7. all. gatos per Io. de Terra rubra in tabl. suo, Vinea ecclesiæ. sive. tabl. art. 2. præmis. træt. in 4. concl. quæ ex-

positio mihi videtur verior & sanior.

**T**ertia cōsideratio erit de Spiritu sancto, cuius est una deitas, & essentia cum Patre & Filio. Ideo quod ratione deitatis pater non est maior filio, filius non est maior Spiritu sancto, sed sunt æquales. Et cu sint tres personæ: ratione personæ sedebit ad sinistram patris, eo quia filius sedet ad dextram. Non per hoc, quod Spiritus sanctus sit maior: quia, vt dixi, nulla est majoritas & minoritas inter Patrem & filium, & spiritum sanctum. Sed ut secundum sedes naturales, si escent tres æquales qui vellent sedere in uno loco, unus esset in medio, & alij duo ad latera, unus ad dextram, alter ad sinistram: Ideo etiam hoc modo dicemus in Trinitate, ubi sunt tres personæ æquales, quod sedebunt hoc modo. Et unaquæque persona in sua sede æqualiter operatur effectum Deitatis, non quod unus sit melior altero, sed æqualis: & procedit Spiritus sanctus à patre & filio, cap. 1. de sum. Trs. & fid. Cath. habetur in c. de spiritu. & in c. Saluator. de conse. distin. 5. & in c. si. de conse. distin. 3. Et dicitur in Symbole, Credo in unum Deum, quod in missa cantatur, ibi: *Qui ex Patre Filioque procedit*, & in Psal. *Quicunque vult*. Et propter multos effectus dicitur spiritus intelligentæ, Sanctus, Unicus, multiplex, subtilis, mobilis, discretus, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum actum, qui nullum vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, ut per Bernard. de Bust. in 2. par. Rosary, ser. 38. in litera X.

**Q**uarta consideratio. Sancta Dei genitrix Virgo semper Maria est supra Apollos, Angelos, & Archangulos, ut dicit gl. in l. unnes dies. n. ver. Apostolica. C. de feras. Et canit mater Ecclesia, quod exaltata est super choros Angelorum: quod probat Albertus. Omnes chori Angelorum sunt de aliqua Hierarchia: sed ipsa exaltata est super chores Angelorum: ergo ipsa est super omnem Hierarchiam. Et facit, prout dicitur, *quoniam beata virgo Maria plus distat à Seraphin dignitate, & gloria, quam Seraphin à Cherubin.* Sed per excellentiam dignitatis ordinatur Seraphin super Cherubin uno ordine: ergo beata virgo Maria erit super Seraphin uno ordine; ergo super Hierarchia Angelorum. Et etiam quia mater Dei, ideo thronus eius posci debet iuxta thronum Dei, ut habetur 3. Reg. 2. c. Positus est thronus matris eius iuxta thronum Regis. Et à dextris Dei sedere debet, iuxta Psal. 49. Astigit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Et quod sit super Hierarchias omnium angelorum, & super choros, satis probatur per Bart. Sibyllam in suo speculo questionum peregrinarum. in cap. 10. 2. decad. ver. secunda quæstionula est. Et amplissime comprobatur ex multis Ant. Flor. in sua summa, 4. parte tit. 15. §. 15. ubi ponendo duodecimum privilegium illius, dicit Mariam ultra omnes creaturas mundi esse honorandam & privilegiatam duodecim privilegiis. Et ibi cù B. August. De te o virgo Maria, quid dicam pauper ingenio: Cum quicquid dixeris, minor laus est, quam tua dignitas mereatur. Et quibus te laudibus efferam nescio. Si colum appelle, aliorum es, & que cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Si matrem gentium dicam, excedis. Si fortinam Dei appelle, digna existis. Si dominam Angelorum vocem, per omnia comprobaris: quia domina Angelorum es: ergo super omnes Angelos exaltata.

Petrus Comestor copilator historiæ scholastice hos frequentes versus in laudem Virginis eleganter compoluit: ut refert Ant. in 3. par. suarum histor. tit. 18. c. 8.

## TER TIA PARS

*Si fieri posset, quod arena, puluis & vnde,  
Vndarum guttae, rosa, gemmae, lilia flammæ,  
Æthera, cæliole, nix, grando, sexus uterque,  
Cum ventis penne volucrum, pecudum genus omne,  
Sylvarum rami, frondes, avium quoque penna,  
Gramina, ros, stelle, pisces, angues & ariste,  
Et lapides, montes, conuales, terra, dracones,  
Lingua cuncta forent, minime de promere possent,  
Quia sit vel quanta est virgo regina Maria,  
Quae tua sit pietas, nec litera nec dabit atas.*

Sic ergo tot & tales virti laudem sufficienter & cognam dicere, nec referre possint; quid ergo miserrimus paucissimi ingenij faciam? nihil aliud, nisi de his ad illos me remittam, maxime ad dictum ipsius Ant. in d. 4. parte, lib. 10. c. 43. in sermone de assumptione: ubi ponit, quomodo haber omnes proprietates omnium ordinum celestium Hierarchiarum, & illas omnes excedit. Et post dicta Anshelmi de laudibus Mariæ dicam in seq. O termina mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, angeli reintegrantur, inferna eneraantur, homines salvantur. O termina, plena & semper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia respersa, reluitat omnis creatura. O virgo benedicta, per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura, & non solum creatura a creatori, sed etiam creator a creatura laudatur. O Maria dulcissima semperque beatissima, si omnis peccator ad te conuersus, & a te si despectus, necesse est, ut pereat, si omnis peccator ad te conuersus & a te conspectus, impossibile est, ut pereat. Et idem Anshelmus de concepcione virginis, cap. 12. & 13. Nihil dominat est æquale, nihil comparabile. Omne enim quod est, aut supra te est, aut infra te est: quod supra te est, solum Deus est: quod infra te est, omne quod Deus non est. Ideo dicam cum Baptista Mantuano, lib. 1. Partibus: cœs., c. 2.

*Nulli adeo viuax animi, solertia, nulli  
Tam felix aderit florentis gloria lingue,  
Ut Maria posse laudes aquare loquendo.  
Quæ data sunt illi, nunquam mortalibus ullis  
Antea concessit, vel post concedet olympus.*

Et ideo etiam Dionys. videns  
Mariam, ait:

*O quam te memorem virgo, namque haud tibi vulneris*

*Mortalis, nec lex hominum sonat, & Dea certe.  
An Phœbi soror, an nympharum sanguinis una?  
Si felix, nostrisque leues quemcumq; laborem.*

Idcirco ego minimus aduocatorum & scribentium, te Mariam omnium Christianorum aduocatam salvando, supplex dico:

*Humana cum sis tutrix pia virgo cohortus,  
Quam sterili genuit nobilis Anna sum.  
Ad te nunc humilio nerto mente salutes,  
Opus prius excelsa Gabriel arte tulit.  
Te faulem concede precor, tu vota rogaris  
Suscipe, nec fusas despice virgo preces.  
Tu dextrum mundi fidis, tu tamen honoris,  
Per quam lessi stipitu umbra nitet.  
Tu decoris speculum, nostra spes sola salutis,  
Qua due flagranti pectori moror abesi.  
Tu regina poli, cunctig; medela rexus,  
Diceris & celsa tanua certa domus.  
Quæ fuerat vetito virgo castissima morsu,  
Clausa prius missu panditur illa ino.  
Non opus est tenui præconia ludere versu.  
Pro tanus nostras laudibus ecce preces.  
Fac queso portus veniant ad vela secundos,  
Noslyras nec immenso fluctuet amne ratis.  
Per dubios pelagi fluctus, per saxa, per hostes  
Currimus, inferno porrige diu manum.*

*Ad te conuersus stygia non ceca Charybdis,  
Antraque nec dura corrut hoste timet.  
Quid memorem nostro precepis illabere cordi,  
Fulgeat eloquio lingueq; nostra graui.  
Pelle procul mortis voluntaria tela sinistra,  
Nec mea sordestant criminis corda precor.  
Fac sanas habeam sanu cum corpore mentes.  
Nec careat salubri debile pectus ope.  
Si corpus Lachesis cum strauerit ense fruatur  
Pratinus aspectu spiritus ipse tuo.  
Protege quæ cecini, gressu sed ille citato  
Pergat in extremam Zoilus alter humum.  
Te duce non timuit vultus nunc Musa minaces  
Nostra, sed expulso leta paurore canit.*

Et cum Ecclesia Catholica deuote dicam.

*Tu spes certa misericordia,  
Vera mater orphenorum.  
Tu leuamen oppressorum,  
Medicamen infirmorum.  
Omnibus es omnia.  
Te rogamus voto pari,  
Laude digna singulari.  
Vi errantes in horis mari  
Nos in portu salutari  
Tua fiscat grata.  
Amen.*

**Q**uinta consideratio. Post supradictas personas ponuntur Angeli: quoniam ex quo dicit Sanctus Iohannes in prima parte Summa, quaest. 66. ar. 3. Angeli sunt in celo collocati, non solum ut eternaliiter contemplantes, sed etiam ut generaliter praesidentes, quia præsumunt omni corpore naturæ, ideo in supremo loco debent collocati, post Christum tamen, qui præest omnibus Principatibus, Potestatibus & Virtutibus, & Dominationibus, ut habetur per Paulum ad Ephes. 1. capit. Quorum collectio distincta est in triplicem Hierarchiam, & quilibet Hierarchia in tres ordines. Vnde Gregorius in Moralibus. Novem sunt ordines Angelorum, cum per sacra eloquia Angelii, Archangeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Cherubim, & Seraphim, aperta narratione memorantur. Et supernorum ciuium quando finit distinctiones, ostenditur de pœn. dif. 2. c. prie. §. novem.

In prima igitur & suprema Hierarchia ponuntur Seraphim ut supremi, deinde Cherubim, & Throni. In media ponuntur Dominationes, Principatus, & Potestates, & in tertia Virtutes, Archangeli, & Angelii, secundum Gregorium. Et in huiusmodi ordine relictæ mysteriū Trinitatis. Nam ex unitate Hierarchie innenit unitas diuinæ essentie. In tripartito ordine ostenditur Trinitas personarum: Et iple quidem Deus Trinitas, qui omnia operatur in singulis diuinis, prout vult. Amat in Seraphim ut charitas. Nouit in Cherubim ut veritas. Sedet in Thronis, ut æquitas. Dominatur in Dominationibus, ut maiestas. Regit in principatibus ut principium. Tuctur ut virtus, in virtutibus. Reuelat ut lux, in Archangelis. Assistit ut pietas in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas in Thronis refertur ad patrem, cognitione veritatis in Cherubim ad filium, ardor amoris in Seraphim ad Spiritum sanctum. In secunda Hierarchia maiestas Dominationis ad Patrem, restitutio principiandi ad Filium, salus in tuendo potestate ad Spiritum sanctum. Intertia operatio virtutum ad Patrem, reuelatio ad Filium, inspiratio intellectus ad Spiritum sanctum.

In quo-

In quolibet etiam angelo relucet vestigium trinitatis. Nam in quolibet est tria necessaria indistincte reperiri, secundum Dion. scilicet, essentia, virtus seu potentia, & operatio & tamen in uno sunt, & sic omnes Angeli benedicunt Dominum, trinitatem, & unitatem insinuantes, scilicet eorum conditionibus. ita dicit Ant. Flo. in sua summa. 3. pars. 11. 31. q. 6. §. 1.

Et ut dicit Thomas. i. part. per totum. & 2. distinet. qual. i. Hierarchia, est dominus ordo secundum scientiam, & actionem in assimilatione Dei, & ibi ample ponit, quod in quolibet Hierarchia sunt tres ordines, & in quolibet ordine sunt multi angeloi, & angeloi unius ordinis non sunt æquales: & ibi etiam ponit, quod homines assumuntur ad omnes ordines angelorum. Angelos tamen inferioris ordinis non assumuntur ad superiorum. Etiam dicit ibide, quod minimus ordo angelorum est superior supremo naturæ Hierarchie, quod quomodo intelligatur, vide ne sunt contraria ea, que dicuntur, in quantum dicitur, quod in quolibet ordine assumuntur homines, ut intra etiam dicturus sum.

Et ut dicit Raymundus Sebardi in suo Dialogo 4. cap. 42. omnino necesse est credere in maximo atque incomprehensibili numero angelos esse in multitudine enim ministrorum dignitas principis, & in paucitate plebis ignominia principis, immoque millia millia ministrantur ei, & decies millies centena millia assistunt ei. Itaque si in natura corpora sunt innumeræ species lapidum, herbarum, arborum, piscium, avium, quadrupedum, & innunera indiuncta hominum, erunt etiam infinitæ species angelorum. At ne putemus hanc multitudinem confusam esse, ideo oportet scire, quod inter angelos est ordo pulcherrimus, discretissimus, iucundissimus. Videamus enim, quod in rebus corporalibus est ordo mirabilis: sunt tamen quedam superiora, quedam inferiora, & quedam his media. Elementata, & omnia inanimata sunt infima, vegetativa media, constituta suprema. Super haec omnia est homo omnium sublimissimus. Habet tamen etiam humana natura multipliceum statum secundum superius & inferius. In hominibus enim sunt agricultæ, mercatores, burgenses, nobiles, milites, Barones, Comites, Dukes, Reges: & unus omnium Imperator. in statu ecclesiastico sunt rectores, diaconi, & archidiaconi, decani, praepositi, abbates, episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, & super omnes Papa apostolicus. Si igitur tam decorus est ordo in his rebus inferioribus: multo amplius in illis nobilissimis, altissimisque spiritibus erit ordo mirabilis, artificiosus, iucundus. Sunt enim inter eos tres Hierarchie, id est, tres facti principatus, & in quolibet Hierarchia sunt infimi, sunt medii, sunt supremi, & haec ordinatissima cuiuslibet Hierarchie multitudine ad unum tendit omnium supremum. In elementis, ut videmus, gnis est dignior, in genere pisces, Delphin, in avibus, Aquila, in bestiis, Leo, in hominibus Imperator; omnia tendunt ad unum caput. Ita quoque in angelis estimandum est.

**C**exta consideratio. Seraphin tanquam excellentes sunt in primo loco, ac supremo ordine angelorum. & in prima Hierarchia & superiori; cum tres sunt Hierarchie celestes, quas distinguit Dionysius in sua Hierarchia, lib. 9. in supremam, medianam & infimam: velic ante dictum est. Et dicitur Hierarchia à hieron, quod est sacrum, & archos princeps, quasi sacre principatus. Et, ut dictum est, sunt tres Hierarchie, in quarum qualibet sunt ordines, & sic in toto sunt novem ordines angelorum seu spirituum beatorum chorii. Et

in supra sunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media sunt Dominationes, Virtutes, & Potestates. In infra sunt Principatus, Archangeli & Angeli. Ede singulis videndo incipiemus à Seraphin tanquam superiori & excellenti, cum tales excellunt in hoc: quod est omnium supremum, p̄ Deo vniuersi. Quia nomen Seraphin non imponitur tam à charitate, sed à charitatis excessu; quoniam importat nomen ardoris, vel incendijs, ut inquit Dionysius, relative Barth. Anglic. in suo lib. de proprietatibus, lib. 2. Pulchritudo, inquit, prima cœlestium Hierarchiarum, excellentissimus cœlantis, sanctificat, Ordinem habens omnibus circa Deum immediate collocatum.

Et isti nouem ordines, qui sunt in ecclesia triumphantem, designantur per nouem lapides, de quibus in cap. principium de panu. dist. 1. Sic etiam in ecclesia militante sunt nouem ordines, de quibus in. c. 2. dist. 1. Et sic Ecclesia duplex est ordo, ut dicit Lucas de Peñ. 1. Ordinem. C. de cœfusib. q. non pargend. lib. 12. Et primus ordo ecclesiæ triumphantis est Seraphin.

Dionysius enim exponit nomen Seraphin secundū proprietates ipsius, in quo est excessus caloris, in ipso enim tria sunt, Primo, quod semper tendit sursum, & quod est continuus: per quod significatur, quod ille ordo indeclinabiliter moserit in Deum. Secundo eius virtus astuta est: quia calidus cum quadam acuitate, & est maxime penetrans in agendo, & pertingit usque ad minimam, cum quadam excedenti feruore. Et per hoc significantur actiones angelorum huius ordinis, quas in subditos potenter exercent, eos in similem feruorem excitando, & totaliter eos per incendium pargendo. Tertio, est in igne claritas, & hi angelii habent in se inextinguibilem lucem, etiam alios perfecte illuminando, unde Gregorius, Seraphin vocantur illa agmina, que ex singulati propinquitate conditoris sui incorruptibili ardente amore.

Et hi nobis mittuntur ad cordium nostrorum inflammationem, ut dicit Bernard. de Bustis in 2. cap. 1. Rofarij. ser. 10. 11. litera H. ut patet q. Reg. 2. e. In angelis, qui in caru igne, equis igneis apparuerunt Eliæ, quem translulerunt in celum tanquam unum de Seraphin. & Esa. 6. ubi dicitur: Apparuit & volavit ad me unus de Seraphin, qui denotos & contemplativos incendunt & inflammant in feruore & amore diuinorum: unde dicuntur habere sex alas; duas, quibus volant, duas, quibus se tegunt superius, & duas, quibus se tegunt inferius, vultum habentes ignem & rubrum, & in amore diuinorum inflammatum.

Si tamen isti de superiori ordine mittuntur ad nos, & quomodo, vide Ant. Flo. in summa. 3. part. 11. 31. cap. 6. §. 4.

Ad hunc ordinem transferuntur homines in hoc mundo rapti ad divina, omnia exponentes propter amorem diuinum cupientes omnes saluos fieri in dilectione proximorum, & de eorum salute tanquam de sua gaudentes. Quidam enim sunt in igne charitatis ita conuersi, & in solo Dei desiderio ita anhelantes, quod omnia huius mundi propter Deum ita contemnunt, qui ad hunc ordinem assument, teste Greg. Qui supernæ contemplationis amore accensi in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil in hoc mundo iam cupiunt, solo eternitatis amore passuntur, terrena quaque abiiciunt, cuncta temporalia mente condescendunt, non transcendunt, amant & ardant, atque in ipso suo ardore requiescent: amando, ardente, loquendo accendunt, & quocunque verba tangunt, ardore protinus in Dei amore faciunt, qui in

tra Seraphim numerant fortis suæ vocationis acceptantur.

Et isti sunt maiores & excellentiores omnibus aliis Dei prope diuina secreta cognoscentes, quibus ipsi inflammati aliis reuelare gaudent. Cum quibus stabunt omnes personæ charitate diuina inflamatæ super omnes alios; quia maior horum est charitas, i. ad Cor. 13. Quia, tunc lucerna ad ignem liquecitur, & cera fluit; sic taka sunt instantum in Dei amore ardentes, quod statim, quando de Deo cogitant, quam magna opera eius, quam magna virtus, misericordia, & miserationis eius, statim fluunt in lacrymis, considerando eius bonitatem, & quanta eis contulit, & pro eis fecerit, delectabiliter sustinent omnes labores qui in hoc ordine collocantur, & solemnitate coronantur, Deo propinquiores inter cives celestes.

6 Ad hunc enim ordinem aslumentur legis naturæ Propheta, leges Mosayæ, & Apostoli, seu Eremitæ, aut eis succedentes in lege gratiae, qui vitam propriam contempserunt ex nimia charitate, propter salutem propinquorum famam Pontifices, & supremi principes. Quoniam, ut dicit S. Tho. in lib. ad Regem Cypri, veri Reges & Principes supremum gradum tenent in beatitudine cœlesti. relatus per Io. Ludovicum Viu. in suo opere reguli in prol. tract. ius, de cognitione eleborum.

7 Sed ad declarationem sequentium notandum est, quod quando creauit Deus cœlum, statim angelis tenebrosi, quia simul creati sunt angelis, & cœlum angelis repletum, imo omnia creata sunt simul, ait gloss. i. verb. simul. de sum. art. q. fist. car. in princ. extra. Et ipsos angelos distinxit per tres hierarchias, & nouem choros sive ordines, secundum illud Ioh. 14. In domo patris mei multæ mansiones, & in e. novit. & e. in domo, de pœn. dñi. 4. Quoniam in qualibet ordine sunt sex mille, sexcentæ, & sexaginta sex mansiones. In qualibet mansione possunt esse tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciae, tot ciuitates, tot domus. Et in qualibet domo tot sedes seu loca, scilicet sex milles sexcentæ, & sexaginta sex. Et in qualibet sede, seu loco, de quo dicitur: Nomina vestra scripta sunt in cœlis, est anima. Et quando omnia illa loca replebuntur, tunc (ut opinantur nonnulli doctores devoti, sive calculationem pie ponentes & credentes) adueniet extremum iudicium. Et in quarum qualibet, constituit unum principem, & in primo isto ordine Seraphim, constituit Luciferum, & in qualibet alio posuit alium, tanquam capitaneum, ut infra dicetur. Qui quidem lucifer, suam pulchritudinem conspicens, inde superbiuit, dicens: Ponam thronum sicut in aquiloni, & ero similis altissimo. Et suum intentum inferioribus notum fecit, qui quanto plus ei consenserunt, magis peccauerunt: ita quod traxit secundum tertiam partem de qualibet ordine. Imo numerum nobis infinitum, seu infinitam multitudinem: contra quos debellavit Michael.

8 Et ab hoc ordine cecidit usque ad ultimum, & inferiori em inferni carcerem cum suis complicibus Lucifer princeps omnium predicatorum, secundum Magistrum sententiarum, lib. 2. qui eminentiam sive naturæ, & profunditatem sive sapientię perpendens, in suum creatorum superbiuit, & ut Deus esse voluit: non quidem per imitationem iustitiae, sed per aequalitatem personæ: & quanto Deo factori suo contradixit, & exteris erat altior & pulchrior; tanto factus est exterioris inferioris turpior & miserior, & descendit in profundum inferni, & secundum illud Luc. 10. Videbam Saranam tanquam fulgur de cœlo cadente:

Et istud rationabile fuit: cum in quo quis peccat, in eo torqueri debet. glo. fin. in cap. si quis: 94. dist. & maxime in illo, qui sedem sibi non conuenientem petit, & in supremo loco se ponere vult, qui sibi non debet, in eo punitur, quod ponitur in remotiori. vt habetur leg. i. C. vi. d. g. 1. ordo seruetur. lib. 12. facit text. in cap. præcipitu. 93. dist. & Bald. in consil. 237. in 1. volum. licet tex. in L. neminem. C. de offic. mag. off. utatur majori benignitate, vt supra dixi in 1. par.

Et ideo, ex quo ipse fuit occasio peccati aliorum, 9 ideo magis punitur, & in loco inferiori: cui loquitur Esa. 14. dicendo admirative: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebas! qui dixisti in corde tuo: In cœlum descendam, super astra cœli exaltabo solium meum, & similis ero altissimo: veruntamen ad inferna detrahenter in profundum lacus. Qui te videbunt, ad te inclinabuntur, teque prospicient, scilicet qui te viderunt per consensum peccati ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi consenserunt.

Ad quæ descendant superbi, inflati, nequissimi blasphematores Dei sui creatoris, & omnes in statu supremo in hoc mundo existentes, ut sunt Reges, Imperatores, Papa, & alii superiores principatus, si contingat eos ad inferna descendere, erit in dicto inferiori carcere cum Lucifero, & suis complicibus qui erant illius ordinis Seraphim. Et à Lucifero coram Deo accusabuntur, secundum quod scriptum est, Et ch. 22. de quo Bernard. de Bustis in 1. par. Rosar. sermone 10. in 1. part. in lura 1. De pluribus autem principibus dubitare possumus, de eorum salvatione; imo plus creditum & præsumendum est, de eorum damnatione, cu[m] male vixerint, & mala morte dies suos finierint, ne sint in hoc loco collocati: de aliquibus dicam inf. in sexto ordine chori angelorum, ubi ponam de luxuriosis: hic vero ponam de aliis, qui male vixerunt, & pessimam mortem vitam suam finierunt: ut de Nimroth, habetur, qui fuit oppressor, & tyranus, & morte infelici consummatus est.

Pharaon, rex Aegypti, ignorans Deum, idololatra & oppressor, decies contumax domino Deo, & seruo suo Moysi, in matre rubro submersus est cum exercitu suo, Ex. d. 14. Et Nabuchodonosor. 24. q. 4. De pluribus autem aliis infra dicā in 5. par. in princip. Sed quoniam hic ante dictū est, quod Lucifer descendit ad infimum locum inferni, ex quo videtur, quod in hoc sit ordo, aduentendum est, quod in inferno est ordo triplex secundum aliquid, & secundum aliquid, non est ordo in inferno. Est ergo ordo Primo, diuinæ iustitiae; quia sic dicit Paulus ad Rom. 13. que à Deo sunt ordinata. Sicut peccatores in suppliciis ordinantur, ut nūquam sit dedecus culpa sine deore iustitiae. Vnde ita pulchre & ordinate stat peccator in inferno, sicut in annulo gemma, & latro in farca, sicut serans in cloaca. Secundo, ordo est culpa: quia illi qui fuerunt similes in culpa, sociabuntur in pœna, unde super illud Matt. 13. Alligate ea in fasciculos ad comburendum. dicit Greg. fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui aeterno igni tradendi sunt pates variis associare: & quos similis culpa inquinat, pars etiam pœna costringat, iuxta text. in 1. si quenquam. in si. C. de episc. a. cler. ferratio, est ibi ordo pœnae: quia illi qui fuerunt similes in culpa, sociabuntur in pœna, unde super illud Matt. 13. Alligate ea in fasciculos ad comburendum. dicit Greg. fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui aeterno igni tradendi sunt pates variis associare: & quos similis culpa inquinat, pars etiam pœna costringat, iuxta text. in 1. si quenquam. in si. C. de episc. a. cler. ferratio, est ibi ordo pœnae: quia non omnes aequaliter punientur, ac iuxta mensuram peccati datur mensura supplicij. Deute. 33. Pro mensura peccati, erit piagatum modus, & in e. per. II. q. 3. & in e. frater. 17. q. 4. & pleno in e. si quis episcopi. 1. Et haec dixi, ut intelligant ea, quæ hic dicuntur de locis infernalibus & de illis, qui in illis collocantur. Sed tamen nullus est ordo in inferno, quo ad elementa, quo ad loca, de quo ad acti-

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

ad actiua, & passiuæ, vt declarat Ioannes de Sancto Geminiano in suis sermo. ab. funebris. distinfl. 4. sermone 7. in littera E.

**S**extima consideratio. Chorus Cherubin dicitur ostatus ascendendo, & plenitudo scientia interpretatur: quia à quodam excessu scientie imponitur, qui supereminenter diuina secreta seu mysteria cognoscunt: Et hoc, ait Greg. quantum ad quatuor.

Primo, quantum ad perfectam Dei visionem, qua cetera cognoscunt. At enim Gregor. quid est, quod non vident, qui videntem omnia vident?

Secundo, ad plenam diuini luminis susceptionem, quo mediante videt diuinam essentiam. Vnde Psalmi: In lumine tuo videbimus lumen, species enim glorie domini super Cherubim erat, Ezech. 10.

Tertio, quantum ad hoc. Quod in ipso Deo contemplantur pulchritudinem omnium rerum à Deo derivatam; quoniam ipse Deus est causa omnium rerum productorum. Vnde Gen. 2. Et videt Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Quarto, quantum ad hoc, quod ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione rerum, & primæ cause, quæ Deus est, ipsum copiose in alios effundunt. Vnde ait Greg. Cherubim plenitudo scientie dicitur: & sublimiora illa agmina Cherubim vocata sunt, quanto perfectioni plena sunt scientia, tanto elicitatem Dei vicinus contemplantur. Et hi nobis mittuntur ad scientiarum eruditionem, vt pater Apoc. 10. in angelico, qui habebat librum in manu. & Apoc. 8. In angelis à cuius claritate terra illuminata est, id est, homines sunt in doctrina eruditæ & Apoc. 21. dicit Ioan. Sustulit me angelus in spiritu, in montem magnum & altum, & ostedit mihi civitatem sanctam Hierusalem, & Act. 10. Quomodo angelus illuminauit in fide Corin. Centurionem. & Apoc. 1. habetur, quod Deus per angelum suum reuelauit Apocalypsin seruo suo Iohanni. Et haec habentur per Bern. de Bust. in serm. v. in 2. par. sui Rosary. in 2. par. illius ser. in littera H. Et illuminauit sanctos ecclesiæ doct. & tempore præterito illuminauerunt prædicatores, & apostolos, quibus dicebatur. Ante reges & præsides ducemini propter me, & eritis illi, & gentibus in testimonium: sed data est eis sapientia, ita, quod resisterent spiritui, qui loquebatur in eis. Et omnes isti assermentar ad illum ordinem. Et etiam doctores Iurium, qui ad iustitiam erudiant, tanquam se dantes contemplationi diuinarum scientiarum, vt est scientia iurium. Auth. habita. C. ne filius proprius. I. leyes sacræ i. sime. C. de legat. Quæ per ora principum diuinitus est promulgata. Eas scilicet scientias docendo, addiscendo, tam in consulendo, quam in prædicando: habentes claritatem intellectus, ceteros illuminantes, vt est scientia iuris civilis, per quas totus mundus illuminatur. d. Auth. habita. S. 1. De quibus etiam Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamentis, & qui ad iustitiam erudierint pluriimos, quasi stellæ in perpetuas aeternitates. Et Euang. verbum ait: Qui fecerit vnum de his mandatis, minimus vocabitur, qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno coelorum. Hi sunt, qui pro scientia acquirenda, omnia postposuerunt, totaliter inferius illuminati, ad expositionem sacrarum literarum vacauerunt: diuitijs renunciantes mundanis, & qui de diuitiis pauperes effecti sunt exiles, vitam soam multis periculis expontes, à vilissimis personis, etiam plures iniuriam patientes, soli Deo, cuius doctrinæ, & sapientie vacauerunt.

Ad hanc etiam ordinem assumuntur Cardinales, &

Patriarchæ, cum in ecclesia militante, faciant secundum ordinem, videlicet, prium post Pontificem: cum ordo Ecclesiæ militantis regulari debeat, secundum ordinem Ecclesiæ triumphantis. Et etiam quia tanquam proximiiores summo Pontifici in officio sacerdotali, eidem, tanquam fratres coadiutores existunt. cap. fundamen. de elect. in 6. Ideo tanquam digniores, & maiores, in Ecclesia militanti, sic etiam in Ecclesia triumphant. Et sic etiam: quia reges alios superiores recognoscentes, hoc est, non exilentes supremi in eorum regnis; cum tales non sint superillustres, sed tantum illustres, & equiparantur Cardinalibus & Patriarchis, vt dicit dominus meus Iason in 1. in 3. column. ff. se offr. eius cui mand. est in 1. Ideo etiam erunt in hoc ordine, si bene agant, & fuerint tales, qui fuerint scientia, & doctrina diuina illuminati, prius fuit Salomon, de quo Sap. 9. de quo tamen dubitator, an sit damnatus, an saluatus. De quo videatur Ioan. Ludou. Vi. de Monc. ie regali, in suo opere reg. & infra dicam.

Ab hoc ordine cedidit usque ad octauum locum carcenis inferni, quidam dæmon nomine Satan, seu Satanas, qui aduerarius interpretatur: qui penitus humano generi aduersatur, intens perducere ad ignorantiam peccati, vt perdat in damnationem, vt habetur Z. b. 9. Et Satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei: & eum eo tercia pars illius ordinis Cherubim. Et cum his damnabantur omnes hereticæ de quibus habetur in 1. quidam hereticus. 24. q. 3. Et qui sequuntur opiniones illorum & aliorum hereticorum: & alij literati, qui male sanctas scripturas interpretabuntur, diuersos introducentes errores, & omnes illis adhaerentes. Ac tempore nostro, dubitandum est, quod quidam Luther. Aleman. qui infinitos resuscitauit, & formauit errores & heres, non fuerit causa damnationis plurimorum. Qui tanquam Antechristi erint precones, & predicatoris malam doctrinam seminantes. Doctores etiam iuris, qui malas opiniones contra ius, & æquitatem dederint, & contra determinationem ecclesiæ consenserunt. Vnde dubitandum est de Dyne, qui ex quo contra Ecclesiam semel consuluit, fuit damnatus, vt eisdam crevise, viro sancto fuit relevatum, vt refert G. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verbis statim. inf. no. 6. de iust. extra.

Cum his etiam collabuntur Pricipes illustres damnati, vt sunt Reges non supremi, sed superiores recognoscentes, & existentes immediate post supremos a paritate loci eorum in mundo, & vt dictum est, in ordine cœlesti.

**O**ctauo consideratio. Tertius ordo angelorum, seu beatorum Spi. ituum, descendendo, & septimus ascendo, est ordo thronorum, qui à thronis ordo dicitur à domo iudicii, eo quod Deus in eis sedeat, & iudicia sua discernat, & cuncta subiecta per illos disponat: vt dicit Irido. & per convenientiam, dicitur ad sedes materiales, in quibus quatuor considerantur. Primo, Situs, quia series super terram eleuantur, & sic throni eleuantur usq; ad hoc, quod in Deo immediate rationes rerum cognoscunt: Secundo, Situs: quia in sedibus materialibus aliquis firmiter sedet, sed throni à contacto firmantur in Deo. Tertio, suscepitabilitas, quia sedes incipit sedentem, & in ea determini potest. sic throni suscipiunt Deum in leipsis, & eum quodammodo ad inferiores deserunt. Quarto, capacitas, quia sedes ex via parte est aperta ad iuxtiendum sedentem: sic throni per promptitudinem sunt aperti, ad suscipiendum Deum, & ad ilibi famelandum. Vnde ait Greg. Throni Dei sunt hi, quia tata Deitatis gratia repletus, vt in eis sedeat Dominus, & per eos audi-

ca sua discernat. Throni enim eis mitti dicuntur, & iudicij informat onem. habent enim informare Iudices, ut legem intelligant, ut dicitur *Acto.* 8. Acceptis legem in dispositione angelorum. Et ad *Gal.* 3. Lete ordinata soit per angelum in manu mediatoris. Et dicit Bart. *Ang. de propri. rerum lib. 2. ver. Tertius urde e.* quod illi angelis, in quibus singulariter reluet certitudo iudicij divini, Throni nuncupantur. Et ideo à beato Dion. sedes altæ, & altissimæ dicuntur. Altæ, quia propter diuinam auctoritatem, quasi ad iudicandum ordinantur. Altiores, quia secundum iustitiam regulam incitamus ad iudicandum. Altissimæ, quia immediatus altissimo Deo dispositione hierarchica collocantur. Sedes compactæ etiam dicuntur: quia apte, & convenienter iunctæ quo ad iuncturam, & convenientiam diuinorum iudiciorum. Conueniens enim est & aptum, & ex culpa pœnam quis patiatur, & ex iustitia gloriam, ex qualitate operis, qualitatem retributionis, quilibet fortatur. Vnde conuenit, & apte coheret pena culpa & gloria iustitiae, *i. caput alium. §. famos. & l. aut fact. i. §. fin. ff. 4e panis.* Nam si culpa & gloria, pœna & iustitia conuenirent, coaptatam sedem intricem non haberent: compactio itaque sedium, æquitas est iudiciorum.

Ad hunc enim ordinem assumuntur Archiepiscopi & Episcopi tanquam iudicantes duodecim tribus Israël, cum in partem sollicitudinis sint vocati, *c. cum ex eo. de auto.* & *v. u. palli. c. decreto. 2. g. 6.* Et omnes principes, qui obtinent secundam sedem post maiorem: sunt Duces. Comites & Marchiones, qui solum habent regem recognoscendum superiorem, cum sint tales intertio gradu, & etiam priui magistratus, vt sunt Cancellarij, qui praefecti Praetorio simpliciter dicuntur, & etiam Questores & omnes habentes primam cognitionem iudicandi, hoc est supremam. Quoniam tales æquiparantur, & sunt etiam illustres, ut latius declarat ample dom. mens *Ias. in l. 1. col. 4. de officiis cui mand. est iuri. dict. ff.* Et generaliter, Omnes pastores Ecclesiæ habentes oves sibi commissas, qui bene eorum Ecclesias rexerunt, in secundo gradu post primum erunt collocandi in ordine, argumento similitudinis iam supradictæ.

Ab hoc ordine usque ad septimum inferni carcere, cecidit quidam principalis capitaneus dæmon, qui dicitur Belial seu Berith, qui interpretatur, sine domino. Qui cum suis socijs tentat de ira, quia nescit peruertere iustum iudicium, quod quatuor modis corrumptur, timore, scilicet, præmio, odio, & amore. *c. quarti or. modis 1. g. 2.* Et etiam tentat iudices & Ecclesiasticos Prelatos, qui non curant de subditis; populum non erudiant, fidem catholicam ferire permitunt, suis pompis ex bonis ecclesiæ gloriabantur, & incedunt, infinita & innumerabilia possident beneficia, & lanam gratanter recipiunt, in bonis deducunt dies suos, & in puncto ad inferna descendunt cum simoniacis & schismaticeis, & talibus ceteris, quos ad veritatem Ecclesia per suam negligentiam non reducunt, & cum eis patienter omnes tales Principes & iudices superiores, de quibus hic ante dictum est, ad instar similitudinis iam facti.

**N**ona cōsideratio. Media hierarchia cōtinet tres ordines, scilicet dominacionum, potestatum, & principiatum. Et primus ordo istorum, qui dicitur quartus habendo respectum ad hierarchias, & sexus locus habendo respectum ad dict. sedes, dicitur dominationum chorus, ad quos pertinet distinire ea, quæ agenda sunt dicente, Greg. Quædam angelorum agmina, pro eo, quod eis cetera ad obediendum subiecta

sunt: Dominationes vocantur. Nomen enim dominationum tria significare dicit: primo enim significat quandam libertatem, quæ est à servi conditione, sicut plebs subiectur, & a tyrannica oppressione, quam etiam interdum maiores patientur. Secundo, significat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem, quæ ad nullum seruilem actum inclinatur, neque ad statum aliquem, seu actum subiectorum, vel oppressorum à tyrannis. Tertio, significat dominatio appetitus, & participationem veti dominij, quod est in Deo, sicut sunt domini curiae regalis. Et sicut dominationes imperant diuina mysteria alijs angelis. *Zachar. 2. vbi vñus angelus imperauit alteri dicendo: Curre, & laquere ad puerum istum.*

Et secundum Isidorum, horum angelorum ministerium est seruili timore deposito in Deum moueri, & absque reflexione, ad commodium temporale, & incessanter famulari, quæ singulari excellenti, inuisibilis annunciationem, in subiectis ordinibus imperio solo formant. Et ut dicit Gregor. *in bello spu. uan.* officium eorum est instruere, qualiter oporteat homines prælationis officium exercere. Suggestunt etiam prælatis, qualiter sine tyrannide, & subiectorum oppressione, debeant se habere. Et ut dicit Ber. de Bust. *in 2. parte. in Rosarij. ser. 1. 2. part. ltera H.* Operantur ad sensum, sub domino rationis subiugationem, vnde *Gn 16.* Angelus dicit Agar, ut ad dominam suam redieret, & se ei humiliaret. Et sunt angeli istius ordinis immunes ab omni impressione, ut libere ad summum eleuantur, & nulli infra summum subiectantur. Vnde ita Deo subsunt, quod nulli inferiori subiectantur, & per viuieralem excellentiam, supra omnem subiectiōnē eleuantur: ita tamen, quod per nullam violentiam, aut tyrannidem, ad oppressionem inferiorum inclinantur, vnde dicit Dionys. *in sua hierarchia,* quod secundum dissimilitudinem tyrannidis dominorum, ex recente severitatem: habent in potestate, & cum severitate, liberalitatem in benignitate: & dum à dominationibus potestas exerceatur, liberalitas circa inferiorum non tollitur. Per istam rationem liberalitatem, eorum potestas nullo modo minoratur, immo Deo se confirmantes, regulam & legē suæ præsidentia quantu possibile est, imitantur, ut ait Barto. Angelici *d. 1. 2. de propriet. rerum.*

Ad hunc ordinem, asseruntur alii inferiores Prælati ab Episcopo, qui nulli alij subiectantur, quam supremo Principi, ut sunt Abbates exempti ab omni iurisdictione: Qui licet non sint immediati ad summum Ponticem, in ordine tamen nulli alij superiori, quam supremo subiectantur. Et etiam à simili, inferiores Principes, ut sunt Comites. Qui licet non sint immediati post supremum Principem; tamen nulli alij Principi, puta Ducis aut Regi superiorum recognoscendi, praterquam supremo Principi, puta Imperatori aut Regi, non regnoscendi superiorum, subiectantur. Cum tales dominantur inferioribus eisdem iustitiam administrando, & eos ab impressionibus, violentijs, & tyrannide præservant. Et etiam hi, qui non permittunt in se vitia dominari, sed virtus dominantur: ita quod non permittunt turpia in se, sed omnia honesta regnare, in quibus sensualitas nullo modo rationi dominatur, sed econtra ratio ipsa dominatur sensualiti, quæ quidem ratio, refrænat in mortali corpore omnem appetitum inordinatum, quem reducit ad debitam regulam, penitentiam agentes, & corpus suum in servitatem redigentes. Et tales Principes supradicti, qui in omni iustitia & equitate vitam suam peregerunt, nemine in ledentes,

nihil alienum usurpantes, vnicuique quod suum erat, reddiderunt, plus affectati æquitati, iustitiae & Reipublicæ utilitatib; quam proprio profectu: qui subditos in omni zelo iustitiae nutrierunt, & defenderunt, non aliena rapientes: sed suis iuribus & reditibus neminem læserunt, zelo iustitiae seruientes.

Quibus etiam comparandi sunt omnes Praesides Parliamentorum, & supremarum Curiarum, qui licet non sint primi in ordine post Principem, nulli tamen alij subsunt in dominatione. Inferioribus dominantur, eis autoritate supremi Principis iustitiam administrando.

Ab hoc ordine, cecidit usque ad sextū inferni carcerem, quem inhabitat cum sociis suis quidam dæmon nomine Astaroth, seu Veemoth, & bestia interpretatur, & tentat de multis, ut habetur Iob 41. Vbi dicit, quod non est super terram potestas, quæ comparatur ei, qui factus est, nullum timet, & omne sublime videt. Et ipse est Rex super vniuersos filios superbit. Tentat etiam de accidia, & pigritia, & de malitia eius ponitur Iob 40. & 41. Et cum talibus damnantur tales, in tali statu, ut dictum est, existentes superbi, quorum est res, accidiosi, & pigri, qui pia pigritia permitunt in suo corpore humano diuersa vitia, qui ita sunt delicati, & impinguati, quod ex sua confuetudine ad vitia ipsius resistere & obuiare nesciunt, aut nolunt, sed ipsis longo tempore inuoluti, & dormientes sicut porcus in volutabro, iam & consuetudine ducti, eos pigret à peccato cessare.

Et etiam praedicti Prælati inferiores, qui suos inferiores non bene gerunt, sed per lasciuiam, pigritudinem & negligentiam, eos viuere contra eorum regulas sinunt, & permittunt eis in peccatis consuetis remanere.

Et praedicti Principes temporales, qui populu suum per suos Officiarios opprimentes, ad iustitiam zelum non habentes, pauperibus subditis non compatientes iustitiae non vacantes, exactiōibus indebitis & insolitis intendentes, lubricis actibus intricati, venationibus dediti, de pauperibus subditis non curant: populi oppressoribus eis adulantibus omnino fauent & placent. Et etiam praesidentes in Curiis supremis, qui iustitiam non administrant, & retardant.

De isto dæmons, quos tentabit, ample ponit Bernard.de Bustis, in 1. part. sui Rosarii, in serm: 20. in litera P. vbi dicit, tentabit Clericos, Presbyteros, Episcopos, Archiepiscopos, Cardinales, & omnes simoniacos, & plures alios, ut ibi dicit, quos vide & cogita tu.

**D**ecima consideratio. Quintus ordo in choro Angelorum, dicitur Principatus, qui est octaua èdes, habendo respectum ad supra dicta. Et hic ordo, secundum sanctos, docet homines inferioris gradus exhibere reverentiam maioribus existentibus in statu altioris dignitatis: ut puta Regibus, Principibus & Prælati. De Angelis istius ordinis, dicit Dionys. Ad principatus petrinet vniuersalis ducatus & regimen ductuum, ad Dei similitudinem: quia isti Angeli habent ex officio, ut alios inferiores ordinaliter reducant ad Deum, & doceant ipsum reverenti in se ipso & proximo, specialiter in Prælato: Qui secundum Dionys. ideo dicuntur principatus, quia habent alios revertere & reducere ad primum & principale principium scilicet eum, quem ipsi, prout possibile est, imitantur, & quantum fas est, in praesidenti officio Principi assimilantur: & ut dicit Isid. lib. 7. Principatus sunt, qui Angelorum agminibus presunt, qui pro eo, quod subditos Angelos ad explendum mysterium ordinant &

disponunt, Principatus vocabulum acceperunt. Nam alij sunt, qui administrant, alij qui assistunt. Millia enim millium administrabant, & decies centena millia assistebant. Dan. 7. Hæc dicit Bart. Ang. in loco hic ante allegato. Et quoniam, ut dicit Gregor. Principari est inter reliquos esse prior: quia primus est in execuzione eorum, quæ imperantur. Illi enim qui alios dicunt, primi inter eos existentes Principes dicuntur, & vocantur. Iuxta illud Psal. *Praeuerunt Principes coniuncti Pfallentibus.*

Quomodo autem capiatur Princeps, videatur glos. in ver. *Regum in Clem. unica de baptismo.* Et hi etiam Angeli, qui bonis spiritibus principiantur, dicuntur Principes, & ad loca determinata, vel negotia Regis deputantur, per modum legatorum, mittuntur ad ista inferiora ad Principam iustificationem, eruditionem, protectionem, seu defensionem: ut habetur Iosue 9. Ego sum Princeps exercitus. & Daniel 10. vbi ponuntur tres Principes, scilicet Persatum, Medonū & Graecorum, quos omnes Angelus Domini instruxit: ut dicit Bernard. de Bustis in 1. part. supra alleg. Habent enim praesidem vni regno, vni nationis, vni provincie, seu eorum communitatii, maxime principali persona illius communitatii, ut patet Dan. 10. vbi dicitur, quod princeps Persarum, scilicet Angelus illius regni resistit Angelo Danielis viginti duobus diebus, de quo infra dicam.

Ad hunc ordinem assimuntur Prælati inferiores, ut sunt Abbates subditi Episcopis, & Abbatibus exempti, qui suos religiosos instruunt, & docent, quomodo sit in regula & fide Christiana, & catholica vivendum, & quæ sunt obliteranda. Et Prælati inferiores seculares, ut sunt Decani, praepositi & alij in ecclesiis collegiatis, qui docent & instruunt inferiores in eodem modo vivendi, & secundum eorum regulas eis datus à superiore. Et Principes inferiores, ut sunt Comites, Marchiones & alij habentes superiores & existentes administratores, vnius provincie ad illam instituēdam, ut vivat secundum regulas & ordinationes supremi Principis, & causa defendendi ab oppressoribus inferiorum, & omnium aliorum subditorum, inter quos connumerandi sunt gubernatores provinciarum, si bene rexerint populam eis commissum: timendum est tamen, ne ille locus sit diu vacuus, & non repletus nisi alij ibi assumerentur. Sed assumuntur etiam Doctores, Prædicatores, Confessores, & alij sacerdotes in dignitate constituti, habentes administrationem, & gubernationem, ut habetur Malach. c. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirēt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituū est. Et etiam viri deuoti, & charitate secundi, de bonis alterius gaudentes, qui obseruauerunt illud præceptum. Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum: eis iustitiam administrando, ex mandato Principis supremi, cui sub sunt. Ex quo Consiliarij Parliamentorum, existentes in pari loco, & dignitate cum talibus & iupradictis principibus, quibus comparantur, ut dicit infra in 5. part. ad huc ordinem assimilantur, & in ordine collocabuntur, si maiora non haberint merita.

Ab hoc ordine, usque ad quintum inferni carcerem cecidit quidam principalis dæmon nomine Leuiathan cum omnibus suis complicibus. Qui omnes retrat, tam de superbis, a ira, quam avaritia, cum quibus collocabuntur omnes Prælati inferiores, qui ob eorum superbiam male tractant suos subditos, & inferiores, eis à superbiori commissos. Principes suos subditos non custodiunt, instruunt, nec defendunt.

tes, nisi ad eos excoriandum, & opprimerendum, quia tales sunt similes Ceto in mari, quæ aleca defendit ab aliis pisibus, sed per se ea deuorat: quibus minatur Dominus *Esa. 27*. In die illa visitabit Dominus in gladio suo, & grandi & forti super Leviathan, serpentem veterem, super Leviathan, serpentem tortuosum, & occidet Cerum, qui in mari est, & præsertim, ubi domini, & principes, subditos in personam offendunt, quos rationabiliter verberare non possunt, secundum Bart. *in l. cum suis. C. de agricultura & censu. lib. 11.* Nec alias optimi, aut bonis damnificari, vel iniuriari, per text. *in l. cum suis. §. cancell. & ib. 10. de Plat. C. codem.* vt ait Catilina in secunda responsione contra Cicer. Nec vlla potest illustribus viris, in abiectis hominibus ultra laudem atferre.

O Deus Omnipotens, quid hodie dicendum est in Principibus huius seculi, de quibus omisi dicere in 4. Consideratione, cum ibi tantum collocantur supremi Principes, & in illo carcere inferni ultimo iuxta Luciferum collocantur? Nonne reperientur, qui potestate abutuntur, in subditos, eos opprimendo, quos defendere debent? Nonne sunt effeminati, qui filias & uxores subditorum violant? vt olim fuit quidam Rex Francie nominatus Childericus, quem Zacharius summus Pontifex suo regno priuavit. De quo in *c. alius. 15. quest. 6. iuncta gloss. ibi in verb. inutilis.*

Refert etiam Gaguinus *lib. 1. Historiarum*, Childericu[m], ob illam rem, regno fuisse pulsum.

Aduerterendū est, quod etiam Deus ob punitionem peccatorum subditorum, dat populis Regem effeminatum, vt habetur *Esa. 3*. Et dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur. Et *Iob. 36*. Mortierunt in tempore eorum, & vita eorum inter effeminatos. De hoc vitio dicam alibi, cum hic tantum sit que[n]stio de Principibus deprædantibus suis subditos, & abundant tabernacula prædonum. Dicitur *Iob. 12. & Esa. 3*. Vos enim depasti estis viscera mea, & rapina panisperis in domo vestra. & tales deprædabuntur in inferno. Iuxta illud prophetæ *Esa. 33*. Væ, qui deprædaris, quoniam tu ipse deprædaberis, & Psalmista: Et qui deuorant escam meam, sicut panis, &c. Quoniam etiam,

*Non habet euentus sordida preda bonos.*

Nec immixito, cum intet cetera, quæ clamant ad Deum, est vox subditorum oppressorum: iuxta illud *Iacob. 3. & quod vulgariter & communiter dicitur:*

*Clamitat ad cælum vox sanguinis, & oppressorum.*

Tales enim populi oppreiores, sunt caula, propter quam bella fiunt, secundum text. & gl. in d.c. ad apostolice, de re iudic. lib. 6. Ut qui iustitia, propter potentiam, reprimi non possunt, bello clade cum sonitum in hoc seculo pereant. Cum de talibus cœcludatur *Iob 27*. Hæc est pars hominis impij apud Deum, quod hereditas violentorum, quam ab Omnipotente suscepient. Si multiplicati fuerint, filii eius in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane: qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & vidue illius non plorabunt. Et etiam habetur amplius *Esa. 13*. Et tales in inferno collocabuntur in hoc carcere, iuxta illud Apostoli: *ad Cor. 6*. Neque anari, neque rapaces, regnum Dei possidebunt: imo iudicium durissimum hiis, qui præsumt fieri, & potentes potenter tormenta sustinebunt, seu patientur, Sapient. 6. & Psal. 7. concluditur: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in vertice ipsius iniquitas eius descendet. Prout ab Angelo fuit Calvo Francorum Regi diuinitus monstratum. De quo Gaguinus *lib. 5. c. 1*. Prout refert etiam Bene-

dict. in sua repe. c. *Raynaldus. in ver. condidi. 1. in fin. de testament. extra.*

**V**Ndecima cōsideratio. Ordo sextus chori Angelorum dicitur Potestatum, & est nona sedes habendo respectu ad supradicta. Et dicuntur potestates secundum Ilidorum, quia eis virtutes diversæ sunt subiectæ, & ideo potestatum nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum potestate coercentur.

Ad rationem enim gubernationis pertinet ordinare, qualiter ea, quæ præcepta, vel diffinita sunt, impleri possint, vt alij exequantur: & hoc pertinet ad potestates. Nomen enim potestatis quandam ordinationem designat secundum illud *Apost. ad Roman. 13*. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo Dio. dicit, quod nomen potestatum, quandam ordinacionem significat, circa susceptionem diuinorum, & circa actiones diuinæ, quas superiores in inferiores a-gunt, eas sumsum ducento. Ad ordinem ergo potestatum pertinet, quomodo à subditis sunt agenda. Et horum officium est, secundum Gregorius, qui in bello spirituali desiderant confortare, & per hos arcentur mali spiritus, & ne violentiam inferant. Et, vt boni victoriam obtineant, eos ab aduersariis defendant, silent per potestatis terrenas, malefactores acentur, ne violentiam aut vim bonis inferant, unde Gregorius. Potestates vocantur hi, qui hoc potentius, præ cæteris præcepunt, vt eorum dictio potestates aduersæ subiectæ sint. Et mittuntur nobis ad dæmonum, & temptationum repressionem, vt patet *Exod. 13*. Angelus Domini interposuit se inter Ægyptios, persequentes filios Israel, & ipsum exercitum. Sicut etiam *Tobie. 8*. dicitur. Quia Raphael religauit dæmonem in deserto superiori, ne noceret Tobie. Quæ autem dicat de his potestatis. Bart. Anglici in *sua lib. 2 de propriet. post Dionysium*, vide eundem.

Ad hunc ordinem sextum, in ordine Angelorum, & nouum, in ordine supradicto, post hanc vitam assumuntur homines, in hac mortali vita degentes in omni castitate vita: qui aliquando à corporibus à dæmoni obsessis dæmones expellunt, peccata purgant, suis sanctis orationibus & aliis sanctis operibus à mentibus hominum dæmones arcent, homines suo bono exemplo quasi vivere compellunt. Assumuntur sancti, & sanctæ virgines, & alij casti, & in castitate viuentes, in omni morum honestate, & sanctimonialia vita, quoniam virginitas replet Cœlum. *c. nuptia. in princ. 32. 9. 1.*

Ab hoc ordine cecidit quidam dæmon vocatus Belphégor, qui alio nomine vocatur Priapus, qui est Deus hortorum, qui cum suis complicibus tenetur in carcere inferni. Et est capitaneus omnium demonum qui tentat de luxuria, cum quibus patientur in illo carcere inferni luxuriosi, & omnes lubrici, vt putat corruptas virgines. adulteri: vt habetur *1. ad Corinth. 6*. Adulteri regnum Dei non possidebunt. & *Apocal. 21*. Erit pars eorum in stagno sulphure, & igne vineti. & *Oree. 7*. Omnes adulterates, quasi clibanus succensus. Pessimum est enim vitium, aliterius vxorem adulterari, secundum Aug. per illum text. in §. 2. in *Authene. de monach.* Imò abominabile est in muliere, seu feminâ, plus quam in vîro: quia maior castitas, etiam secundum mores hominum, exigitur a feminis, *1. paulam. §. qui in adulterio. vbi gl. ff. de rit. n. priar. 1. pen. C. de Orsi.* & satis not. *Deut. 32*. vt per plura comprobat G. Bened. in sua rep. c. *Ray. in ver. enidam Petro tradiderunt. n. 53. de test. extra. & ibid. n. 68.* Quod quamvis omni-

omnibus libidinis amor turpis sit; nunquam tamen deterior, quam in honorato; quia, quanto nobilior, tanto nobilior, secundum Alb. Mag. Licet enim in serico, & lana, eadem libido vescitur: dignitas tamen personæ habet libidinis aggrauatum delicto. *c. eum quidam de iuris. l. præb. C. de episc. o. cler. Illustribus enim, ut dicit, castitatis obseruatio, præcipuum debitum, & ob vitium luxuriæ, plures Principes fuerunt à regno remoti.*

Sicheim, Princeps magnus, quia oppressit virginem Dynam, a filii Iacob cum esset in dolore circumcisio-nis, imperfectus est, *Genes. 34.*

Rex Salomon, domini amantissimus, plenus sapientia, diuinitatis, & potentia, super omnes Reges in senectute deputatus, mulieres adamavit alienigenas, & recessit cor à Domino propter mulieres, & fecutus est Deos alienos, & factus est Idololatæ, mulierum talium amore. Habuit enim 700. sicut Reginas, & trecentas concubinas: & ideo suscitauit sibi Deus aduersarios Adad Idumæum, & Ieroboam suum seruum, qui afflixerunt eum vehementer, & in senectute sua mulieribus depravatus, mortuus: & sic scriptura de eo male sentit, *3. Reg. 18. & 32. 3. 4. c. Salomon. et panu. dist. 2. c. si enim. ver. 1. Salomon.*

**D**odecima consideratio. Post illos sex ordines chori angelorum, contentos in duabus primis hierarchiis, est tertia hierarchia. Quæ dicitur Epiphonia. Et continens ordines inferiores, scil. virtutes, angelos, & angelos. Et hæc inferior hierarchia sic describitur: inferior hierarchia, est diuinum participantium, naturæ legibus occurres, secreta reuelâs pro capacitate discreta. Naturæ legibus occurrentis: hoc pertinet ad virtutes, quæ potestatem habent faciendi miracula, & curandi morbos, & languores. Secreta reuelans: hoc pertinet ad archangelos & angelos. Pro capacitate discreta: hoc pertinet, & refertur, ad archangelorum doctrinam, & angelorum: quia maiores, ut archangeli maiora, minores, ut angeloi, minorâ reuelant. per archangelos enim reuelantur prophetiarum maiora secreta, ut illud: *Eccœ virgo concepit, & pariet filium, &c.* Per angelos autem minora. Ut illud David. *Episcopatum eius accipiet alius.*

**D**ecimæteria consideratio. Septimus ordo angelorum, qui est decimus in ordine nostro supra posito, dicitur Virtutum. Virtutes enim, sunt angelorum agmina, ministeria habentia ad virtutes, & miracula facienda, ut habetur ample per Barth. Anglici, *in 2. lib. de proprietate rerum. vers. 7.* est ordo. Et sicut ad rationem perfinet, præbescit facultatem adimplendi, sicut præsidentes, balliui, & alij Potestates dant mandata adimplendi legum præcepta. Quod ad virtutes pertinet, secundum quod virtus importat quandam excessum fortitudinis: & sic dicit Dionysius, quod nomen virtutum, significat quandam virilem, & inconsumptam fortitudinem, ad omnes operationes diuinæ ei conuenientes, & ad suscipiendum diuinam, ita quod significat, quod sine aliquo timore aggrediuntur omnia, quæ ad eos pertinent, quod videtur ad animi fortitudinem pertinere. Isti enim sunt iustitiarum in domo Regis, quorum est ardua operari. Vnde dicit Greg. Virtutes vocantur etiam illi spiritus, per signa & miracula, quæ frequenter sunt, & nobis intunnunt ad miraculorum cooperationem: ut pater *Tob. 11.* ubi dicitur quod angelus Raphael Tobiam seniorem illuminauit, cuius filium à pisces deglutitione eripuit. Similiter & Danielem in lacu profundo inter leones rabidos, ab eis liberavit, & viuum præseruavit, & habetur *Daniel. 6.* Deus meus misit angelum

suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram ipso iustitia inuenta est in me. Ex quibus dicendum est, quod omnes iustitiarum inferiores, mandata iustitiae adimplentes, & iustitiam administrantes, in quibus iustitia inuenta erit, in hoc ordine asfuentur.

Et dicit Greg. Homines hic viuentes virtuosí, omnibus virtutibus præpollentes, ita, quod tantum à Deo illuminati, quod ex eorum sanctitate vita, faciunt miracula, suis precibus Deo fuis, & operibus virtuosis adhibiti: in hoc ordine collocabuntur, sicut fuerunt multi sancti, qui miraculis clarerunt.

Ah hoc ordine cecidit quidam dæmon nomine Belzebub, qui interpretatur Princeps muscarum. quia illi idolo sacrificatur de sanguine, aspergendo sanguinem supra ipsum, idcirco mulæ adhærent sibi: quod idolum, primus adinvenit Ninus rex Niniue, in honorem patris sui, qui Belus dicebatnr. Qui quidem, cum suis collegis, tentant de inuidia: & ideo omnes inuidi de bono alicuius, erunt in tertio carcere inferni cum ipsis, & etiæ iustitiarum, non cum virilitate, & fortitudine, iustitiam administrantes, & indevoti doctores, & confessores, seu prædicatores, aut quicunque alij inferiores sua officia non viriliter exercentes. Et, ut dicit Bernardinus de Bustis, *in 1. parte Rosar. serm. 10. 1. litera O.* Tentabit etiam haereticos, incantatores, dianatores, maleficos, & sortilegos, qui cum eo colloca-buntur, ut ibi ample.

**D**e cimaquarta consideratio. Octauus ordo Angelorum, qui est undecimus in ordine nostro supraposito, dicitur ordo Archangelorum: qui secundum Isid. summi nuntij, vel Principes nuntiorum interpretantur, & priuationem tenent inter Angelos. Cum dicitur ab archibos, quod est Princeps, & angelus, quasi angelorum Princeps. Sunt enim Duces & Principes, sub quorum ordine vinclique Angelorum officia deputata sunt Nam Archangeli Angelis præsunt, ut patet in Zacharia, ubi Angelus maior dicit minori: *Vade, & doce puerum illum.*

Horum enim officium est, maiora Dei secreta, nobis hic inferius nunciate, sicut Gabriel nunciauit Beatæ Mariæ virginis, incarnationem filij Dei. Et etiam mittentur, ad eruditio[n]em rectorum, ut Gabriel, qui etiam missus fuit ad Zacharium Pontificem, & ipsum docuit, quod esset pater Ioannis Baptiste, ut canit Ecclesia:

*Nuncius celso veniens Olympo,  
Te patri magnum fore nasciturum  
Nomen, & vite seriem gerenda  
Ordine promis.*

Et Raphael etiam, tanquam medicina Dei, ad Tobiam missus fuit, qui eius oculis curationem adhibuit, & cæcitatem abstulit, & detergit, ut refert Isid. *hb. 8.* Et secundum Dionysium, officium archangelorum est etiam prophetias reuelare, da[m]ones hominibus dominantes arcere, ne ulterius plus lœdant. Archangeli etiam angelis superpositi, eis sunt digniores, & annunciatione sunt priores cæteris; quia sunt perfectiores, ut pulchre declarat Bart. Anglici *in loco hic ante alleg.* Et tales dicuntur deputati ad regimen, seu custodiām vnius multitudinis, ut puta, vnius familie, domus, vnius prolapse seu prolis, vnius villæ, seu parochie, cum tamè angelis singularium personarum, de illa multitudine. Nam misericors Deus, humanam fragilitatem cognoscere esse inexpertam, & ineptam ad bellandum, & resitendum dæmoni infernali, de quo veritas diuina in Euang. dicit, quod non est potestas sub cælo, quæ comparetur illi, quem alibi vocat princi-

per huius mundi, dicens: *Venit enim Princeps mundi huius, scilicet diabolus, & in me non habet quicquam.* ne à tanto & tam forti Principe, qui est leo rugiens, quærens quem deuoreret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnicuique hominum, vnum angelum magistrum, directorem & conservatorem, scientiem omnia necessaria pro humana salute. Et de primo, qui datur omnibus & primo ordine, dicam in confid. sequenti.

Sed quia etiam habenti dignitatem, datur alius angelus de maiori ordine, secundum dignitatem illius, cui datur. Ideo in hoc tantum insistendo, dico, quod archangeli dantur communitatib; familiæ domini, profapiæ, aut Principi, seu gubernatori, ut de Eliseo 3. Reg. 4.c. Qui angelorum multitudinem habuit ad sui defensionem. Habuit enim ut singularis persona vnum, & ut propheta alium, & secundum suas dignitates, alios. Et, ut ait Bernardus in quodam suo sermone: Beata virgo Maria plurimas angelorum legiones habuit, aq; sui protectionem, & custodiam, & qui ei tanquam dominæ deservirent, ut ei conueniret, quod habetur Psal. 90. Angelis suis Dominus mandauit de te, ut custodirent te in omnibus viis tuis.

Singulis enim regnis & præsidentibus seu Principibus supremis, præsunt angeli de superiori ordine inferioris hierarchiæ, ad custodiam solum illorum. Et isti sunt principaliter custodes Regum & Regnorum. Et ideo aliquando accipiuntur pro Regibus, & regnis, quibus præsunt, eo; quia rationabiliter procurant bonum gentium sibi commissarum ex eorum meritis. Nam quilibet angelus offert Deo merita suæ gentis, cui præest, propter quod videntur tales angeli sibi in uicem quandoque contrariari, & resistere, quoties duo regna, quibus præsunt, diuersi angeli sunt in contradictione. Et hoc est, quod dicitur Danielis 10. vbi Danieli dicit Gabriel: Princeps, id est, angelus regni Persarum resistit mihi viginti & uno diebus. Et permanent illi angeli in tali resistentia, non quod inter ipsos sit contrarietas voluntatum simplex, sed quia futura ignorant, donec sciant determinationem diuinæ voluntatis de futura istius, vel alterius gentis, subiectio. Sed quam primum sciunt diuinam voluntatem, per reu. lationem, vel effectus positionem; tunc concorditer approbant diuinam sententiam, cum voluntates eorum semper sint conformes diuinæ voluntati, ut declarat beatus Thomas in 1. part. 9. 11. art. 8. & idem Thomas in 2. senten. distin. 11. & Nicolaus de Lyra Apoc. 10. in verb. q' angel us. & in ver. audiui angelum, q' ibidem 16. c. & clarius Dan. 10. & Greg. lib. 4. mor. 31. & lib. 17. c. 7.

Et huius regni, & regis Franciæ custodia & proteccio, attribuitur Michaeli archangelo, qui olim Princeps fuit synagogæ. Sed nunc constitutus est à Deo in Principem Ecclesiæ, cuius super cæteros seculi Principes, brachium dextrum, & præpotens fuit, vsque nunc, & ad hunc regem Franciscum huius nominis primum, Christianissimus tunc dictus Rex noster Franciæ, ut dicam infra in 5. part. in 31. consideratione. vbi ponam, quomodo Reges Franciæ semper profuerunt in Ecclesia: multaque pro Ecclesia fecerunt, quæ alij principes Christiani non fecerunt. Ideo datus eis Michael, pro custodia sua, & sui regni. Non ergo immerto, & sine causa, regnum Franciæ vsque ad hæc tempora floruit, & augmentatum fuit, tanquam ab ipsomet Deo institutum, protectum & custoditum vsque ad hæc tempora, ut latet declarat Guil. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verb. duas habens filias. de rebus extra.

Nam, ut ait Gregorius, quoties mira virtutis quid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu & nomine detur intelligi, quod nullus facere potest, quod facere præualet Deus. Idcirco eidem Michaeli plura, quæ sunt mira virtutis, attribuuntur, ut de pugna ei data cum Dracone, de qua Apocalyp. 12. ob quod inter sanctorum acies angelorum Christi signifer habetur, & Paradisi præpositus nominatur. Ita quod quoties de ipso fit festum, de omnibus angelis eam solennizatur.

In signum huius Regis & regni Franciæ protectionem, post primam Michaelis in terra ecclesiæ Romanae, in monte Gargano Apuliæ miraculosam apparitionem, in suique honoris templi dedicationem, facta fuit apparitio secunda in regno Franciæ in loco, qui Tumba dicitur, iuxta mare sex millibus ab urbe Abriacensi, circa ann. Domini 707. vbi Michael episcopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubens, ut in prædicto loco ecclesiam construeret, & sicut sit in terra Ecclesiæ, scilicet in monte Gargano, ita & ibi in sui memoriā celebraret, qui locum incolere, regnumque tutum seruare statuerat. De quo meminit Gaguinus lib. 3. c. 4. Eodem, inquit, prope tempore, Aubertus Abriacensis Pontifex, in colle altissimo sancti Michaelis cœnobium extedificauit, cum ageretur annus salutis 709. Quæ omnia prudenter considerans Ludouicus undecimus, pater Caroli VIII. Rex Franciæ, in honorem Michaelis archangeli protectoris sui, Ordinem militarem sancti Michaelis dictum, cum sit Princeps & Prepositus cœlestis militiae: quia pugnauit cum dracone, & data est ei talis potestas, instituit perpetuo, & fundauit certo militum numero, quorum Rex primus est decreto & determinato, de quibus infra dicturus sum.

De quo Michael dicere potuerunt Reges Christianissimi, quod habetur Dan. 19. r. Ecce Michael unus de Principibus primis, venit in adiutorium meum, & c. in fine. Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Princeps vester. Et ad hunc ordinem assumentur omnes eleemosynarij & sobrij, qui sua bona eleemosynis erogauerunt, qui pauperibus subuenerunt, ægrotis peregrinis & indigentibus hospitalia visitauerunt, ecclesiæ reparauerunt de suis bonis, & pro defunctis orauerunt, & orare fecerunt.

Afflantur etiam Domini temporales, habentes custodiam suorum subiectorum, & inferiores curati, & viri ecclesiastici habentes custodiam animarum, & ei annunciantes verba Dei, decem præcepta Legis, & Evangelia, & Prædicationes, qui sunt nuncijs Dei & verborum ipsius.

Ad hoc ordine cecidit ille Dæmon, qui Almodius, alio nomine Belzephon dicitur, qui secundum carcere inferni cum omnibus sibi adhærentibus tenet: cum quibus ipse tentat de gula, ita quod gulosi tabernarij, & ebriosi, & sic de similibus erunt de isto secundo carcere inferni. Similiter & carnium voraces, qui mane surgunt ad ebrietatem, & sunt potentes ad bibendum, de quibus habetur Esa. 5. Vx, qui consurgit, mane ad ebrietatem, & tandem usque ad vesperum, ut vino aestuetis, quoniam, ut pluitum talis ebrietas est peccatum mortale propter assiduitatem, notatur in c. unum orarum. §. alias ea demum 25. distincl. & Hostiens. in Summa, de temp. ord. colum. 6. versic. tertia regula.

Similiter omnes habentes custodiam aliquorum, ut sunt domini temporales & curati, qui subdiris non nunciant, quæ habent in mandatis, tam in administrando eius iustitiam, seu iurisdictionem, quam in pœ-

in prædicando & annunciendo verbum diuinum diebus festius, sed sunt negligentes: aut alias non ita nunciant, prout tenentur, in hoc carcere collocabuntur.

**D**ecimaquinta consideratio. Nonus ordo chori cœlestis, seu spirituum cœlestium dicitur Angelorum, & est vltima sedes, habendo respectum ad ea quæ dicta sunt hic ante in 3. part. Et iste ordo angelorum est deputatus ad voluntatem Domini populis nunciandam.

Angeli autem vocabulum nomen est officij non naturæ: Nam angelus nuncupatur, vt dicit Arch. in cap. fætendum. 13. que 1. 2. & iuxta illud: *Ois facis angelos spiritus, & ministros ionem vrentem.*

Angelis vero pictorum solertia pennas singit, vt eorum discursum celere significet, sicut & iuxta poetarum fabulas venti pennas habere dicuntur, sicut dicitur: *Qui ambulat super pennas ventorum.* & hæc secundum Isidorum. Dionysius autem dicit, quod angelii inferioris ordinis non participant ordinem superiorum illuminationum. Non enim participant cum ipsis, sed ex ipsis. Nam angelii superiores primo loco diuinæ illuminationes suscipiunt, & illas postmodum ad aliorum noticiam defecunt, qui & primi nuntij dicuntur. Sed an de superioribus quatuor ordinibus etiam mittantur ad nos, vide Anton. Florent. num in sua Summa, in 3. part. tit. 31. a. 6. §. 4. v. 8. quantum ad quartum. vbi exponit illud Epi. 8. Et volavit ad me unus de Seraphim, qui est de ordine superiori.

Et isti posteriores & vltimi homines ad diuinam constitutionem adducunt & subleuant, & vt isti vivant, informant. Vnde quiuis isti inferiores angelii, et si non habent alios angelos sub se inferiores, quibus præsunt, habent tamen sub se hominum ordines, quibus præsunt, quos ordinant & disponunt: sursum eleuantur & extenduntur, per dilectionem Dei, in semiperfisis formantur per custodiæ sub se progrediuntur, per illorum tutelam, quorum ministerio deputantur.

Vnde quilibet habet vnum bonum angelum ab ortu suæ nativitatis, vt dicit Archidiaconus in cap. fætendum. 13. q. 3. Imo Adam & Antichristus, vt dicit Anton. Florent. in sua Sum. par. 3. c. 6. §. 4. vt dicit, quod Antichristus habet etiam bonum angelum, & in 6. 5. dicit quod iste angelus non est in ventre matris, sed statim postquam ortus est ex ventre matris, secundum Iacobum de Voragine, & secundum Thom.

Quod etiam cognoverunt gentiles: vnde Aristoteles in lib. de secretis secretorum ad Alexandrum. Nefis, inquit, quod teste Hermogene duo sunt spiritus, qui te custodiunt, quorum vñus stat ad dextram, & alijs ad sinistram, custodientes, & scientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris? Hoc solum in veritate debet te, o Alexander, retrahere ab omni in honesto opere. Per quos angelos intelligit vnum bonum, qui stat ad dextram, & alijs qui stat ad sinistrâ, scilicet angelum Satanæ, querentem hominem, tanquam leonem, deuorare. Vel, qui erat Rex & Prelatus, duos habebat bonos angelos custodes, vt dicit Bernard. de Bustis in 2. parte sui Rosarii. in sermone 11. parte 2. in litera D. Quia certum est, Imperatores & Reges duos habere angelos custodes. Vnum, videlicet ratione singulatis personæ, sicut habent ceteri homines. De quo habetur Mat. 18 ibi: *Vide te ne contennatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angelii eorum semper videat faciem patris mei, qui in cœlis est.*

Et isti angeli sunt de ordine inferiori, quorum custodia habet multos effectus, vt statim dicam. Et iste angelus custodit, vt alij angeli.

Alterum vero angelum habet ratione dignitatis, vel officij regalis, vt de Eliæ legitur. 3. Reg. 4. cap. quod angelorum multitudinem habuit ad sui defensionem, vt infra dicam. Et iste secundus angelus, qui datur ratione dignitatis, illuminat, vt tenet sanctus Thomas 2. distinct. 11. que 8. 12.

Singulis enim regnis præsunt angeli de superiori ordine inferioris Hierarchiæ, qui dicuntur secundum aliquos, Principatus, & secundum alios, Virtutes. Et isti sunt principaliter custodes Regum, & regnorum, & regnis quibus præsunt, eo: quia rationabiliter procurant bonum gentium sibi commissarum ex earum meritis, vt infra dicam.

Et, vt dicitur ad Hebreos s. 1. Omnes administratorij spiritus sunt missi in adiutorium eorum, qui hereditatem capiunt salutis: propter septem, quæ Deus circa nos operatur, quæ ponit Anto. Florent. in sua historia, 1. parte, ut 6. cap. 1. §. 1. vbi ponit, circa quæ operentur angeli apud nos.

**D**ecimasexta consideratio. Istorum angelorum etiam multiplex est effectus, quos ponit Bernardinus de Bustis, in 2. parte sui R. sary all. gal., in serm. 13. in 2. part. in literis C. D. E. F. usque ad literam M. vbi ponit duodecim officia, quæ habent angelii erga nos. Et quosdam etiam ponit Discipulus in suis sermonibus, in sermone de angelis, serm. 32. vbi dicit: Quod propter illa officia, quæ habent apud nos, debent à nobis honorati. Eosdem effectus etiam describit Bartholomæus Anglicus, in suo 2. lib. de proprietate rerum. Etiam Bernardinus de Parentinis, in suo elucidario, in quarta parte ibi: *Quaritur quarto.* & Ant. Florent. in loco supra alleg. 6. 5. Ego autem alio stylo, vt melius & plenius à rudibus intelligentur, & magis succinete & clare ponam effectus custodiarum angelorum, quam habent in nobis. Et dico, quod angelus noster datus est nobis ad custodiæ ad multos effectus sequentes.

Primo, vt ab insidiis Diaboli nos præseruet, vt satis notatur Iudei. 12. Vixit Dominus; quia custodit me angelus eius, hinc euntem & ibi commorantem, & inde hoc renertente. Et Genes. 32. Cum Iacob Esau valde timeret, angelos sibi obuios habuit, ipsum adiuuare paratos, qui ait: *Casta Dei sunt hec.*

Secundo, custodit nos contra Dæmonum tentationes, velat pastor solcite custodit oves suas à luporum morsibus. Christus enim est vetus pastor, qui cum mittit oves suas, id est, animas, in hæc inferiora, mittit custodes angelos ad custodiendum eas. Vnde angelii Dei custodierunt & liberauerunt Lotu de periculo Sodomorum, Gen. 19.

Tertio, nos quandoque à periculo mortis liberat, vt de Isaac filio Abrahæ, quem angelus à morte liberavit, Gen. 12.

Quarto, nos præseruat à pœnis humanis, vt habetur Dan. 3. vbi angelus custodiuit tres pueros à flamma ignis ardentis, & etiam à morte. Et dicit ibi text. *Angelus Domini descendit de celo cum Azaria &c. sociis eius in fornacem, & excusu flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi venum roris flantem.*

Quinto, bonus angelus orationes nostras Deo repletat, vt dicitur Tob. 12. Quando orabat cum lacrimis, & sepliebat mortuos. Ego obtuli orationem tuam Deo. Et Dan. 9. dicebat angelus Danieli. Ab exordio precum tuarum egesitus est sermo, ego autem veni, vt indicarem; quoniam vir desideriorum es: sed angelus Persarum resistit mihi 21. diebus. Vnde Bern. Discurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerens, referens dona: excitat istam, placat illum.

Sexto, nos in tristitia positos confortat, & corruentes reuelat, *Tob. 5. cap.* Forti animo esto, in proximo est, ut a Domino cureris. Vnde, cum Daniel corruisset in terram, tetigit eum angelus Domini, dicens: *Noli timere, pax tibi, confortari, & esto robustus vir desideriorum.*

Septimo, bonus angelus nos à dæmone tentatos, consolatur & protegit: immo contra multos dæmonum insultus nos defendit, & patet de beato Michael tempore Legis Moysi, & ante patet, qui Princeps synagogæ eam, quamdiu duravit, fortiter defendit. *Dan. 1.* Nemo mihi adiutor, nisi Princeps Michael. Circa quam synagogam eam protegendo, primo miranda fecit, quia ipse fuit ille angelus, qui plagas Ægypto intulit. Qui mate diuulit: Qui in columna nubis & ignis, populum Israeliticum antecessit: Qui in terram promissionis populum introduxit.

Secundo fecit stupenda: sciens enim diabolus Iudeos ad idololatriam protuptos, volebat corpus Moysi, honorifice sepeliri, ut Iudei suas idololatrias exerceant: sed Michael victoriam obtinuit contra diabolum, & corpus Moysi ab omnibus abscondit. Vnde in Epistola Canonica Iude. & transiumptrive in cap. si igitur. 24. ques. 3. Cum Michael archangelus condilputans altercaretur de Moysi corpore, non auctor est iudicium inferre blasphemias: sed dicit, imperet tibi Deus.

Tertio, protexit illos de synagoga, ut patet 2. R. o. 6. c. Et habetur in c. reuera de consec. dñi. 2. vbi est historia de Syris, qui obfederant ciuitatem Samarie: tunc dixit Elisa; Plures nobiscum sunt, quam cum illis, Et loquebatur de angelis, quorum erat Michael, qui percussit Syrios cætitate, quos Eliseus duxit in medium ciuitatis in Samariam, ipsis non videntibus.

Quarto, adiunxit eos, qui erant de synagoga. Dicunt enim *Dan. 10.* c. ex persona Gabrielis archægli, Princeps regni Persarum resistit mihi 21. diebus. Et ecce Michael, unus de principibus, primus venit in adiutorium meum. Et in si. e. illius cap. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. *Greg. vero lib. 17.* Moralium dicit, quod princeps regni Persarum erat bonus angelus, custodie illius regni deputatus (cum quodlibet regnum, natio, aut provincia, habeat unum bonum angelum ad sui custodiæ deputatum) qui resistebat pro regno suo contra Gabrielem archangelum, cui populus Israel in Perside erat commissus, qui laborabat pro populi deliberatione, quem tuto posse angelus Persarum impedire nitebatur. & vide infra in 9. part. in 45. consider.

Sed quomodo hoc, quod unus angelus dicatur alteri resistere aut pugnare pro sibi committis? Nam, ut dicit S. Thom. in 1. part. 9. 113. relatus per Ant. Flor. in sua summa. in 3. part. 11. 31. c. 6. §. 7. Diuersa iudicia circa diuersa regna, & diuersos homines varia exercent per angelos, qui in suis actionibus seu operibus regulantur, secundum diuinam sententiam. Sed aliquando contigit, quod in diuersis regnis, vel in diuersis hominibus contraria merita, vel demerita inueniuntur, ut virus alteri subdatur, vel præferatur. Quid autem super hoc ordo diuina prudentia habet disponere, non possunt ipsi angeli cognoscere, nisi Deo revelante. Et tunc necesse est ipsis angelis, quod super hoc consulant sapientiam diuinam, & eius agnoscant super hæc voluntatem, quam cognitam adimplere studeant.

Ex quo patet, quod in quantum de contrariis meritis & sibi pugnantibus diuinam consulunt voluntatem, dicuntur sibi inuicem resisteret. Non quia sint eorum

volutates contrarie: quoniam in hoc omnes concordant, quod Dei sententia & voluntas impleatur, sed quia ea, de quibus consulunt, sunt contraria.

Et cum fuerit dux synagogæ tantum, quantum duratur, post illam sepultam, fuit dux & custos Ecclesiæ Catholicæ & Christianæ, & huius regni, & Regis Franciæ dicitur data custodia & proteccio attributa, tanquam supra cæteros seculi Principes, brachium dextrum Ecclesiæ Catholicæ tenentis: & in illa fide conseruanda, manutenenda, & defendenda præpotentis. Nam, ut ait Gregor. Quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso aetatu, & nomine detut intelligi, quod facere præualet Deus. Ideo eidem Michaeli plura, que sunt meræ virtutis attribuuntur, ob quod inter sanctorum acies angelorum Christi signifer habetur, & paradisi præpositus nominatur, in signum, cuius & Reges Francie protectionis, post primam Michaelis in terra Ecclesiæ Romanæ, scilicet in monte Gargano Apuliae miraculosam apparitionem, in suique honorem templi dedicationem, facta fuit apparitio secunda in regno Franciæ, in loco, qui Tumba dicitur, iuxta mare sex milibus ab urbe Abriacensi, circa annum Domini 707. vbi Michael Episcopo prædictæ civitatis apparuit, iubens, ut in prædicto loco Ecclesiam construeret, & sicut fit in terra Ecclesiæ, in monte Gargano, ita & ibi in sui memoriam celebraret, qui locum incolete, regnumque tutum servare statuerat, ut plene habetur in eius legenda, de quo etiam meminir Gaguin. in suis Chronicis lib. 5. cap. 4. Eodem, inquit propter tempore Aubert. Abriacensi. Pontifex in colle altissimo S. Michaelis cœnobium exædificauit, cum ageret annus salutis 709. vt refert G. Benedicti in sua repet. c. p. Raynaut. in verb. Adiecta impuberi. num. 46. A quo tempore apprehendit serpentein antiquum, qui est Diabolus, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consumetur mille anni. *Apocal. 20.* A quo quidem tempore usque nunc semper floruit regnum Franciæ in fide Christiana plus, quam alijs principatus. Ita quod, ut ex historiis & rebus gestis Gallorum, & aliarum prouinciarum, repertur adhuc plures principes, & plura regna, in quibus sunt Iudei manentes & residentes, & plures sunt haeretici, qui non arcetur, neque puniuntur a principibus, sed tolerantur. Imo, quod plus est, sustinetur: ut nunc est de quodam Lutherio Alemano, qui multas haereses in Alemania feminauit: quæ adhuc nisi faissent acriter eius sectatores puniti per curias nostras parlamentales, in quibus viget omnis excellētia iustitiae, plures nostrates ad inferna deduxissent. Sed fuerunt ita extirpatæ huiusmodi haereses, quod non amplius tam audax, qui agens sit de his verbum proponere, nec aliquid eius dictum propalare. Et non mirum, si tales haereses non pollunt pullulare in Francia, quia Diabolus ligatus est per Michaelem, ut non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni.

Hic epim Michael, si in synagoga mirabilia fecit, ut dictum est, multo maiora & mirabilia in hoc regno fecit. Fuit ille, qui ampullam oleo plenam in baptismo Clodoueti, regis Francorum priui Christiani, inedio Clotildis eius vxoris, filiae regis Burgund. quo adhuc hodie lineti solent Reges Franciæ, cum sacrantur & vincuntur, ut dicit Gag. lib. 1. cap. 8. quod creditum est spiritus Dei ministerio id perpetratum. Et ideo per Michaelem, cum sit princeps Ecclesiæ Catholicæ, cuius credidit dictus rex Clodouenus. Secundo, Alemanos fugavit ministerio Dei. Ex quo creditum est, angelum

angelum Michaelem ibidem adesse, ut de eo dici potest illud, quod dicitur 4 Reg. 6. Plures nobiscum sunt, quam cum illis Ipse fuit ille, qui certum duxit ad transiendum vadum, cum Clodouæus dolens exercitum suum debellare volente, contra Gothum hæreticum, orationem Deo habuit in hunc modum:

Deus, inquit, oprime in tribulationibus adiutor, sanæ religioni tue, quam tueor, ne differ de hæretico Gortho suncere vltionem, da fluvium vadabilem. Hoc precantem Clodouæum non est aspernatus Deus: ad primam enim in sequentis diei lucem, certus è sylva nemine inclamante in conspectum se prorupit, qui magnis in militum vocibus excitus, fluvium enatas, quasi itineris explorator, vadum monstrauit, quem Deus conducere faciebat per Michaelem, tanquam protectorem & defensorem Ecclesiæ Cathol. cuius tunc Clodouæus credebat, & contra hæreticum pugnabat, prout credendum est. Et, ut dicit Gaguinus eodem loco, hunc secuti milites in vltiorenum fluentis ripam, qua certus traiecerat, quadunt.

De huiusmodi Regis conuersione, & eius miraculis in eius conuersione factis, videatur Ioannes Ludovic. Viuald. de Monte regali, ordinis Prædicatorum, *traclatu de triumpho tritum h. torum Francia, Regi Ludouico xii. directo.* quem refert de verbo ad verbum G. Benedicti in sua solenni. repet. c. Ray. in verb. duas habens filias. n. 86. usque ad n. 116. et per 20. col. & ultra extra de istame vi. vbi multa miracula ponit, que fuerant facta in huiusmodi conuersione. Et multa pulchra gesta Regum Francorum contra infideles, contra quos fuerunt protæti & adiuti pro fide Catholica sustinenda & defendenda, augmentanda per Michaelem archangelum Principem Ecclesiæ Catholicæ: quod ita credendum est, cum tamen sine auxilio illius fieri non possemus. Dicam alibi de excellentia huius regni, & Regis Franciæ.

Item idem Michael pluries & multoties protexit Reges Franciæ usque ad hæc tempora ab inimicis, contra iplos inimicos eis victoriæ dando, ut videri potest per dictum Viualdi in pred. Et. sua tr. Lxx. & eundem Benedicti in iam d. repet. c. Ray. in ver. duas habens filias. n. 93. usque ad n. 100. Et de huiusmodi illuminatione Michaelis dicam infra in sequenti effectu Angelorum.

Ostendo, ergo bonus angelus noster nos illuminat in Dei & fidei Catholicæ secretis, & ab errore ad verum lumen nos reducit. intellectus enim noster ista alia capere non potest, cum se habeat ad secreta cœlestia, sicut oculus nocturnæ ad lumen Solis: tunc angelus noster secreto illuminat intellectum nostrum, & mandat in cognitionem divinorum arcanorum per fidem & cognitionem. Vnde Zech. 4. Reuelatus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit quasi vauum, qui suscitatur de grani som. 10. Vnde superiores angelos, qui plura de arcanis cognoscunt, quam inferiores, illuminat ipsos inferiores, secreta diuinæ, quæ nouerunt, eis reuelando, & eis manifestando talia secreta, quæ hic inferiora vique ad diem iudicij concernunt, dicuntur eos illuminare, & eis loqui, quæ secreta diuinæ, si nobis sint reuelanda, tunc reuelant pro salute nostra, & inferiores, quæ erga nos geruntur, referunt. Et sic superioribus loqui dicuntur, ut dicit Thom. in

1. parte sue summe, quæst. 113. Vnde virgo Maria fuit illuminata, cum prius diceret: *Ecce virum non proposui cognoscere.* turbata de angelico sermone, statim post adiūxit: *Ecce an es tu Dominus, n. c. vt habetur Lue. 1.* Similiter Jacob videns scalam, in qua ascendebant & descendebant angeli, in cuius cacumine erat Dominus innixus, per quam significatur descensus Dei in mundum, & unitas trinitatis in lapidibus capiti suo appositis in unum coniunctis, illico illuminatus dixit: *Terribilis est locus iste, non est in eo nisi domus Dei, & porta cœli,* Gen. 28.

Nono, nos ab aduersis inimicis defendit, & aduersus inimicis deuincit. Vnde habetur Apoc. 12. Prælium factum est in cœlo, & Michael & angeli eius pœnaliabantur, & pugnauit Michael cum dracone, & fecit victoriam. Et, ut dicit S. Thomas in loco supra alleg. S. Michael in prælio habito cum Lucifero, fuit dux & princeps, video dicitur de ordine principatum, & ipsum Luciferum cum angelis suis de cœlo in huc caliginosum aereum: & in profundum abyssi deuinxit: vnde cœtate Ecclesia: *Collaudemus ueterantes omnes ex istis milites, sed præcipue primarem cohortis exercitus Michaelem in virtute conseruentem Zabulos, scil. Luciferum.* Qui quidem Michael erit etiam destructor Antichristi, prout etiam destraxit Luciferum: ut dicit gloss. super illud Apoc. 13. Vidi uanam de caputibus eius occisum. Antichristus enim mortuus se finget, & per triduum latentes postea apparebit, dicēs se esse suscitatum. Et ferentibus cum demonibus in aere ascendet, & vniuersitatem mirantibus adorabunt, cum tandem dum stabit in papilione suo in monte Oliueti, Michael cum occidet, ut dicit gloss. super illud 2. Thess. 2. Quem Deus interficiet Spiritus oris sui.

Decimo, bonus angelus nos consolatur, nobis panem & uinum ministrando, tempore necessitatis. De hoc habemus 3. Reg. 19. vbi dicitur: *Quod cum Elias dormiret in umbra iuniperi, fugiens a facie idolatriæ Izabel, Deus misit ibi angelum dicentem: Surge, & ueni, comedere, quod die eum restat tibi uia.* Surrexit, comedit, & bibit, & in virtute illius cibi ambulat, usque ad montem Dei Oreb. Et habetur Dan. 14. Quomodo angelus Domini portauit Abacuch, à Ierusalem in Babyloniam, & panem & aquam, quæ suis messoribus magno deferebat. Daniel inter leones existens detulit, ut ex illo resiceretur, qui longo tempore ieiunauerat, quem angelus consolatus est, & habetur Luc. 23. & Gen. 16.

Vndecimo, docet orare, penitentiam agere, dæmonem ligare, & compescere vxorem, ut habetur Tob. 5. & 12. quomodo angelus Raphael docuit Tobiam iu niorem prædicta. Et ideo, cum inter alia, quis vult vxorem ducere, debet consulere angelum suum, qui eum docebit habere prudentem, cum à Domino datam vxor prudens, & dotes, & diuitiae à parentibus, ut habetur Proverb. 19. Et dixi in rab. Des droites & appartenances à gens mariez, in confus. Barandie.

Duodecimo, impedimentum boni, & occasionem mali renouet, & ad bonam reuocat, ut habemus exemplum Genes. 21. Quod angelus reuocauit Agar, fugientem dominam suam, & ad humilitatem & bonum reduxit. Et Ex. 14. 12. Vbi angelus percussit primogenita Egypci, ut tolleret eis occasionem mali.

Decimotertio, excitat nos a somno culpe, ut habetur Zech. 4. de angelo, qui excitauit Zachariam, vbi dicit, *Angelus Domini excitauit me, quasi hominem, qui excutatur a somno.* & Act. 12. quando Angelus percosso latere Petri excitauit eum, dicens: *Surge veloci ter.*

Decimoquarto, à contrariis potestatibus nos defendit, hostes visibiles etiam percutiendo *Psal.* 33. Immitit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & cripit eos. & *4. Reg.* 19. venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum 80. millia. Et contra hostes nos adiuuant. *Gen. 31. cap. 2. Macc. pen.*

Decimoquinto peccata præterita increpat, vt ab eis recedamus. *Num. 2.* Vbi cum Angelus filios Israël de prævaricatione increpasset, ipsi eleuauerunt vocem cum fletu.

Decimosexto, à peccato præsenti nos eripit bonus Angelus, vt patet in eductione Loth & vxoris eius de Sodomitis, id est, de peccati consuetudine, *Genes. 9.*

Decimoseptimo, impedit Angelus peccatum futurum, ne fiat vt patet *Num. 22.* in Balaam, qui ad maledicendum Israël pergens, ab Angelo est impeditus.

Decimoctavo, purgat labia nostra ad consolacionem Angelus noster bonus, *Esa. 6.* ibi: *Et volvisti ad me unus de Saraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tolerat de altari, & tenet os meum, & dixi: Ecce, regi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.*

Decimonono, secreta Dei reuelat, *Tob. 12.* dicit Raphael angelus: *Manifestabo vobis intentionem, & non abscondam à vobis sermonem occultum: & instruam in ambiguis, vt certificemur, Dan. 9. & 10.*

Vigesimo, bonus Angelus increpat malos, ne amplius malum committant, & de malis commissis. *Num. 22.* Cur verberasti tertio asinam tuam? & *Apoc. 18.* Angelus increpat Babylonem, & multitudinem eius, ei que comminatur. Exite, exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagiis eorum non accipiatis.

Vigesimoprimo, gaudent angeli de satisfactione, & reductione ad pœnitentiam, vt habetur *Luce 10.* Gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente.

Vigesimosecundo, concupiscentiam debilitat, vt patet *Genes. 32.* vbi Angelus tetigit neruum fœmoris Iacob, & emarcuit.

Vigesimotertio, memoriam passionis Christi nostris mentibus imprimit, vt patet *Ezech. 9.* Transi per medium ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius.

Vigesimoquarto, angeli orant pro nobis, imo totam terram circuendo compescunt. *Zach. 1. 1.* Omnis terra habitatur & quiete. Illuc erat angelus & luctuosam ad Deum fundit precem. Domine exercitum (inquit) usque quo tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est, & meruit angelus petitionis suæ consolationem audire.

Vigemoquinto, angeli etiam nostris duris casibus calamitatibusque spiritualiter compatiuntur. *Esa. cap. 33.* Ecce videntes clamabunt, angeli pacis amare flent, dissipata sunt viæ, cessavit transiens per semitam, irritum factum est pactum, &c. Et dicit Jacob. Fabri in *Commentar. diui Dionysii epist. 8.* vbi ponit de benigna cura prouidentiaque angelorum circa gentes.

Vigesimosexto & ultimo, bonus Angelus noster portat animas nostras de corporibus nostris egredientes in cœlo, & eas ibi secundum sua merita collocat in loco in eis debito, secundum quod dicitur: Nomina eorum scripta sunt in cœlis, & habetur *Luce 16.*

Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ: vnde archangelus Michael multa habet officia in cœlis, vt ante dixi.

Inter alia tamen habet officium ponderandi animas. Ideo in Ecclesiis pingitur ponderans animas, quia *Dan. 5.* Appensus est in statu, & inuentus est minus habens.

Habet etiam officium portandi eas, & collocandi in paradiſo, vnde cantat Ecclesia: *Venit Michael archangelus cum multitudine angelorum, cui tradit Deus animas sanctorum, ut perducere eas in paradiſum exultationis: quia data est ei potestas super animas sanctorum.* Cum enim quis moritur, assistunt boni angeli pariter & mali, merita aut demerita expectantes, & quando inuentus est dignus; tunc bonus angelus valde reuenter portat cum multitudine angelorum ad gloriam beatorum, præsentans eam Deo altissimo, creatori suo, vt de tanto bono & excellenti gaudio referat gratiarum actiones: & deinde refert eam ad locum sibi ab æternō assignatum; quia nomina saluandorum scripta sunt in cœlis. Et tunc verum est, quod nostra mater Ecclesia cantat: *Gaudent in cœlis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti.* Et quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, & multa alia passi sunt, ideo cum Christo regnare sine fine, & exultant. Ex quorum salute gaudet tota cœlestis curia, imo cum magno gaudio egrediuntur, *Esa. 55.* In lætitia egrediemini, & in pace adducemini.

O quanta animæ dignitas est, & quantum eam dilit Deus, quando talem in vita sua assignat sibi custodem, & in morte securum directorem, cui tota applaudet cœlestis curia: vt dicitur *Ez. rbi supra.* montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia lingua regionis plaudent manu, id est, angeli maiores & minores gaudebunt & exultabunt in aduentu sanctorum animatum in gloria, ita quod accrescit eis quoddam gaudium accidentale usque ad diem iudicij.

O quam solcite & diligenter omni die, omni hora, & omni loco nos tali, & tam potenti custodi debemus commendare, & nos & omnia bona nostra temporalia & spiritualia committere, fructus, agros, pecora, gesta, actus, opera, liberos, actoram familiam. Imo & nutrices sero & mane: & quando lastentes pueros in cunis decubant & reponunt, debent Deo, virgini Matre, suo bono angelo patrō, & omnibus aliis sanctis Dei, pro posse, diligenter & denote cum crucis signaculo committere, ex quo sanctus angelus tantam habet potestatem custodiendi nos, non immrito de eo cantat Ecclesia: *Quo custode procul pelle rex Christe piissim., omne nephos inimici, corde & corpore paradiſo reddē tuo nos tua sola clementia.* Et propterera mihi usum fuit, & consului multis, quod quilibet bonus Christianus norabilis alicuius dignitatis, qui vult habere aliquem lectum seu thorum triumphalem, quod triumphum sui lecti debet conuertere in hunc modum. Videlicet quod in coopertorio lecti seu culla debet esse triumphus trinitatis in medio, cum quatuor Evangelistis, in forma quatuor animalium à quatuor lateribus, secundum quod figuratum est *Apoc. 4.* Et in capite lecti sint haec scripta: *In manu tua Domine commendō spiritum meum: Redemisti me Domine Deus veritatis.* Et in uno latere à parte dextra sit crucifixus in uno angulo lateris, & sint ante eum hi duo versus, quos teneat quidam homo pietus in formam roganis, & dicat:

*Ore tuo Christe, benedictus si thorus iste:  
Dormiat in Christo qui thoro iacet in isto.*

Et ex

Et ex alio latere in parte sinistra sit in parte superiori virgo Maria: & in parte inferiori illius lateris sit mulier eriam depicta in formam deprecantis, quæ tenet hos versus:

*Vt me pausantem conserues & vigilantem:*

*Metibi virgo pia semper commenda Maria.*

Et in pendulis lecti in pendente superiori sint duo angeli, vnumquisque in angulo: in medio quorum erunt hi duo versus sequentes:

*Angele, qui meus es custos, pietate superna,*

*Metibi commissum serua, defende, guberna.*

Quos omnes veritus vniusquisque bonus Catholicus deber dicere singulis diebus pluries, maxime cum vadit ad dormiendum, cum *Pater noster*, & *Ave Maria*: si saltem vacare non possit pluribus aliis ordinibus, saltem habeat in mente, corde, voce, & oratione praedicta, ut aliquid mereatur; cum non sufficit abstinentia à malo, vnu sit quod bonum est. *c. de forma 4.22 q.5.* concordat text. *in c. cupientes. de pœnis in clementiis, notatur in t. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig.*

**D**ecimaseptima consideratio. Redeundo, unde dgressi sumus, ad istam ordinem angelorum ultimum assumantur omnes pueri baptizati, qui in merito passionis Christi, & fide parentum in gratia baptizati decadunt: quia, ut dicitur *Matth. 22*. Erunt homines sicut angelii Dei in celo: quia per dominam gratiam homines possunt mereri tantam gloriam, quod etiam angelis singulorum ordinum æquentur, & haec vocantur assumi seu locari in ordines angelorum. Dicit enim *August.* *super Ezech.* Sunt nonnulli, qui parva copiunt, sed tamen hoc nunciare fratribus non desistunt, & hi in angelorum numerum cernuntur. Molti enim sunt simplices & illiterati, & tamen verbo & exemplo quantum possunt, alios ædificant, qui inter angelos collocabuntur.

Ite, sunt nonnulli, qui hic bene regunt seipso, vixorem, totam familiam, liberos, singulaque negotia, cuncta ordinantes ad Dei honorem, timorem & amorem, sicut faciebat Tobias: filii, pauperem vitam gerimus, multa bona habebimus, si timuerimus Deum. Tales similiter si maiora non habuerint merita, inter angelos collocabuntur, & etiam simplices, qui pœnitentiam egerunt, carnem suam affligendo pro peccatis, inter angelos collocabuntur.

Ab hoc ordine cecidit quidam principalis dæmon, qui vocatur Mammon, cum pluribus aliis suis complicibus, qui tentant de avaritia, quos Dominus paupertate percussit, *Matth. 6*. Et ad illum carcerem inferni superiori descendunt omnes avari, vulturij, & eis similes. Et de quibus tentet huiusmodi dæmon, vide *Bernardinum de Bustis, in 1. parte sui Rosary, sermonem 10. in litera M.* vbi ample.

Ex quibus patet, quod sicut in celo, scilicet cœlesti, sunt nouem ordines angelorum, qui mansiones dici possunt; ita in inferno sunt nouem carceres, in quibus sunt dæmones, qui recipiunt damnatos de pluribus peccatis, secundum eorum grauitatem, & secundum quod supra dictum est, ut recitat ample *Vincentius in suis collationib.* Et alij præsunt aliis: cum dæmones præsunt dæmonibus, ut etiam supra dixi.

**D**ecimaoctava consideratio erit talis. Cum in Paradiſo sint nouem ordines, & in quolibet ordine sint sex millia sexcenta sexaginta sex mansiones, & in qualibet mansione possint esse tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciae, tot ciuitates, tot domus: & in qualibet domo, tot ledes seu loca, scilicet sex millia sexcenta sexaginta sex, & in qualibet sede seu loco, de quo dicitur, nomina vestra scri-

pta sunt in celis, est una anima: quando omnia illa loca replebuntur; tunc, ut opinantur nonnulli Doctores deuoti hanc calculationem pie ponentes & credentes, adueniet extreum iudicium, sed quia non sunt præsentis speculationis, & etiam, ut dicit Bernard. de *Bustis in 2. par 1. sui Rosary, sermonem 19. 2. part. in litera L.* non potest dici certus numerus angelorum, ex pluribus per eum ibi allegatis, non aliter insisto. Plures tamen sunt angelii boni quam mali, prout habetur *Paralip. 32.* ut ibi dicitur. Et etiam habetur in sermonibus Discipuli, *serm. 88.* quod certus numerus angelorum dari nec numerari potest, & ibi ample ponit illos novem ordines angelorum supra positos, & quomodo, & qualiter anime collocantur in illis ordinibus, secundum dignitatem illarum.

Quia tamen dictum est, quod etiam mali angelii sunt in inferno, & habent carceres & officia distincta, querit Robertus de Licio *in serm. II. c. 1. in feria 4. sermones 50. v. 2.* Verum mali angelii sunt in inferno? Et responderet secundum Bonaventuram, *distin. 6. art. 3. 1. lib. 2.* cum *Alexandro de Halis, in 2. volum. summa q. 4. 96.* quod locus dæmonum post lapsum usque ad diem iudicij, non est locus subterraneus, quem vocamus infernum, sed aer caliginosus, in quo generaliter dæmonum habitat multitudo: & utrum aliqui sint detrusi in inferno, dicit se nescire, nec inuenire determinatum à sanctis; dicit tamen bene credere, quod aliqui descendunt ad torquendam animas, secundum quod habent in se deputata maledictionis officia. Si etiam in prædicto aere puniantur pœna ignis, ut dicit, diversi diversa sentiunt. Quidam dicunt, quod sic, licet minus intense quam post iudicium. Alij autem dicunt, quod talis pœna eis differtur usque ad iudicium, & interim grauem pœnam suscipiunt ex eo, quod sunt in isto aere caliginoso: quia locus in quo conditi sunt, erat celum empyreum, quod est lumensum, & est eorum locus naturalis, ad quem non possunt amplius reuerti.

De his omnibus supradictis me remitto ad doctores Theologos (quorum est talia nosse) quoniam melius est tacere, quam male loqui: & in reliquis articulis fidei, in quibus firmiter credimus, & simpliciter confitemur, *credo prout sancta mater Des ecclesia credit.* Et quæ hic ante dixi, intelligo me dixisse sub benigna correctione dominorum Theologorum, & sub protestationibus, quod si sit dictum, quod habeat in se aliquid dubium, aut quod non sit bene dictum, quod habeatur pro non dicto, nec scripto, & sic me submittit limæ & correctioni prædictorum dominorum Theologorum.

**D**ecimanona consideratio. Erit per modum questionis; An possit dari decimus ordo in Paradiſo; Et pro decisione huius dubij videndum esset, quod dicit Ioan. de Turrecremata *in c. hi duo. de consecrat. dist. 1. vbi innuendo ex illo text. dicit videri, quod sint vel fuerint decem ordines angelorum.* Item dicit Magister Sententiatur *in 2. distin. 9. testatur, quod Scriptura testatur, decimum ordinem ex hominibus esse restaurandum; ergo ita est: quia ut dicit Augustinus: Maior est Scripturæ autoritas, quam omnis humani generis perspicuitas; vbi agitur in oppositum, tandem concludit secundum mentem Theologorum, quæ doctrina sanctorum est magis consona, quod omnes electi assumuntur ad ordines angelorum, quidam scilicet ad superiores, quidam ad inferiores, & quidam ad mediocres, pro diuersitate suorum meritorum: sed beata Maria super omnes, ut dixi supra in hac parte, in 3. consideratio.*

Et istud comprobatur diversis rationibus. Primo, ut dicit, ad hoc est glorificare illud Psalm. 44. *Constitues eos principes super omnem terram.* quae dicitur elegit pauperes, ut exaltetur ad ordines caeli, qui sunt ex hominibus, & angelis: ergo homines assumuntur ad ordines angelorum.

Secundo, ad idem est gl. Deut. 32. super illud: *Omnem locum, quem calcaverit per vester, vester erit:* quae dicit, si Diabolus vincere potero, si meruero, ut Deus conterat eum sub pedibus meis, consequenter locum eius habeo in celo,

Tertio, haec idem gl. Dent. 33. super illud: *Eiecit a facie tua inimicum, dicetque contere.* Et super illud ad Roman. 11. *Dominus conteret Satan sub pedibus vestris velociter.*

Item, B. Dionysius dicit in 1.c. de diuinis nominibus, quo homines angelorum gloriam sortientur. Item Greg. in homilia de centum ounibus dicit, quod homines secundum diuersitatem meritorum ad diuersos ordines transferentur angelorum. Haec de Turrec. ubi respondet ad obiecta in oppositum. Videatur etiam de hac materia Bar. Sibylla in speculo peregrinarum qu. in prima quatuordecim c. secunde decadis ubi dicit, quod opinio dicentium posse dari decimum ordinem, videtur sapere haec: dicit tamen ibi in fine unum singulare, quod meritum hominis est efficacius merito angelorum, quod comprobatur quatuor rationibus.

**V**igesima consideratio. Nendum angeli habent sedes & loca in celo: sed etiam beati, & ibi honorantur, glorificantur & laudantur, ita quod unus praefertur alteri, & unus maiorem sedem habet altero, No quod unus sit supra caput alterius, sicut in solario, sed sunt in celo empyreo, sicut si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & alii circum circa. Et isti sunt, de quibus dicitur Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine. Gloria enim est omnibus sanctis eius. Psal. 149. Qui sunt ciues sanctorum, & domestici Dei, inter quos nulla est inuidia: sed unusquisque ita gaudet de reuerentia alterius, sicut de sua, ut dicit Aug. in epist. ad Cyrrilum. Noueris, quod reuerentia, que singularis sanctorum exhibetur, ceteris omnibus exhibetur: nec putas, quod in celo sit aliqua inuidia, ut in mundo. Sicut enim in mundo quilibet hominum ceteris praesse magis vellet, quam subesse: ita in celo per charitatem ineffabilem, qua se inuidem diligunt beatæ animæ quilibet sanctorum, ita alterius gloria gaudet sicut sua; quoniam vellet quisque maior, ut quisque minor, sibi esset æqualis, & pene maior, quia gloria eius esset sua. Nam minor ita maiori gloria gaudet, sicut si eam haberet; immo potius de sua, si fas esset, sibi impariret: unde gloria singulorum est gloria cunctorum, hec ille. Et haec recitat Bern. de Bust. in 2.par. Rosar. serm. 9. in 2.par. in litera N.

Sunt tamen in multiplici passionum genere gloriae. Quoniam, ut ait Aug. in ser. de martyris. Sanctorum societate celum exultat, quorum patrocinis terra lætatur, quorum trionphis Ecclesia sancta coronatur, quorum gloria multiplici passionum genere adornaatur: & qui nescit dispolirionem beatorum in patria caelesti, potest sic imaginari, quod Deiras est in supremo culmine, & post eam beata virgo Maria, ut dixi supra: & postea angeli iuxta gradus & ordines super positos & descriptos, & post angelos sancti iuxta cohortum gradum; quia angeli sunt in superiori loco ante sanctos, ut dicit S. Thom. in prima part. sua sum. questione. 66. art. 3.

Aduerendum est etiam ad id, quod dicitur Ioh. 14.

In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Et Hieronymus fecit librum unum de 24. mansionibus, & Ambrosius unum, & Richardus de S. Victore.

Altitudinem autem caeli, & magnitudinem, si quis contemplari voluerit, debet primo considerare magnitudinem terræ, & aliorum elementorum, quæ singula excedunt se inuidem in decuplo: & postmodum considerare latitudinem orbis, quæ est maior in decuplo omnibus elementis simul. Quæ, cuius sit magnitudinis, ponit Bern. de Bustis in 2. parte sui Rosary. serm. 10. part. litera Y.

Deinde extendere considerationem suam usque ad celum empyreum, discurrente mete, magnitudinem aliorum nouem celorum, quorum singuli excedunt inferiores omnes in decuplo secundum mathematicos: & sic aliqualiter intelligit magnitudinem & altitudinem ipsius decimi caeli, scilicet empyrei, quod excedit in decuplo omnes alios: & similiter, poterit investigare aliquo modo pulchritudinem illius caeli, considerando pulchritudinem omnium praedictorum elementorum & celorum, quorum quodlibet in decuplo, quoad formositatem & speciositatem: tunc intelliget, quod inexplicabilis est pulchritudo illius caeli empyrei, in quo collocantur sancti in visione gloriae, Eccl. 43. De cuius excellentia ample Ber. de Bustis. in libro serm. 19. supra alleg. & in litera S. ponit, quomodo ibi collocantur Patriarchæ, Apostoli, Martyres, Confessores & Virgines, quæ cum sunt nimium prolixa, nihil aliud de collatione illorum, & prælations hic dicam, nisi forte statim de duobus, videlicet de Ioanne Baptista, utrum praecedat Adam, & de Petro, quod praecedat omnes Apostolos: tanquam Princeps illorum, & priuatum habens inter eos.

**V**igesima prima consideratio. Deus dabit gloriam sanctis in gloria. Probat mirabilibus rationibus Ray Lullius in suo introductorio artis generalis, in arbore apostolicali: ubi dicit, quod Deus creavit mundum cum magnitudine bonitatis, eternitatis, potestatis, sapientie, voluntatis, gloriae, & veritatis: & ita sua magnitudo est; ita ratio, quod Deus creavit mundum ratione gloriae, sicut ratione bonitatis. Est ergo finis mundi ita magnus per gloriam, sicut per bonitatem: sufficit ergo veritas ad gloriandum homines in gloria, ut magnitudo tantum sufficere possit fini gloriae, sicut fini bonitatis: est ergo probatum, quod Deus qui creavit mundum dabit gloriam hominibus bonis. Et, ut dicit idem Raymundus Lullius ibi. Iste passus est placens ad intelligendum, quoniam intellectus gaudet in attingendo veritatem gloriae, quam expectat: gaudet etiam in nono modo probationis, quam, ut ipse dixit, dat secundum tabulam generalem hoc modo, videlicet In Deo est gloria, & ipse est gloria: & si non dare gloriam illis, qui suam gloriam diligunt, iniuriam faceret amabilitati suæ gloriae, & amatuitati illorum, qui suam gloriam diligunt; & sic esset iniustus, & avarus, amabilitati suæ, & amatuitati illorum, qui suam gloriam diligunt. Et idem sequitur de sua memorabilitate, intelligibilitate, memoratuitate, & intellectu hominum, quæ iniuria est impossibilis. Dabit ergo Deus gloriam omnibus illis, qui moriuntur in statu bonitatis, virtutis, & veritatis, & qui ipsum diligunt, & suam gloriam sperant. Et ibidem amplius ponit, an Deus glorificabit hominem. cum medio, vel fine medio, & cum pura concordantia, & sine contrarietate, ut ibi per eum.

**V**igesima secunda consideratio. Sancti etiam sunt honorandi & venetandi in terris, prout in celo & festivitates eorum sunt solenizande: quod probatur ratione,

ratione, autoritate, & exemplo. Et priuino ratione probandum est: quia secundum Ioan.de Turrec. in c.1. de consecrati distincti, 3. allegando Guil. Altisiodoren. in sua summa de off. propter sex causas festiuitates sanctorum in terris sunt facienda.

Prima est propter honorem diuinæ maiestatis. Cum enim honorem sanctis impendimus, Deum in sanctis honoramus, & ipsum in eis mirabilem prædicamus: quia qui sanctis honorem tribuit, illum specialiter honorat, qui eos sanctificauit.

Secunda est, propter auxilium nostræ infirmitatis. Quia enim per nos salutem habere non possumus, ideo sanctorum intercessionibus indigemus: à quibus & adiuuari mereamur, merito ipsos honorare debemus. Legitur enim 3. R. q. 1. quod Bersabee, quæ interpretatur puteus satietatis, id est, Ecclesia triumphans, filio suo, id est, ecclesiæ militanti, regnum suis precibus obtinuit.

Tertia est, propter augmentum nostræ securitatis, ad spei nostræ subleuationem, ut per sanctorum gloriam, quæ nobis in eorum festiuitate proponitur, nostra spes, & securitas augentur. Si enim homines mortales nobis similes potuerunt ita per sua merita sublimati, constat; quia nos similiter poterimus: cum manus Domini breuiata non sit.

Quarta est, propter exemplum nostræ imitationis. Cum enim eorum festiuitates recententur, ad eorum imitationem prouocamus, ut scilicet eorum exemplo, terrena contemnamus, & cœlestia desideremus, ubi sunt collocati. Quoniam cum iplorum virtutes, in die solennitatis eorum, nostra mentis oculis obiciuntur, ardenter accendimur ad honorificantiam illorum. Et ideo dicit Leo Papa in quodam sermone de martyribus. Quotiescumque, fratres charissimi: sanctorum martyrum solennia celebramus; ita ipsis intercedentibus expectemus à Domino consequai tempora lia beneficia: ut ipsis martyres imitando accipere mereamur æternam: quoniam, ut dicit Paul. 2. ad Cor. 1. Si fuerimus socij passionum, erimus & conlolationum.

Quinta est propter debitum mutuæ vicissitudinis. Sancti enim de nobis in cœlo festum faciunt; quia gaudium est angelis Dei, & animabus sanctis, super uno peccatore penitentiam agente. Ut igitur vicissitudinem rependamus, iustum est, ut quia ipsi de nobis festum agunt in cœlis, & nos de ipsis festum agamus in terris.

Sexta est, propter procurationem nostri honoris. Cum enim sanctos honoramus, tunc nostram rem agimus, & nostrum honorem procuramus: quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cum honoramus fratres nostros, honoramus nosmetipos. Vnde Apost. Omnia vestra sunt, vos autem Christi. Charitas enim omnia facit communia, quæ horores inuicem peruenire facit, & necessitatibus sanctorum communicare: ut dicit Apost. ad Rom. 12. Dicit etiam Ioan.de Turrec. quod alias rationes ponit Damascenus lib. 4. cap. 7. quare scilicet sancti, & eorum corpora, seu eorum reliquiae, debeant honorari: quarum quædam sumuntur, quoad eorum dignitatem, quædam quoad eorum preciositatem corporum. Dignitas autem eorum, ut ibidem dicit, quadruplex est: quoniam ipsi sunt amici Dei, & filii Dei, heredes Dei, & duces nostri: quantum vero ad corporum eorum preciositatem, ponit etiam idem quatuor, & August. addit quintum, per quæ manifestatur preciositas corporum, scilicet sanctorum, sive reliquiarum. Ipsa enim corpora sanctorum, fuerunt promptuarium Dei, templū Chri-

sti, alabastrum spiritualis vnguenti, fontes diuini, & organum Spiritus sancti: propter quæ sancti merito venient colendi: & ibi responderet ad quædam arguimēta in contrarium.

Pro septima ergo ratione dicendum est, quod insignis eminentia virtutis, & sanctimoniaz, qua hic vitam agentes, mirifice elatuerunt, debet nos mouere ad venerandum, & honorandum sanctos.

Nemo siquidem est, qui non norit virtuti honorem deberi, & his, qui virtute sunt prædicti. I. si. en. prin. C. de statu, & imaginibus. & dixi supra, & dicam infra, in multis locis: quantoque excellentior fuerit virtus, tanto præclariori affectuenda est honore.

Atqui, nullus est sanctorum ordo, & gradus, & in quois ordine, nullus reponitur sanctus, qui non eximio virtutis splendore coruscauerit, quique non miro bonoru operum ornatu respluerit. Quoniam, ut dicit Paul. ad Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes, fortis facti sunt in bello, non corporali tantum, sed & spirituali contra dæmonem, mundum, & carnem, quem triclicem hostem virtute dextræ fuderunt. Et Paul. in 1. ad adem epist. antiquos veteres instituti patres claro celebrauit encomio: illustrisque eorum virtutes, & nomina catalogo quoque facto recensuit. Et habetur Eccles. 4.4. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros, in generatione sua: & post descriptas generationum illorum laudes, mox subneicit: Omnes isti, in generationibus gentis sua gloria adepti sunt, & in diebus suis, habentur in laudibus, qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, & scimen eorum, & gloria eorum non derelinquetur, & ibi, & in cap. 5. Euseb. c. 45. ponit laudes antiquorum patrum.

**V**igesimalertia consideratio. Sanctos etiam honorandos laudandos, & glorificandos, autoritate sacrae scripturæ, ecclesiæ Catholicæ, constitutionis summorum Pontificum, & Principum secularium, doctissimorumque scriptorum comprobatur.

Primo enim autoritate sacræ scripturæ, cum ut habetur Psal. 105. Laudate dominum in sanctis eius. & Psal. 32. Rectos decet collaudatio. Et habemus Ecc. 20. & 44. Laudemus viros gloriosos, & patres nostros, in generatione sua, & habetur 10. 12. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus, qui est in cœlis. Cum ergo sancti honorentur à Deo, æquum est, ut honorentur etiam ab hominibus, cum is gloria, & honore dignus sit, quem Princeps honorat, text. in L. restituenda. in fin. C. de aduoc. diuer. iudi. vbi sic dicit text. Qui a nobis digni iudicati, hi multo magis in anteriorib. quoque indicandi sunt. dicam plenius infra in vlt. part. Quem ergo dominus honorificat, æquum est, & seruos eius eisdem honorare, ut eo ipso conformes sint domino suo, bonitatique eius respondeant. Improbus enim videtur, qui designatur eum honore profisci, quem dominus suus honorificat. c. 19. 4. dist. l. 1. C. de dom. & protet. Et perinde atq; rebellis censetur Regi, necnō iniurias qui amicū eius summo affectum honore à Regia maiestate, recusat honorare, facit l. sumpteperialis. C. de legibus. & l. fin. fin. C. de prius leg. eor. qui in sacro palatio militant. lib. 23, & dixi ample alibi.

Cum ergo Deus sanctos honorificet, quare ergo illos non honorabimus, ut confortemus voluntati Dei, & ne illi resistere, nec contra iudicium facere dicamus: iuxta illud Damasc. in lib. 4. de fide orthodoxa. Honor erga gratos, & benignos conseruos benevolentiae erga communem dominum iudicium est. Nonne etiam dicit propheta Ps. 48. Mihi autem honorati sunt amici tui Deus, nimis cōortatus est princeps eorum:

Vbi vocat eos amicos Dei, quos dominus in Euangelio eadem dignatus est appellatione nominare, cum inquit. Vos amici estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis: iam non dicam vos seruos, quia seruos nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos; quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Et etiam habetur Eccl. 54. Laudemus viros glorioſos, & parentes nostros in generatione sua, dixi supra, & dicam amplius. & hoc est: quoniam qui bonum operantur, gloriam & honorem inuenient, ad Rom. 2.

Secundo, probatur autoritate ecclesiæ, quæ hac cōfuetudine immemoriali ex sua ordinatione vniuersali procedente tot festa, & festiuitates sanctorum introduxit, & ordinavit, quæ quotidie cotam nobis videntur, & de quibus habetur in c. fi. & aliis de feriis. & in c. i. de co / sec. diſt. 3. vbi habetur ex concilio Lugd. Et sic est sancta mater Ecclesia in Spiritu sancto congregata, in medio quorum ibi existente nomen Ecclesiæ erat populus, iuxta illud: Vbicunque duo aut tres in nomine meo erunt congregati, ibi in medio illorum ero. Mat. b. 18.

Tertio, probatur autoritate summorum Pontificum, ut habetur in c. fi. de feriis. vbi ponit multas festiuitates sanctorum, quæ honorari debet, & probatur c. gloriſus Deus in sanctis suis. de relig. & vener. sanctor. in 6. vbi ponitur constitutio Bonifacij VII I I. qui ordinavit plures solennitates plurium sanctorum ibi descriptrorum. facit clem. s. domini. de relig. & vener. sanctor. vbi Clemens V. in Concilio Viennensi. approbavit & cōfirmavit ordinationem Urbani IV V. de celebritate Sacramenti Euchar. Eusebius etiam solenitatem sanctæ Crucis, quæ ipso sedente in Pontificatu facta fuerat, mandauit obseruandam. c. Crucis Domini. de consecr. diſt. 3. Et ibi Ioan. de Turrecr. ponit rationes, quare adoratur Crux. & Ant. Flot. in sua summa, pari. 3. ii. 109. §. 5. vbi alleg. S. Thom.

Etiam Serg. I. festum purificationis beatæ Mariæ virginis cereis accensis, & sacerdotali ordine consecratis, celebrandum lanxit.

Et Innocentius octauus, nativitatis eiusdem gloriæ virginis solennitati præcipue adiungenda statuit.

~~Sancti Petri~~ Synodus in decreto quadragesimæ sessionis, festum sanctæ conceptionis eiusdem Virginis statuit.

Quas quidem constitutiones, vniuersalis Ecclesiæ consuetudo, & omnium Christianorum approbavit. Cuius quidem consuetudinis, non leuis est autoritas, imo magna c. in his, & c. consuetudinis 11. diſt. Panor. in c. consuetudinis. exira de consue. Et ibi Agost. Bar. & Corser. Et quantum consuetudini tribuendū sit in sanctionibus ecclesiasticis, ponitur in r. ecclesiistarum, in 11. d. & in c. catholica, eadem diſt. vbi dicitur, Ecclesia catholica, per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quicquid enim in ea tenetur, autoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certe propria & particularis instructio, &c. Et dicit text. in d. c. in his rebus, de quib. nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum, pro lege terutanda. Cum ergo in hac veneratione sanctorum, non solum sit mos populi, sed etiam diuina scriptura, autoritas ecclesiæ vniuersalis, & summorum Pontificum, non est dubium, quod illa vniuersalis consuetudo nos astringit ad honorandum, venerandum & laudandum sanctos, ultra rationes supradictas, in præcedenti consideratione adducetas.

Quarto, etiam solennitates sanctorum sunt celebrandas & honorandi sunt sancti in corum festiuitatibus,

autoritate Principum secularium, videlicet Valentiani & Theodosij Imperatorum, qui ordinaverunt commemorationem duodecim apostolorum esse celebrandam. vt in Lomnes dies. C. de feriis.

Quinto & ultimo, probatur autoritatibus plurium doctorum, qui tenent decisive sanctos esse venerandos, honorandos & glorificandos. In primis dicit Ambrosius in quodam sermon. de sanctis martyribus. Cum omnium sanctorum martyrum, fratres, devotissime natale in celebrare debemus: tum eorum præcipue solennitas, tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt, & ibi: Cuncti igitur martyres percolendi sunt. & statim post: Ideo fratres veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. & dicit Hieronym. in Epistola ad Riparium alleg. per Anton. Floren. in sua summa. part. 3. iiii. 12. cap. 9. in princip. Honoramus autem martyrum reliquias, ut eius, cuius martyres adoramus, honoremus seruos, & honor servorum redundet in dominum. & idem Hieronymus in sermone de assump. beatae Mariae virginis, dicit: Si Deum fratres charissimi, ore prophetico, in sanctis suis laudare iubemur, multo magis in veneratione beatae Mariae. Et Augustinus in sermone de nativit. Iohann. Baptista, dicit: Post illum sacrosanctum Domini natalis diem, nullius hominum nativitatem legimus celebrari, nisi solius beati Iohann. Baptista. In alio sanctus & electus Dei, nouimus illum diem coli, quo illus post consummationem laborum, & deuictum triumphatumque mundum, in perpetuas eternitates, praesens hac vita paretur: in alio consummata, ultimi diei merita celebrantur. In hac prima dies & ipsa etiam hominis consecrantur, eo: quia per hunc dominus aduentum suum, ne subito homines insperatum non agnoscierent, voluit esse testatum. Et idem Augustinus in sermone de Ass. impv. B. Mariae dicit, illum diem venerabilem cunctis aliis honorandum: hunc satis præpostetum iudicandum esse, ut cum Sanctorum celebramus victorias martyrum, illius solennitatem illis non preferamus, quæ huic mundo edidit Principem martyrum, & per quam meruimus autorem vitae fulcire. Et etiam dicit Floren. in sua summa. part. 3. iiii. 12. cap. 7. §. 2. quod sancti sunt adorandi, non ea adoratione, qua adoratur Deus, scilicet latræ: id est, non eos adorantes, ut creatoris, vel datores gratiarum, sed ut participantes Dei bonitatem, per gratiam, vel veram gloriam, & ut nostri intercessores: & sic, ut dicit Abraham angelos adorauit; Gen. 18. Et Cornelius Centurio Petrum, 18. 20.

Sanctus Dionysius etiam in sua Ecclesiastica hierarchia. cap. 3. 3. part. dicit verba sequentia: Enimvero sanctorum, post pacem illam nominum predicatione, eos præconio attollit, qui pie sancteque vixerunt, & ad finem usque virtutis vitam constanter, nusquam ab ea deflectendo, tenuerunt. Nos quidem, ad imitandum beatissimum illorum habitum, atque ad diuina appetenda premissa, prouocans adducens. Illos autem veluti viuentes, predicans qui (ut Theologia ait) non mortui, sed in divinam penitentiam ex morte translati sunt. Et dicit etiam Sanctus Bernardus in sermone de solennitate omnium sanctorum, in principio. Festiuitas omnium sanctorum hodie celebratur, & dignum est, ut cum omni deuotione celebretur. Et ample Ioan. Damascen. in libro de fide orthodoxa, cap. 16. dicit & tenet, sanctos esse orandas, ut amicos Christi, Ioan. 15. Vos amici mei estis: ut dictum est supra. Ut filios & heredes Dei, ut habetur Iohann. 1. Quicunque autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et habetur ad Roman. 8. Si aut filii & heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Et ibi ample declarat Damascenus, sanctos esse venerandos per in-

gulos factorum ordine, apta progressionem. Deiparam, ut proprie, & vere Dei matrem honoremus, de qua supra dixi. Precurorem Iohannem, ut præcurorem & baptistam missum, & martyrem, de quo infra dicam. Apostoios, ut fratres Domini, & inspectores, & ministros in passionibus eius: videatur ibi ample Damascen. & de laudibus ianctorum fecit. Rupert. de Licio librum unum.

**V**igesimaquarta consideratio. Etiam quod sancti sunt honorandi, demonstrabitur quibusdam exemplis, quæ posuit Iodoc. Chlistoueus in suo tractatu de *veneratione sanctorum*, compositus ad reprobandum errores aliorum, & maxime Lutheri Alemani, & quorundam sequacium.

Et in primis adducit exemplum de sancto Patriarcha Ioseph, qui, ut habetur Gen. 41, ubi postquam interpretatus fuit somnium Pharaonis Regis Ægypti, suggestusque consilium, quo futuræ fami septennali occurreretur, dixit ei Pharaon: *Tu eris super dominum meum, & ad tuos oris imperium cunctus populus obediens, uno tanto Regni solo te præcedens; ecce constitui te super universum terram Ægypti.* Tulitque Pharaon annulum aureum de manu sua, & dedit in manu eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torqueum aureum circumposuit, fecique eum ascendere super curru suum secundum clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecent, & præpositum esse scirent universa terra Ægypti.

Certe ergo, ut dicit idem Iodocus Chlistoueus Ioseph, ob nimiam animi sagacitatem, & prudentiam, à Pharaone in excelsum dignitatis culmen a carcere sublatus, non absurdè sanctorum quemlibet nobis significat, ob vitæ sanctimoniam, præclaraque opera, ex huius mundi ergastulo, in sublimem thronum Regni cœlestis eundem; Deo super omnia bona dominum sui constitutum, quod seruus fidelis & prudens in vita fuerit, iuxta illud, *Luc. 12.* Nunc Deus splendida immortalitatis adornatum stola, cotonaque turila decoratum, publico Ecclesiæ præconio vultu cunctis etiā pia veneratione coli, ut celsitudo gloriae eius, ac sublimitas, omnibus innotescat. quemadmodum Pharaon ipsum Ioseph, à cum his Regni sui incolis: voluit sublimem regio curru honorari.

Pro secundo exemplo, adducitur historia Mardochæi, de quo habetur *Eccles. 6.* Qui, ob detectas insidias diorum eunuchorum Regis Persarum, qui conpiraverant in necem Assueri, induitus stola purpurea, & impositus equo Regio, circumductus est iubente Rege, per plateas ciuitatis ab Aman, uno ex primoribus eius clamante in proposito: *Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare.* Ecce, Mardochæus vit spectabilis probitatis ac fidei, non solum stolam accepit regiam, & splendidis vestibus magnifice est amictus, sed & equo regio inuestitus, sui honoris publicum habuit præconem, palam buccinantem: Hoc honore condignus est, quem Rex voluerit honorare. Quod, ut dicit Iodoc. Chlistoueus, plane nobis insinuat, sanctos ipsos propter ineloquibilem illam gloriam, quia exaltantur in cœlis, etiam diuino beneplacito & ordinatione, in tertis honorandos esse, quo aliis patet magnitudo honorificentie, quam obtinent in cœlis, de qua statim aliquid dicam summatum.

Pro tertio exemplo huius nostræ materiæ, adducitur illud *Dan. 2.* quod ponit Iodoc in dicto loco de Daniele, qui postquam babylonis Regis somnium, quod eius animo exciderat enarravit, & sapienter, ut cœlitus fuerat sibi inspiratum, interpretatus est: Rex

ipse, nouitate refutationis tantorum mysteriorum, attonitus pariter & permotus, illum in sublime, ut dicit scriptura, extulit: & munera multa & magna dedit ei, & constituit eum Principem super omnes provincias Babylonis, & præfectum & magistrum super omnes sapientes Babylonis. Nimis hæc Danielis sublimatio a Rege, apte nobis significat exaltationem illam sanctorum in regno cœlesti: quia ob acta vitæ sanctitatem, subiectum ad sedes æthereas, ac glorificantur. Et hæc honorificentia, de qua supra, clare nobis innuit, præclarum honorem ex Dei decreto & sanctione, à mortalibus exhibendum sanctis, qui ita à Deo honorantur in cœlis.

Pro quarto exemplo, inseguendo prænominatum Iodoc. inserimus, quod est *D. m. 5.* qui cum scriptura, manus apparentes Regi Balthasar in conuicio diuinatusque exarantis, quæ ventura erant, legisset, & interpretatus fuisset, Rege iubente, induitus est purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, ut sacra eius refecta historia: prædicatumque est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Et, ut dicit Iodoc, hæc etiam Danielis honoratio, secundum Regis pollicitationem, cuiusvis sancti, in cœlestem translati curiam, designat glorificationem. Prædicatio vero illa, de principatu eiusdem Prophetæ, tertio post Regem loco obtinendo in regno, nobis publicam insinuat venationem, qua sanctum quemlibet in cœlo glorificatum vult Deus etiam in terris pie honorificari. Et de huiusmodi veneratione sanctorum, vide eundem Chlistoueum in suo propounaculo *Ecclesiæ, aduersus Lutheran.* lib. 1: de forma *M. ss.* cap. 14. 15.

**V**igesimaquinta consideratio Festa sanctorum celebrantur ab Ecclesia die, qua mortui sunt, & nondie, qua nati sunt: quia illa die, qua moriuntur, nascuntur ad gloriam. glo. in l. cum quidam. ss. de annuis legat. gloss. In ista de iugulis. in fi. Ludovic. Roman. singul. suo 34. addit. & aliam glossam in c. non licet. 33. q. 4. Et vide Panorin. in c. non licet. in 7. not. de seriis. Et hoc est, quod intendit *Eccles. 7.* Vbi ita principio dicit, quo melior est dies mortis, scilicet iulorum, qui tunc vivere incipiunt, quam dies nativitatis. Propter quod, vetus Galloru mos fuit, pecunias aliquando credere, & mutuo dare sibi reddendas apud inferos; quia cum ex doctrina Draydum Pontificum suorum, de quibus Cæsar in commentariis suis de bello Gallico, lib. 6 plene meminit, animas crederent immortales, sicut Pythagoras palliatus, id est, Grecus, pallio, more Græcorum, induitus, credidit: & sic maius præmium ex charitate, à Diis immortalibus consequi sperabant post mortem perpetuo victuri. De quibus Valer. lib. 2. de institutis antiquis. Et sic non abs re, quinimo prudentissime, & catholice prospexit Ecclesia, quod mors sanctorum vocatureorum natalitium, secundum Lyram, ubi supra. In cuius vestigium cygnus cantat, dum est moriturus, secundum Martial. ibi:

*Dulia defecta modulatrix carmina lingue  
Cantator cygnus funeris ipse fui.*

Ideo sapiens debet lætari, cum moritur, melius vivatur, ut ample declarat Guilielmus Benedicti in sua repet. c. R. genitius, in verb. testam. nu. 17 e. testam. Falilit tamen in virgine Maria, & beato Iohanne Baptista, quorum nativitates celebrantur, cum fuerint sanctificati in utero à ventre matris. Et sunt tantum quatuor, qui succunt sanctificati in utero à ventre matris, ut Iob, Ieremias, beata virgo Maria, & Ioannes Baptista, ut ait Petrus de Monte episcopus Brix. in suo discionario, in verb. sanctitat. §. quatuor. allegat cap. n. 5. in gl. 2. ext. de renuntiat.

**V**igesimasexta consideratio. Credo, quod Adam tanquam pater omnium, & primus patriarcha, sit primus post Mariam. Et ita videtur tenere Bart. Veron. in tract. de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis. ubi allegat Dantem 32. Paradisi. hoc ponentem:

Quei due che seggon la su più felici,  
Per esser propinquissimi ad Augusta,  
Son d'esta rosa quasi due radici,  
Colui che da sinistra les' aggiusta,  
El padre per la cui ardito gusto,  
L'humana specie tanto amaro gusta.  
Dal destro, vedi quel padre verusto  
Di Santa Chiesa, à cui Christo le chiauì  
Raccomando di questo sfor verusto.

**V**igesimaleptima consideratio. In ordine sanctorum in Paradiso, videtur, quod Patriarchæ, seu prophetæ sint præferèdi, & omnibus aliis sanctis anteponendi: cum, ut videmus in actibus ecclesiasticis maxime in litiis, præponuntur Apostolis, & inter illos Ioh. Baptist. videtur esse minor: quoniam, ut habetur Matth. II. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, quod testimonium est ipsius Iesu, qui de eo dicit, ex quo illi credendum est.

Ipse enim patriarcha fuit, & propheta, & plusquam propheta. De cuius laude & gloria in cœlo & mundo, & de aliis patriarchis & prophetis videatur ample Ant. Flor. in sua sum. in 3. part. tit. 31. cap. 7. per ton. ad quem recurras in materia laudis, & excellentiæ patriarcharum, & Ioh. Baptist. & in fin. illius cap. ponitur, quomodo fuit propheta de præterito, præsenti, futuro, & per visionem intellectualem, sensibilem, & imaginariam.

**V**igesimaoctaua cōsideratio erit ex dictis Gabrieли Barlette in sermone pro festo sancti Ioh. Bapt. qui querit de dubio: Vtrum, iuxta verbum Christi, Matth. II. & Luc. 7. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista; Ioannes Baptista sit in omnibus sanctis maior? & circa hoc adducit quadruplicem opinionem.

Prima est, ut dicit: Quod Apostoli sunt maiores, & rationem esse dicit. Ex quo illi sunt maiores omnibus sanctis, qui abundantius super omnes habuerunt spiritum sanctum, sed apostoli fuerunt huiusmodi: quoniam, ut dicit S. Thom. super illud Rem. 8. Nosi ipsi primicias spiritus habentes, dicunt Apostoli, & tempore prius, & cæteris abundantius spiritum sanctum habuerunt. Ideo I. par. 9. 44. art. 7. in 1. sententi. urum. dist. 15. art. 2. Ioannes Scotus in 4. & Duran. eu. dem. ordi. Apostoli sunt præferendi omnibus sanctis, tanquam abundantius spiritum sanctum habentes.

Secunda opin. quod Ioannes Euangelista, etsi non sit maior, tamen æqualis: & ratio huius est, quia prærogatiæ, quæ sunt Ioh. Bapt. concessæ, etiam Ioh. Euangelistæ. Et secundum Petrum Damianum sunt quinque.

Prima; quia Iohannes fuit virgo, & Ioh. Euangelista similiter: qui corrumpi non potuit in terra propter eius virginitatem, nec etiam Dominus permisit corpus eius in ferauentis olei dolio destrui.

Secunda; quia Ioh. Bapt. fuit germanus Christi, filius Elisabeth cognatae virginis Mariae. Ioh. Euang. in hoc excessit eum, quia fuit nepos eius, videlicet filius Salome sororis matris.

Tertia; quia Ioh. Bapt. fuit sanctificatus in utero matris, Luca 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris; & Ioannes Euangelista, licet non fuerit sanctificatus in utero matris; tamen accepit spiritum

sanctum tempore Pentecostes cum aliis Apostolis.

Quarta; quia Ioh. Bapt. fuit propheta. Ioh. I. Post me venturus est, qui ante me factus. Et etiam prophetizauit in utero, Luc. I. Exultauit infans in utero meo. Et plusquam propheta, Ioh. I. Ecce agnus Dei: Iohannes Euangelista fuit propheta in Apoc. quia futura pronuntiat. Et plusquam propheta, quia fuit apostolus, qui excedit omnes, cum abundantius habuerit spiritum sanctum. Et Apost. id est missus. Vnde Ioh. I. Fuit homo missus à Deo.

Quinta; quia Ioh. Bapt. fuit Martyr, ab Herode decollatus. Io. Euangelista fuit martyr mortaliter: quia, ut dicit Petrus Damianus: ille, qui perforauit cor Mariæ, ille metet cor Ioh. Euangelistæ perforauit, unde videtur, quod ad minus æqualis erat Ioh. Bapt. & sic Christi verba; Internatos, &c. non essent vera. Istas eriam rationes, & comparationes, refert Robert. de Lito, in quadam sermone de S. Iohanne Euangelist. & concludit, quis istoru[m] sit maior vel minor, non est curandum, cum bene concordes sint in cœlis, ideo non est disputandum de eis in terra; pro quo recitat ibi miraculum. Et ut dicit Dominicus post Io. Andri. in c. v. nico. de relig. & vener. sanctor. II. 6. periculatum est, de meritis sanctorum disputare.

Terza opinio, ut dicit idem Barlette, quod Moses fuit eximus prophetarum: quia Ecclesiast. 44. dicitur; Non est inuenitus sanctis illis, qui conservaret legem Excelsti.

Quarta opinio est, quod fuit Adam, qui creatus est, non genitus, & pater omnium. Hinc dicit Petrarcha, quod est primus post virginem Mariam: de quo Bartholomæus Veronensis. de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis. Sed tamen de Adam non est bona argumentatio, eo; quia non surrexit inter natos mulierum, sed à Deo creatus, & ideo non comprehensus in dicto Christi.

Quinta opinio est Iesu Christi, cum quo sub venias erimus, ut dicit Barlette in dicto loco; quia vera: cu[m] qua opinione Thom. 2. 2. 9. 174. ar. 4. quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, ut habetur Matth. II. Quam conclusionem comprobavit idem Barlette in d. loco, triplici ratione, quæ extrahuntur à doctoribus.

Primo, ratione diuinalis prænominationis; quoniam, ut dicit S. Thom. 3. p. 21. q. 27. art. 5. quod diuina prouidentia, quoties mittere voluit aliquem sanctum virum in mundo, pro vinculis preparatione, voluit illum prius in mundo ostendere duplice modo. Primo, verbo propheticō Secundo, signo diuino, quod patet tripli lego. Primo, in lge naturæ, quando misit Noe in impositione nominis. Gen. 5. dicit pater eius Lamech, vocabitur nomen eius Noe. Ille consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Secundo, in lge scripture de Moysē, per signum diuinum, quando in terram proiecit coronam Regis. Tercio, in lge gratiæ, tempore Christi, quando misus est Ioannes Baptista, qui oīensis est verbo propheticō per angelum, Luc. I. Erat magnus coram Domino. Et ista magnitudo fuit in pluribus, scilicet circa eius aduentum, in eius conceptione, & in eius nativitate. Et circa laudem illius, quam habuit ab ipso Christo, qui eam laudauit in constantia, in austerritate, in prophetia, & in perseverancia, ut ibi dicit Barlette.

Et ex quo sequitur secundo, quod fuit maior inter natos mulierum ex diuina commendatione, ex qua sumuntur laudes, & magniscentiæ ipsius, quas ponit idem Gabriel in d. loco, vers. secundum dicitur.

Ex quo

Ex quo & tertio sequitur, quod infuse sunt & fuerunt in Iohanne infinitæ gratiæ: quoniam fuit angelus, fuit patriarcha, fuit propheta, & plus quam propheta, magnus coram Domino, Apostolus, martyr, confessor, virgo, cœlestis. Et ibi concludit, illum omnibus cœteris propositum: quod credo esse verum, & sum in hac opinione, quod post Mariam est primus in cœlo, & habet proximiorem sedem, & sedet ante omnes, & quoscunque: quia magis dilectus à Deo, propter eius gratam virginitatem, propter eius gratam humilitatem, & propter eius gratam charitatem, quæ tria ibi ample explicat & declarat idem Gabriel in fine, ibi: *Tertium dicuntur. &c.*

Et de codam, & eius excellentia, videatur etiam Iohannes Ludovicus Vinald. in *no opere Registri, in tract. de pugna partis festina, in q. notab. vbi etiam ample.* Et ibidem etiam vide de laude & excellentia omnium patriarcharum & prophetarum, quos videre poteris, cum de uno quoque veniet ad propositum.

Legimus & de Iohanne Baptista, quod triplex mirabile munus gratiae habuit in utero adhuc existens. Primo, gratiam, qua in utero sanctificatus fuit: unde fuit ante sanctus, quam natus, in quo cum Ieremia conuenit: Secundo, gratiam habuit, qua in utero prophetare meruit: quoniam in utero matris exultaans, Deum adesse ceperit. Tertio, gratiam habuit, qua suis meritis matri prophetæ spiritum tradidit. De quibus ample Guillelm. Benedicti in *sua reperi. cap. Rayn. in ver. b. & foibes, quem est fabat num. 22. xvii,* de testam. vbi concludit ex verbo Christi, quod nullus surrexit maior Iohanne Baptista inter natos mulierum corruptarum.

**V**igesimanona consideratio. Ex primoribus Ecclesiæ, tam militantis, quam triumphantis, censentur Apostoli, qui etiam videntur præferri debere Patriarchis & Prophetis. Quoniam, ut habetur *Ephes. 4. ponit* Apostolus narrando dona collata à Christo in ædificationem corporis sui, id est, Ecclesiæ. Primo, ponit Apostolus, deinde omnibus loquens, ait: *Etsi ciues sanctorum, & domestici Dei superedificari supra fundatum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV, scilicet doctrinam eorum utrumque sine testimoniū, sine populo Iudeorum & gentiū Christus laps angularis dictus, quia utrumq; in se coniugit.* & ideo se excusat, & rationem reddit Anton. Flo. in *3.par. sua sum. 11. 31.c. 8.* quod prius de prophetis, quæ de apostolis, scripsiterit, & eos in ordine sua scripture præposuerit, reddens rationem solam, eo; quia tempore precesserunt apostolos.

Sed videatur, quod sunt præferendi, tanquam Principes populorum, ut habetur *Psal. 46.* Principes populorum congregati sunt cum Abraham. & *Psal. 44.* Constitues eos Principes super omnem terram. Et de his habetur *Apost. vii.* cum dicitur: *Quod murus ciuitatis, scilicet supernæ Ierusalem, est habens duodecim fundamenta, & in eis duodecim nomina apostolorum & agni, & post Cherubin & Seraphin, incessibili voce clamantia, Sancti, &c.* Dominum laudat in cœlis gloriosus apostolorum chorus, quorum dignitas est veneranda: quoniam, ut canit Ecclesia: Ecclesiæ sunt Principes, belli triumphantis Duces, cœlestis aulae milites, & vera mundi lumina. Et quilibet habuit principatum sibi à Deo decretum magnæ prouinciarum vel regni.

Nam, Andreas fuit Princeps populi Achæiens. in Græcia.

Iacobus maior, Princeps populi Hispaniæ, & quod sibi defuit honoris in mundo, quia in capite anni à pa-

sione Christi in Iudea decapitatus est, hoc Deus supplicuit post mortem, quia in maiori veneratione est corpus eius, quam alieuius apostoli.

Thomas, Princeps Indiani populi, quem conuertit Iacobus minor, Ierosolymorum populum regens primus ibi archiepiscopus fuit, & primus missam cantauit seu legit, ut in c. 66. dist.

Philippus Syriam, seu Scythiam specialiter gubernauit.

Bartholomæus, (cuius nomen porto) Armeniam, & Licaoniam. De cuius vita & martyrio ponit Ant. Flo. in *sua hystoria. parte 1. u. 6. c. 12.* cuius verba hic interrete volui ad laudem, & decoré ipsius & nominis eiusdem. Dicit enim, quod Bartholomæus interpretatur filius suspendens me, vel filius suspendentis aquas. De eo dicit Dionysius in *hb. de mystica theologia.* Diuinus Bartholomæus dicit multam esse Theologiam, & minimam, & euangelium latum esse, & magnum, & rursus concisum: vult dicere, quod una consideratione, omnia possunt de Deo affirmari, & alia magis proprie de Deo negari. Euangelium est concisum, id est, breve quo ad finem, qui est filius Christi, & charitas. Latum autem, & magnum, ratione materie propter innumerata documenta & mysteria comprehendens.

Hic unus fuit ex senatorib. Ecclesiæ apostolis Christi, ut patet *Luc. 9. 4. 6. Mar. 3. 10.* & dicā infra in *confid. seq.* Et post aduentum Christi intravit in Indiam, que est in fine orbis, & ad quædam ciuitatem deueniens habitare cœpit in templo, vbi colebatur Deus Astaroth. Diabolus autem habitas in illo idolo ita decipiebat homines, immittens quasiā infirmitates, ut ipsi infirmi pro sui liberatione, sacrificia idolo offertent, quo factio diabolus ab illa passione illata celabat. Cum autem templum Astaroth languentib. esset plenum, & querentibus, ut solitum erat, nullum diabolus per idolum daret responsum, pergunt ad vicinam ciuitatem vbi colebatur Berith, interrogantes eū quare Deus suus eis non daret responsa, Berith respondit, Deus vester catenis ignis religatus est, ita ut nec loqui, nec respirare valeat, ex quo Apostol Dei ciuitatem vestram ingressus est. Amisit illi: *Quis est iste Bartholomæus?* Inquit, Amicus Dei omnipotentis est, & ad hanc prouinciam venit, ut evanuaret omnes Deos Indiae. At illi, Da nobis signum eius, in quo valeamus cum d' se ferre inter tot millia hominū, & cognoscere eum. Quibus dæmon ait, Capilli eius nigri & crissipi, caro candida, oculi gradi, nates æquales, & directe, barba prolixa, habens paucos capillos canos, statura æqualis, colobio albo, clavato, purpura vestitur: induitur pallio albo, quod per singulos angulos gemmas habet purpureas. Viginti sex anni sunt, ex quibus vestimenta eius & sandalia, nec veterascunt, nec sordescunt: centies per diem orat, centies per noctem: angeli Dei eum comitantur, qui nec eum sinunt fatigari, semper eodem vultu & animo letus & hilarius perleuerat. Omnia præuidet, omnia nouit, omnium linguarum notitia habet: & quod nunc loquor vobis, ipsis iam nouit. Cum eum quæsiceritis, si volet, ostenderet se vobis, si noluerit, non poteritis inuenire: rogo autem vos, ut cum eum inuenieritis, deprecemini eū, ne luc veniat, & similia Astaroth mihi faciat. Euntes ergo, eū per duos dies solicite quæsijent, nec inuenire possent, altera die quidam dæmoniacus, ambulans iuxta eū clamauit, dicens: *Apostole Dei Bartholom. incendunt me orationes tue.* Cui Barthol. Obmnes, & exi ab eo. Qui subito liberatus est. Audiens autem hæc Rex illius prouinciarum nomine Polemius, cum haberet filiam lunaticam, misit ad illum rogans ut veni-

ret, ut sanaret filiam suam dæmoniacam. Apostolus vero accedens palatium Regis, cum vidisset illam catenam ligatam, eo quod appropinquantes sibi, mortibus lacerabat, iussit eam solui: cum ministri timerent haec agere, dicit: *Ego demorum illud latum teno, & vos nomen.* quam solutam subito à diabolo liberavit. Misit autem Rex Polemius multos camelos oneratos auro & argento & lapidibus preciosis, ut quærentes Dei Apostolum ei prædicta ex munere Regio offerrent. Cum ergo inuenire non potuissent, reuersi sunt ad Regem. Ipse vero Apostolus mane lequenti, cum Rex solus esset in cubiculo apparuit, dicens: *Et quid per totam diem hæsternam me fecisti querere cum auro, & lapidibus preciosis?* Hac necessaria sunt his, qui terrena, & carnalia cupiunt: ego autem nil mundanum reguo. Tunc Apostolus loquens ei de mysterio nostræ redēptionis, ostendit ei Christam diabolum vicisse per mirabilem congruentiam, potentiam, & sapientiam, & iustitiam. Quibus declaratis, dicit Apostolus: *Si baptizari disponis, ego tibi & populo dabo Deum vestrum cælestem, & regnum.* Quod cum admisisset, se tacere paratum die sequenti, congregatis sacerdotibus Astoroth, & populo ad templum, cum sacerdotes ei immolarent in potentia Regis & populi, Dæmon in statua clamarè coepit, & dicebat: *Cessate miseri inhibic crucifixia offerre, ne peiora, quam ego, patiamini tormenta.* Qui catenis igneis religatis sum ab angelis Iesu Christi: qui crucifixus est à Iudeo, putantibus cum à morte detineri: Ipse autem IESU S per mortem Regiam nostram deuicit, & Principem mortis dominum nostrum vinxit. Statimque omnes miserunt funes, ut simulacrum cuerterent, sed non valuerunt. Apostolus autem præcepit dæmoni, ut idolum illud comminueret, & omnia illa simulachra templi per seipsum constringeret: quod & factum est. Omnes infirmi, qui erant in templo sanati sunt, orante pro eis Apostolo, qui & templum Christo dedicauit. Sed & angelus Domini circumvolans templum in humana specie apparens, in quatuor angulis templi signum crucis insculpsit, dicens: *Sicut sancti sunt infirmi ab Apostolo a languoribus suis: ita sis hoc templum mundatum ab immundis & habitatore eius diabolo:* sed antequam pergaat in desertum, (qua Apostolus eum ire præcepit) offendam vobis eius horribilitatem, quem videatis, non timeatis: sed signum illud, quod insculpsi in templo frontibus vestris imprime. Tunc viderunt omnes Æthiopem fulgine nigritorem, facie acuta, barba prolixa, crinibus usque ad pedes protensis, oculis igneis, scintillas ut ferrum igneum emittebantibus, flammæ sulphureas ex naribus spirantem, catenis igneis vincitum retro manibus. Et dicit ei angelus Domini: *Quia Apostolo obediens, omnia idola templi confregisti, soluam te, & perge in desertum L. iiii, ubi nullus hominum moratur, ubi mansurus usque ad diem iudicii.* Qui cum magno strepitu, & vulnus, dissiparuit, angelus cunctis videntibus ad eum ascedit. Rex vero Polemius cum uxore & filiis & omni familiâ baptizatus est, multusque populus cum eo, qui etiam Polemius reliquo Regno, Apostoli discipulus effectus est. Pontifices vero idolorum ad Astyages Regem fratrem dicti Polemij, conuenerunt, & de deorum suorum iniuria, ac templi mutatione, ac fratri sui per artem magicanam deceptione, contra Apostolum conquesisti sunt. Astyages autem vehementer iratus, misit mille viros armatos ad querendum Apostolum, & captum ducentum ante ipsum. Eo autem adducto coram se ait Astyages: *Tu es, quis eueristi fratrem meum?* Cui Apostolus: *Ego non eueri, sed conuerti fratrem tuum.* Et Astyages: *Sicut tu fecisti fratrem meum relinque Deum tuum, & tuo sacrificare, ita ego faciam te*

*Deum tuum deferere, & meum adorare.* Apostolus vero ait ad eum: *Ego Deum, quem adorabat fieri tuum, ligans, & ligatum ostendi, & cum confingere statuam feci: si ita tu feceris Deo meo, poteris me ad simulachrum provocare.* Si ego vero Deo tuos communiam, & tu credere Deo meo. Haec eo dicente, nunciatum est Regi, quod Deus suus Baldach, comminutus cecidisset in terram. Quod audiens Rex pœx tristitia scidit purpuram, qua erat induitus. Et Apostolum iussit fastibus cædi, & cælum viuum excoriari, & demum excoriatum decapitari mandauit. Sicque per martyrij palmam ad cælum volauit. Fideles autem corpus Apostoli accepientes honorifice sepelierunt. Astyages autem, & Pontifices idolorum, arrepti à dæmonibus suffocati sunt. Polemius vero factus Episcopus, viginti annis laudabiliter ecclesiæ rex, & virtutibus plenus in Domino requieuit.

Quia vero de morte eius varia est opinio; Nam B. Dorotheus dicit, quod Barth. in Albano, ciuitate magna Armeniæ, crucifixus est, scapite deorsum. Beatus vero Theod., quod fuit excoriatus; ab aliis assertur, quod fuerit decollatus: quæ ita possunt concordari, quod fuerit prius excoriatus, exinde crucifixus, demum nondum mortuus decapitatus. Post aliquod tempus corpus B. Bartholo. ad insulam Liparicanam circa Siciliam translatum est: infideles autem insulam illam inuadentes, & omni modo devastantes circa annum Domini 331. ossa Apostoli per plateam sparserunt, sed iusta ipsius Apostoli apparentis vni sancto vito in somniis, & designata quæ essent ossa, scilicet splendètia ut ignis, collecta sunt, & Beneventum Metropolitum in regno Apulie ab ipso delata, & comitum inter tenet corpus eius haberi Benenenti, licet & Romani assertant se illud habere. Haec dicit Ant. Flo. in sua hist. par. 1. iii. 6. c. 11. sed in par. 2. iii. 24. cap. 4. §. 5. dicit illam translationem fuisse tempore imperij Caroli, qui fuit 706. ab incarnatione Domini, & ibi ponit ample modum exhortationis factæ vito sancto, ut eius ossa congregaret, qui bis recusauit: & quod miraculose nauis, vbi ossa eius erant, eusas ab incursu infidelium. Redendo ergo ad propositum, unde digressi fueramus, dignitates Apostolorum conscribamus.

Mathæus, Æthiopiam nigram, candidam doctrinam fidei effecit.

Simon, prius Mesopotamiam.

Thadæus eius germanus, Ægyptum, simul ambo per fidem illustrarunt.

Mathias, Iudeam in sororem accepit, & primus legitur ordinatus is clericum per Apostolos. rex. Scib. gl. 14. c. 1. 21. distin.

Ioannes Euang. Asiam, cuius septem ecclesiis Apostol. scriptis, & a quibusdam viuis adhuc opinare creditur in paradisum terrestrem translatus, ut cum Enoch & Elia, contra Antichristum prædicet, ut de statu legis euang. habeatur testis Io. sicut de statu legis naturæ Enoch, & de lege Mosaica Elias habetur: quod tenet d. Ioan. Dominici in quodam suo dialogo, allegato per Anton. Flo. in sum. 3. part. iii. 31. cap. 8. §. 1. vbi prædicta de Apostolis dicit, subiungens tamen quod communius creditur in patria cum ceteris in corpore, & anima, quia corpus eius inuenitur, vel anima tantum, exponentes illud; Si cum volo manere, donec veniam. Io. vii. quia non ad aduentum vel ad iudicium referitur, sed ad aduentum in regno ecclesiæ iam per orbem diffuso. Ipse veniet pro eo sine martyrio in pace migratus.

Paulus princeps fuit totius fere orbis prædicando.

Sed

Sed Petrus non solum pontifex Galatæ , Cappadociæ , Antiochiae , vbi prædicauit , & Romæ ; sed abolute Princeps fuit totius Ecclesiæ autoritate & iurisdictio- ne plenaria sibi tradita , non ab Apostolis cæteris , vel conciliis , sed à Domino Iesu Christo , vt infra plene in seq. consider. dicam .

Principes ergo Apostoli fuerunt ecclesiæ , & po- fulorum facti à Domino Iesu Christo , vt Ecclesiæ gubernarent & ordinarent circa diuinum cultum , po- pulos meritis & virtutum exemplis ad salutem trahe- rent , debellando hostes interiores vitiorum , doctri- na & miraculis orbem illustrarent , quod quomodo sit , ample demonstrat Ant. Flor. in sua sum. par. 3. 11. 31. c. 8. 51. vbi ample per eos de symbolo per eos compo- sito .

Item etiam tanquam indices duodecim tribus Israel , sedentes cu filio hominis in sede maiestatis suæ , prout sunt duodecim Apostoli , qui secuti fuerunt Christum in regeneratione , vt habetur Matth. 10. & Luc. 22. Et isti habent iudicium approbationis ; vt dicitur Arch. 8. 9. 1. c. vereor . Et debent omnes alios præcedere , quoniam iudices cæteris sunt præponendi , & in altiori sede , vt dixi infra in 7. part. in 1. consi. vbi dixi , quod iudices debent habere sublimiore locum facit c. Epis. pus. 98. dist. Ex quo ergo Apostoli fuerunt & Prin- cipes nostri constituti , & iudices debent quoscunque præcedere , vt dictum est ; igitur , Sec.

Et iste numerus duodenarius Apostolorū , per mul- tas figuræ diuinarum scripturarum mirabiliter præsig- natus fuit , & à domino consecratus .

Primo , per duodecim filios Iacob , omnes uno patre genitos , Gen. 25. & iterum 42. c.

Secundo , per duodecim fontes aquarum , quos in desertis Elim inuenierunt filii Israel , Exod. 15. & Num. 33. cap.

Tertio , per duodecim lapides preciosos , quos præ- ceperit dominus ut ponerentur in veste Aaron , Exod. 27. cap.

Quarto , per duodecim Principes electos de duodecim tribubus Israel , singulos per singulas tribus . 10. 3. c.

Quinto , per duodecim durissimos lapides , quos pre- ceperit ponit Iosua in loco castrorum , vbi fixit tentoria , Ios. 4. c.

Sexto , per duodecim panes propositionis , qui pone- bantur supra mensam in conspectu Domini . Lxix. 24. c. & Exo. 25. c.

Septimo , per duodecim exploratores , quos misit Moyses ad considerandam terram , quam datus erat Dominus filiis Israel , Num. 13. c.

Ottauo , per duodecim boues , qui sustentabant ma- re æneum , 3. Reg. 7. c.

Nono , per duodecim præfectos , quos posuit Salomon super omnem populum Israel . 3. Reg. 4. c.

Decimo , per duodecim lapides , quos tulit Elias iux- ta numerum filiorum Israel , & ædificauit de lapidi- bus altare in nomine Domini . 3. Reg. 18. c.

Vndeциmo , per duodecim stellas fulgentes in coro- na sponsæ , scilicet ecclesiæ , Apoc. 12. c.

Duodecimo , per duodecim portas ciuitatis Hieru- salem , quas vidit Ioannes , Apoc. 21.

Decimotertio , per duodecim fundamenta supernæ ciuitatis , quæ vidit Io. & in ipsis nomina Apostolo- rum & agni , de quibus iam dixi supra , & habetur Apoc. 21.

Decimoquarto , per duodecim horas diei . Christus est dies , de qua inquit David Psal. 83. Melior est dies una in atriis tuis super millia . Hic autem dies habet

duodecim horas , scil. Apostolos . Vnde ipse Ioannes vndeclimo ait : Nonne duodecim hora sunt diei ? In quo verbo Dominus Iesus non ludam , sed successorem ei- ius præuidebat . Hæc dicit Ioannes Ludovicus Viual- dus in suo opere Regali , in tractatu de pugna partis sen- sis , & intellectu alis , in quario notab . vbi plene ponit de excellentia omnium Apostolorum in genere & in particuliari , ideo eum videas ibi .

**T**rigesima consideratio Petrus Apostolus , qui fuit inter Apostolos Domini primus , obtinuit prima- tum in ecclesia , & constitutus fuit Princeps totius ec- clesiæ : & ideo primatum & primum locum in ecclesia triumphante . hoc est , in cælo empyreo . Et quod con- stitutus fuerit Princeps totius ecclesiæ & Apostolo- rum , probatur auctoritate sacrae scripturæ in duodecim locis .

Primo , Matth. 16. vbi dicitur : Tu es Petrus , & super hanc petram edificabo ecclesiam meam . Petra enim di- citur , quod primus in nationibus fundamenta fidei po- suerit , & tanquam saxum immobile totius operis Chri- stiani compaginem molemque contineat . c. fidelior . 50. dist. faciunt hæc verba text . vt in beatissimo Petro o- mnium Apostolotum summo principaliter colloca- ret . Et in c. præceptis . 11. distin. ibi : Cura & rotina ecclesia principatus committitur , & in c. considerandum . ibi : Et tunc preposuit ceteris . 50. dist. Et ideo dicitur Romana ecclesia caput esse omnium ecclesiæ , cum non ab Apostolis , sed à summo Deo primatum obtinuit , c. in nouo . cum c. seq. 21. de c. sacrofancia . 22. d. & c. cum beatifi- catus . 24. q. 1. & probatur in c. rocamus . 24. q. 1. quod Petrus fuit caput ecclesiæ , cuius sedes iussu Dei ab An- tiochia fuit translata Romam . & vt dicit text . in c. cur- ña per mundum . 9. q. 3. Petrus voce Domini principa- tum ecclesiæ tenuit . probat etiam tex . in c. relatum . 9. q. 1. & in c. audinimur . ver . vnde cum omnibus . 24. q. 1. & in c. Paulus , & c. Petrus . 2. q. 7.

Secundus locus sacrae scripturæ Ioannis vltimo , vbi dicitur : Pascœ oues meas . Ex quo dicto probatur pri- matus & principatus seu prælatio Petri ponderando verba , pro quo in c. significasti . in præm . & ibi gl. de elect. exira . & gl. si . in c. considerandum . 50. d. & gl. in verb . us es . in c. in nouo . 21. dist. Quamvis enim Dominus noster Iesus Christus , omnibus Apostolis in communis claves dederit , vt habetur Iohu. 20. & Matth. 18. Simili- ter omnibus discipulis præcepit prædicare : Marc. vlt. & Matth. vlt. In his tamen non fuit datum regimen , sicut per hæc verba : Pascœ oues meas . vt in c. in nouo . 51. dist. quoniam Reges dicuntur pastores . 3. Reg. 22. Vidi cunctum populum Israel dispersum in montibus , quasi oues non habentes pastorem . & Eze. 4. 44. qui dico Cy- ro , pastor meus . & omnem voluntatem meam com- plebis . Nemo non nouit Cytum potentissimum fuisse regem , qui Astyage auro materno interfecito transtulit regnum à Medis in Persas , & probatur Eze. 46. ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam , vbi taxat pa- stores velut maiores regentes , non solum superinten- dentes , & Ierem. 2. Sacerdotes nondixerunt , vbi est Dominus , & tenentes legem nescierunt me , & pa- stores præuaricati sunt in me . & in cap. sea . & dabo vo- bis pastores iuxta cor meum , & paucent vos scientia & doctrina . Ipsi quoque , cui data est potestas in cælo & in terra , & qui est Rex regum , & Dominus domi- nantium , vt habetur Psalm. 144. Dixi supra in parte precedenti in 1. cor. 5. 1. est pastor bonus , vt habetur Io. 10. cuius Petrus dicitur vicarius in terris , vt est text . in cap. 3. q. 1. de translat. episc. Similiter Papa gerit vi- cem Dei in terris . cap. 2. circa princip. de tra. stat. episc. ext. & c. ad Apostolice . 5. nos itaque de sens . & re iudic.

in 6. m<sup>o</sup> cle. 1 s. ideoque de Magistris. & Iesus dedit Petrus claves regni cœlorum, ut habetur *Math. 16. c. in nouo. cum e seq. 21. aſt.*

Et quando in sacra scriptura sit mentio de pastori-bus, indubitate intelligitur loqui de Regentibus & Principibus, vt 21. Jeremias, dicendo: *Omnes pastores tuos pafcerunt venuſius.* & eodem loco *cap. 23. V. a pastoribꝫ,* qui dispergunt & dilacerant gregem pœna mea, dicit Dominus. ideo hoc dicit Dominus Deus ad pastores, qui pascunt populum meum: *Vos dispergitis gregem meum,* & ei. c. ip. is eos, & non visitatis eos. in quibus omnibus locis appetit, eos pastores appellatos, quia a liis præfuerunt in regimine & dignitate: quare Petro constituto pastori primatus prælationis & regiminis ei datus est.

Illiud etiam probatur *I. Zebuelis 34.* quem ad hoc al-legat Cyprianus in epist. 12. ad Stephanum Papam h. 3. Ait Dominus: *Etsi hominis, propheta de pastoribus Iſrael,* propheta, & dices pastoribꝫ. Hac dicit Dominus Deus, *V. a pastoribus Iſrael,* qui pascunt semetipſos: *non negreges a pastoribus pascuntur?* &c. Et habetur etiam *Z. a. b. o.* Ex quibus constat, quod cū soli Petro fuerit data potestas pastoris, nec dictum fuerit aliis, pœne ones meas, quod ipse fuit prælatus Apostolorum: quod cōprobatur in c. h. qui. 50. dīſ. a. & c. p. si pof. eadem d. & in c. ſolue. de maiori. & obed. in c. ſignificati. de ele. i. c. fundamenſa. de ele. in 6. & in cap. fideliſ. 50. aſt. Et canit ecclesia Catholica, cui credendum: *Tu es paſtor ouſum, Princeps Apoſtolorum,* ibi tradidit Deus omnis Regna mundi, & ideo traditæ sunt tibi claves regni cœloum.

Tertius locus sacræ scripturæ est, *Luc. 22.* vbi sic dicit: *Au Dominiſ ſimoni ſi mon, ecce Saianas expellit vos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſia, conſirma fratres tuos.* De quorum verborū intellec̄tu Aug. in q. 75. de quaſtionibꝫ *Veſtris & Noui Testamēti.* & facit text. in c. 1. 21. dīſ. & ibi ample fo. de Turrec. ponit potestatem ſummi Pontificis & Prælatorum vñtra ſimplicem ſacerdotem ratione iurisdictionis. facit etiam text. in c. maiores de Baptismo. vbi etiam ponit, quod Dominus orauit pro Petro, ne deficeret fides eius: quæ verba bene ponderata denotant, quod Petrus habuit primatum omnium à Deo. Primo enim nominatim eum appellat Simon, quaſi ex aliis eum vocando, & diſiunctim alloquendo: Simon, ait. Deinde quod communem futuram prædictit eorum tentationem, expellit vos: deinde tertio, reuerterit ſpecialiter: dicens: *Ego rogaui pro te, non dixit, pro vobis.* Et iterum, ut non deficiat fides tua, non reſtra. Et ne aliquid dubitationis ſubeffet, addit: *Fu in preſenția aliorum Apoſtolorum.* & ut indubitatissime ab aliis eſſet diſtinctus, addit: *conſirma fratres tuos,* qui erant discipuli & Apoſtoli, ac ſi apertissime diceret Christus: *Ego tu in aliorum curam habeas.*

Quartus locus Euangelicus pro primatu Petri inter Apoſtolos eſt, *M. 17.* vbi Petrus iuſſus eſt dare didrachmam pro Domino & pro ſe, cum dicatur: *Ei cum veneſerunt Canaam, acceſſerunt, qui didrachmam perebant ad Petrum,* & dixerunt ei: *Magiſter non ſolus didrachmam.* Et ibi, *Ei cum intrasset domum, peruenit ad eum Ieſus,* dicens: *Quid tibi videtur Simon? Reges terra, à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis?* Et ille dixit: *Ab alienis.* Dixit illi Ieſus: *Ego liberi ſunt filii.* Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mu-te hamum, & cum pifcem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtateram, illam ſumens da eis pro me & te. Ex quibus verbis, & eo; quia Apoſtoli statim in his verbis dixerunt: *Quis, putas, maior eſt in re-*

*gno cœlorum?* Beatus Hieronymus declarans prædicta verba, & ſenſum literæ, dixit, quod etiam hęc fuit mens Apoſtolorum, & etiam B. Ambroſius, de quo habetur in c. eſt alind. 24. queſt. 1. & etiam Aug. in queſtionibꝫ Veteris & Noui Testamēti. q. 75. vbi per hęc verba multum ponderauit primatum Petri inter Apoſtolos.

Probatur & vñterius ex tria nominatione Apoſtolorum per tres Euangeliſtas facta, videlicet *Matt. 10.* vbi ſic nominantur:

Petrus, Andreas, Philippus, Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, Joannes, Thomas, Matthæus, Iacobus Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

*Marc. 3.* Petrus, Iacob. Zebedæi, Ioannes, Andreas, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacob. Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

*Luca 6.* Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacob. Alphæi, Simon Zelotes, Iudas Iacobi, Iudas Scarioth.

Vbi ſemper ſunt in numero duodenario, & tamen ſemper Petrus eſt primus: & non primus ratione pri-mæ vocationis; quia Andreas eſt primo vocatus. Et dicitur in ſermonibꝫ Discipuli, ſer. 38. de ſanctis Iacob & Philipo. in ſer. de ſancti. Petro. & Paul. Et ſem-per Doct. Theologi intellexerunt de primatu ratio-ne prælationis & principatus. ideo & nos ita intelligimus.

Sextus locus eſt *Ioan. 21.* vbi habetur, Simon Petrus cum audijſet; quia Dominus eſt, tunica ſe ſuccinxit: erat enim nudus, & misit ſe in mare. Alij antem Discipuli nauigio veneſunt. Non enim longe erat à terra, led quaſi cubitis ducentis trahentes retia, &c. quod singulariter declarat, & ita intelligit Bern. de Bustis. h. 2. de confid. ad Euangelium.

Septimus habetur *Luc. 5.* quem ad hoc adducit Ambroſius relatus per Gratianum. 24. q. 1. c. non turbatur. denique, vt dicit text. Le ſi alius impetratur, ut laxent retia ſuſi, ſoli tamē Petro dicitur, duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim eſt tam altum, quaſi altitudinem diuītarum videre, ſcire filium Dei, & professionem diuīe generationis auſſimere, licet mens humana plene rationis non queat inuestigatione comprehendere: fidei tamē plenitudo complectitur. Et ibi dicit Ioan. de Turt. quod li-cket dederit omibꝫ potestatem prædicandi; non tamē omnibꝫ, ſed ſoli Petro dedit altas queſtiones circa fidem determinare, & in lucem veritatis du-cere.

Octauus habetur *Matt. 18.* quem ibi declarat Chryſtoſom.

Nonas habetur *Marc. 14.* cum ſoli Petro dixerit Christus: Simon dormis, non potuisti vna hora vigi-late mecum & quaſi Dominus volauerit ostendere, ipſum p̄c ceteris ex commiſſo ſibi officio debuisse vi-gilare.

Decimus habetur *Ioan. 6.* dum multi diſcipulorum abiſſent retro: dixit Ieſus ad duodecim: *Nanquid eſt vos vultis abire?* Respondens ei Simon Petrus: *Domi-nus, ad quem ibimus?* & dicit gl. vnius pro omnibus reſpondet.

Vndeclimus habetur *Luc. 22.* de amputacione auricule Malchi à Petro facta: quod declarat Greg. Papa relatus Pet Gratianum. c. ſi Petrus. 24. 7. 1.

Duodecimus & vñtimus locus eſt *Ioh. vlt. vbi* Domi-nus dicit ad Petrum: *Amen, Amen, dico tibi,* cum effe-

junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem sinu eris, extendes manus tuas, & aliui cingeret te, & duceret te, quo tu non vis. Et infra dicit ei: Sequere me, quod non modo intellexit de genere martyrii, sed & ordine magisterij, ut ait Theophil. Inde quidam recentior ait: Sequere me, gerendo vices meas, & in officio pastorali & martyrio. Et haec sunt, quæ satis probat, quod Petrus inter Apostolos obtinet primatum, tanquam pastor inter eos. Et quotiam summi Pontifices sunt successores Petri, ideo obtinent primatum in Ecclesia militante, prout Christus: cuius vicarii sunt in Ecclesia triumphante. Dicam infra in par. sequenti. Et nota, quod Christus simpliciter magis dixit Ioannem Evangelist. quam Petrum ex pluribus priuilegiis eis concessis, ut ait Anton. Flot. in 4. part. sua sum. 11. 10. c. quart. 6. 3. & nullus alius ita familiaris & continuus cum Christo.

**T**rigesima prima consideratio. Ambrosius recitatus in c. 1. beate. 2. 9. 7. dicit: R. Petrus & P. ius eminent inter uniuersos Apostolos, & speciali quadam prerogativa precellunt: verum inter ipsos quis cui proponatur incertum est. Puto enim illos aquiles esse meriti qui aquiles sunt passione. & simili eas fidei denotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putamus, quod una die passi sunt, uno loco, sub uno persecutore. Una die, ut ad Christum paruer peruenirent. In uno loco, ne alteri Roma defuerit. Sub uno persecutore, ut equalis crudelitas virumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus gloria, persecutor doctreus est pro virute. &c. Etciam Pelagi. Papa in c. qu. tuis. 21. dist. Sic quamvis uniuersae per orbem Cathol. & Apostol constitute Ecclesie. unus thalamus Christi sit: tamen sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostoli nullis synodis constitutis ceteris ecclesiis preclata est, sed Evangelica vocē Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diuerso (licuti heretici gariunt) sed uno tempore, una eademque die, gloriose morte cum Petro, in urbe Romana, sub Caeruleo Neroni, agonizans coronatus est. & supra dictam patiter Rom. Ecclesiam Christo Domino consecravunt, eamque omnibus virtibus in uniuerso mundo sua presentia ac venerando triumpho praetulerunt.

Ex quibus videtur dicendum, quod Paulus fuit æqua lus Petro, & sic quod Petrus solus non fuit Princeps Apostolorum, nec illi soli fuerit data illa potestas uniuersalis antedicta Io. de Turrecr. in c. per. 8. quest. 1. Et Anton. Florent. in sua histor. in 1. part. 11. 11. 6. cap. 4. ponunt hanc æqualitatem, sed dicunt, illam fuisse in merito, & præmio, & potestate ordinaria, sed non quo ad iurisdictionem: quia Petrus fuit maior in hoc & in administratione Paulo, ut in c. en illis, in fin. 80. dist. 1. & gloss. in ver. pars. in c. nouo. 21. dist. 1. Et etiam quo ad potestatem faciendi miracula, & idem Flot. in sua sum. 3. par. 11. 31. cap. 8. §. 1. Attamen Iohann Ludo. Viual. in suo opere regali, in tractat. de pugna p. r. i. s. in 3. nob. vers. 1. Paulus Apostolu, dicit, quod Paulus fuit Petru sublimior in quibusdam: hinc est, quod in bulla sua sigillo plumbeo ponitur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris. Aliam tamen rationem, quare hoc habet, retulit Iohannes de Selua in suo tractatu de beneficiis, in prima par. 9. 5. scilicet, quia sinistra pars, mortis quam Christus habebat tempore, quo Petrus venit ad Christum ante passionem. Dextra vero denotat immortalitatem Christi, quam habuit post resurrectionem, quo tempore Paulus venit ad Christum. Hæ rationes sunt sonnia: ideo melius dixi supra in hac

parte, in secunda consideratione, vbi dixi de Christo quomodo sedeat ad dextram. Et in q. not. ponit ipse Viuald. de omnibus Apostolis: sed dicit, quod Paulus præcellit alios Apostolos sex rationibus. Et etiam de omnibus aliis Apostolis & conuersatione eorum ponit idem Antonius Florentinus in dicta sua historia, in 1. parte, in 6. ut. a 4. cap. usq. ad finem. ponit de discipulis, & solum ponit de tribus, videlicet de Lazaro, & Martha; & Magdalena: de quibus facio considerationem sequentem. Dicit tamen Barthol. Veronensis, in tractatu de Imperatore eligendo, in verb. ratione dignitatis, quod Adam & Petrus sunt digniores, quia proximiores virginis Mariæ.

Aduerte tamen, quod de iure, appellatione Apostoli simpliciter intelligitur de Paulo, ut ait gloss. in verb. Vir. de iur. natur. gent. & ciuit. in Institutio, quæ glossa Doctoribus approbat. Cui concord. glossa iuris Canonici, in verb. parti. in c. form. de verbis. signific. quæ allegat pro hoc can. Apostolue. 32. 7. 7.

**T**rigesima secunda consideratio. Lazarus post Apostolos, discipulus Christi, huius nostræ civitatis Heduensis patronus, protector & cōseruator. & in qua eius corpus requiescit, inter cuius membrorum caput peregrinis demonstratur, summa gloria, summa laude, summo honore glorificandus, laudandus & honorandus. Hic enim, ut dicit Flot. in d. 11. 19. c. Frater erat Marthæ & Magdalena à Christo fuit familiariter dilectus, & solus inter discipulos Christi amicus vocatus. ut habetur Iohan. 11. Lazarus amicus noster dormit. De stirpe regia descendens à populo Iudaeorum patre Syro nuncupato, & matre Eucharia, & mortuis eorum patre & matre magnas sui patrimonij dimitias sic inter se diuiserunt, ut Mariæ quoddam castrum Magdalon dictum (vnde Magdalon nuncupata est) in partem contigerit. Marthæ vero castellum Bethaniæ, quod erat prope Ierosolymam ad duo milliaria. Lazarus autem, militis vacanti, pars non modica Ierosolymorum: & eum quadragesimum a mortuis suscitauit Christus, post passionem Domini, lapsis aliquot annis, Iudei fugatis Apostolis de partibus illis insurgentes coi tra Lazarum, Mariam, & Martham sorores eius, Marcellam pedilèquam Marthæ, quæ Christo disputante contra Pharisæos, clamauerat: Bararus venter quis te portans, &c. & Celidonium, quem à nativitate, cæcum, Christus illuminauerat, & Maximumnum vnum ex 72. discipulis Christi, nauis imposuerunt sine gubernaculo, periculis marinis exponentes, ut quin cito submergerentur. Sed diuino nutu, Massiliam incolumes peruererunt, vbi prædicationibus eorum Princeps cum uxore ad fidem Christi conuersus, idola ciuitatis confregit: Ecclesias construxit, fidem & baptisma pluri mis recipientibus, beatum Lazarum Massiliæ episcopum prefecerunt: deinde populum Provinciae ad fidem induxerunt. Reliqua vero vide infra in ult. part. in consideratione, quæ de laude ciuitatum tractat, vbi plus in laudem domini Lazari scribuntur. & merito cum sic lumen intelare Heduorum.

**T**rigesimatercia consideratio. Post Apostolos & Prophetas, dominum Deum martyrum candidatus laudat exercitus, ut habetur in cantico Ambrosij & Augusti. vnde Iohannes Agorac. 7. dicit, se vidisse turbam magnam in Ecclesia triumphante, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & populis, tribubus & linguis, & auctis ante thronum, & in cōspectu agni, amictis stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, quis sedet super thronum, & agno, & omnes angeli

## TER TIA PARS

stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor annimalium laudantes Deum: & qui sunt hi amicti stolis in circuitu throni cum palmis in manibus, sunt, qui venerunt ex tribulatione magna, & laetunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: id est sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte, & qui sedent in throno habitat super illos: de quo in 1. consider. huius secessio. Et non esurient amplius, neque sitient, ut de his dicit Anton. Flor. in sua sum. parr. 3. m. 32. cap. 9. ubi plene de Martyribus, quos ponit post Apostolos & Prophetas.

Vnde multum sunt honorandi & glorificandi martyres, cum suscurre martyrium sit actus maximae perfectionis: quod probat S. Thom. 2.2.9.124. art. 3. duobus modis, ubi per eum.

Ex quibus concluditur, quod martyres sunt perfectiores Doctoribus; quia ipsi docent non solum verbo, sed etiam facto. Sunt etiam perfectiores virginibus, vnde August. in lib. de Virginitate. facit comparationem inter perfectionem martyrij & virginitatis. & etiam S. Tho. in q. dist. 49. inquit, quod licet una laureola sit maior altera, secundum quod simpliciter tamen loquendo, laureola martyrum est potior laureola doctorum & virginum, quia cum martyrio sit pugna difficultior & victoria maior, debet etiam esse excellenter laureola, quae martyrio datur. Vnde gl. super illud Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. dicit, quod omnes aliae beatitudines perficiuntur in ista Ecclesia quaque in commemoratione sanctorum martyres praedominat & praeponit doctoribus & virginibus, ad ostendendum praeminentiam eorum, respectu doctorum & virginum. Quorum martyrum gloriam admirans sancta mater ecclesia, inquit Deo: *Quae vox, quae poteris lingua retexere. Quae tu martyribus munera preparas.* quasi die nulla. Ideo canit David Propheta. Psalm. 115. *Preciosa in confessu Domini mors sanctorum eius,* id est, secundum Alex. de Hales, ibi: *Chara & grata est Deo mors martyrum.* Cum enim ipsi ostenderint operibus ardoris, quod super alios Deum dilexerunt, dicente Gregorio in quadam homilia paschali, quod probatio dilectionis exhibitio est operis. Credendum est ergo, quod Deus in cœlesti curia illius principum amoris signa ostendet eos singulare gloria decorando. haec dicit Bernardinus de Bustis in suo Rosario, in 1. par. serm. 39. litera Z. a. & b. in dicto sermone tractat materiam martyrij.

Et dicit Ioannes Ludouicus Vitard. in suo opere regalis, in tract. de pugna partis sensim. in 4. rotab. quod triumphus, dignitas, magnificencia, honor & gloria totius Christianæ religionis, est in tam grandi exercitu sanctorum martyrum, qui pro veritate fidei orthodoxæ suum proprium fuderunt sanguinem. Deinde gloria & excellentia quorum videoas ibi.

Tigesimaquarta consideratio erit de doctoribus Ecclesiæ, qui etiam sunt de numero beatorum: immo etiam ad ecclesiastici corporis integritatem & consummationem constituti sunt a Christo. Inter catertos eius gradus & partes, doctores qui veritate palam edoceant, & populum recte instituant, quemadmodum testatur beatus Paulus in 1. ad Corinthios epist. cap. 12. dicens; *Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, &c. & ad Eph. 4. c. idem affirmat his verbis, Et ipse Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alias vero Euangelistas, alias autem pastores & doctores ad confirmationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi.* Ex quibus etiam videtur, quod praecedant

martyres, cum ibi per Apostolum ponantur in tertio gradu post Apostolos & Prophetas: sed patum (ut credo) hic curatur de ordine literæ. De laureola doctorum dixi in preced. consideratio. e: de quibus Dan. 13. dicitur: *Qui ad insulam eruditum plurimos, quasi stella in perpetuas aeternitates.* & vide per Anton. Florent. in 3. par. sua summa. 11. 30. c. 8. §. 2. Et nota, quod in paradiſo sunt tot ordines dignitatum, & unus excellit alterum, ita & in terra: & sunt tales differentiae pro maiori concordia tante multitudinis, quæ non posset alia ratione subsistere. cap. ad hoc. 89. dist. in. & c. licet. 2. 45. dist. 2.

**T**igesimaquinta consideratio erit de Euangeliis, qui sunt quatuor, qui præferuntur omnibus aliis inferioribus ab Apostolis, immo inter alios simul connumerantur. c. un. de reliquis & venerat. sanctor. in 6. Sed quis illorum sit præferendus? Videtur, quod sit Ioannes, tum quia Apostolus, tum quia Ecclesia canit, quod inter ceteros magis dilectus, tum quia dicit gl. in ver. miraculo. in c. per baptismum. de consecr. dist. 4. quod B. Maria & Ioannes Apostolus peccare non potuerunt, tum ex eo, quod quatuor Evangelista figurantur per quatuor elemora: videlicet per terram, aquam, ignem & aërem.

Primo, Matthæus figuratur per terram, quia primo fuit valde terrenus, deditus mundi lucris: vnde telonarius dicitur seu publicanus. Vnde etiam Ezech. 1. & Apocal. 4. per hominem figuratur, cui commissa est cura terræ, ut in ea operaretur. Gen. 3. cap. Tradidit etiam notitiam nobis de Christo secundum carnem, quam à terrenis traxit, incipiens Euangeliū: *Liber generationis.*

Marcus figuratur per aquam: nam in civitate, quæ fundata est in aquis, scilicet Veneriarum, elegit habitationem suam: & per leonem figuratur, qui quartanam patitur, eo, quod multo humore abundat. Aqua summe nutrit quartanam. Hic tradit notitiam de Iesu. secundum suam sapientiam, quæ per aquam figuratur in scriptura, iuxta illud Ecclesiast. 15. Aqua sapientiae salutaris potauit illam. Vnde principaliter Marcus describit prædicationem Christi, & incipit Euangeliū suum in aquis Iordanis, dicens: *Allo: post exordium fuit I. in deserto bapt.* 7. 5.

Lucas autem est et aëris. Vnde Euangeliū scriptis ea lingua, quæ melius vtitur aere, in formando vocē, quam alijs. Dicit Isidorus in Etiy. libro. quod Orientales frangunt aërem in gutture, & in gutture loquuntur, ut Hebrei seu Iudei. Occidentales præcipue Hispani frangunt vocem in dentibus, & ideo in dentibus loquuntur, ut Latini. Sed mediterranei frangunt vocem in palato, & in palato formant vocem, & ideo melius quam alijs loquuntur, ut Græci: & ideo locutio eorum comptior est ceteris secundum ipsum, & hac lingua Lucas suum scripsit Euangeliū, secundū Hieron. Vnde seculari quadam redolet eloquentia: Hic figuratur per vitulum, qui in veteri Testamento figurabat mortem Christi, quæ in aere facta est. Vnde principaliter Lucas describit ignominiam passionis: & hec visio est nobis magis proportionata. Nam per aërem corporaliter melius videmus. Et est ratio; quia nil nobis nasei profuit, quod dixit Matthæus: nec prædictio profuit, quod dixit Marcus, nisi redimi profuisset, quod dixit Lucas.

Ioannes autem figuratur per ignem, & merito, quia dilectionis amore ardebat. Hic figuratur etiam per Aquilam, quæ super omnia alia animalia visitat sphærā ignis, ubi exustis plumis ad terram veniens, iterum iuuenescit. Ignis recte comparatur, cuius verba fue-

ba fuerunt plena igne charitatis. Ipse describit, quomodo sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret, & qualis ipse unigenitus datus est nobis, id est, In principio erat verbum. Ipse narrat sermonem in ultima cena plenum igne amoris. Ipse solus latus Christi lancea perforatum describit, unde exiit omnis flamma amoris. Epistolæ eius plenæ sunt fraterno amore. Hæc sunt, quæ dicit Antonius Florentinus in prima parte sue summe. tit. 3. c. 3. §. 2.

Ex quo, ut dixi suprà ista parte, in 12. consideratione. Quod inter quatuor elementa, dignius & excellentius est ignis. Ideo etiam cum Euangelia Ioannis igni non parentur, digniora cæteris censenda sunt. Et de ordine illorum habetur per Hieronymum de Lyra & alios scribentes, in proœmio seu argumento Euangeliorum Mūhī ex quo primus scripsit Euangelium in Iudea, sed propter hoc Euangelia sua non sunt digniora, sed Ioannis, ut dictum est.

Figurantur etiam per Angelum & tria animalia; videlicet per Angelum Matthæus, per Tancum Lucas, per leonem Marcus, & per Aquilam Ioannes, ut habetur EZ. ch. 1. Et declarant de Lyra, & alij Doctores Theologie in dicto proximo Euangeliorum.

**T**rigesimæxta consideratio. Post hos sunt quartuor Doctores, præcipue Catholicæ quatuor columnæ Ecclesiæ, videlicet S. Greg. Papa, sanctus Hieron. presbyter Cardinalis, sanctus Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis, sanctus Augustinus ante conversionem suam rhetor maximus & philosophorum acutissimus: post suscepit vero baptismum Episcop. Hypo. per totū mundū celebris Doctor, & falsitatis inimicus. Hi sunt eruditissimi & sanctitate præfulgidi. Et ut testatur Romanus Ponti, in cap. unico, de relig. c. 1. venerat san. Et. 1. b. 6. Quorum perlucida ac salutaria documenta Romanam illustrarunt Ecclesiæ, decorarunt virtutibus, & moribus informatiunt. Per ipsos præterea quasi luminolas ardentes lucernas super candelabrum in domo Domini positas errore tenebris profugatis, totum corpus Ecclesiæ tanquam sidus irradiiant matutinū. Et, ut iam prædixi ista parte, in 22. consideratione, vbi de tribus linguis fit mentio inter istos tres, Augustinum, Hieronymum & Gregorium, magis creditur Augustino in disputationibus. Hieronymo in historiis & translationibus, Gregorius vero in moralibus preponitur: ut notatur in verb. Greg. in c. vt veretur. 9. dñi. Et sic sensus historicus Hieronymo, Tropologicus moralis Gregorio, Allegoricus Ambrosio. Anagogicus vero Augustino attribuitur. Historia vero docet factum, Tropologia faciendum, Allegoria oredendum, & Anagoga appetendum. Sed an Hieronymus præponatur Augustino, vide Dominicum in c. unico, de relig. c. 1. vnius probat, quod quandoque unus præponitur alteri in ordine literæ.

**T**rigesimæseptima consideratio erit de Innocentibus, quo loco collocantur in paradiſo, an sit corona martyrum coronandi & laureandi. Robertus de Litio, in sermone de innocen: ib. recitat tres opiniones. Quarum dicit unam esse falsam, aliam debilem, altera vero veram. Et est, quod martyrij gloriam, quam in aliis propria voluntas meretur, illi parvuli occisi Dei gratia sunt assecuti. Quoniam, ut ait, effusio sanguinis propter Christum, vicem gerit baptisimi: unde sicut in pueris baptizatis, per gratiam baptismalem meritorum Christi operatur ad gloriam, ut infra ista parte, in 42. considerat. dicitur; sic in istis operatum est ad palmarum martyrij obtinendam. Et hoc vult Augustinus in quadam sermone de Epiphania, quasi alloquens ad

Innocentes, dum inquit: Ille de vestra corona dubitauit in passione pro Christo, qui etiam parvulis baptismum prodesse non estimat. Christi non habebatis aetatem, in qua impassum Christum credere, sed habebatis carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. Hæc ille. Nec est dubium, iplios sanctos Innocentes esse in celo altissimo, & gaudium speciale habent, cum primi pro Christo nato, mandato impij Herodis Ascalonitæ occisi, & martyrium passi fuerint. Ideo mirum in modum in te gloriificari debent. Vnde Augustin. in sermone Innocentium (vbi multa prosequitur de gloria eorum) dicit: Hodie, fratres charissimi, natalem illorum infantium colimus; quos ab Herode crudelissimo Rege imperfectos esse Euangelij textus eloquitur. Ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra cælestium militum, & tantum parens fecunda virtutum. Ecce, prophanus hostis nunquam beatis parvulis tantum prodesse potuisse obsequio, quantum profuit odio. Nam sicut presentis diei festa manifestant, quantum contra beatos parvulos iniquitas abundavit, tantum in eis gratia diuinæ benedictionis effusit. Hec ille. Sed quo loco sint in paradiſo, si vis facere comparationem ad sanctos, qui precesserant eos, & ad sanctos, qui sequuti sunt, clementer collocati post Prophetas & Patriarchas, & ante Apostolos. Quemadmodum & in Litanie descripti sunt.

**T**rigesimæoctaua consideratio de cœlestibus fit qui sunt in quadruplici differentia. Quidam sunt pastores, quidam scripturarum Doctores, quidam eremi seu cœnobij cultores aut monachi, & quidam seculi habitatores: Ut de his scribit Anton. Flo. in sum. part. 3. tit. 31. c. 10. §. 1. 2. 3. 4. 5. Et de his dici potest id, quod habetur P. 38. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Et merito Prælati, confessores cœli dicuntur, quia sicut inferiora corpora gubernantur per superiora, Cœlos & Planetas eorum, & ex influxu cœlorum in inferioribus elementis & elementatis sunt generatio, & omnis motus, si ex dispositione Prælatorum, & ordinatione populi, ipsi populi mouentur ad bene operandum, ad Hebr. 5.

EIAM Doctores cœli dicuntur propter lumen sapientiae, ut dicitur Eccl. 24. Ego feci, ut in cœlis oriretur lumen, qui propter pluviam doctrinæ de cœlo descendenter, Iacob. 5. cœlum dedit pluviam, scilicet aërem, & hi maxime continentur mirabilia cœli, & veritatem Christum, vel veritatem scripturarum. Unde Grego. 2. moralium tractatis illud 1. b. 38. Quis dedidit gallo intelligentiam? exponit de doctribus & prædicatoribus Ecclesiæ, quibus Deus dedit intelligentiam sicut gallo, & non aliis, & ibi ipse Anton. scribit de natura galli, vbi dicit, quod gallus dicitur habere intelligentiam per metaphoram. Estimatio enim sensitiva, quam habet gallus, secundum quam operatur præsumens ad cantu, dicitur hic intelligentia. Cantat enim certis horis determinatis, secundum instinctum nature, ac si haberet intelligentiam, mensuram, & proportiones motuum cœlestium. Vnde subdit: Quis enarrabit rationem cœlorum, & concentum cœli, quis dormire fecit doctores? Ergo Ecclesiæ viros assimilat gallo propter tria: quia certis & determinatis horis cantat; & quia vocem in cantu varia; & quia cantando se prius alis verberat. Intelligentiam ergo primu gallus accipit, ut prius nocturni temporis horas capiat, & tunc denuō vocem exhortationis emitat. Gallo iactat intelligentia attribuitur desuper; quia doctori veritatis discretionis virtus, ut noterit, quibus, quid, quando vel quomodo dicitur ministeriat. Non e-

nim una eademque cunctis exhortatio conuenit; quia nec cunctorum pars morum qualitas astigitur. Sæpe enim aliis officiunt, quæ aliis prosunt, & plerique herbae, quæ aliquæ animalia reficiunt, alia occidunt. Pro qualitate ergo audientium, sancti doctores & predicatorum formabant suos sermones, ut pulchre ostendit gloriosus doctor Hieronymus in epist. suis. Hæc ille. Vbi etiam ample declarat, quomodo capienda sit illa intelligentia galli, illam doctoribus & predicatoribus applicando & attribuendo.

Tertii sunt de quibus agitur in viris & collationibus patrum S. Anachoritæ, scilicet hotum primus fuit Paulus primus eremita, quia tantæ perfectionis fuit, ut B. Antonius animam eius egressam de corpore in choro angelorum viderit collocari. Additi sunt eis coenobites viuentes in congregatione, etiam contemplationi dediti, ut monachi omnes, de quibus infra proxima sequentia, quasi circa finem in pluribus considerationibus, & hi cœlo merito comparantur; quia, sicut cœli exaltantur à terra, Es. 1. & valde ita predicti eleuati fuerunt in altissimis contemplationibus a terra separati, id est, affectu terrenorum confessi sunt, & confitebuntur hi cœli mirabilia tua, de quorum conversatione & contemplatione dicitur Job. 39. Quis dimisit onagrum liberum in solitudine, & vincula eius qui soluit? cui dedit in solatione domum, & tabernacula eius in terra saltuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, vocem exactoris non audit, & circumspicit montes pascuae suæ & virentia queque perquirit. Quæ verba ibi exponit Antonius Florentius post Gregorium in moralibus lib. 30. Et iste status religiosorum excedit statum virginum, ut dicit S. Thom. 2. 2. 9. 186. art. 8. alleg. per Felicem in causa, col. 2 extra de probatio ib.

Quarti sunt confessores: Qui, ut cœli confitebuntur mirabilia Dei, qui Deum confessi sunt sanctis operibus glorificati in gloria superna. Hi etiam cœli dici possunt; quia, sicut mouentur continuo à primo mobile omnes alij cœli, sic & isti à Deo, qui est primum mouens omnia, sed immobilis manens in se, moti sunt ad bona operandam: propter quod dicitur Es. 26. Omnia opera nostra operatus in nobis. Et quia omnis motus noster interpretatur, quod est nobis datus ad merendum, & bene operandum, ideo dicit Apostolus ad Galatas 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Scribit autem Salomon. 28. tempora diversarum operationum in quibus homo mouetur de uno ad aliud, ut habetur Ecclesiastes. 3. Omnia tempus habent, &c. scilicet opera, & tempus sibi congruum. De uno ad aliam expositionem moralem assumit Florentius in loco hic ante alterum. & reducit ad quatuor status hominum iustorum. Quidam sunt baptisatum recipientes, quidam penitentes, quidam proficientes, & quidam presidentes: quemadmodum ibi ample declarat in d. 5. Etiam amplissime de istis quatuor gradibus confessorum ponit Ioannes Ludouicuus in suo opere regalis, in tractat. de pugna partis sensitiva & intellectiva. Et quomodo variis tentationibus ac persecutionibus in hoc seculo affliguntur. De beatitudine vero istorum & aliorum scribit Robertus de Litio, in suo tractat. de beatitudine sanctorum.

**T**rigesima nona consideratio de Virginibus tratar, quibus datur laureola in cœlo, de quibus visus est loqui Ioannes in Apocalypsi 7. cap. cum ibi ostendat, illas vidisse ante thronum Dei per numerum determinatum, scilicet centum quadraginta quatuor millia; ut dicit Antonius Florinus in tertia pars sua summa tit. 2. c. 1. §. 8. vbi ample collaudat, extollit & commendat Virginitatem ex multis, quibus datur corona, quæ dicitur laureola, ut ibi dicitur, & in fine huius considerationis: & de

Virginum statu, & laude tetigi in precedente parte, in ir. consider.

Sed cum & ad Regum cœlorum perueniant & Viduae, quæ sunt in digniori seu altiori loco, an Virgines an Viduae? Dicit enim Antonius Florinus in loco praæall. cap. 2. §. 8. quod quamvis status Virginis melior sit, quam coniugalis; tamen & in statu Viduali vel coniugali potest quis perfectior esse Virgine, & maioris meriti, scilicet quia maioris meriti charitate existit. Sed hæc dubitatio de his, quæ sunt eiusdem meriti respectu charitatis, quæ vita sit perfectior, ita, quod in perfectiori loco colloccari debeat. Et habetur, quod Vidua sit eiusdem qualitatis. Cum ita commendatur Viduitas, sicut Virginitas. Ut de commendatione eius ponit ipse Antonius in d. 3. pars sua summa tit. 2. c. 3. §. 2. vbi dicit commendatam foisse auctoritate diuina & canonica. Cum etiam castitas Viduarum multum commendetur, de qua supra in 2. pars in 20. consider.

Imo etiam videtur, quod Virginitas non sit excellenter matrimonio ex multis.

Primo, ex dictis Augustini in lib. de bono coniugali. Non impar meritum continentia est in Ioanne, qui nullas est expertus nuptias, & in Abraham, qui filios generavit. c. 2. enim ver. sacerdotum. de pan. dicitur. 2. sed maioris virtutis maius est meritum. ergo Virginitas non est potior virtus quam castitas coniugalis.

Secundo sic. Ex virtute dependet laus virtuosi, si ergo Virginitas præfertur continentia coniugali, videatur, quod quelibet Virgo esset laudabilior qualibet coniugata, sed hoc est fallum, ut dictum est: ergo Virginitas non præfertur coniugio.

Tertio sic. Bonum commune potius est bono priuato, ut patet 10. Ethicæ text. in §. pen. & ibi not. in l. unica. C. de caduca. toll. c. scias. 7. quest. 1. Sed coniugium ordinatur ad bonum commune, & ad publicam utilitatem. l. in libet. §. medio. ff. de captiuis & postli. reuer. l. 1. & ibi gloss. in ver. Reip. & docto. ff. solut. matrim. Lucas de Pen. in l. fin. colum. 5. C. de incolis. lib. 10. vbi etiam videtur tenere, quod matrimonia sunt necessaria pro conservatione generis humani dixi in 11. pars. 10. consider. Vbi scripsi, quod vxoratus præfertur non vxorato, sed Virginitas solum tendit ad bonum priuatum.

Quarto, quoniam videtur, quod Virginitas contrarietur præcepto legis naturæ, & diuinae. Naturæ, scilicet cum dicat Aristoteles in lib. 3. de animalibus. in 1. de Cœlo, & in 2. de Mondo, & in 2. de Anima, quod natura appetit generationem individuorum propter conservationem suatum specierum, sed matrimonium tendit ad sobolem procreandam, & ad multiplicandum genus humanum. Hieronimus in nuptiis 32. q. 1. & est ad Paulum. Nuptiae replent terram, Virginitas vero contrariatur: Igitur, & ea seruantes in veteri lege, non relinquentes post se semen, erant maledicti, maledictione opprobrii, ut pater de Joachim, &c. quod figuratur in Mattheo 23. quando Christus maledixit fidelitez: quia sine fructu. Item contrariatur legi diuinæ, cù præcepit Deus homini, Genes. 1. Credite, & multiplicamini, & replete terram. Et dicit Paulus 1. ad Cor. 5. Volo iuniores nubere, & filios procreare. & ad Timotho 2. dicit: Saluabitur mulier per generationem filiorum. Ex quibus videtur, quod matrimonium sit laudandum. Et pena imponebatur apud Romanos seruantibus virginitatem, & qui vitam cœlibem ducebant teste Valerio, & veteri lege Deuteronomio 7. prohibebatur seruare virginitatem. Ioannes de Turrectus in c. integrat. 32. q. 5. in 3. dubio. & Bernardus de Buste in suo Rosario pars 2. serm. 23. in littera D. Et Gabriel Barlette, in sermone pro festo sanctorum Innocentium, faciunt prædicta fundamenta, sed tandem concludunt, quod Virginitas

nitas sit præferenda; quia Virginitas est in consilio & opera perfectionis. Cadit enim sub consilio; quia Apostolus consulit Virginitatem, tanquam melius & perfectius. *ad Cor. 7* Quia bonum animæ præfertur bono corporis, & bonum diuinum bono humano, & bonum contemplatiæ vitæ, præfertur bono actiuaæ vitæ. Virginitas autem est bonum animæ, diuinum, & vitæ contemplatiæ. Coniugium est bonum corporis ad conseruationem humani generis, & sic humanum, & pertinet ad vitam actiuanam: quoniam vitæ & mulier in matrimonio viuentes necesse habent cogitare, quæ sunt mundi, ut patet *ad Cor. 7*. & ibi respondet ad motiuam in contrarium facta.

Etiam secundo facit; quia ille status dignior, qui maiorem recipit fructum, sed virginibus datur maior: quia, ut dicit Luc. de Pen. in l. quoties, quæ est finalis. *C. de priuiliis scholar. lib. 12.* quod cum sementem terræ bonæ centesimum, sexagesimum, & trigesimum fructum Euangelia doceant, & centenarius pro Virginitatis corona primum gradum teneat: Sexagenarius, pro viduitatis labore, & Trigenarius, pro coniugio, ut patet per parabolam *Mat. 13*. Ut tenet Theologus; quod etiam tenet, & sequitur Bernard. de Bustis *in d. 2. par. sui Rosary, sermone 38. in princ.* Et ipse Gabriel Bartlette *in dicto sermone pro festo sanctorum Innocentium.* Vnde Ambros. *lib. de virginitate.* Bona est continencia coniugalis, melior continentia viduinalis, optima mundicia virgininalis.

Tertio; ille status est dignior, de quo Christus nasci voluit, sed Christus non de coniugata, sed Virgine nasci voluit, & hoc, ut dicit Beda super Lucam, ut ostenderet preconium Virginitatis, & quantum ipsam diligebat. Ex hoc Iohannem Euangel. & patrem putatum Ioseph, virginem custodiuit. Vnde Thom. *in 4. par. 35. q. art. 3.* Virginitas supremum decorem vendicat.

Quarto; ille status est nobilior, qui primo est institutus in nobiliori loco, sed virginitas prius fuit, quam matrimonium, & in nobiliori loco, quia angeli virgines prius sunt creati, quam homo, & in nobiliori loco, quia in empyreo cælo. Præterea, & Adam positus est virgo in paradiso: & de terra virginea creatus. igitur.

Ideo videtur, quod virginitas apud Deum majori præmio & corona præmieretur, & coronetur, quam viduitas: & viduitas quam coniugium. Et hoc multis decisionibus & autoritatibus doctorum, & rationibus probatur.

i. Quoniam primo, ut inquit Hieronym. *ad Naturalium*, tria præcipue sunt genera metallorum: Ferrum, Argentum & Aurum. Ferrum est castitas coniugalis, Argentum est Viduitas, Aurum vero est Virginitas. Cū ergo Aurum sit inter cætera metalla, excellentius & preciosius, ut dicitur *in vte. part. in 95. confid.* ideo Virginitas cui comparatur est excellentior.

ii. Ut dicit, Virginitas est Regina, Viduitas est ut domina. Coniugalitas ut ancilla.

iii. Virginitas, ut patria, Viduitas, ut pottus, Coniugalitas, ut pelagus.

iv. Virginitas est summa gemma, thesaurus preciosus, margaritis referritus.

v. Sicut Aquila inter volucres, Lucifer inter stellas, & gemma inter lapides; ita excedit Matrimonium & Viduitatem Virginitas.

vi. Augustin. *in lib. de viduitate* dicit, quod bona est pudicitia coniugalis, melior viduinalis, & optima virginalis.

vii. Dicit Cyprianus, quo virginum sublimior est

gloria, melior est vita.

viii. Dicit Cassianus, *in lib. collationum.* Maior est virtus castitatem tenere, quam dæmones expellere.

ix. Dicit Damascenus, *lib. 4.* Quanto angelus hominem est superior, tanto virginitas est nuptiis honorabilior.

x. Hieronymus ait: Qui immunditiam luxuriæ perfectæ continentia subiicit, sanctior David existit, & fortior Samsonem.

xi. Inquit Bern. Virginitas est sicut lux solis, Viduitas sicut lux lunæ, & Matrimonium sicut lux stellarum.

xii. Idem Bernat. Sola virginalis castitas est, quæ in hoc mortalitatis loco & tempore, statum quandam immortalitatis, & gloriæ representat. Nam quod sancti habebunt in cœlo, scilicet integritatem, & munditiam corporis & animæ, hoc iam virgines obtinent ex gratia in terra.

xiii. Ex quo, ut ait Plin. *in suo lib. 21. naturalis histor. c. 4. 8. & 19.* Flos roseus inter omnes flores obtinet principatum: cum sit iucundus, gratus odore & colore, commendatur, cuin nihil gratius tradatur aspectui, & ex rosa plures medicinæ hunt: & dixi *in vte. par. in 94. consider.* Ideo non immerito si per rosam virginitas figuretur, ut ait Bernard. de Bust. *in 2. parte sui Rosary. sermo. 28. in litera B.*

xiv. Hieronymus ait: In omni sexu & gradu Virginis pudicitia obtinet principatum.

xv. Cyprianus dicit, *in lib. de Virginitate:* Virginitas est lumen angelorum, victoria libidinum, Regina virtutum, possessor omnium bonorum, quæ tenet in cœlo aureolam, & in terra principatum.

xvi. Facit id, quod supra dixi, scilicet, quia Virginibus datur fructus 100. Viduis 60. Coniugatis 30.

xvii. Augustus dicit *in lib. de Virginitate.* Certa ratione, & scripturarum autoritate, nec peccatum nuptias esse inuenimus, nec earum bonum bono Virginis, vel Viduæ continentiæ æquare præsumuntur.

xviii. Facit, cuius finis melior est, ipsum quoque melius, secundum Philos. *in 2. & 3. Phys.* Quia sic est, quod secundum Philos. *io. Ethic.* & dixi infra *in 33. consider.* duplex est vita, actiua scilicet & contemplatiua: & perfectior sit, secundum Philosophum, omnis vita contemplatiua, quam actiua. Castitas virginalis est perfectior, quam coniugalis: quoniam Virginitas ordinat hominem ad finem vitæ contemplatiæ: vñus autem matrimonialis, ad viuum vite actiua, ut dicit S. Thom. *22. q. 252. art. 2. in corpore questionis.* & hic ante iam aliiquid dixi.

xix. Facit: quoniam, ut dicit Apostolus *1. ad Corinthios capite 7.* Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dei sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placet viro.

xx. Facit: quoniam, ut dicit idem Paulus ibi. Qui matrimonio iungit Virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit.

xxi. Facit, quod habetur *Apol. 3.* Qui non inquinaverunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis: & ibi doctores intelligunt de virginibus.

xxii. Facit, tanto aliiquid perfectius est, quanto habet maiorem conformitatem cum suo principio. Et, ut dicit Phil. *5. Metaphys.* Melius est simpliciter, quod primo principio propinquius est: cum igitur Deus sit principium & finis omnium, *Apol. 1.* & ipse straxius simpliciter purissimus secundum Philosophum, *12. Metaphys.* Ideo Castitas virginalis, quæ est purior

omni actu Matrimoniali, perfectior est matrimonio; quia Deo est conformior, qui est ab omni libidine alienus.

**xxiii.** Facit; nam Virtus simpliciter circa bonum, & difficile, secundum Philosoph. 2. Ethic. Cum igitur maior sit difficultas abstinere ab omni delectatione actus Venerei, sicut sit in Virginibus, quam abstinere solum ab aliis delectationibus extra matrimonium: ergo magis merentur Virgines, quam alii.

**xxiv.** Facit id, quod dicit Ambros. relatus in c. nuptie. 32. q. 1. Nuptiae implent terram, Virginitas paradisum. Intellige, facilius, ut ibi glor. declarat. Et istud est priuilegium Virginitatis maximum, secundum glo. vlt. in c. causam. extra de probat. Vel quia, ut ait, Virginitas, est soror angelorum, vbi omnes erunt Virgines vel continentes, neque nubent, neque nubentur.

**xxv.** Facit, quod Hieron. ad Eustochium in sermone assumptionis Virginis Mariae, ait: Bene angelus ad Virginem mittitur; quia angelis semper est cognata virginitas, profecto, in carne praeter carnem vivere, non terrena vita est, sed celestis: Vnde, in carnem celestem vitam acquirete, maioris est meriti, quam habere. Esse enim angelum, felicitatis est: esse vero Virginem virtutis, dum haec viribus obtinere nititur cum gratia, quod habet angelus ex natura.

**xxvi.** Facit, quod dicit Amb. in lib. de viduis. Superceditur Virginitas conditionem humanae naturae, per quam homines angelis assimilantur: major est Victoria hominum, quam angelorum. Angeli enim, sine carne vivunt, Virgines autem in carne triumphant.

**xxvii.** Facit, quod inquit Chrys. super Matth. Licet omnes Virtutes sint res angelicae, specialiter tamen castitas Angelica virtus est.

**xxviii.** Facit, quæ dicit ibi Aug. Quæ maior gloria super terram, quam in carne corruptibili ducere vitam Angelicam?

**xxix.** Facit quod dicit Aug. Qui Virginitatem servant, sicut angeli Dei in terris sunt, uno & angelos transcendunt.

**xxx.** Facit, id quod dicit idem Bern. de buntis in d. 2. par. ser. 27. in litera E. vbi dicit Virginitatepi esse ante Matrimonium.

**xxxi.** Facit id, quod idem ait ibi sub littera F. Quod à Christo in propria persona consecrata est Virginitas, quod probat ex dicto Leonis in quadam sermone, cù inquit: *Christus Virginitatis est filius.* verum, super omnia, quæ dici possunt, hanc virtutem commendabilem reddit, quod ipse Salvator humani generis, de mundissima Virgine nasci voluit, ut hic ante dictum est, ver. 3. *ille statu, &c.* Et quod ipse Virgo permanxit, & præ cæteris illum discipulum amavit, quem Virginem de nuptiis carnis abstraxit. In tantum enim ei Virginitas placuit, quod speciali arbitrio, veterum Virginalem accepit, in quo sibi naturæ assumptæ nuptias celebravit.

**xxii.** Facit, quod dicit Cyprian. in li. de Virginitate. Flos est enim Virginitas, ecclesiastici germinis decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio dominici gregis. Idem dicitur Es. 54. Lætare Ierusalem, quæ non paris, exulta, quæ non parturis: quoniam multi filii deserteræ magis, quam eius, quæ habet vi-ruim.

**xxiii.** Facit, quoniam Christus, semper est cum Virginibus, & ipsi cum eo. Vnde Apoc. 14. Virgines enim iunt, & sequuntur agnum, quo cunque ierit, & canit Ecclesia: *Quocunque pergis, Virgines sequuntur atque laudibus post te canentes curvantur.*

**xxxiv.** Facit, quod dicit Hier. in Epist. ad Eustochium, vbi ostendit quomodo Christus dilexerit Virginitatem: Quoniam, ut dicit, statim, ut filius Dei ingressus est mundum, istam nouam familiam sibi instituit, ut qui in cælis habebat angelos, haberet proxime in terris Virgines.

**xxxv.** Facit, quod habetur Apoc. 14. vbi Virgines suauius canunt in cælo, quam alij sancti, cum dicat: Cantabat quasi canticum nouum ante sedem agni: & nemo poterat dicere canticum illud, nisi hi, qui cum milieribus non sunt coquinati.

**xxxvi.** Facit quoniam sunt ministri Dei, hinc dicere possunt illud Eccl. 14. In habitatione sancta coram ipso ministrari, sine macula enim sunt ante thronum Dei, Apoc. 14.

**xxxvii.** Facit, quoniam Iesus Christus est corona Virginum, ut cantat Ecclesia.

**xxxviii.** Facit, quoniam, ut ait Hieron. contra Iouanizatum: Nuptias quidem recipimus, sed Virginitatem præferimus, sicut ramo præferuntur pomæ, & fructus.

**xxxix.** Facit, quod dicit Bernar. Virginitas est gemma virtutum, germana angelorum, & lux animarum. Ipsa calcat libidinem, vincit diabolum, contemnit seculum, & depunit ouine periculum; ipsa est lampas Ecclesie, & scimita cœlestis patriæ.

**xl.** Facit, quoniam ut habetur Sapient. 3. Felix sterilis & incōquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctorum. Et Eccl. 26. Ponderatio non est condigna animæ continentis. Et habetur in c. sunte saluabitur. 33. q. 5. quod non solum prodest Virginitas illam obseruantibus, sed etiam parentibus confert ad salutem, proles in Virginitate perseverans.

**xli.** Facit, quod dicit Hieron. ad Natalium, Virginitas purpura est regalis, qua quisquis indutus fuerit, cunctis eminentior erit.

**xlii.** Facit, quod dicit Ambros. in lib. de virginitate. Pulchritudinem non potest quis maiorem æstimare decore Virginitatis, quæ amatur à Rege, probatur à indice, dedicatur à Domino, consecratur à Deo.

**xliii.** Facit, quoniam, ut dicit text. in Auth. de leonib. §. ancimus. coll. 3. Sola castitas est potens, anima hominum Deo presentate, quem text. recitat gloss. in versi. pudicos. in proem. decreti. & cum intelligunt gloss. vlt. in cap. causam. de probat. extir. & ibi Doct. & etiam gl. fi. circa fin. in c. cum ad monasterium. extra de statu mor. & glo. vlt. in cap. 1. extra de voto, & voti redempt. quod sola est de per se, sine aliis virtutibus: sed non quod aliæ virtutes hoc non possint: quia hoc esset falsum. Cum etiam & Viduæ, seu continentes, & coniugati virtuose vivendo: & per rectam fidem, & operationem bonam, placentes Deo, vitam æternam acquirere possunt, ut ait text. in c. firmatur. §. fi. extra de sum. trin. & fid. cas.

**xlv.** Virginitas est principium, & fundamentum cœliarum virtutum. text. in Auth. quomodo oporteat epr se pos. §. neque autem secundas. coll. 1. gl. vlt. in d. c. causam. ext. de probat.

**xlv.** Facit; quia in incessu etiam virgines sunt viduæ, & coniugatis præferendæ, ut dicit Bald. & post eum Barb. & Fel. in d. c. causam. ext. de prob.

**xlii.** Facit; quia etiam testimonio vnius Virginis magis creditur, quam Viduarum, & coniugatarum, ut dicunt Barb. & Felin. in d. c. causam. colum. 2. de prob. extra.

**xliii.** Et ultimo: quoniam sole Virgines laurcolam consequuntur, quæ solis Virginibus datur, ut in d. glo.

ſio.in d.c. cauſam, tex.in t. ſi Paulus. 5. 1. & ibi gl.in verb. ſuſtitare,in fin. 32. q.5.

Et de hac laureola dicit Iohan. de Imol. in d. cap. cauſam, quod dicitur ſertum ſive gyrlanda, quæ ſit de lauro, qua olim vincentes alios in aliquo actu Virtutis, in ſignum laudis coronabantur. Ideo Virgines per ſimilitudinem in ſignum laudis laureolam habebunt. Erit autem, ut dicit, quædam corona laudis, quidam splendor, quo mediante, Virgines diſcernentur ab alijs: & hæc corona ſit à lauro, quæ ſemper eſt vires, ut dicit Cardinalis Zabarella, in d.c.caufam. & ait: S. Thom. in 4. ſen. d. 8. q. 1. art. 2. circa med. quod laureola non cuilibet datur, ſed illis tantum, qui ſunt in ſtatu perfectionis: ſed etiam, ut dixi ante in p̄ecedenti conſideratione, ſtatus religioſorum excedit ſtatum Virginum.

Et vide plures quæſtiones, quas ponit S. Thom. de laureola, in 4. ſen. d. 48. queſt. 5. art. 2. 3. 4. & 5. vbi ponit, utrum laureola à fructu ſit aliquod aliud premiuū ab essentiali, & utrum differat à fructu, & utrum fructus debeat iſi vittuti continentia, & utrum conuenienter aliſignentur tres fructus tribus continentia partibus, & utrum ratione Virginitatis, debeat laureola, & utrum martyribus & utrum Christo, & an angelio, & an etiam corpori, & an conuenienter aliſignentur tres laureole, & utrum unus laureolam Virginitatis de materia excellentiori habeat. Et ibi examinat has omnes quæſtiones & de laureolis in generali, & ſpeciali tract. Ant. Floren. 2. part. ſue ſum. u. 30. c. 8. per totum.

Et aduertendum eſt, quod p̄eminentia dignitatis ex huimodi laureola, conſiderari potest tripliciter, ſcilicet ex parte pugnae, ex parte permanentiae, & ex parte materiae.

Primo modo laureola illa eſt potior, quæ fortiori pugnae debetur: hoc modo laureola martyrum alijs laureolis ſupereminet: qui ibi eſt diſciliſor pugnae.

Secundo modo, conſiderari potest laureola ex parte permanentiae: & ſic laureola Virginum alijs laureolis ſupereminet; quia pugna carnis periculofior eſt, in quantum eſt diuurnior, & magis nobis eminet ē vicino.

Tertio, potest laureola conſiderari ex parte materie, de qua eſt pugna: ſic laureola doctorum, & p̄eſtatorum inter omnes eſt potior. Omnis ratio eſt: quia pugna doctorum, vel p̄eſtatorum, versatur circa bona intelligentia: alia vero pugnae, ſcilicet Virginum, & Martyrum versantur circa paſſiones. Quauiſ autem una laureola ſit ſecundum quid maior altera, ſimpliſter tamen loquendo, laureola martyrum inter omnes eſt potior, ut ante probatum eſt in 33. conſideratione, autoritate, ratione, & obſeruatione. Vide etiam in hoc per ſpeculum humanarum q. Bartholomaei Sibyllæ cap. 3. prima decadis. in 9. quaſtuncula. 2. quæſtions.

**Q**uadraginta conſideratio. Post Virgines colloquuntur Viduae. Quæ ſi longo tempore fuerunt Viduae, non procul diſtant à virginibus, ut inquit tex. in Autb. de non eligendo ſecundo nub. &c. 5. optimum. coll. 1. Et beatæ atque felices dicuntur, ut in Autb. de nup. 9. ſaluto. enl. 4. & ex eo laudabiles, & oratione dignæ eſentur, text. in d. 6. optimum. Et pulchre de his tradit Nic. de Lyra Mat. 13. abi: 1) dabant ſruitum, vbi ponit tres gradus, in qualibet virtute. Exempli gratia. In virtute caſtigatis, primus gradus eſt caſtitas coniugalis, per quem vitatur illicitus concubitus, licite tamen concubitu retento in matrimoniali actu.

Secundus gradus, eſt caſtitas Viduelis, per quem euitatur de cætero omnis concubitus, ut animus poſſit de cætero liberius Deo ſervire, licet poſſit licite matrimonium contrahere.

Tertius, eſt caſtitas Virginalis, quæ eſt ſuperioriſtis: per quem omnis concubitus ſimpliſter euitatur, ut mens ipsa, tanquam ſponſo tuo ſoli Deo per anno rei copuletur, ſecundum quod in p̄eceden. dixi. Et hos tres gradus amplectiuntur, & declarat G. Benedicti in ſua repet. c. Raynatiuſ. in verb. cuidam Petro tradiſerunt num. 46. uſque ad numerum 50. de teſtamen. vbi etiam dicit, quod Viduae adeo non diſtant à Virginitate, quod ſi priuilegium detur alicui, & ſuis descendentibus, tam masculis, quam feminis: ſicut filiæ virgines tali gaudent priuilegio, ſic pariter eo gaudebunt filiæ Viduae, ut notat singulariter Battol. 1. 1. quoties. quem ſequuntur ibi omnes Doctores. C. de priuilegiis. ſcholar. hb. 12. & dominus meus Iaf. in 1. 1. in fin. ff. de Constitut. princip. & in 1. cum quadam puella. colum. mibi 2. poſt Ludou. Romanum. ff. te iuri. omni. u. d. licet Alexand. ibi teneat contrarium: quoniam, ut dicit, ſicut marita teſtiuntur forum. l. mulieres. ff. ad municip. ita & Viduae.

Nam etiam iſte ſtatus Viduelis eſt Deo acceptus, ut probat Berti. de Buſt. in ſermo. 28. ſecunda parte ſuſ Rosary, in ſecunda part. illius sermonis, ſub litteris T. V. & que ad lucem. C. vbi ample laudat & extollit Vi- duitatem.

Primo, ut dicit, laudanda eſt ratione diuinæ viſitationis; quoniam Deus Vidues gratiosiſime viſitauit: Vnde habetur 3. Reg. 17. Tempore famis miſſus eſt Elias ad viduam ſareptanam, quæ poſtquam dedit comedere Eliæ: hydria farina eius non defecit miraculoſe, & lecythus olei non eſt imminutus omnibus illis diebus.

Secundo patet de Iudith Regina Iudeorum, quæ ut legitur eiusdem lib. capit. 13. erat grata Omnipotenti Deo: cui Viduae tantam gratiam contulit Deus, ut populum ſuum ab impetu, & furore inimicorum li- berarer.

Tertio, etiam probatur: quoniam libetur Luc. 2. Eraſt Anna prophetiſa vidua uſque ad annos 84. quæ viixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate, & hæc non diſcedebat à templo, ieiuniis, & obſeruationib⁹ ſeruiens Deo, die ac nocte: hinc Christus paruulus, ſicut & Simeoni p̄ebuit ſe viſendum, illamq; dignatus eſt viſitare, quæ conſitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemp- tionem Israel.

Quarto, etiam legitur Luc. 7. quod Dominus Ieſus conſolatus eſt Viduam, reuifeitans eius uigenitum filium.

Quinto, probatur commendatio Viduartum ratione diuinæ acceptionis: quoniam, Luc. 21. ſcribitur, quod accepta fuſit Deo oratio Viduae pauperculari, quæ offe- rens duo æra minuta, omnes locupletes ratione ſuſ ſanctitatis in oblatione ſuperauit. Deus etiam exaudit orationes Viduartum. Vnde Ecclesiſ. 25 dicitur: Lachrymæ Viduae ad maxillam diſcedunt, & exclama- tio eius ſuper ducentum cas. A maxilla enim di- ſcedent uſque ad cœlum, & Dominus exauditor de- lieſtabitur in illis. Et ideo dicitur in cap. fin. 81. diſtinguit. quod Viduae, quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur, debent meritis & orationibus ſuis Eccleſiam adiu- uare.

Sexto, probatur earum commendatio, ex eo, quod à Deo fuſit commendata Viduitas. Dedit namque Deus p̄ceptum omnibus Regibus, Principibus, Iu-

dicibus & aduocatis, omnibusque hominibus ut Viduarum causas tuerentur, & ne illas opprimerent, vel molestarent.

Septimo, quoniam *Esa. 1.* Dominus ait: Querite iudicium, subuenite oppreso, iudicate pupillo, defendite Viduam Et *Exod. 20.* ait; Viduae & pupillo non nocetis: si leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiatur clamore in eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestre Viduae, & filii vestri pupilli.

Octavo, probatur, *Ieronim. 22.* cum dicatur: Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: adueniam, pupillum, & viduam nolite contemnere, neque opprimatis inique.

Nono, facit id, quod etiam habetur *Ier. 5* vbi Dominus de his, qui viduas spernunt & abiiciunt, sic loquitur: Præterierunt sermones meos pessime, causam viduae non iudicauerunt, nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiuscmodi non vlcifetur anima mea?

Decimo, facit id, quod habetur *Iob. 22.* vbi dicitur: Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti: propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita.

Vndeclimo, facit dictum *Iac. 5. c. sua canonice*, dum ait: Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupilos & viduas in tribulacione eorum.

Duodecimo facit, quod dicit Paul. *1. ad Tim. 5.* Viduas honorare: quæ vere Viduae sunt, facit text. in *Auct. de non eligendo secundo nubentes. §. optimus. supra al. leg. in principio huius considerationis.*

Dicimotertio facit; quoniam etiam Viduae, taquam afflictæ debent consolari, & magnum meritum est eas consolari: quoniam, vt ait *Iob. 29. cap. Cor.* Viduae consolatus sum. Scilicet *31. cap. Oculus Viduae spectare non feci.*

Dicimoquarto, sancta mater Ecclesia præcipit defendere & adiuuare Viduas: quoniam, vt habetur *1. ca. 87. distin.* præcipitur Prælatis, vt viduis suum præstant auxilium, & præsidium, & protectionis patrocinium, contra improborum violentias.

Dicimquinto, etiam præcipitur Principibus facere iudicium, & ministrare iustitiam, maxime Viduis, liberando eas de manu potentum, à quibus faciliter calumniantur, & opprimentur, vt habetur in ea *Reg. 24. 9. 5* Ideo Imperatores & Reges volunt eas esse sub protectione eorum, & prohibent, ne opprimantur, vt habetur in leg. *vñica. Cod. quando Imper. inter pup. vel vid. vel miserab. perf. cogn.* & ne exhibeantur, facit tex. in c. ab *Imperatoribus.* Vniuersis iustum est auxilium postulandum propter afflictionem pauperum aduersus potentias diuitium. *23. distin. 3.*

Dicimosexto faciunt pro laude Viduarum multa, quæ in præcedenti consideratione dixi de virginibus, quæ habent locum in Viduis propter eorum continentiam, habito respectu ad coniugatas: quoniam tales inter continentia comprehenduntur, quæ cum Virginibus ad Regnum celorum perueniunt: quoniam, vt habetur in *cap. firmiter in fin. extra de sum. marit.* & fid. *cath.* Nunquid enim ad regnum celorum solæ Virgines perueniunt, perueniunt & viduae. Ex quibus constat, quod status Viduarum habet locum post Virgines, & ante coningatos, data in reliquis paritate meriti. Et de laude viduarum dixi in præcedenti parte, in *11. & 20. co: sideratio.* vbi dixi, quod mulieres laudantur ex continentia, & in seruanda Viduitate.

**V**adragem sapientia consideratio de coniugatis libet sequitur, nunquid etiam habeat locum in paradiso? Et videtur, quod non: quoniam, vt habetur in c. que sunt. 33. 7. 5. alleo, per gress. fin. in ea. in fin. extra de sum. trin. non expedit homini ad cœlestia regna tendenti vxorem accipere. Sed contrarium est verius: quoniam, vt constat ex decisione cœcilij Niceni, de quo in c. 1. in fin. extra de sum. trin. & fide c. thol. in præcedenti conf. sive alleg. non solum virgines, & continentes, verum etiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Et tales etiam dicuntur seruare castitatem, quæ dicitur pudicitia, quæ est in legitime coniugatis, vt in c. *Nuzena. 31. dist. 1. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellian.* Quæ quidem pudicitia etiam laudata est, vt in præcedenti parte dixi in 12. considerat. & quam etiam obseruauerant pleres sancti Prophetæ & Patriarchæ, vt Iacob, qui Liam secum iacentem, non illam esse cognovit, putans tenetem Rachelem, vt habetur *Genes. 29. secundum Lyrum*, ibi possent hic adduci omnia connubia, seu matrimonia antiquorum Patri, Prophetarum, & Patriarcharum, scilicet, primo illorum, qui fuerunt ante diluvium, vt Adam, Seth, Enos, Caynan, Malachel, Iated, Enoch, Mathusalem, La-mech, Noe, Sem, Chaim & Iaphet. Et post diluvium Abraham, qui tres uxores habuit, Isaac, Iacob, qui quatuor uxores habuit, Joseph, Iudas, Cath, & Amram, Moyses, Aaron, & Maria coru soror, Delbora, Barach, Sisaram, Iahin & Iahel: Iepte, Samuel, Helcana, Ephraeus, Samuel, Booz, & Ruth, Iesse, & omnis eius generatio: David, Salomon, Elias, Elisa, Ezechias, Iosiam, Daniel, Zacharia, Petrus & Apostoli, & Iohannes Evangelista, qui omnes fuerunt coniugati, vt fatus declarat Iouinian. contra Hieronym. altercantem cum eo, de præexcellentia Virginitatis, & Matrimonij: de quibus connubis sanctorum amplissime Augusti. Datus in suo tractatu de connubis sanctorum, vbi excellentias illorum connubiorum satis denotat laudando castitatem matrimoniale: de qua etiam lib. 2. contra aduersarium legum & Prophetarum, Deus, inquit, masculum & feminam propagandi generis cum nuptiali castitate coniunxit. Ad quod facit doctrina Bedæ, sic dicentis: *Bona est castitas Coniugale, melior continentia Viduallis, & optima perfectio Virginalis.* quæ tria Christus patenter approbavit. Primo, statutum Virginalem in eo, quod de virginie nasci voluit, statutum vidualem in eo, quod ab Anna vidua benedicti dignatus est, *Luc. 2.* & statutum coniugalem, in eo, quod in Chana Galileæ nuptiis interfuit, quatum honore aquain in vinitum convertendo primum miraculum inter cetera inchoauit, *Ioan. 2.*

Similiter, vt ab omni gradu mulieris opprobrium tolleret, scilicet à Coniugatis, Virginibus & Viduis, Matrem eius gloriosam in hoc triplici statu esse voluit, scilicet Virginem, Coniugatam, & Viduam post eius mortem. Ex quibus sequitur, quod etiam Coniugati possunt meteri, & æternam beatitudinem consequi, vt dictum est ante: & plene comprobat G. Benedicti in sua repetit. cap. Rayaut. in verb. cuiusdam Petro tradiderunt. num. 40. 50. 51. & 52. extra de testament. vbi per eum, de castitate & pudicitia coniugali, & de laude matrimonij dixi in comment. nostro ad consuetudines ducatus Burgund. in titul. Des droes & apperten. à gens mariez.

Et aduerte, quod secundum Gabrielem Barlette in sermone pro festo S. Innocent. status Coniugatorum fuit maioris meriti, quam abstinentium, & status ille præferbatur statui Virginitatis; quia erat tempus multiplicandi

triplicandi genus humanum, ideo status Virginitatis prohibebatur hoc, habendo respectum ad tempus legis scriptæ, siue naturæ. Si autem referatur ad tempus legis Euangelicæ; quia est tempus multiplicationis fideliū per generationem spiritualem, status Virginū est maioris meriti, quam status conjugatorum. Ideo virginitatis status est dignior & excellētior matrimonio, quod ibi comprobat triplici ratione: sed vide hic ante in 2. confidet. vbi longe plura alia media adiuvantia sunt ad laudam virginitatis.

**Q**uod vñdragesimæ secunda cōsideratio incipit de pueris baptizatis, qui statim baptismate suscepto, decidunt, antequam mereantur, vbi collocabuntur in paradiſo, & an ex solo baptismo possunt vñus plus habere gratiæ, quam alijs, hoc est, An plus possit operari baptisinus in uno, quam in alio ad remissionem culpæ & pœnæ, quo ad diminutionem pœnæ, & quo ad effectum gratiæ. In hoc Iohan. de Turrecrem. in cap. cum ianu. te co. secr. diff. in 4. ex dictis S. Thom. Sed prius aduertatur, quod nemo potest saluari, nec vitam ecclæsticam confequi, nisi fuerit baptizatus, vt habetur lib. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. & habetur in c. non potest. de consec. dñi in 1. q. & ibi Iohan. de Turrecrem. Et omnes baptizati ratione remissionis culpæ originalis, quæ baptismō purgatur, gratiam Dei ecclæsticæ accipiunt. c. n. n. potest. & ibi lib. 4. de Turrecrem. ds pœ u. tib. 1. v. in c. per baptisnum. & in c. non licet. de consec. diff. in 4. Et in hoc concludit duab. conclus. in d. c. cum tantum. quod æqualiter operatur effectum remissionis culpæ & pœnæ, in omnibus & continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, vt dicit Iohan. de Turrecrem. in c. ex quo de consec. 4. Infudit etiam gratiam ut per eundem in c. proprie, loco preallegat. Sed nunc videndum est, quomodo hæc gratia infundatur, an plus in uno, quam in alio. Idem Iohan. de Turrecrem. in c. cum tantum. supra alleg. u. distinguit inter adultos & pueros, & dicit, quod inter adultos non æqualiter se habet, sed secundum maius & minus: prout quidam cum maiori fide, & deuotione, accedunt ad ipsum sacramentum baptismi suscipiendum, quam alijs, & hoc comptobit ex dict. Dñi. dicentis sic: Peccato unum remissio cunctis æqualiter in baptismō datur: gratia datur auctem Spiritus sancti, secundum proportionem fidis & purgationem. Sed non omnes cum æquali fide, nec æqualiter præparati ad baptismum accedunt, ergo, non omnes ad baptismum accedentes æqualiter gratiam consequuntur, & ista est alia ex suis conclusionibus.

Alia est conclusio in pueris, in quibus concludit, quod baptismus de communi lege, æqualem effectum gratiæ habet: quod probat ex dictis S. Thom. in 4. sent. d. 4. cum ait: In pueris baptizatis, nihil ex parte eorum requiritur. sed habent pro dispositione ad salutem fidem Ecclesie. & pro effectu salutis virtutem passionis Christi, que operatur in baptismō: sed hac duo æqualiter ad omnes pueros se habent: ergo ipsi pueri non differunt quantum ad effectum baptismi suscipiendum, sed omnes æqualem gratiam suscipiunt: Ideo inter istos non disceperendum de prioritate, aut posterioritate, cum omnes simul simili gratia & æquali fruerentur.

**Q**uod vñdragesimæ tertia cōsideratio erit de pueris decedentibus sine merito, & absque baptismate, in quo loco in iudicio universali collabuntur: an à dextris, vel sinistris comparebunt. S. Thom. in 4. sent. diff. 47. artic. 2. & B. Vincet. in suis ser. dicunt, quod in iudicio Domini tales pueri comparebunt, sed non se-

debunt, neque à dextris, neque à sinistris, (cum electi boni erunt à dextris; & damnati mali à sinistris) sed tales pueri, cum peccato originali mortui, non sunt simpliciter mali, nec boni: ideo in medio inferius collocabuntur, & videbunt gloriam Iudicis, & vindictam exquirēt eorum, qui causam eis dederunt perditionis glorie, & diuinæ visionis; & omnes huiulmodi paruali, siue sint filii Christianorum, siue Iudeorū, siue Gentilium, siue in utero, siue extra uterum dececerint sine baptismate, resurgent, cum corporibus integris, in mēluram æratiz, plenitudinis Chrtisti. 30. annor. vel circa, vt habetur ad Ephes. 4. sicut & alij mortui, & ita refert & tenet Barth. Sibyllæ in suo speculo peregr. qu. in sexta questiuncula, quinta quest. tertij cap. prime decadu. Sed in loco seu receptaculo limbi collocabuntur, in quo est carentia gratiæ, & pœnae damni æternalis, sed non pœna sensus, secundum Petrum de Tarant. & Thom. in 4. dist. 31.

Sed altius ista repetēdo quereres: Cum sint in limbo, & non in paradiſo, an puniantur aliqua pœna, & quæ? Et in hoc dicendum est secundum Thom. in loco 1. fersus alleg. quod pœna conueniens puerorum, qui sine baptismate cum solo peccato originali dececerunt, est subtractio gratiæ, & per consequens, carentia diuinæ visionis, vt dictum est, ad quam homo per gratiam ordinatur. Sed ulterius videndum est, an tales pueri sentient aliquem dolorem, vel afflictionem interiorum, ex carentia visionis diuinæ. Responderi potest, secundum quod aliqui dicunt, quod tales pueri in limbo ex carentia visionis Dei nullam afflictionem interiorum sentiunt, rationem assignant: Quia, vbi nulla est cognitio, & cogitatio boni propter se facti, ibi nulla est afflictio: sed animæ puerorum, cum solo originali decedentium, sunt in tantis tenebris ignorantiae constituti, quod nesciunt se ad beatitudinem creatos, nec aliquid de beatitudine cogitant, ideo dicunt nullam illos pati afflictionem. Sed S. Tho. dicit hanc rationem non valere. Primo, quia cognitio naturalis magis riget in anima separata, quam in anima hic cōiuncta. Ergo, cum in pueris illis non sit peccatum personale, non debetur eis ut detrimētum aliquod pariantur in naturalibus, scilicet in naturali cognitione. Item, vt dicit secundum hoc illi, qui sunt in inferno, essent melioris cognitionis, quātum ad intellectum, quam pueri in limbo. Nam qui sunt in inferno, non sunt in tenebris ignorantiae, pueri autem secundum istos sic: & ita damnati melioris cōditionis forent, quam pueri huiusmodi: quia nullus est, vt ait August. qui non maller dolorem pati cum sana mente, quam gaudere insanus. Ideo assignatur alia ratio, quare pueri in limbo ex carentia visionis diuinæ, non habeant interiorum dolorem, vel afflictionem, quæ talis est: Duplex cognitio de beatitudine potest haberi, naturalis scilicet & supernaturalis. Animæ autem infantium in limbo, cognitione quadam naturali nō carent, quæ debetur animæ separatae, secundum naturalam suam. Imo augetur cognitio eorum naturalis, cum intret medium cognoscendi intellectum separatuum. Ideo de Deo, & de creaturis magnam scientiam habent naturaliter, & maiorem, quam vñquam philosophus in mundo habuerit. Cognoscunt enim naturaliter se ad beatitudinem factos, & quod beatitudo cōsistit in adēptione perfecti boni: sed non quod tale bonum sit gloria, quam sancti in cœlo possident. Id autem, quod per naturam habetur, possidetur absque dolore: ex hac igitur parte, pueri in limbo nō dolent. Est autem & alia cognitio de beatitudine, quæ habetur supernaturaliter, quæ hic in nobis per fidem

plantatur: quæ est de gloria & fruitione sanctorū in celo: quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis naturaliter ascendit, i. ad Corinth. 2. Quæ Deus nobis relevavit per Spiritum sanctum. ad Rom. 1. Quæ quidem relevatio habetur per fidem, in nobis hic plantacam in sacramentis, vel frequentatis actibus Christianis. Pueri autem in limbo nec fidem de beatitudine in ætu habuerunt, nec sacramenta fidei suscepserunt, nec per relevationem. Ergo, nec de carentia eius dolent. Nemo enim dolet de eo, quo se priuari nescit: vel de perditione eius, quod ad ipsum nō tagit, aut pertinet. Quia tamē pueri in limbo nō impediuntur à perfecta cognitione naturali, prima: cause, & Dei, & aliarum rerum ex immersione, & afflictione pœnatum, sensus ignis, & verium conscientiæ & dæmonum, ut sit in damnatis, ideo de cognitione tali naturali ipsius Dei & creaturarum, gradum aliquem delectationis habent. Quilibet enim in cognitione veritatis naturaliter delectatur: vnde in hac delectatione pueri laudant, & laudabunt, reali sumbris corporibus Deum, causam casuarum omnium rerum, ab eis naturaliter cognitatum, quod damnatis non accidit, nec accidet: quia vermis eorum vivit, & non morietur, nec vñquam ab inferno deerunt dæmones, nec ignis, ibi à torre in aeternum deficit. hæc S. Thom. in quaest. disputat. de malo. & in 2. sentent. distin. 23. quaest. 2. & ad prædicta facit text. in c. firmissime. de consecra. dist. 4. vbi Ioh. de Turrect. etiam disputat, an tales pueri puniantur pœna sensibili.

**Q**uadragintaquarta cōsideratio, de reliquijs sanctorum ostendit, quæ etiam sunt honorandæ, & venerandæ, vt habetur in rubro & nigro, de relig. & venerat. sanctor. in antiquis, & in lib. 6. & in Clementinis. Et vt dicit S. Thom. in 3. part. quaest. 25. art. vii. Adorare, id est venerari debemus reliquias sanctorum, vt ait Ant. Flor. in 5. par. sua sum. titul. 12. c. 9. in princ. Qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipso post mortem requiruntur, veneratur, non solum corpus, aut partes eius corporis, sed etiam exteriora aliqua eius: puta vestes, & huiusmodi. Nā, vt author est Herodotus, Micerinus Rex Ægypt. filiam, quam habebat vnicam, adeo dilexit, vt mortua cadauerit inclusa aureo bouis simulachro, quod in templo proxime Deos posuit, floribusque ornauit quotidie, admota noctu perpetua lucerna.

Item, Atredius melior, duos habuit liberos, Bleſum & Glauciam nomine, quos adeo dilexit, vt dicti Bleſi mortui natalem singulis annis celebraret. Martialis lib. 8.

Praefas hoc melior sciente fama,  
Qui solennibus anxiis sepulti  
Nomen non sinu inter ire Bleſi.  
Et de munifica profusus arca,  
Ad natalium diem colendum,  
Scriberum memori, piaque turbe  
Quod donas, faciani ipſe Bleſianum.

Item Vrbinum, in agro Reatino delitescentem, cum milites ad mortem inquirerent, seruus eius, dominii ornamentis induitus: in ciudem cubile se reclinavit, vt irruentes hostes Vrbinum esse suspicarentur, & ita primo impetu ingularent. In eius rei monumentum, Vrbinus mortuo erexit statuam, cum titulo, & inscriptione, quæ tam memorabilem testaretur amorem & fidelitatem.

Item, fidem facit in hoc Arthemisia, quæ Maſolo marito mortuo, sepulchrum memorabile fecit, vt insta in ultim. parte. in 75. consideratione dicatur.

Item, Julius Cæſar, Syllanæ factionis inimicus, adeo partes Marianas fouebat, vt deiecta tropæ restituerit, statuasque noctu erexerit in capitulo.

Item, Phydius, statuarius Agoratum Parium discepulum suum adeo dilexit, vt nomen eius suis operibus pleruque inscriperit.

Item, Nicodemus Rex Bithynie, tam propenso fuit in Romanos animo, vt ralo capite, pileum sumpserit, & se Romanorum libertum vocauerit.

Cum autem sanctos Dei in veneracione debeamus habere, tanquam membra Christi Dei filij & amicos & intercessores nostros, vt supra ista par. dictum est: Ideo eorum reliquias, qualescumque honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, præcipue eorum corpora, quæ fuerunt templum Dei & organa Spiritus sancti in eis habitantis & operantis, & sunt corpori Christi configuranda, per gloriam resurrectionis. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum potentia miracula faciendo. Et, vt dicit Hieronym. ad Riparium: Nos nec martyrum reliquias, nec angelos adoramus, scilicet adoratione latræ: honoramus autem martyrum reliquias, vt eum, cuius martyres adoramus, honoremus seruos, vt honor seruorum redundet in Domini. Et habetur Psal. 75. Et reliquæ cogitationis, diem festum agent tibi: quoniam grata est apud Deum. Ea, quæ à nobis sic habetur præteriorum nostrorum bonorum recordatio, vt de his non in bonis, sed in Domino gloriemur. Et ita remunerantur à Deo bonorum reliquæ, & utilis est ipsorum memoria: quemadmodum etiam dicimus in iure humano, quod memorie seu reliquæ pristinæ qualitatis bona, multum operantur, vt per multa comprobat Felin. in cap. quæ in ecclesiæ. col. 29. versic. Fallit quinto. extra de constitut. Dicam latius infra in 3. part. in 36. consider. vbi de huiusmodi memoria pristina dignitatis scribitur. Et ad istud propositum, Ioan. de Montocolon ciuis & contemporaneus noster, in suo promptuario turis. in verb. reliquia. adducit decisiones Felin. in d. c. quæ in ecclesiæ. Nouamen. vt dicit, sunt in publico venerandæ, nisi prius approbatæ per summum Pontificem, & per sedem Apostolicam canonizatæ. quod quomodo fiat, & quæ requirantur, habetur in cap. 1. de relig. & vener. sanct. sicut aliquæ considerationes in sequentibus.

**Q**uadragintaquinta consideratio. Non solum lati venerandi, & honorandi sunt, sed etiam eorum imagines venerandæ sunt propter illos, c. per latum. & c. venerabiles. de consecra. diff. & ibi gloss. in ver. frigisse. & in verb. culu. & per gloss. in ver. in devotionis. in cap. si c. monici. de offic. ord. m. 6. Et, vt scribit Ouid. de Ponto. lib. 2.

Felices illi qui non simulachra, sed ipsos,  
Quique Deum coram corpora vera vident, &c.  
Et sequitur.

Sic homines mouere Deos, quos ardus ether  
Occidit, & colitur pro loue forma louis.

Et videatur Cardi. in clem. vi. 1. ca. versic. O excellensissimum. de religi. & venerat. sanct. & in dueb. caronibus supra alleg. latis probatur, quod licitum est in Ecclesia Dei sacre imagines Christi, & sanctorum, quæ sunt venerandæ, & caulas ibi vide, quicquid audeant dicere quidam heretici, in sequentes damnabiles opiniones Lutheri heretici, quem Deus in sensum bonum reducat, ad suas infinitas haereses seminatas extirpandum, & annihilandum.

Et ample per Ioan. Damascenum, & Commentatorem, ibi in suo opere theologali lib. 4. c. 17. vbi dicit, quomodo imagines sanctorum, etiam antiquo tempore fuerunt

fuerunt approbatæ, & etiam certo tempore reprobatae, videlicet tempore Leonis IIII. Imperatoris, & Gregorii I. summi Pontif. per Ant. Florentinum *terme sua summa pars. 12. c. 9. §. 1. 2. & 4.* ubi expresse scribit de veneratione imaginum.

**Q**uadraginta sexta consideratio. Quoniam ante dictum est de veneratione & honore sanctorum. Scindendum est, qui dicantur sancti. Et in hoc sic distinguendum est: aut consideramus hanc Ecclesiam militarem, & sic in hoc seculo viuentes. Aut Ecclesiam triumphantem, & per consequens eos, qui de hac vita migraverunt, & cum ambo sint laudandi, & venerandi, de ambobus dicetur.

Primo de his, qui in hoc seculo sunt viuentes, qui videntur esse omnes mundi ac virtuose viuentes, qui merito sancti dici possunt: & ita intelligitur, quod habetur in cap. *tenere debet. i. distinct. & Lcuit. 31. & i. Pet. cap. vbi dicitur: Sancti esto, quoniam ego sanctus sum. Dominus Deus vester.* & in cap. *proposuisti. & c. plurimos. 82. distinct.* & est text. in cap. non oportet. 81. distin. & ibi Arch. & facit text. in c. *Maximilianus.* ibi: quia qui sancti non sunt sancta tractare non possunt. ea dist. quam ita intellexit Arch. in d. c. tenere. ficit etiam text. in ca. *non vos. utrs. quis enim sanctum dubitet. 4. distinct. & Psalm. 17.* cum sancto sanctus eris, & cum innocentie innocens eris. Et illud: *Non enim loca, sed vita & mores sanctorum, faciunt sacerdotem.* de quo in princ. 4. distin. & in c. multi. & in c. non est facile. ead. distinct. Et Eccles. 27. Cum viro sancto, assiduus es. & facit text. in c. *sancta quipperuſticas. 2. ques. 7.* Et facit latus text. in l. *sancrum. ff. de rer. diuis.* vbi sanctum dicitur, quod ab iniuria hominum defensum est, atque munatum. Facit text. iuncta gloss. in verb. *sanctificatur. de successio. ab intestat.* Et dicit Gemini. in cap. non decet. de inimicitate. Ecclesi. in 6. quod loca sacra sunt sancta, id est firmata pœnis, & statutis, contra delinquentes, in illis, vt in *Authent.* vt liceat matre & auct. 5. penult. incipient. quia vero. collat. 8. & in 5. sancte. *Institut. de rerum diuis.* & l. si quis in hoc gen. C. de episcop. & cleric. per id, quod habetur in c. in primu. 2. g. 1. Et facit ad propositum, & ad dictas duas significations, id quod dicit S. Thom. 2. 2. qn. 8. art. vii. quod nomen sanctitatis duo importare videtur. Vno modo, mundiciem, & huic significationi competit nomine Grecum. Alio modo, importat firmitatem: unde apud antiquos, sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, vt violari non deberent. Vnde aliquid dicitur esse sanctum; quia est lege firmatum, vt dicit Vlpian. in l. *facta. 5. proprie. ff. de rer. diuis.* vel etiam, (vt dicit S. Thom. in loco ante allea.) hoc nomen, sanctis, secundum Latinos ad mundiciem pertinet, vt intelligatur sanctus, quasi sanguine tintitus, eo, quod antiquitus illi, qui volebant purificari sanguine hostiæ tingebantur, vt dicit Isid. in l. 10. E. *yntologiarum. cap. incip. Sapient.* & c. Et verae sanctificatio competit, vt sanctitas attribuatur his, quæ diuino cultui applicantur, ita, quod non solum homines, sed etiam Templum, Vasa, & alia huiusmodi, sanctificari dicuntur, ex hoc, quod cultui diuino applicentur. Hic etiam dicuntur sancta sanctorum, de quibus per Panorm. in cap. 1. de vita & hone. cte. Mundicia enim necessaria est ad hoc, quod omnes Deo applicentur: nam mens humana inquinatur ex hoc, quod inferioribus rebus coniungitur, sicut quælibet res, ex immixtione peioris sordescit, vt argentum, ex immixtione plumbi. Oportet autem, quod mens ab inferioribus rebus abstrahatur ad hoc, quod supremæ rei possit coniungi, & ideo mens sine mundicia Deo applicari non potest. Vnde ad Hebr. penult. dicitur, *Pacem sequimini cum omnibus, & sa-*

*imoniam, sine qua nemo videbit Deum.*

Firmitas etiam exigitur, quod mens Deo applicetur. Applicatur enim ei sicut ultimo fini, & principio: huiusmodi autem oportet maxime immobilia esse. Vnde dicebat Apostolus ad Rom. 8. Certus sum, quod neque mors, neque vita, separabit me à charitate Dei, sic ergo sanctitas, sine sanctimonias, quod ideo est, per Arch. in c. *vñor. 3. de luct.* dicitur, per quam mens hominis scipit, & suos actus, applicat Deo, ideo in *l. leon. in d. l. sanctum. ff. de rerum diuis.* quod sanctum, dictum est a sagminibus; sunt autem sagmina herbe quedam, quas legati populi Romani ferre solebant, ac quis eos violaret. Sicut legati Graecorum ferunt ea, quæ dicuntur ceritalia. Vnde, vt dicit ibi gl. *n. verb. violaret.* legati dicuntur sancti, per leg. f. 1. princip. ff. de leg. hinc descendit verbum, *sanctus, inviolabilis,* & ab iniuria hominum tuta legalis statutio. & ita intelligitur l. f. *ntho l. gnm ff. de pœnis.* & sumit ut multipliciter, vt habetur in l. gl. in *procem. Digestorum.* & notatus per *Archidiac. in c. statutum. de re serip. lib. 6.* & vide Dionys. de divinis nonnib. c. 12. Et ista sanctitas in multis honoratur, id est priuilegiatur, vt infra in *vñm. 3. consideratio. 2.*

Aut vero consideramus Ecclesiam triumphantem, & sic omnes habitantes in coelesti patria, non solum animas beatorum, sed etiam ipsas intelligentias, hoc est, angelos, sanctos, dici debere, cum omni resulgeant mundicia. Imo non possunt esse immundi, alias essent imperfeci: quæ imperfeci, in coelo non admittitur vbi est Deus, qui est summum bonum, & Ens perfectissimum, quo omnes beati fruuntur. Vnde merito eos sanctos appellamus, imo Deus ipse dicitur sanctus, vt ample dixi supra ista parte, in prima consideratione. & habetur Psalm. 15. *Nec dabitis sanctum tuum ei dare corruptionem.*

Adverte tamen; quoniam apud nos sanctus, & beatus differunt: quoniam beatus dicitur, cuius nec dies mortis, nec officium in eius memoriam celebratur. Nec etiam sibi Ecclesia dedicatur. Sanctus vero non dicitur, nisi precedente canonizatione inducta ab Ecclesia, & secundum formam ab Ecclesia traditam, de qua infra dicitur. & ita communis vñsloquendi obseruat, qui in multis attenditur l. *librorum. 9. quod 2a me. 1. Caffius. ff. de leg. 3. & ibi Bart. & in L. cum de lamo nis. 9. aspiram molendinaria. ff. de fundo iustitia, instrumento que leg.* Felinus ample post Aut. de Burrio. in *procem. decret.*

Quandoque tamen etiam canonizati dicitur beati, vt in c. ip. 2. abit. qui beato Petro eterna vita clavigero. 22. dist. in c. non nos B. Petrum. qo. dist. vnde omnis sanctus canonizatus dici potest beatus, sed non econtra;

In vita vero quis non potest dici beatus secundum Thom. in 1. parte. g. 12. art. 0. c. 11. & 2. 2. c. 23. art. 2. & in 4. distin. 42. Nam beatitudo idem est, quod vita eterna, quod est pax & Regnum cœlorum, secundum Thom. in 4. d. 49. art. 7. 8. & 9. Et secundum Albericum de Rosate in *sur dilectionem. in verbis. beatitudi nis.* nihil aliud est beatitudo, quam reuelatio magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, vt in cap. *reuniam. de conf. dist. 5.* quo etiam per Thom. 2. 2. 156. in ultimo art. i. vel secundum Boet. in 3. lib. *de conf. pistophili. cap. 3.* Beatitudo est status originum bonorum aggregatione perfectus, & ibidem, beatitudinem summum bonum esse distinxit, ad hoc potest allegari illud Ouidij Metamorph.

*diciturque beatus.*

Ante obitum necno, supremaque functa debet.  
Beatus enim est beatum facere, ad celi, prout esse. texti.

## TER TIA PARS

est in l. bonorum ff. de ver. sig. improprie tamen in hac vita dici potest beatitudo, prout loquitur dict. l. bonorum. & in l. iniquum. C. qui acc. non p. ff. vbi dicit litera: *Iniquum torge à beatitudine seculi vestre esse credimus,* & ita intelligitur illa beatitudo, quae summis Pontificibus attribuitur. & text. in cap. lego. n. fin. ab.: beatitudo tua. 16. quest. 1. etiam in vita dicimus sanctitatem, vt ante dixi. etiam dicitur de Papa, qui & sanctissimus dicitur, & de Episcopo & de Principe, vt infra in 4. & 5. part. vbi de Papa, Episcopo, Imperatore, & Rege nostro Francorum dixi. Sed prout in hac parte intelligimus, sanctus dicitur, qui est ab ecclesia canonizatus, aut canonizatione Ecclesiastica confirmatus, & approbatus, secundum quod accipitur, r. c. sanctorum. in priv. 70. dist. & 1. rub. & text. de relig. & vener. sanctorum. in decret. in lib. 6. & habetur in c. i. de vita & honestate. in 1. 112. Sic, quod non licet aliquem venerari pro sancto, nisi sit approbatus a summo Pontifice, & sic canonizatus, vt statim dicam.

**Q**uadragesima septima consideratio. Nunc ad maiorem canonizationis condescendamus. In qua dico, quod solus Papa potest canonizare sanctum, & ista est opinio Panor. & Imola in c. fin. de feris. per text. in c. i. in fin. de relig. & vener. sanct. ex r. 1. vbi expresse cauetur, quod sine speciali licentia Papae quis canonizari non potest, idem Imola. in c. venerabilis. de testib. extra. Hostien. in summa. eodem tui. de relig. & venerat. sanct. Ant. Florent. in 3. parti. sua sum. iii. 22. cap. 5. §. 5. & pro hac opinione Ioan. Andreas in cap. unico. in verbis, sedis. de relig. & vener. sanct. in 6. adducit quinque rationes post dictam glo. quae ibi videri possunt: quibus accedit, quod Papa representat Deum in terris, & tenet eius vices, cap. quia 1. de translat. Enise. c. ut nostrum. ut ecclesiast. benefic. sine diminut. confer. cap. fundamenta. §. docet. de elect. li. 6. Clemen. i. 6. i. ff. de Magistris. Speculat. titu. de legato. §. nunc est sciendum. vers. 29. & gloss. in verb. quod Deo, in c. serpen. de punit. dist. 1. Et fuit de mente Thomae in tractat. suo contra Grecorum err. res. c. 71. in quantum allegat Chrysostomum super homilia. distin. 85. dicente de Christo, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magistrum & doctorem, vbi latius per ipsum, & dixi ante: & idem voluit in tercia parte summe. q. 8. art. 1. & in 4. senten. distin. 15. dicens Papam esse caput vniuersalis Ecclesie, facit c. n. noue. cum c. sequenti. 21. distin. Et idem in tractat. contra impugnantes religionem. & Scotus in tractat. de perfectione scientie. quest. 9. dicit quod Papa est Vicarius Christi, non solum in quantum Christus fuit Ecclesie Praelatus, sed in quantum fuit totius mundi dominus, & quod iuste de statu & bonis hominum potest ordinare. Et dicit Thomas in 4. sent. dist. 19. quod Papa habet plenitudinem potestatis in vniuerso, sicut Rex in regno. Et idem in tractat. de errore Grecorum. cap. 72. tenet, quod de necessitate salutis est, subesse Romano Pontifici: & allegat Cyrilium in libro Thesaurorum, & Maximianum in Epistola directa orientalibus. Vnde dicit Hostien. in dict. c. quanto. quod Deus & Papa faciunt vnuini & idem tribunal. & dicit Baldus in l. Barbarus Philipp. ff. de offic. prator. quod Papa est supremus Dei Vicarius, & qui contrarium dicit, mitterit: & in finalibus verbis dicit, quod Papa est omnis, & super omnia in spiritualibus. Dixi supra ista part. 30. consideratione. versic. secundum locus. circa fin. & infra in 5. part. in septima consideratione. Ex quo, cu sit Vicarius supremus Dei, & sit in locum eius in hoc mundo subrogatus, tanquam sapient naturam eius, qui canonizat sanctos in Ecclesia triumphante, sic canonizabit in Ecclesia militante: scilicet est communis sen-

tentia, vt dicit Imola in d. c. fina. extra de feris. Et ita etiam tenet Ioan. de Turrecti. in c. i. de consecrat. dist. 3. quod canonizatio sanctorum rationabiliter referatur summo Pontifici triplici ratione, quas ibi vide.

Nec in hoc requiritur consentius Cardinalium, glo. in verb. contingere. in dict. cap. fundamenta. in 3. decet. de elect. in sexto ita etiam tenet Iohannes Andreas, & Dominicus, in c. super eo de heret. li. 6. Salicet. in rubr. C. de legib. allegans notata per Archi. in c. que ad perpetuam. & in cap. sunt quidam. 2. questio. 1. & in cap. quamuis. de offic. ordin. in 6. cum hoc pendeat ex illa dubitatione, an Papa possit ardua sine consilio Cardinalium: de qua ample Barbat. in consilio. 1. in 1. volum. & in tractat. de prestantia. Cardinal. Cum canonizare sanctum sit quid arduum, vt dicit Iohannes Andreas in dicto c. unico. de relig. & venerat. sanctior. in 6. hanc etiam partem tenet Anton. Floren. in sua sum. in 2. par. 3. in 14. charta.

Martinus Laudensis in tractat. de Cardinalib. quest. 88. videtur tenere contrarium: & istud idem tenet Iohan. Monachi. in dict. cap. super eod. Cardinal. Florent. in cap. vniuersit. & ibi Ioh in de Anania. de homicid. idem Cardin. in c. 2. de cleric. non resid. Bald. in l. cum multa. C. de bon. que libert. in l. fin. C. de diuer. rescript. Et pro certo illud est mare magnum: sed ad propositum, bonum est, quod Papa faciat ex consilio, non quod teneatur ad hoc, nec illud sequi.

**Q**uinquagesima octava consideratio. Episcopus an possit decernere in sua diecessi aliquem sanctum venerari ac feriari, seu solennitatem celebrari sine populo? Videtur, quod sic, prout visus est aliquando tenuisse Anto. de Balsis in c. fin. defens extra. sed post mutauit opinionem. Sed ista opinione tenet Panorm. in d. c. fin. per text. ibi; & in c. i. de consecrat. dist. 3. vbi expresse dicunt text. Ceterisque solennitatibus, quas singuli Episcopi in suis diecessibus cum clero & populo duxerint solenniter venerandas. Et ita etiam tenet ibi Barba. vbi dicit, quod Anton. de Butrio non bene dicit, dicendo: Quod ille text. habet duas lecturas: quia, vt dicit Papa in d. c. fin. ponit verba d. c. 1. & sic declarat, qualiter debeat intelligi ille tex. alias, si esset dubius, non meretur ad hoc allegari. Quoniam, vt inquit Philosophus: Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur. Refert Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offic. procons. Et facit; quoniam, vt ait glos. in verb. usurpi. in clemen. dispendiosam. de iudic. Papa non potest tollere ordinem iudiciatiū in foro seculari, sed bene potest in foro suo. quam gl. pro singulari allegat Bal. in l. eos. §. fina. C. de usurpi. Ideo licet Episcopus possit decernere aliquem sanctum in suis ecclesiis venerandum sine populo; non tam populo praincipere, vt veneretur abstinentia ab operibus, sine eius consensu, cum de eius praetudicio agatur. Quoniam in his, in quibus versatur in prejudicium populi, aut subditorum, non potest statuere Episcopus sine eius consensu, vel saltem eis presentibus. vt dicit Imola in c. vestra. extra de locato. & in c. fin. de offic. lego. & confirmat Federicus de Senis conf. 17. alleg. per Imo. in d. c. vestra. ita etiam tenent ipse Imo. in d. c. fin. & Archi. in d. c. i. de consecr. distin. 3. Dicit tamen Abbas in d. c. fin. Quod si populi contradicatio non sit ex iusta causa, & Episcopus moueat aliquid iustis causis, quod poterit hoc facere obstante contradictione populi: puta (vt dicit) si decernat quem sanctum venerandum, qui fuerit ortus de loco, prout videtur sentire gloss. vlt. in d. cap. 1. de consecr. distin. 3. & quod in simili dicit Archi. in cap. ut animarum. de constit. in 6. & text. in c. i. de his, que sunt a maiori part. Cap. Et idem etiam dicit Barb.

**Barb.** in d.c.s. quod si Episcopus habeat iustum causam, pura, quia sanctus sit oriundus de loco, quod potest etiam inuito populo decernere illum venerandum: quoniam propter sanctimoniam recessimus a legibus communibus: quia dicitur esse gloria patriæ suæ. Allegat in argumentum textum singularem iuncta doctrina Bald. in l. sed & reprobari. q. subr: valdetamen discipularis. ff. de excus. tutor.

Quicquid tamen dicant Panor. Imo. & Barb. videatur, quod opinio Ant. de Bust. sit verior per rationem per eum allegaram. Cum in his, quæ tendunt in fauorem animæ, quilibet est subiectus episcopo. c. cum sit generale. de foro comp. c. nouit. de iudic. ca. per venerabilem qui sily sunt legi. extra. Et huic rationi non respondet Panorm.

Facit; quoniam quo ad actus spirituales peragendos, consensus laicorum non debet esse in consideratione, sicut videmus in electionibus faciendis de praëlatis ecclesiastum, vt in cap. M. ff. a. cap. sacros in d. de elest. cum plurib. aliis. Facit, quod habetur in cap. 2. de infusorio & in c. fina. de rebus eccles. non alienan. & in cap. ecclesia. et coniunctio. Ego in hoc calu, vbi est questio de actu spirituali, non est necessarius consensus populi tanquam laicalis.

Et ad textus allegatos pro opinione Panorm. & sequacium respondeo, quod textus non dicunt, quod veneratio sanctorum sit inducenda & decernenda per Episcopum cum clero & populo, sed dicunt, quod festiuitates sanctorum sunt veneranda per Episcopum cum clero & populo, quod aliud est; prout dicit ibi Bal. qui hoc cognovit, cum dicit: N. i. c. i. a. quod isti possunt has festiuitates inducere, sed inductas possunt feriare: scilicet, clerici, respectu officij celebrandi in Ecclesia, & populi respectu artu non exercenda illu die.

Vel aliter dici potest, quod dictio: n. i. b. ibi posita, cu dicit, quas singuli Episcopi ius suis d'œcesisbus cu clero & populo, non coniungit principaliter, sed accessorie. l. 1. & 2. de pen. l. gata notatur in q. se quis ancillas. Inst. de legal. facit quod dicit Bart. in Auct. in regis. col. pon. C. de sacro. eccl. vbi facit differentiam, at quis dedicet se cum suis bonis, an te & sua bona; quia dicto, & coniungit principaliter: & actio, cum accessorie, d. l. 1. & 2. Ex quo, cum in illo textu illa coniunctio cleri & populi non fiat principaliter, sed accessorie, non est dicendum, quod consensus eorum debeat interuenire principaliter, & sic necessario, se solum per quandam consequentiam tanquam accessorie ad ipsum Episcopum, qui in Spiritualibus est caput, principalis omnium in sua dictio. c. omnes b. s. l. 16. q. 7. in can. regenda. 10. q. 1.

**Q**uadragesima nona consideratio. Duo requiritur ut ad hoc, ut quis possit sanctus canonizari. Vitæ, scilicet sanctitas præteritæ, & quod Deus in eius persona, siue in vita, siue operatus fecerit miracula: & in hoc sola sanctitas vite, quo ad actum canonizandi non sufficit, quoniam potest esse ficta, vel simulata, & non ad bonum finem, sed potius appetitu inanis gloriæ, scilicet, ut diceretur bonus, licet non esset, ut sunt hypocritæ, iuxta dictum M. in h. 7. Incidunt inducendi libris ouium, intus vero sunt lupi rapaces. Vnde si uis modi vita non est meritaria, imo demeritoria: & contra tales exclamat Paul. in Epist. 5. Vide quantum bonum est charitas, si ita martyrium ferimus, ut nostras velimus reliquias ab hominibus honorari, & si opinionem vulgi sectantes trepidi sanguinem sudorinus, & substantiam nostram, usque ad medietatem propriam dederimus, huic opere non tam præmium, quam pœna debebitur, & perfidiæ magis tor-

menta sunt, quam corona victoriar. de quo transsumptiu in c. vide. l. q. 1. Ideo dicit ibi gl. 1. quod dare elemosynam ad vanam gloriam peccatum est, arg. c. militare. 23. q. 1. Vnde dicitur in Evangelio Matth. 1. Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te. Et eodem loco in fine Nesciat sinistra, quid faciat dextra. Et hec bonitas vitæ consideratur in multis laboribus, in mortibus castis in strenuis actibus, cap. miramur. 61. d. ff. Et hoc opòret præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconii non taceri, cap. 4. 13. queff. 2. Maxime queri debet de simplicitate & humilitate: Quia superbis Deus resistit, humiliis autem dat gratiam. l. ac. 4.

Item debet inquiri, an in vita persecutio passus fuerit, cap. omnis qui. 7. queff. 1. & an passus es charitate. c. si. incip. ibi, adunati in loco ante alleg. & d. c. vide quantum bonum. Ista probantur per doct. in cap. 1. de reliq. & venerat. sanct. extra. per Ioan. Andr. & alios doct. in cap. unico eod. tit. 6.

Et ad probationem vitæ laudabilis canonizandi in confessoriis adduci potest; quod dicitur de Episcopo confirmando, secundum Host. in sum. de elel. 5. quis eligitur. versi. canon. tamen antiqui dicens: Quod debet esse natura studens, docilis, motibus temptatus, vita castus, sobrius, suis negotijs semper cauens, humilis, affabilis, misericors, literatus, in lege Domini instructus, in scripturarum sensibus acutus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia fidei documentis simplicibus assertens, scilicet patrem & filium, & Spiritum sanctum, &c. ca. qui Episcopus. 23. distin. & c. si. 50. distin. In martyribus enim non fit tantum examinatio, sed queritur tantum de miraculis, & causa, propter quam passi sunt. argum. can. catechumenum. & can. baptistimi vicem. de consecr. distin. 4. secundum Host. in sum. de reliq. & venerat. sanct. vers. & hac intellig. Sufficit tamen ista sanctitas vitæ ad meritum animæ canonizandi, secundum Aug. in cap. teneathus. l. q. 1.

Secundo (vt dixi) requiritur, ut ad sanctum canonizandum sit miraculum, ut notant doctores in loco supra allegato. & in hoc requiruntur quatuor.

Primo, quod ex Deo, non ex arte vel Diabolo contingat; quoniam aliquando etiam miracula sunt per malos; ideo necesse est, Martyres a Deo impetratis, quæ mandat. c. si quis pro posteris. 50. dist. & hoc casu procedit illud, quod dicitur, quod facere miracula est donum spiritus sancti, ut in c. querendum. de part. dist. 2. & ibi nota. alias hoc est miraculum, sicut fecerunt magi Pharaonis, qui fecerunt ranas & serpentes conuententes eorum virgas, sicut faciebat Moyses, de quibus in c. nec mirum. 26. q. 5. & illud proprio dicitur præstigiū. c. re vera. & ibi Arch. de consecr. dist. 2.

Secundo requiritur, quod sit contra naturam, sicut dictum est de virga Moysis mutata in serpentem. & de Asina loquente ad Balaam: de quibus in d. c. re vera. & in c. cum ex iniuncto. de heret. & in d. cap. re vera. ponitur de virtute dictæ virgæ, de qua etiam habetur Exod. 6. 8. 14. 16. 17. & Ios. 3. 1. 4.

Tertio requiritur, quod non vi verborum, sed ex hominum merito illud contingat. Nam panis & vinum potestate & virtute verborum transubstantiantur in corpus & sanguinem. cap. cum. Mar. h. extra de celebr. miss. & sic requiritur, quod miraculum sit evidens, non autem latens, & credibile, ut est Eucharistia.

Quarto requiritur, quod sit ad corroborationem fidei. Herba enim ministerio hominis transit in vitrum, & nil ad corroborationem fidei. Ideo ad canonizationem nisi hæc quatuor concurret in mi-

raculo, non prodescent; quia non esset miraculum, sed potius miraculosum, ut dicit Ioan. And. in d.c. unico. de relig. & venerat. sanct. in verb. sedis. circa finem. & Host. in summa sup. al. ver. item querendum est de miraculis. Arch. in d.c. teneamus. l. q. 1. Host. Ioan. And. & alij in c. venerabili. de testib. ext.

**Q**uinquagesima consideratio. In qua de forma canonizationis sanctorum scribitur, & sequendo doctinas Doctorum in d.c. l. derelij. & venerat. sanct. in antiqu. reperio ad hoc duodecim esse requisita, quae seruari debent, secundum ordinem infra scriptum.

Primo deber expectari, quod aliquae personæ honestæ, & authenticae, denuncient factum Romano Pontifici, & supplicant pro canonizatione facienda, & hoc non semel, sed plures, & instanter: sicut notatur de cessione & petitione pallij. c. quidam cedendi. ex: a de renunt. i. cum post peccatum. de elect. Non enim conuenit statim moueri ad committendam talen inquisitionem Rom Pontifex, sed potius expectare, quamdiu pulsuerit, & famam accedere, & verum miracula crebant, & continuenter, antequam inquisitionem committat. & bene; cum miracula seu miraculosa quandoque fiant per malos, c. teneamus. & c. nec mirum. 26. q. 5 gl. & doct. in c. cum ex iniuncto. de heret. Bald. in c. ve erubili. de testib. extra. Vnde caudendum est, ne populus decipiatur, ut in cap. si. extra de relig. & vener. sanct. Et quia circa maiora, maius periculum vertitur, ideo cautius est agendum. c. quiescamus. 42. distincti. c. miramur. 61. dist. c. nuper. 7. q. 2. c. ubi periculum. in prim. de elect. i. 6. & in l. 1. §. sed & si quiesce. de Carbo. editio. dicunt tamen aliqui, quod si frat clusio, vix possunt continuari miracula, ultra quadraginta dies.

Secundum est requisitum, quod si continuetur supplicationum instantia, & fama, & miraculorum continuatio perdurare dicatur, conuenit Roman. Pontifex hoc proponere intra fratres, & aliquibus Episcopis patre illius, qui dicitur sanctus vel conuincia, vel aliis personis honestis & incorruptibilibus committere, ut inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & aliis, quae sunt eidem nuncianda in genere & non in specie, & quo ad famam, & non quo ad veritatem. Et quod scribant quae inuenient, & aen eis videatur, quod super veritate eorundem sit inquisitio committenda.

Tertium est, si tales describunt talia, per quæ videatur, quod inquisitio veritatis sit committenda, requirit iterum summus Pontifex fratrum consilia, ut difficiat, verum sit inquisitio committenda, vel non.

Quartum, quod si inquisitio ei committenda videtur, itcum rescribit eisdem, vel aliis, quod iterum veritatem requirant. Primo, de fama, secundo de vita, tertio de miraculis exacte, diligenter, fideliter & prudenter, secundum artic. & interrogatoria, quæ sub bulla sua transmittit: de quo notatur: in c. venerabili. de testib. extra. & quod inuenetur, remittat suis sigillis inclusum.

Quintum, quod remissa inquisitione committatur examinatio in curia, aliquibus capellanis, vel aliis personis authenticis, & discretis, quæ etiam forment rubricas.

Sextum, quod rubricæ sic factæ exacta diligentia examinentur per dominum Papam, & eius fratres, & requirat Papa consilia eorundem, an sci. videantur probata talia, propter quæ sit canonizatio non immrito facienda.

Septimum, quod si videtur Papæ, quod sit facienda, hoc secrete diffinit inter fratres. Pro hoc facit, quod in simili dicitur de substantia ex forma electio-

nis, ut notant docto. in cap. quia proper. de elect. & ibi gl. in verb. maior.

Octauum, quod coadunatis Episcopis, qui sunt presentes in curia, narrat publice in consistorio ea, que aeta sunt & probata, secreta diffinitione iam facta suppressa, & requirat consilium Praelatorum: facit gloss. in ver. consilio. in cap. Anastasius. 19. distincti. quæ dicit, quod Papa tenetur requirere consilium Episcoporum, vbi de fide agitur: quam glo. sequitur ibi Dominic. & Cardin. etiam facit, quod dicit Panorm. in c. significati. de elect.

Nonum, quod assignatur certa dies, ut omnes conueniant ad certam Ecclesiam, in qua accenduntur ceteri multi, & sternitur tapetis Ecclesia, & paratur: & illuc conueniunt Papa, fratres & totus clerus, & facit sermonem summus Pontifex processum recitans, & probata, inducens populum ad orandum, quod Deus non permittat eos errare in hoc negotio.

Decimum, quod sexis genibus fiat deuota oratio, & cantetur: Veni sancte Spiritus, vel alias hymnus, siue antiphona conueniens.

Vindecimum, quod surgat Papa ab oratione, & difficiat illum, de quo agitur, sanctum esse, & sanctorum Catalogo conscribendum, & festum suum tali die collendum, in quantum dicitur, sanctorum Catalogo conscribendum. Facit pro hoc gl. notabilis, in l. eos. in verb. qui. C. de off. magistri missu. quæ dicit, quod qui non sunt scripti in matricula, sunt tanquam priuati. Ideo dicit August. in Auto. de mand. prin. §. penult. in c. siquidem poll. gl. ibi in d. verbo. coll. quod solum militibus scriptis in matricula, danda sunt privilegia militaria. Vnde dicit Baldus in l. diximus. in fine. ff. de excus. tutor. quod mercator non descriptus in matricula non gaudet priuilegio mercatorum. facit cap. si Roma. nr. 19. distincti. vbi prolsatnr, quod qui non reperitur scriptus inter alios de vniuersitate, non præsumitur esse de vniuersitate.

Duodecimum & ultimum requisitum est, quod cantetur: Te Deum laudamus. & celebrat Papa missam solemniter in honorem eiusdem sancti. Et in hoc, quod dicit, quod cantatur: Te Deum laudamus. facit, quia Ecclesia quotidie in officio in fine horæ matutinali cantat illud canicum. Idem fit peracta Episcopi electione secundum Specular. miss. de elect. §. 1. versio. consequenter. In fine ejus in cuiuslibet operis laudandus est Deus, & gratiae sunt ei agendæ: sicut facit tam in fine celebrationis missæ, quam in fine horarum canonicarum, dum dicit Deo gratias, facit ea. de hymnis. de consecr. dist. 1. & ibi gl. in verb. o. hymno. vult, quod clerici post assumptionem cibi debent agere gratias Deo. alleg. cap. 2 h. §. edent. 44. dist. facit quod notatur in gl. i. in c. remissione. 15. q. 1.

Dicit tamen Ioan. Andr. in d.c. unico. de relig. & venerat. sanct. in 6. Quod hic Ordo haec tenus non semper viue ad vnguiem est seruatus, maxime quando agebatur de martyrizatis pro fide. Nam tales consueverunt facilius, & leuius expedire, & ita dicit tener Hostien. Ex quo videtur concludere, quod haec forma (sicut congrua & honesta) per Papam de necessitate non est obseruanda. Et, ut ex predictis appareat, probitas vita, & legalitas, seu bona vita operatur ad sanctitatem consequendam, quæ quidem sanctitas, seu probitas, aut legalitas maxima, operatur in multis. Primo, ut hic ante dictum est.

Secundo, quod licet alias electio, nec actiue, nec passiue, cadat in laicu in spiritualibus, ut de hoc sunt text. in cap. sacro sand. & c. Messana. de elect. extra. tamen laicus vita sanctitatis & legalitatis maxima potest

test eligi in Episcopum. tex. est in c. statutis. s. hic o-  
mnib. 61. dist. & dat exemplum in beatis Seuero, Nic-  
ola & Ambrolio. illum tex. ad hoc magnificat And.  
Barb. in c. cum adeo. in gloss. pen. de res. colum. quinta.  
& ibi Felin. in cap. super his, in ultim. colum. extra de  
accus.

Tertio facit, quia licet Iudeus factus Christianus  
in dignitate non possit presbyter ordinari: tamē fal-

lit ratione sanctitatis vice. text. est singularis in c. 45.  
distin. Lud. Rom. in s. q. suo 423. Multa ad hoc sunt cu-  
mulata per Doctores modernos, videlicet per Felin.  
in c. super his. in fin. de accus. & in d. c. cum adeo. & in  
c. causam. 2. extra, de off. deleg. per dom. meum Ias. in  
l. subemus. col. 2. C. de iudic. & in repet. l. admonendi. ff.  
de iure in l. sciendum. col. 8. ff. de verb. oblig. quæ  
cum ita satis sint congesta, non repero.

Tertia pars Catalogi Gloria Mundi finit.



## QUARTA HVIVS LIBRI PARS ERIT DE LAVDE, GLORIA, ET HONORE ET ORDINE ECCLESIASTICARVM PERSO- NARVM INTER SE: ET AD OMNES ALIOS huiusmodi status.

Vnam & octoginta Considerationes habet.

**P**ro cuius expeditione præmitto. Cum hæ & omnes huiusmodi hierarchiæ, spirituales & temporales, seu ordines huiusmodi loquendo grosso modo, possunt illo modo distingui, quo distinctæ fuerunt prædictæ hierarchiæ, scilicet per tres hierarchias cum suis ordinibus: & aliquo modo per simile videri potest in terreno principatu ministrorum, qui sunt sub uno Principe. Triplex est differentia, hoc est, triplices sunt hierarchiæ, seu gradus. Nam quidam operantur immediate circa personam Principis. Quidam autem deputantur ad alia officia, puta ad regimen Principatus in communione. Quidam vero ad regimen alicuius partis.

Primus assimilatur primæ hierarchiæ. Secundus secundæ. Tertius tertiarum. Sed in qualibet hierarchia sunt tres Ordines, quorum sufficientia sic potest haberi: Quia videmus, quod inter ministros, qui circa Principem personam operantur, est triplex differentia, in statu scilicet spirituali, id est, Ecclesiæ militantis.

Quidam sunt sicut assessores, ut sunt domini Patriarchæ, & his similes: sunt illi de ordine superiori, scilicet Seraphin, quod interpretatur, ardens in amore.

Quidam sunt sicut Consiliarij, ut sunt domini Cardinales, & his similes sunt illi de secundo ordine, qui dicuntur Cherubin, quod interpretatur plenudo scientie: quoniam sciunt omnia, quæ sunt in Ecclesia militante triumphante.

Quidam sunt cubicularij, & seruientes in domo Principis, & his similes sunt illi de ordine, qui dicuntur Throni. In statu vero temporali sunt in regno nostro Pates Francie in primo ordine, in secundo Duces, & alij Principes, in tertio vero sunt Camerarij & alij Officiarij Regis, immediate personæ eius seruientes, & sunt Magister domus, & alij supremi huius ordinis, sub quibus multos connumerabimus in discursu huius

libri suis locis. Vel in jurisdictione sunt Cancellarius & Connestabulus, in primo ordine. In secundo Consiliarij magni consilij, & Magistri Requestarum. In tertio Presides & Consiliarij Curiarum Parlamentarium: & isti etiam possunt ponи in secunda Hierarchia.

Quantum ad secundam hierarchiam, sciendum est; quod inter illas, quæ deputantur ad regimen commune totius Principatus, est etiam triplex differentia.

Nam ad hoc, quod regimen alicuius Communis bene & pacifice dispensetur, sunt aliqui tanquam sententiantes, quid uniuersique debeantur. Ut tamen, quia sententia debet esse efficax, & recta, ideo indiget auxiliante vel adiuuante. Ideo sunt alij sententiam exequentes, & executionem facientes, ut nihil sit impossibile, quod per sententiam determinatur.

Item sunt alij, ut sententia sit recta, tanquam dirigentes, consulentes, & imperant primis. Assimilatur tertius ordo secundæ hierarchiæ, qui dicuntur Potestates, sunt Comites, & alij inferiores Barones. Et isti in statu spirituali assimilati possunt Abbatibus & alij dignitatibus immediate sequentes post Episcopales. In statu vero temporali sunt Comites, & alij inferiores Barones.

Secundis vero secundus, vel medius ordo, qui dicitur Principatus. Et isti in statu spirituali sunt Episcopi, in statu vero temporali sunt Dukes, alij supra Comites & Marchiones.

Tertiis assimilatur primus ordo secundæ hierarchiæ, qui dicitur dominationes, quibus attributur dirigere & imperare omnibus ministeriis diuinis. Sic in statu spirituali Archiepiscopi, in suis praoutiis qui dirigunt, & imperant in omnibus ministeriis Ecclesiasticis, Reges, & alij Principes inferiores, à supremo Princeps, qui suas provincias gubernant, inter quos sunt multi, ut dictum est supra, & dicam infra.

Quantum ad tertiam, sciendum est, quod inter illos, qui habent potestatem limitatam, & determinatam ad aliquam partem Principatus, triplex est etiam differentia. Quidam ad viam prouinciam sunt in sta-

tu spirituali Archidiaconi, & alij inferiores Prelati, habentes administrationem, de quibus infra dicam: & in statu temporali, Barones habentes sub se plures subditos.

Quidam ad aliquam partem prouincie, ut sunt in statu spirituali Curati, in statu temporali Seneschallie & Balliui, & his similes.

Quidam autem ad hominem unum, & hoc duplicit: aut quantum ad bonum commune multorum, quod expletur per unam personam, sicut conceptio Virginis, vel sicut in statu spirituali sunt religiosi Predicatores, & in statu temporali, ut sunt inferiores omnes, habentes administrationem à superioribus iudicibus.

Aut quantum ad ea, que pertinent ad ipsum statum, ut quilibet simplex Sacerdos in statu spirituali, & in statu temporali, quilibet simplex homo. Primis scilicet Virtutes. Qui sunt de primo ordine tertii hierarchiae assimilantur primi supra nominati. Secundis, scilicet Archangelis assimilantur secundi: Sic tertii etiatis, ut dictum est. Hec omnia videi poterunt clarissim in discursu duarum partium sequentium. Et hanc equiparationem, & assimilat onem in quibusdam videtur facere Bernard. de Placent. in suo *Elucidario Missae*, in prefatione generali, ut dicit Hostiensis in *Summa de ordinib. ab Episcopis qui renunciant Episcopatus*. s. 1. quod sunt nouem ordines in Ecclesia militante, ad instar Ecclesie triumphantis, ubi sunt nouem Ordines Angelorum. facit tex. in ca. 89. ad hoc. 89. art. &c. de diversitate graduum & Ordinum in Ecclesia Dei, quomodo sit conueniens ponit Iodocus in suo *Anastasis*. lib. 2. & 3. ubi ample.

**P**ro secunda consideratione præmittendum est, quod Status Ecclesiasticus in omnibus Statu temporali est preferendus: cum Sacerdotes sint honorandab omnibus, ex quinque causis, seu ex quinque rationibus.

Primo, ratione institutionis, quia instituti sunt in terris, non ab homine, sed ab ipso Deo Imo, tanquam veri Christi vicarij, non solum in lege Evangelica, sed etiam in Lege veteri. Primus enim sacerdos, qui habente Domino victimas obtulit in veteri Testamento, dicitur fuisse Aaron, ut patet Gen. 14. similiter & Melchisedech, in lege naturæ, dicitus Rex Salem, dicebatur Sacerdos Dei altissimi, qui primo panem & vinum obtulit, ut patet Gen. 14. & notatur 21. dist. c. deinde. Sed in lege nostra, Iesus Christus volens exire de hoc mundo, rediens ad Patrem suum, dicit. Iouis sancta sacerdotes instituit, & vicarios, in universo obice ordinavit, dicendo: *Ite in universum mundum, docentes omnes gentes, & baptizantes eos, &c.* Quos Regibus & Principibus totius orbis praesesse voluit, tanquam excellentiores, inter quos adhuc unum caput & summum vicarium ordinavit, scilicet B. Petrum in tota Ecclesia Catholica, quando dixit ei Iohann. 2. *Simon Petre amas me? Respond tei Petrus: Domine, cum feci ominus, in scis quia amo te.* Et dixit ei Dominus: *Pase oves meas, Quia tu es Petrus, & super hanc Petram adiiscabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum.* Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Et quomodo Petrus in personam aliorum sit data potestas Sacerdotibus, & maxime eius Vicario, dicam infra in consid. 6. ubi ponam de praecedentia, excellentia, & honore Summi Pontificis supra alios huius mundi homines. Sed redeudo ad propositum. Magna est ergo dignitas sacerdotalis, quæ vicem Domini nostri Iesu Christi in animabus pascédis atq; regédis in terra habet & obtinet, à sui prima institutione. Ideo

Eccl. 7. ad eorum honorem hortatur sapiens dicendo: *In tota anima tua time Deum & sacerdotes illius sanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & sacerdotes illius honorifica.* Et contra eos spennentes, ait Dominus, Luc. 10. *Qui vos spernit, me spernit.* Est enim huiusmodi dignitas spiritualis. Et ideo, quæ spiritus nobilior est corpore, rati sacerdotalis dignitas nobilior est quæcunque capite inter corporalia, extra de translat. Episcopi. Et hoc est quod notatur. 96. dist. c. duo quoque vbi sic habetur: *Aurum non tam pretiosius plumbo, quam regina potestate sit ordo sacerdota is alter.* de quo per Alber. de Rosa in l. gloriissimo. Cod. de Summa Trinit. & sive Catholic. Barbat. in cap. nonit. num. 142. 143. de iud. Propositus in c. ad verum. 96. distinct. Et etiam habetur eadem 96. distinct. c. quis dubitat Sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium, Patres & Magistros censeri. Imo per sacerdotium iubente Domino regalis dignitas est ordinata. Vnde 1. Reg. 8. dicit Dominus ad Samuelem sacerdotem: *Audi vocem eorum, scilicet filiorum Israhel, petentium habere superiorem, puta regem.* Et constitues super eos Regem. Inde est, quod spiritualis potestas terrenam potestatem habet inserviare, ut sit: & indicare, si bona non sit: quod probatur per Apostolum dicentem ad Corinth. 7. Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Quod etiam notatur in c. ip. pro ver. erab. item. extra. qui filii sunt legitim. & 9. question. 3. cap. nemo. De qua quidem dignitate ait Petrus 1. Petri 2. *Vos estis genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui vos vocavit in admirabile lumen suum Christus Iesus de tenebris.* De quo dictus cuius, & contemporaneus noster Ioannes de Monachelone, in suo *propter priario iuris, in verb. Sacerdos.*

Tanta equidem est ista sacerdotalis dignitas, ut ne dum temporibus nostris, sed etiam tempore Romanorum, & magnorum Magistratum nulli Imperatores aut Reges fuerunt nisi Sacerdotes. vnde distinct. 21. can. clerics. Ante autem quam Pontifex & Reges erant, dicuntur. Nam maiorum hac erat coniunctio, ut Rex esset, & Sacerdos, & Pontifex: vnde & Romani Imperatores etiam Pontifices dicebantur.

Sed heu quid dicendum de Nobilibus, & Burgenibus, qui de Presbyteris faciunt suos receptores, suos pincernas, & coquos, & stabulatios, quorum manus faciat & sanctum sanctorum corpus dominicum quotidie contrectant, cuius expleto officio ad ita applicantur vilissima? Contra quos dicit Apostolus, quod nemo militans Deo secularibus negotiis se impliceat. Et Esai. 61. *Vos Sacerdotes Domini vocati, ministri Domini Dei nostri, & non hominum in his secularibus immundis negotiis.* Et habetur 11. question. 3. cap. *Abst. ut quicquid sinistrum de eis arbitremur, qui apostolico gradu sacerdentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos Christiani sumus, qui clavis regni caelorum habentes ante diem iudicij dicuntur.* Ita quod in veteri lege habetur: *Quod, quicunque sacerdotibus non obtemperaret, aut extra castra positus, lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta contemptum expiabat cruento.* Deutero. 17. 16. question. 6. clericatu. dicitur, *Qui superibierit, nolens obediens sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, &c.* Et habetur in c. sacerdotes. 6. question. 1. ubi Hietonymus dicit: *Non est humilitatis meæ, neque mensæ, iudicare de ceteris, neque de ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere.* Et habetur in c. sacerdotibus. question. 3. *Quod sacerdotes, qui proprio ore Corpus Domini consumiunt, ab omnibus sunt timidi, non dilac-*

randi, nec detrahendi. Et beatus Gregorius Munatio Imperatori sic scribit, dicens: Sacerdotibus nō ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius sunt servi, ita eis dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in diuinis eloquii sacerdotes aliquando Dij, al quando Angeli nūneupantur. Quoniam scriptum est Exod. 22. Deus non detrahes, id est, sacerdotibus, ut exponit text. in c. sacerdotib. 1. q. 1. & in c. cum ex insunto circa med. de heret. & in c. futura. 12. q. 1. Et Propheta Malach. 3. Labia sacerdotis custodiunt sciemtiam, iustissimam, & legem requirunt ex ore eius, quia arcula Domini exercituum est. Vocantur etiam ministri Dei, vnde dicitur. 1. q. 61. Vos sacerdotes Domini vocabimini ministri Dei. Aliis nominibus vocantur, quæ colliguntur in c. 43. dist. 11. Pastor enim est; quia pastor, dum lupum videt venientem, non debet aufugeare, id est, loquenda tacere, & sic aliorum vitia palpare. Canis etiam dicitur; quia latratu prædicationis debet lupos arcere a gregibus, ne cadat super eas, vnde illud Esaï. 55. Canes muti non valentes latrare. Propheta etiam dicitur; quia ministeria sacre scripturæ expōnere debet, hoc est enim prophetate, vt gloss. 1. ad Corinth. 14. Et plura alia vide per Ioan. de Turrectem. in summa dist. 3. q. 1. & huc autem. & dicit Archidiac. in c. quisquis 12. q. 1. quod sacerdotes, quandoque vocantur Christi, id est, vñcti, quandoque dīj, quandoque angelī, quandoque vicarij seu ministri Dei 33. quāl. 5. cap. vii. quandoque successores Apostolorum c. abſt. 11. quāl. 3. quandoque successores discipulorū c. chorepiscopi. 68. dist. Ex quo ergo sunt multum honorandi & reverendi, quos non solum reveriti sunt Principes fideles, vt infra dicam: imo etiam infides.

Recitat enim Magister historiarum, quod cum Alexander capta Gaza iret Ierusalem, sacerdos orabat pro gente sua: cui Dominus apparens in somnis ait, ne disfideret, sed in Deo altissimo confideret, & ciuitatem cereis ornaret, & Pontificalibus induitus Alexandre obuiam pergeret. Quod adueniente sic fecit, cum sacerdotibus & ciuium multitudine. Quem cum Alexander Magnus videret Pontificalibus induitum, & lamina apud caput eius videret, in qua erat scriptum nomen Domini Tetragramaton, descendit de equo, solus cum sacerdoti, dote abiit in ciuitatem sanctam, & in Salomonis templo nomen Domini Dei cœli & terræ adorauit, cuius Principatum sic indutus sacerdos sa- cris indumentis tenet: & querentibus suis militibus, cur sic fecisset in hac ciuitate, & huic sacerdoti, & nō aliis, sic respondit: Quia in somno Deum in tali habitu vidi, qui nūhi Principatum Persarum daturum se promisit. Et de hac historia aliquid recitat Benedictus in suā reper. cap. Reynut. in verb. o' uxore in nomine Adelasiā. num. 248. de testa. Ex supradictis enim satis patet, quod sacerdotes sunt honorandi ex sui institutio- ne; cum ex illa sint subrogati in locum pastorum Christi animarum, & sic representant personam Christi. Ideo dicitur in c. ouis. 6. q. 1. Ques pastorem suum non reprehendant, plebs Episcopum suum non accuset, nec vulguseum accuseret: quia non est discipulus supra magistrum. Vide Bern. de Bustis in 2. part. sui Rosar. serm. 25. in litera A. vbi etiam recitat historiam prædictam.

**T**ertia confederatio. Quod sacerdotes sunt hono- randi ratione meditationis: quoniam, vt ait S. Thom. in 3. par. relatus per Ioan. de Turrec. in c. sacer- dos. de consec. dist. 2. Proprium sacerdotis est, esse me- diatorem inter Deum & populum, in quantum legem

diuinam populo tradit: Vnde sacerdos dicitur, quasi sacra dans, secundum illud Malach. 2. Legem requirene ex ore eius, se illi est sacerdotis. Et ite: um, in quantum preces populi Deo offerunt, & pro peccatis populi Deo aliquiliter satisfaciunt. vnde Apostolus dicit ad Hebr. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Et etiam, ut dicit S. Tho. in 4. dist. 14. & 25. Sacerdotes orant pro nobis, ut Deus nostri misereatur, & nobiscum pacificetur: ut patet de celeb. M. fl. c. presbyter. 21. d. fl. c. 1. & 2. & habetur plene per Bern. de Bustis, in 2. part. R. s. serm. 25. in litera N. Et, ut practice loquamur, sacerdotes sunt quasi os commune populi, quo plures Deo loquuntur. Et i deo semper in suis publicis orationibus dicunt, quāsumus, & non, quās oremus, & non, ore, &c. Sunt enim tanquam publica persona, semper pro populo orantes ex vinculo charitatis.

Sicut enim Angelus est medium inter Deum, & animam seu populum; sic & sacerdos huius mediatio- nis tenet officium atque exercitium. Vnde, ut dixi, sacerdos dicitur, quasi sacra dans, sacra doceſ, sacer dux ut dicit Ant. Flor. in 1. part. summa tit. 14. c. 7. q. 1. & co- continetur hēc in his verbis:

Sacer dotatus, & el sacer deditus, atque sacra dans,  
Sacra docens, sacra doſ, & el dux sacer esto sacerdos.

Etiā licet sit peccator, tamen ex officio in alios transfundere debet, ut dicit Magister sentent. in 4. d. 2. in 8. 9.

**Q**uarta consideratio. Sacerdotes sunt honorandi, ratione principalitatis, & utilitatis: quia principales sunt apud homines, pro coru salute procuranda. Sicut enim officium capitum est, influere singulis membris vitam, & sensum, quibus corpus regitur, & in suo esse manuteneret: sic & sacerdoti, sacra Scripturæ sensum, in verbo Dei contentum, & vitam diuinam gratias, & salutiferas, licet Dei populo ex officio sibi credito dispensare, & administrare. Ideo dicitur sacerdos, quasi lacra doſ, aut sacra dans, ut dictum est.

Et ideo utilitatis: quia utiles sunt in populo Chriſtiano, quem à manibus peccatorum, & sordibus conscientiarum immundarum, purgant, & tanquam spirituales medici à variis sanant languoribus. Sunt enim summi Regis servitores & filii excelsi, Psalm. dicente: *Dixi eſtu, & filii exceſi omnes.* Super quibus Deus, & super faciem eorum imponit honorem suum, Eccles. 4. cap.

Et, ut quidam dicunt, legitur B. Franciscum dixisse, quod si obuiaret simul angelo, & sacerdoti, plus debet tam reverentiam viro sacerdoti inferret, quam angelo Dei. Multi tamen sunt mordentes sacerdotes propter vitia alia aliorum, sed vadat ad Gregorium, de quo in c. multi secularium. 1. q. 1.

Sed quicquid sit, aut quid de eis dici possit, periculosis, & damnosius est, non habere sacerdotes, quia habere etiam malos. Quoniam, ut etiam dicit S. Tho. 3. part. sum. c. 82. quod etiam oratio sacerdotis peccatoris, prodest populo, cum orat tanquam persona publica.

Quid enim modernis temporibus sequetur, si cessaret verbum Dei à populo, quod à multis ecclesiasticis, licet peccatoribus, quotidie in Ecclesiis populo proponitur, qui velut spina rosam producunt? Ignorat verbum Dei à spina mali extrahe, & odorem eius carpe.

Quid si cessarent etiam tantæ missæ à malis ecclesiasticis fortassis quotidie celebratae?

Quis tam, tanta, & etiam tot tradere quotidie po-

pulo Christiano sanctissima sacramenta, quibus ad Dominum post offensam reuertimur, & ab eo tam benignè suscipimur, & ideo in lacrima debent coram hominibus exhibere? *Matt. 5.* Ita quod non avaritiae studere debent, nec aliis vitiis. Contra quos inuenitur *Hier. 6.*

Vero utramque quantumcunque sint malitiantem quia ministri Dei sunt, & personam eius representantes, precipitae baptizando, in absoluendo, in confitendo, in administrando sacramenta ecclesiastica, sunt semper honorandi. Cum enim mittitur a Rege, non attenditur ad qualitatem eius, sed ad dignitatem mittenis, haec dicit Ant. Flot. in 3. par. sua sum. tit. 14. c. 7. § 1. in fibi ponit quonodo sunt honorandi, & maxime propter necessitatem, cum sacerdotium fuerit necessarium pro utilitate Reipub. vt dicit Ioan. de Turrect. in c. ius publicum. 1. dist.

**Q**uanta consideratio. Sacerdotes sunt honorandi exemplum sacerdotum paganorum, & infidelium. Si enim tales honorabuntur, & venerabuntur propter figuram sacrificiorum, quæ suis manibus tractabant; quanto magis nunc sunt honore digni propter dignitatem verorum sacramentorum, quæ veraciter ministrant? Vnde & Dominus noster *Luca* 16. cum decem leprolos curasset, dixit eis: *Istez ostendite vos sacerdotibus.* & 93. distin. dicitur: *Dominus noster Iesus Christus, Rex, Iudex, & Deus noster usque ad diem passionis servauit honorem Pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem seruassent.* Nam, cum leprosum mundasset, dixit illi: *de te nonstrate sacerdoti, & offerentes.* Nam humilitatem humiliis nos docuit, Sacerdotem appellat, quem sacrilegum esse sciebat. Nonne infidelissimus, qui Deos ligneos, & lapides colebat, etiam sacerdotibus honorem tribuerat? Imo etiam licet nequissimus, voluit sacerdotes Iudeorum in Egypto educari de suo terrore publico c. non minus de immunit. eccl. De huiusmodi honore, sacerdotibus attribuendo, dicit Ambrosius. Honor, fides, & sublimitas Episcopalis, imo & sacerdotalis, nullis poterit comparationibus adsequari. Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, id est, Regiae potestati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, cum video Regum colla, & Principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextra credunt eorum orationibus se communicari, & posse iuuari. de quibus ait Greg. 96. distin. c. *Quis dubitet sacerdotes Christi Regum, & Principum omniumque fideliū pares, & magistri ceteri?* Ideo qui eos accusant, & damnant, Dei ordinationem accusant & habentur in c. in scripturis. 96. distin. de Constantino Imperatore fidelissimo, qui cum concilium sacerdotum in Ecclesia congregasset, seu conuocasset, tantum eos reueritus est, quod nec ausus est primum locum inter eos tenere, nec se presbyterorum committere sedibus, sed nouissimam occupauit. Conciliaciones vero, & rationes, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus est, ac si de diuino maiestatis iudicio vidisset. De quo narrat etiam historia scholastica: quia cum ei fuissent scriptæ accusationes contra Episcopos libellos quidem accusationum accepit, & eodem qui accusati fuerant Episcopos conuocatos, in conspectu eorum libellos incendit, & in ignem projecit, dicens: *Vos causas vestras indicate & disponite: quia non est dignum, quod nos indicemus Deos.* de quo supra dicit in scripturis. Et non est dubium, quod in personis eorum sunt à laicis honorandi, ita quod non licet eos tangere, nec cognitionem causatum eorum accipere, nec etiam quo ad bona eorum molestiam inferre. De qui-

bus omnibus cum sint amplissime tractata, quomodo Rex noster in aliquibus habet cognitionem, & quomodo utatur, vide ample Guiliel. Benedicti in sua reper. c. *R*egnat in verb. & uxorem nomine Adelasiam. in quinque amplissimis decisionibus, seu conclusionibus ibi positus. de te<sup>ta</sup>. que cum sint quodammodo extra materiam, nihil aliud dico. Et etiam dixi in commento consuetudinum duarum. B. regund. in titu. Des iustices droits d'icelles. §. 6. in 41. S'il n'a grace du Prince.

**S**exta consideratio est, quod sacerdotes sunt honorandi ultra omnes alias personas huius mundi propter eorum potestatem, quam habent, quæ excedit omnes alias potestates. Ipsi enim soli habent potestatem corpus Christi confidere, quæ nulli alteri creaturae potest couenire, cuiuscunq; ordinis vel dignitatis existat, ut declarat Ioan. Scotus in 4. d. 13. Alex. de Hal. in 4. p. 1. sum. in tract. de Eucharistia. Bonaventura in 4. sent. d. 3. Richardus ibi art. 1. q. 2. text. in c. 1. §. una vero. ex r. de Communi Trinit. & fid. catholic. ea. perle. 23. distin. Tanta est enim sacerdotum potestas & virtus, quæ omnes demones infernales superat: & tamen unus ex minimis eorum maiorem habet potestatem, quam omnes homines mundi. Quoniam, secundum doctrinam Scotti in 2. unus minimus angelorum, sive honorum sive malorum, posset ex sua naturali potestate mouere unum cœlum, Dominio permittente. Et tamen, unus minimus sacerdos, habet maiorem potestatem, omnibus illis. Nituntur enim demones cœlum claudere peccatoribus; sed postquam clausum est, sacerdos sacramentum penitentiae ministrando, cœlum per confessionem aperit, ita quod quando unus peccator est à sacerdote absolutus, totus infernus illi peccatori paradisum clausum temere non posset. In cuius signum, cum sacerdotes ab Episcopo ordinantur, potestas clavium cum codice gradu sacerdotali ministratur, ut habetur 4. sent. d. 19. Quod & Petro Dominus auctor, cum dicit: *Tibi dabo clavis Regni cœlorum, & parte inferni non praetalebunt adseri eis.*

Secundo, sacerdotalis dignitas superat omnem potestatem angelorum: quia ut dictum est prius, licet unus angelus possit unum cœlum mouere; tamen non potest unum ipsum cœlum ad terram transferre, sicut radius solis emissus ab ipso in terram. Sacerdos cito, & subito corpus Christi verum trahit à cœlo summum, ad terram in altari, tanta temporis breuitate, & tam cito, sicut sit lucis solaris effusio, ut habetur in 4. sent. d. 19. imo vere superat potestatem archangelorum, quorum potestas ex officio est, mittere ipsos angelos ad terram, ut ait Dionysius in angelica hierarchia: sic & sacerdos potest eos transmittere de cœlo ad terram, cum dignissima celebrat sacramenta, in quibus Christum gloriosum, de suis cœlis, manibus tractando, facit descendere, ut dicitur in 4. sent. distin. 11. Agnoscent Augustinus, & videns hanc dignitatem, in lib. de ecclesiastico dignitatibus, inquit: *O sacerdos Dei! altitudinem cœli contemplaris, altior es. Si pulchritudinem solis, lune, & stellarum rruereris, pulchrior es. Si discretiōnem angelorum, discretior es. Si omnium dominorum sublimitatem, sublimior es: solo tuo creatore inferior es.* Bernardus quoque in sermone de octava parte, ait: *O quam dignitatem & quam nobilitatem, quantumque donum, contulit vobis Deus!*

O sacerdotes, prærogativa enim ordinis vestri prætulit Deus omnibus Regibus, & Imperatoribus terræ, prætulit ordinem vestrum omnibus ordinibus mundisimo, ut altius loquerat, prætulit vos Deus omnibus ordinibus angelorum, omnibus angelicæ Hierarchie.

# CATALOGI GL

archie. Sicut enim non angelos, sed simum Abrahæ apprehendit, ad faciendam redemptionem: sic, non angelis, sed hominibus solisque sacerdotibus commisit dominici corporis, & sanguinis consecrationem.

Item, etiam excedunt potestatem Virginis Mariæ, cui non inuenitur data hæc potestas, ut ample denotatur per Bern. de Bustis in 2. part. sui Rosar. serm. 25. in littera O. P. Q. vbi ponit de potestate sacerdotum, & ibi quomodo sunt honorandi, etiam si sint mali: *O igitur veneranda sacerdotis dignitas in terra, in cuius manu, velut in verbo beate Marie Virginis, filius Dei incarnatur. O celeste mysterium, per quod Pater, & Filius, & spiritus sanctus, tanta mirabilia operatur, ita, quod subito idem Dominus, qui in celo residet, in manibus sacerdotum factus, descendit in terram, & in infernum, contempsit diabolum: quam reverenter etiam plurimum debet omnis humana, atque mundana celsitudo.* Hæc sunt verba Bernardi, quæ recitat Bernardinus de Bustis in suo Rosario, in 2. part. in serm. 23. in principio illius sermonis. Et dicit, quod quantum sint venerandi sacerdotes, apparuit ex visione eiusdem pueri Mantuanæ, qui à septem annis usque ad duodecimum, quasi quotidie in missa, vidit sacerdotem corporis & sanguinis Dominicæ circumdatum a duobus angelis: qui in capite eius tenebant unam pulchram coronam, donec receperat sacramentum illud benedictum. Et dicit Io. Gerson. lib. q. de invocatione Christi, car. Quando sacerdos celebrat, Deum honorat, & angelos laetificat, Ecclesiam edificat, viuos adiuuat, defunctis requiem praestat, & lese omnium bonorum participem facit. Quæ omnia considerans beatus Franciscus allegatus per Bernardinum de Bust. in quædam epistola sua directa Capitulo generali, scripsit fratribus suis dicendo: *Audite fratres, si beata Virgo Maria sic honoratur, ut dignum est: quia Christum portauit in utero. & si beatus Iohannes controvenerit, & non ausus est corrigere Dei verticem. Si sepulchrum Christi in quo per aliquid tempus iacuit, si veneratur, quantum debet esse homo sanctus, iustus & dignus, qui non tam moritum, sed in eternum viaeientur. & glorificatum, in quem desiderant angeli conspicere, contrectat manibus, corde. & ore sumit, & alii ad sumendum præberet. Videote ergo dignitatem vestram sacerdotes, & sancti estote; quoniam Dominus Deus vester sanctus est, & sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedechi.*

## A P A R S

Iesus in templo sum  
bat. Hoc agn  
tiquum, & r / pote Apote  
vitur / audire h /  
tuta cont / iatum /  
uangelio Lucæ, quod cu /  
gogam Iudeorum adars et libet, & legit /  
prophetam dicent m: Spiritus domini super i /  
gra /  
ta uinxit me / euage / izare pauperibus / su me. Qua /  
re animad / imus, quod nisi ordinem / em facrū  
habuisset / us inter Iudeos, sibi datus non esset li  
ber, ut in synagoga legeret ad audiēsam populi. Na  
nec nobis Christianis licet in Ecclesia sine aliquo  
facio ordine legere. Quia mobrem credere licet, veram  
est Iudei narratione h. Hac sunt, quæ dicuntur per  
I. Qui  
etiam de Christo, ultra ea, quæ sunt scripta apud nos,  
ponit duas epistolas, mentionem de eo facientes, &  
de eius vera conuersatione, statura, & gestis. Una vi  
debet Lentuli ad senatum Romanum, altera Pilati,  
ad Claudiu Tyberium Imperatorem, quas inserere  
hic volui, licet quodammodo extra propositum.

Prima; videlicet Lentuli ad senatum Roma. hec est:  
Apparuit istis temporibus, & adhuc est homo magne  
virtutis, nominatus Christus Iesus, qui dicitur a gen  
tibus propheta virtutis, quem eius discipuli vocant  
filium Dei, suscitans mortuos & sanans omnes lan  
guores. Homo quidem staturæ procerae, mediocris &  
spectabilis, vultum habens venerabilem, quem intu  
entes possunt diligere & formidare, capillos habens  
coloris nucis auellane premature, & planos fere us  
que ad aures, ab auribus vero concinno & crispis  
aliquantulum cœtuleiores & fulgentiores ab humeris  
ventilantes, discrimin habens in medio capitii, iuxta  
morem Nazariorum, frontem plenam & tenuis.  
cum facie, sine ruga & macula aliqua, quam rubor  
moderatus venustat. Nasi & oris nulla est prorsus re  
prehensio, barbam habens copiosam, & impuberem,  
capillis concolorem, non longam, sed in medio bifur  
catam. Aspectum habens simplicem & matutum, o  
culis glaucis, variis & claris existentibus: in increpa  
tione terribilis, in admonitione blandus & amabilis,  
hilaris, seruata gravitate, qui nunquam visus est ride  
re, fere autem sic. In statura corporis propagatus te  
stus manus habens & brachia visu delestantia, in  
colloquio gravis, rarus, & modestus, speciosas inter  
lilio hominum. Et in hoc ultimo, concordat cum  
propheta David, Psal. 44 Sperans in forma pre filio hu  
minum. Esta pro certo est singularis & admirabilis de  
scriptio illius, & multum honoranda. De qua vide et  
iam Bened. in rep. cap. Rayn. in ver. mortuo uaque testa  
tore, se p[ro]miser. n. 275 de testam.

Alia est epistola Pilati ad prædictum Claudiu Ty  
berium, quæ talis est: Pontius Pilatus Claudio Tybe  
rio salutem. Nuper accidit, quod ipse probauit, Iudeos  
per iniuidiam, se suosque posteros crudeli damnatione  
peremisse. Cum enim promissum haberent patres co  
rum, quod Deus illorum mitteret per virginem sanctum suum filium, qui Rex eorum in merito dicerebatur,  
hunc me præsente misit in Iudeam. Quem cum vi  
fident ex eos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos  
curasse, demones expugnasse, ventis imperasse, pedibus  
que siccis super undas maris ambulasse, & alia multa  
mirabilia fecisse: & omnis populus Iudeorum dicit  
eum esse Dei filium. Principes sacerdotum iniuidiam  
patiti sunt contra eum. Hunc itaque mihi tradiderunt,  
& alia pro aliis mentientes, eum magum esse, ac con  
tra legem eorum agere dixerunt: ego autem ita esse  
credidi,

creddi, enīque flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui cum crucifixione & sepulchro custodes adhibuerunt: ac ille militibus custodientibus, die tertia resurrexit, in tantum vero nequitia Iudeorum contra eum exarist, ut ipsis custodibus pecuniam darent, quatenus & ceteri discipulos eius rapuisse corpus, sed illi quod factum erat tacere non volentes, testati sunt eum surrexisse, seque visionem angelorum vidisse, & à Iudeis pecuniam accepisse. Hæc autem ideo scripsi, ne quis aliter existimet, credendo mendaciis Iudeorum. Hæc sunt quæ in dicta epistola scripta sunt, sed ex dicta epistola, & ex dictis Euangelistarum, clare constat, & constabit, quod Pilatus male processit cotta Christum, & quod male ad mortem eum condemnauit; immo quod sententia eius fuit nulla, pluribus de causis.

Quoniam, ut dicit in sua epistola, Iudei inventientes eum magum esse, & contra legem eorum agere dixerunt, quod, ut dicit, ita esse credidit: & tamen Euangelistæ attestantur contrarium: Nam semper dixerunt: Ego in eo nullam inuenio culam. Ex quo, si dictis Euangelistarum credendum sit, postquam accusationi falsa Pilatus non credidit eum magum esse, nec aliquid agere contra legem Iudeorum: nō debuit ita iudicare alias aliud dicebat in ore, & aliud in mente habebat, quod non est recte iudicis.

Secundo, peccauit Pilatus in huiusmodi probatione sententiæ contra Christum: quia ad futorem populi & clamorem lata fuit, & ideo scienter: inixa illud poëtæ Aeneid.

Sicutque animis ionobile vulnus.

Et habetur Luc. 23. At illi clamabant dicentes: Crucifige, crucifuge eum. Et instabant vocibus magnis, postulantes, ut crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Nec aduertens Pilatus, quod sicut fauore populi liberari non debuit. *I. ad best. ff. de pœ. ita nec ipsius furore innocens erat damnandus, adiudicauit fieri petitionem eorum, dicentium: Si hunc dimittis, non eris amicus Cæsaris. Nec quod vanæ voces populi nō sunt audiendæ. I. ad curio. um. ff. de pœ.*. Ex quo male fecit condemnando Christum, ut dicit glossa in d. l. de curionum.

Tertio peccauit, quia non zelo iustitiae, sed timore perditionis officij, cum dictum ei fuerit: Si hunc dimittis, non eris amicus Cæsaris: quia se Regem facit. Et timor est unum dōquatuor, quæ peruerterunt verum iudicium. *c. quatuor modis. 1. q. 3 iuxta illud.*

Quatuor ista: timor, odium, dilectio, census.

Sepe solent hominum rectos peruertere sensus.

Quarto, illa sententia fuit iniqua & nulla, & in eam proferendo peccauit Pilatus, propter ordinem processus nullo modo obseruatum. Condemnatus enim fuit ad funestam vocem sacerdotum ipsius accusantium, cotta l. f. C. de accusat. Nisi licet ageretur de magno, puta de morte hominis: ideo cum nulla inquam de morte hominis nimis longe cunctatio fiat, debuit fieri processus non ita præcipitanter, prout fuit in Christo, qui fuit ita præcipitus; quod vix decem durauit horas, contra textum in cle. pastoralis. de re iud. ubi nouera iustitia dicitur præcipitatio. In quo verificatum fuit illud Sallustij in Iugurthino:

Animo cupienti nihil sati festinatur.

Quinto, prædicta sententia fuit iniqua, & in ea peccauit Pilatus. Et ex processu illius evidenter apparet de iniuritate sententiæ, & notoria iniustitia: cum saepius dixisset Iudeis: Nullam causam inueni in homine isto, ex his, in quibus eum accusatis. Et iterum: Quid enim malificet? nullam causam mortis inuenio in eo. Luc. 33. c. Quod & ceteri Euanglistæ testantur, quod

sæpe hoc dixit Pilatus ad demonstrandum eius confessionem de Christi innocentia non fuisse errornam. Non enim præsumitur de errore alicuius confessione reiterantis. Ideo valet confessio reiterata, etiam extra iudicium, absente parte facta, tanquam vera, & ex certa scientia procedens, secundum bart. in l. cum scimus. C. de agri. censu. lib. 1. pro quo est tex. quem ipse nō allegat, ut dicit Benedicti in loco stat n. allegando, in l. f. C. de plur. petitionib. his securis confessiōnib. Et etiam præsumitur cum deliberatione facta: quia reiteratio præsupponit deliberationem gloss. in c. si quis iratus. 2. q. 3. Curtius conf. 55. in 6. celum. Et si perfidi Iudei Euanglistis credere nolint, saltem credendum est ipsi Pilato iudici, per eos electo, qui post ipsius Christi passionem, de ipsius sanctitate & innocentia, Tyberio Cesari scripti epistolam, hic antepositam: quam Tyberius cum suffragio magnificiens, ieiuit ad senatum Romanum, & postulauit, ut Christus Deus haberetur. At senatus recusauit, indignatus, quod sibi secundum morem epistola suis delata, cum esset mos Romanus, ut prouinciarum indices senatus scripto renunciasent, si quid noui in his, quas regebant, prouinciis, accidisset. Et iterum eidem Tyberio scripti Pilatus; Sa. inter. De Iesu Christo, quem tibi plane posse mis meis declaraueram, nutu tandem populi, acerbū, me quasi inuiti, & subtrimenti, supplicium sumptum est: virum hercle, sic pium & sanctum nulla inquam eras habuit, nec habitura est, sed metus extiit, ipsius populi conatus, omniumque Scribarium, Principum & Seniorum corsensis, suis prophetis more nostro, Sibyllis contra præmonentibus, hunc veritatis legatum, cruci, signis etiam supra naturam apparentibus, dum penderet, & oibi viuendorum philosophorum iudicio lapsum munitantibus, vrgent illius discipuli opere & vita continentia magistrum non mentientes, in eius nomine beneficentissimi: nisi ego seditionem populi astuantis exoriri pertimuissem, fortasse adhuc nobis ille vir viueret. Et si tuæ magis dignitatis fide compulsus, quam voluntate mea adducens pro viribus non restiterim, sanguinem iustum totius accusationis immenem, utrum hominum malignitate inique, in eorum tamen, ut scripturæ interpretantur exitium, pari & venundari. Vale s. Calend. Aprilis.

O gloriosum, & nobis salutare iudicis scripto reiteratum testimonium! Christum innocentem profitemur, & ante mortem, ut visum est, & hora mortis, qua scriptis titulum Pilatus, in qua scriptum erat: Iesus Nazarenus Rex Iudeorum: Pariter & post mortem, ut in predictis epistolis continetur, & Christum redemptorem nostrum ab infamia præseruans; quod etiam latius demonstratur testimonio Iosephi, excellentis Iudeorum historiographi, qui de Christo redemptore nostro & eius sanctitate, & innocentia, 18. antiqui. lib. c. 9. de illo tempore loquentis, sic ait: Fuit autem eisdem temporibus Iesus, vir sapiens, si tamen cum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, ac hominum, maxime qui quæ vera sunt libenter audierunt. Hanc ob rem multos, tum ex Iudea, tum ex gentibus adiunxit, Christus hic erat. Hunc autem, cum Pilatus à Principibus nostre gentis instigatus, in carcere agendum censisset, non tamen hi deseruerunt, qui ab initio eum dilexerunt. Eisdem præterea die tertia post mortem, viuis apparuit, quemadmodum diuinitus inspicati prophetæ; hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura esse prædixerant: persevererat & usque in hodiernum diem ee-

lebre Christianorū nomen, ab ipso sumptum persequerat & gens. Hæc quibus consistat de vera innocentia Christi.

Sexto quod sententia Pilati fuerit nulla & iniqua constat: quia fuit condemnatus ad dictum falsorum testimoniū, quorum testimonia non erant conuenientia: imo varia, contraria & manifeste vacillantia. *Mar.* 14. ad instar testimoniū Suzannæ, de quibus habetur *Daniel.* 13. & gloss. in *I. ad testim.* C. de *reprobis.*

Septimo, peccauit Pilatus, & est eius sententia nulla, quia Pilatus expressit errorem in sua sententia: videns enim, quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo & secundo pro tribunali dixit: *Inuocens ego sum à te quine insisti hunc.* Ac protinus Iesum flagellatum tradidit eis, ut crucifixeret, *Matt.* 27. Quia in mundo maior iuris error in sententia nunquam fuit, quam in fatendo, aliquem fore innocentem, ipsum cōdemnare ad mortem: sicut fecit Pilatus Christo: non aduertens, quod in mente iudicis debent esse duo sales, sal scilicet conscientiæ, alias est insipida: & sal securæ conscientiæ, alias est diabolica, ut dicit Bald. in *I. circ. finem.* C. de *sententia ex periculo recti.* Apices enim iuris in soto conscientiæ non excusant: quia forus conscientiæ est forus boni & requi simili coniuncti, & est tribunal veritatis & non fictionis. Nam quando bonum aequo opponitur, diuina iustitia potius amplectitur aequum, quam id, quod in ciuile vocat bonum: cum perfecta iustitia requirat hæc duo simul. Bald. in *lev. iusta.* C. de *coff.* Istos denique apices distinctionum iuris civilic, simplicitas naturalis ignorat, secundum Bald. in *c. si. collum.* 12. de *consuetudine.* De his, quomodo autem multo magis attendendum est, quod conscientia persuadetur, quam quod autoritate legum ordinatur, ut per pulchre declarat in hoc casu Benedicti in *sua repet.* c. Rayn. in *verb.* mortuo itaque testatore. le *premier.* num. 251. 252. 254. de *testa.* & dominus meus Iason in *g. equè.* 21. *colum.* Inst. de *act.* vbi multum ample declarat, quomodo in conscientia est iudicandum, & quomodo conscientia diabolica est. Et, ut dicit Benedicti in *loco hic ante dicto:* Iudex debet potius sequi conscientiam suam, quam conscientiam partium, maxime conscientiam suam, quæ nemini nocet. Quod si Pilatus fecisset, id est, conscientiam securum fuisse, & non Iudeorum latratum Crucifixi clamaantium, recte iudicasset in soto conscientiæ, quæ secundum Bald. in *I. fin.* C. de *pœn. aud.* qui male iudic. ita excusat iudicem, quod iudex, faciendo secundum conscientiam, licet faciat contra scriptam iustitiam, non incidit in pœnâ s. cum aeterni. de *re iud.* in 6. Et ut ibi dicit, est triplex, scilicet ligata rebus visis, & ligata rationibus legum, nec non est motu conscientia, & adhærens quibusdam machinationibus intellectu, prout alibi Bald. in *cap. nisi cum predem.* 3. *colu.* de *renunc.* Quod conscientia est animi motus sibi ipsi perfundens, & sese concernens, ut pariter dicit in *c. 1. §. sacramentum.* de *consuetudine.* Vnde licet hæc ultima non obliget anima iudicis, cum sit conscientia impulsua & non arctativa: tamen infelix Pilatus sciens, Christum, omni ratione legum postposita, & quod deterius est, contra motu imaginationibus sui intellectus, adhærentia, sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum) cōtra veritatem & æquitatem, iudicauit illum, quod non fecisset Bald. qui in *c. 19. quoniam contra falso.* de *probab.* dicit veritatem & æquitatem, esse duos lapides iustitiae angularis, ut probat ibi text. dum dicit, ne falsitas veritati præindicet, aut iniquitas præualeat æquitati, facit *l. illicitas.* §. *veritas.* ff. de *offic.* *præsid.* & *l. quod*

*si Ephes. ff. de eo quod certo loco. & l. placuit. C. de iudic.* Nam scientia est verorum duntaxat. secundum Bald. in *c. si. de consuet. not. i. l. si puter fatus.* ff. de *here.* & *stituend.* Igitur sententia Pilati non fuit bona iure ciuili, nec tenuit in soto contentio, fuitque minus æqua: nec valuit in soto conscientiæ, iure diuino: quinimo fuit nulla, ex tali expressione erroris. cap. 1. de *re iudic.* l. *cum prolatum.* C. de *sent.* & interi. omni. iud. l. 2. C. quando prouoc. nos est necesse.

Octavo, fuit sententia dicti Pilati nulla, & processus nullus, & male processus Pilatus: quia pro uno astu, inflinxit eum quinque sententijs pœnalibus: & tres sententias corporales contra eum executi fecit, cum illum alapis cædi fecit, deinde flagellari, coronamque spineam capiti eius imponi, deinde illudēdum Iudeis tradidit, dicendo: *Ego te n. .* deinde flagellatum tradidit ad crucifigendum. Vnde tanta immunitas, tanta que leueritas, aut crudelitas? ex prolatione veritatis. Si enim se filium Dei fecerit, in quo peccauit. Si enim dixerit, in triduo hoc templum destruam, & in triduo ædificabo illud, in quo reprehendendus? Si enim excessos illuminauerit, & prolos curauerit, aut plura alia miraculo fecerit, cui præiud. cium intulit: aut cui authoritati, aut potestati præiudicauit: Nonne ipso solus est, qui mirabilia magna fecit, aut facere potest?

Nono, peccauit in acerbitate pœnæ infilitæ, commandando eam crucifigendum. Crudelissima enim morte affecit eum, vi iam prophetatum, *b. p. 2.* Circunueniamus iustum; quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinae nostræ, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat, contumelia & tormento interrogamus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius, morte turpissima condemnemus eum. Et deinde sequitur: ut cognoscatur nullitas iniquitatis sententiæ. Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Excaecauit enim illos malitia eorum, neque mercedem iustitie sperauerunt, nec iudicauerunt honorera animarum sanctarum.

Decimo peccauit: quia dicta sententia non fuit in forma sententiæ dissimilans, sed in forma simplicis sententiæ intellectuatoria, & nudi præcepti. Non enim condemnauit eum, aliquo ordine seruato, sed simpliciter ac præcipitanter, Iudex tradidit illum, ut crucifigeretur, *Ioh.* 19.

Quinque aut sex causas cum supradictis ponit G. Benedicti in *sua repet.* c. Rayn. in *verb.* mortuo itaque testatore. le *premier.* nu. 237. usque ad nu. 257. ne *testam.* vbi plura alia dicit, quæ videre potestis.

**S**eptima consideratio est, quod Papa omnes dignitates mundi præcedit, & est superior, vt habetur in *de pastorali. de sent.* & *re iudic.* & *de iure iur.* cle. 1. facit text. in *cap. pater profecto.* ii. *question.* i. c. *nemo.* & *ca. aliorum.* cum alijs seq. & 40 dist. c. si *Papa.* & ibi *gloss.* Et prima dignitas, in Ecclesia Dei in *autore.* de *confessio.* tit. *in princ.* & 12. *d. 9. cap. 1.* Ita quod est maior Imperatore, ut plene per Barber. in *ca. n. m. et. vnu.* 141. 142. 143. extra de *iud.* vbi plene Præpositus dictus Cardinalis, in *cap. cum ad ve.* um. 96 ita etiam tenet Alberic. de Rosate in *lalorio siffimo.* de *summa trin.* & *fide Cath.* vbi tamen videtur concludere, quod unus præsidere debeat in spiritualibus scilicet Papa, & alter in corporalibus, scilicet Imperator. Est est dominus dominantium. Et habet ius regiminis Regum in subditos, dicit Bald. *cap. Ecclesia sancte Marie,* in *3. colum.* de *constitut.* Et apud eum est suprema potestas, in qua non habet parem. Bald. in *cap. ... in prima colum.* de *probat.* Prout

Prout per plura declarat dominus meus Ias. in l.rescriptis. in 2. column. cap. de precib. Imper. ff.

Imo Papatus videtur esse prior Imperio; cum sacerdotium initium habuerit à Melchizedech. Eius enim sacerdos Dei summi, ut habetur Genes. 4. Et hunc tradunt Hebreæ: fuisse Sem, p. imogenitum Noe. Dominum vero tempore iusto titulo acquisitum initium habuit in Moyse duce populi constituto a Deo, postquam secuti sunt iudices, ut habetur in lib. Iudicium per totum. licet Aug. de cunctis Dei, lib. 5. cap. 1. dicat primum dominium incepisse a Cain, & Nemroth: & dicam infra in parte sequenti prima consideratione. Sed Archiepiscopus Flor. in sua summa, in 3. part. lib. 22. ca. 5. §. 14. dicit illud fuisse dominium tyannicum. aliud vero, quod incipit à Moyse, fuit iusto titulo acquisitum. Et sicut aurum excellit plumbum; sic etiam auctoritas & dignitas Papæ excedit imperiale. c. das sunt. 96. d. fin. Sicut etiam Sol dicitur pater omnium planetarum & dominus; ita Papa pater omnium dignitatum: papatus seu papalis dignitas a soli nilebus soli, & regalis sed imperialis luna. Et siue luna recipit lumen a soli; ita imperialis dignitas à Papa. c. ip. soluz. de maioru. probat. ubi notatur. Et dicit Aug. de Anch. in suo tract. de potest. Ecclesiæ, quod sicut summus sacerdoti Leuitici generis omnes Iudei obedire tenabantur, cuiuscunq[ue] statu essent; sic omnes Christiani maiores & minores, Papæ locum Christi tenenti, parere tenentur. Et de obedientia exhibet ad summum sacerdoti Leuitici generis, & panitione inobedientiae habetut Deut. 17. & ample per eundem Archiepiscopum in sua summa, 3. in lib. 22. & 17. c. 17. dicit. lib. 21. c. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. amplissime ponit de honore, gloria & potestate Papæ. ad quem recurre.

De obedientia, quomodo sit Papæ per Reges praestanda, vide per Petrum de Monte in sua monarchia: quem allegat etiam Fel. in cap. si quando. vbi per eum. extra de rescript. Et aduertendum est ad id, quod dicit Beatus Thomas in tractatu suo de Rege & Regno ad Regem Cypri, vbi ait: Huiusmodi Regni mysteriorum, ut à terrenis spirituibus essent discreta, non terrenis Regibus, sed sacerdotibus est commissum: ita præcipue summo sacerdoti Christi vicario Romano Pontifici, cui omnes Reges Christianos oportet esse subiectos, sicut ipsi Domino Iesu Christo, ut refert idem Archiepiscopus Florent. in loco hic ante alleg. cap. 6. §. 4.

Imo etiam videtur, quod summus Pontifex & sacerdotes secundi ordinis, & alij inferiores sint subiecti Regi & Principi: cum, ut habetur 4. Reg. 23. præcepit Rex Helchæ Pontifici & sacerdotibus secundi ordinis, & Ianitoribus, ut proiicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal. & facit quod habetur 3. Reg. 22. c. vbi habetur: prohibuitque sunt sacerdotes. & ibi ponitur verbum Principis ad sacerdotem imperatiuc; Nolite ergo, &c. Ex quibus etiam videtur dicendum, quod etiam sacerdotes debent obediere Principi recipienti.

Sed tamen dic, quod Papa est primus & maximus omnium Episcoporum & Patriarcharum, in totam Ecclesiam Christi vniuersalem prælationem habens. Refert S. Thomas in tract. suo, quem fecit contra errorem Graecorum, cap. 66. & 67. Et est pater vniuersalis omnium fidelium & omnium omium Christi per hec verba: Pascere oves meas. ut tenet Ioan de Turcre. in can. ad verum. 96. d. fin. licet prohibeat, se propter humilitatem, vocari vniuersalem Episcopum aut Patriarcham: tamen est vniuersalis Episcopus & Patriarcha, ut tenet idem Ioan de Turcre. in cap.

nullius 9. dist. Et primum locum in consistorio obtinet. c. 1. & 2. 22. d. fin. & Prepositus. n. c. episcops 17. dist. Immo, in tantum est honorandus, quod debet osculari in pede. ut dicit gl. & Joannes de Platea in l. 1. C. de domestico. lib. 12. Immo videtur idem consistorium facere cū Deo. Innocen. & Hostien. in ea. 4. de translat. prelat. ideo post Deum p[er] omnibus debet honorari Abbas Siculus in cor. 21. l. 1. vide etiam Bernardinum de Bustis in serm. 31. secundum iuris sui Rosarii, in luera G.

Et de huiusmodi prælatione vnuersali in tota Ecclesia, & quomodo sic summus Pontifex, vide etiam Archiepiscopum Florent. in d. summa 3. part. lib. 22. c. 6. §. 1. & 2. Et est septa omnia iura mundi. c. cu[m] ita per mundum. 9. qu. 3. cap. urobus sui. de concess. præb. Ita etiam, quod est superillustris: imo quasi talis dici non debet, cum sit supra dignitatem, & culmen omnium dignitatum. ita tenet Bald. in c. cum accessissent. extra de const. dom. mens Ias in l. 1. column. 1. de offic. vniuersi mand. est turist. & ibi ample Purpurat. qui ponit, quibus honoribus debet honorari supra omnes. Et dicit Zodericus Zarotensis. in suo speculo humanae virtutis 2. 1. quod huius summi Pontificis tanta est sublimitas & eminentia, tanta immensitas, ut nullus mortaliu[m] nedum comprehendere, aut satis exprimere, sed nec cogitate possit; quod multis comprobat rationibus, quas non transporto; cum habeatur impressum: & ibi, usque ad octauum capitulum ponit de milieris summorum Pontificum. Et breuitate eorum vite, plures causas assignando. Supremus enim Dei vicarius est, & qui contrarium dicit, mentitur, ut dicit Bald. in l. 1. b. 1. bariu[m] Philippi. f. de offic. prætor. Et idem Bald. in finalibus verbis dicit, quod est omnia, & super omnia in spiritualibus. & allegat Bernardum de contemplatione ad Eugenium. & idem Bald. in proem. Gregoriano. in princ. dicit, & Papæ commissa est tota machina spiritualis, & thelautus omnis dignitatis est in eo, ita ut nulla sit dignitas spiritualis, vel ecclesiastica, cui non præsideat. & idem Bald. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offer. dicit, quod omnes dignitates, omnemque potestatem, quam habuerunt omnes Patriarchæ, solus Papa habet. Et maior authoritas Papæ, quam sanctorum. c. de libellis. 20. A. 57. de cuius authoritate Pet. de Anch. in repet. c. 1. circa secundam chariar. de const. & per Panor. in c. nouit. in gloss. de indic.

**O**traua consideratio. Cardinalis Host. ex priuilegio, & ex merito; quia Papam consecrat, & Imperatorem inungit, obtinet secundum locum in consistorio Papæ. Ita tenet Hostien. Pet. de Anch. & Card. Zaba. in c. antiqua. de privileg. Card. Alex. c. 1. episcopus. 17. dist. fin. & sic primus post Papam, ideo die tur honorabilior ceteris: cum ille honorabilior dicatur, qui est proximior domino, ut est glossa §. 1. Nam Inst. de honor. posse. & dicam infra in 54. co[m] se tera. incip. ex predicto fundatur. Et iste Cardinalis Episcopus, licet tantum Episcopus, vtitur pallio, ut dicam infra in 26. co[m] sederat. incip. Episcopus Hrdue. Et quod iste Cardinalis obtineat secundum locum, tenet N. col. Boetij in suo tract. de autoritate & praeminentiis sacri magni Concilij. in l. opt. pro magno Concilio.

**N**ona consideratio. Quatuor Patriarchæ, scilicet Constantinopolitanus, Alexádrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, obtinent primum locum, post Apostolicum. Patriarcha vero lingua Græca summus Patriarcha interpretatur. c. cleros. vers. Patriarcha. 21. dist. Et secundum ordinem supradictum & descrip[ti]um obtinent primum locum post Papam in Ecclesia. Primum videlicet Constantiopol. secundum vero Alexand. tertium autem Antiochen. & quartum Iero-

solymitanus. Secundum quem ordinem posuntur in c. antiqua extra de priuilegiis & in d. ab. de Ecclesiastico. 11. post prim. colum. 9. & ibi intelligi de predictis onatiori qui sunt vere Patriarchæ seu Primates. cum Primas idem sit quod Patriarcha, licet nomina sint diversa. Non enim inter eos est realis differentia, sed vocalis, 90. d. l. in d. 1. cap. vocantur tamen praedicti Patriarchæ.

Et isti quatuor representant quatuor Evangelistas in eccl. Dei, ut est text. in c. scriptum est. 1e eti. & dicuntur in mandi Cardinales: quia per quatuor Evangelia inestabilis tuba didicimus, & quod per orbem terrarum illum illustrantes prædicamus & agimus, dicit text. in d. huius. 75. d. l. & per Ludo. Rom. in consil. suo 5: 4. incit. *Vos estis lux mundi. in 6. colum.*

Et isti Patriarchæ sunt spectabiles: quia redacti sunt instar regum, ex quo multas prouincias reguat. Bald. in l. 1. colum 3. §. 1. de officio prefect. præt. dominus meus Ias. in l. 1. ff. de officio cuius man. est iurisdict. imo Purpuratus ibi dicit eos esse illustres: quem vide post dom. meum Ias. & dicuntur sanctissimi in d. huius. vi. de serm. su. non. salient, ut dicit Purpur in d. l. leg. 1. post Cardin. Hostien. in consistorio sedet immediate.

Alij autem, de quibus habetur per Archidiaconum in personis, 1o. de plurimis arch. ib. 6. & 11. 2. 3. 99. d. l. in d. 1. 4. 2. 80. huius. non sunt proprii Patriarchæ, sed Primates vt tenet Aluarot. & Prepositus dictus Cardin. Alexand. in d. 1. Episcop. vel Abbat. §. colum. 6. Et de his Primitibus vide etiam quæ dicunt Cardin. Zabarel. & Pet. de Anchata. d. c. ali. qua. vbi dicunt, quod si Episcopus Hostiens. Cardin. sit presens, quod sedebit prope Papam: nec mirum, vt dicunt; quia Papam consecrat, Imperatorem vngit, & est palliatus: & ideo videtur esse major dignitate Patriarcha Constantinopolitano: quia, vt dicunt, prioritas dignitatis declaratur ex prioritate sedis & loci. c. ex ore. de præv. c. 1. & c. 4. tattonus. de maw. Grabed. Dicit tamen Lucas de Pen. 1. unica. C. de metropolit. Bergio. in fin. ib. 11. quod in Constantiopolis praesit Patriarcha.

Alia de his Patriarchis & Primitibus vide etiam per compatriotam, concinem & contemporaneam nostrum dominum Ioannem de Moutholono in suo Pomptuario in verb. Patriar. l. 1. vrb. David. Aflor. 2. vbi David, Isaac, & Jacob, Patriarchas appellant, vt etiam habetur in c. Ebron. 13. 9. 2. Et hos quatuor credo precedere debent omnes Cardinales præter Episcopum Host. Cardinalem, vt dicitum est.

De potestate autem Patriarchatum ponitur per Aluarotum & Prepositum in d. titul. Episcop. vel Abbat. hic ante alleg. & per Florentinum 17. 3. parte sua, summa. lib. 20. c. 4. vbi ample.

An autem alij Patriarchæ seu Primates ultra illos quatuor supra nominatos precedant, aut precedere debeant, Car. vt sunt Aquileg. Grandev. Tolent. Cantuarien. Biturien. Pisanius. dicam infra in 19. consil.

Sed quia, vt dicit Aluarot. in d. tit. Episc. vel Abbat. quod Patriarchæ seu Primates nihil iuris vel priuilegijs præ ceteris Episcopis habent nisi quantum sacri canones vel præica consuetudo tollit. Ideo cum iure non dicitur, quod alij vltia praedictos quatuor teneant primum locum post Papam, ideo stabit in suis locis post Cardinales; Cum Cardinales etiam Diaconi precedant quoscunque Episcopos & Archiepiscopos, vt infra dicam in undecima consideratione, 1. c. p. sumuntur ex predictis, & in consideratione supra allegata.

Aduette tamen ad vnum, quod dicit Geiminia. in c. quenquam. in fin. 2. 9. 7. quem allegat Felin. in rubr. de maior. & obed. 5. colum. quod dignitas Cardinalatus est

major post Papam, quacunque alia dignitate, cum Cardinales post Papam iudicent omnes, & ipsi à nomine iudicantur. 9. 9. 3. c. 7. 7. e. cum alii per eum ibi allegatis. Et etiam voluit Antonius de Butrio in quodam consilio, quod est inter consilia Pauli de Cast. cons. 412. incip. in so punclo transmiso. quod Cardinales post Papam primum locum obtinebant. c. per venerabilem. §. rationibus. ex i. qui sibi fin. legit.

**D**ecima consideratio. Sicut primo summo Pontifici Domino nostro Iesu Christo in triumphali Eccl. tres Patriarchæ angelorum obsequuntur: ita ad exemplar illius in Eccl. militanti circa vicarios suos tria genera Cardinalium obsequuntur, quibus vicariis fuerunt instituta. Qui quidem Cardinales sunt vocati in patrem sollicitudinis. c. ad honorem. extra de usu p. 2. q. 1. c. de cetero. & quorum consilio sumimus Pontifex agenda ordinat & disponit. c. fundamenta. §. docet. de eti. 1. 6. & sunt sibi collaterales. c. 1. & c. penult. de off. legat. huius 6. & pars corporis. c. verum. 6. q. 1. Laurentinus & Cardinalis Zabarel. in clem. 1. de celeb. miss. Speculator in clem. de legat. §. sequitur. post prin. 11. v. 1. liger. iles. Et interpretantur Cardinales, id est, columnæ Eccl. c. 1. 1. p. verum. & de off. Archipresbyt. Oldradus cor. 1. 46. Cardin. Alexand. in cap. in nomine Domini. 23. d. l. in d. imo Papa est de numero Cardinalium. In Archidiaconus in c. facies ueret. de elec. & inter Papam & Cardinales dicitur esse unio identitatis, secundum Ioan. And. in c. regn. 1. 1. in fin. de testam. Philippus Francus in cap. 1. de off. legati. & faciunt unu corpus cum Papa, & iudicant totum orbem. c. per venerabilem. cui fil. fuit 1. qu. Ita quod præferendi sunt Cardinales Episcopis. 2. question. 7. c. quanqu in Card. Zabarel. in clem. 4. §. irrum. 3. quest. de elec. Et Do. Alex. in rub. ff. de iurisdict. omn. iud. c. Eo, quia Cardinales habent maius officium quam Episcopi. Bart. in l. 1. §. si quis. ff. de appell. Panorm. in c. eccl. vestra. le dennes. de elec. & in c. 2. de cler. non residen. licet tamen Episcopi sunt meiores ordine. d. c. quanquam. 2. 7. 7.

Faciunt ad hoc quæ dicit Felin. in rubr. de maior. c. obed. in 5. col. vbi ponit. quod etiam Cardinalis non Episcopus præcedit Episcopum non Cardinalem. dicam intra in seq. consil. & vide ibi Felin. in d. rub. An Episcopatus, Cardinalatus, & Papatus sit culmen dignitatum, & quomodo intelligatur, & de Praelato vero, & de numero Cardinalium, & quot sint Episcopi, quot Presbyteri, & quot Diaconi, vide per Aluarot. & Prepositum in d. tit. Episcop. vel abbas. Forte dicam alibi, licet & tales Cardinales æquiparentur Regibus. Dominus meus Ias. in l. neino potest. in 2. col. ff. de lega. 1. Ioan. And. in c. 1. de off. legat. in nouello, ponit vndeциm prærogativas, seu majoritates Cardinalium, quas vide. Et ex unaquaque posset fieri vna consideratio de per se, quas vide. & de his tangam in considerationibus sequent. Et quonodo Cardinales Regibus equiparentur: & quod sint illustres, ponit Purpur. post Alex. in rubr. ff. de iurisdict. omn. iud.

**V**ndecima consideratio sumitur ex predictis: Videlicet maior officio, minor vero ordine preferuntur, quia Cardinalis etiam non Episcopus præfertur Episcopo, vt tenet Panorm. post Cardinale in cap. Et cl. le second. in vlt. col. extra, de elec. Idem Abbas in c. quod super his in lectura Parthen. de side instrum. & ibi de Bellonziis in 20. colum. allegando Bar. in l. 1. §. si quis in appellatione. circa prim. ff. de appellat. vbi dicit, quod Cardinales non habent maiorem dignitatem, quia Episcopi, licet habeant maius officium. vide Felin. in loco hic ante in precedents consideratione allegato. Ita etiam

etiam tenet Florēn. in 3. part. sua sum. lib. 2. cap. 2. & in illo libro plene habes materia in status Cardinalium.

**D**odecima cōsideratio. Cardinales Episcopi preferuntur aliis non Episcopis. Ita tenet Cardin. C. m. 3. §. irritum. de elect. Ratio est; quia habent duplex vinculum. Habent enim officium ultra Episcopos, & ultra id habent Episcoporum ordinem. Ita tamen quam habentes duo vincula sunt ceteris preferendi, argumento eorum, quae infra dicam in 15. co. siderat. nec valeret consuetudo, quod Diaconus Cardinalis preferretur Presbyteris Fel. in cap. statutus. extra de maiorit. & obed.

Et aduerte, quod sunt septem Cardinales Episcopi, videlicet Host. qui propter Papæ consecrationem, ut iam supra dixi in 2. cōsideratione, dignior est aliis. Episcopus Port. Episcopus Albanensis, Episcopus Sabiniensis, Episcopus Palestinus, Episcopus sancte Ruthenæ, Episcopus Tusculanensis. Et isti Episcopi tamen Viciarij domini Papæ: in Dominicis diebus, festis & precipuis solennitatibus in altari sancti Salvatoris Lateranensis Ecclesie debent deservire, ut dicit Aluarius. & Praepositus in locis supra allegatis. Et isti Cardinales succedunt in locum alterius per optionem, ita quod si moriatur Cardinalis Hostien. Cardinalis Portuensis, accipiet locum Cardinalis Host. & sic deinceps; ita quod nouiter c. eatus Cardinalis Episcopus, erit in loco Card. Tusculan. qui est ultimus illorum. Non sic in aliis Cardinalibus; quia sunt Cardinales secundum titulos eis assignatos, & in locum quorum subrogantur. Sedent tamen in suo ordine secundum prioritatem promotionis.

Sed iuxta prædicta posset insurgere dubium: utrum si ultra illos septem sint alii Cardinales supernumerarij; quia sunt Episcopi, non tamen habeant alium titulum ab Episcopatibus, debeant præferri aliis Cardin. Presbyteris, aut Diaconis numerariis, secundum quod est eius numerus impositus ex titulis eis assignatis, ut pura quia sunt 26. prout fuerunt tempore Portiani Papæ, vt refert Card. Zab. in d. Clem. ne Roman. S. port. in 2. notabil. de elect. Et de illis Cardinalibus supernumerariis sint centū Episcopi Cardinales: an debeant tales præcedere alios presbyteros & Diaconos numerarios secundum titulos eorum, & eis impositos, de quibus in locis h. c. ante allegatis.

Licet sit quidam numerus Cardinalium taxatus secundum numerum discipulorum Christi, et habetur in locis h. c. ante allegatis. potest tamen summus Pontifex, ultra illum numerum, tot, quot voluerit, create de sua plenitudine potestatis, & omnes tales numerarios facere si velit, notant doct. in locis prealleg. Si tamen aliquos faciat, quos velit esse supernumerarios, tales supernumerarij non dicuntur veri Cardinales, cum qui super numerum militat, quasi nec militare dicatur, l. f. C. de apparato. Magistri militum. & vt dicit Bart. in Lumenque. C. de proxim. Sacror. Scrin. Tales supernumerarij sunt expectantes dacecentium locorum. Et ideo debent sedere in ultimo loco post omnes numerarios. Et dicuntur supernumerarij, qui sunt ultra loca & titulos assignata seu assignatos aliis supernumerariis. Et sunt numerarij Cardinales, videlicet septem Episcopi supra nominati. Presbyteri vero Cardinales sunt 18. numero, qui diuisi per numerum septenarium quatuor Patriarchalibus ecclesiis urbis Romane sunt intitulati. Septem enim sunt intitulati ad ecclesiam S. Petri, videlicet Cardinales, S. Mariæ trans Tyberim, S. Chrysogoni, S. Ceciliæ, S. Anastasij, S. Laurentij in Damaso, S. Marci, S. Martini in monte.

Alij autem septem, qui sunt intitulati ad ecclesiam S. Pauli, qui debent in altari maiori deseruire: sunt isti, videlicet Cardinales S. Sabinæ, S. Priscæ, S. Balbi næ, Sanctorum Nerei & Achillei, S. Sixti, S. Marcelli, S. Susannæ.

Alij autem presbyteri Cardinales S. Mariæ maiores sunt isti: videlicet Card. sanctorum, qui tamen non nominantur per titulum, sed per Basilicam, & in eo est speciale, ut notatur in e. can. olim. de prin. & de re iudic. r. Apostolice. lib. 6. & tenet Ioan. Andr. in tit. de tribell. co. ceptio. §. nunc iam videndum. post p. incip. Card. S. Cyriaci in thermis, S. Eusebij, S. Potentianæ, S. Vitalis, sanctorum Marcelli, & Petri, sancti Clementis.

Alij vero presbyteri cardinales S. Laurentij, sunt isti, videlicet S. Praxedis, S. Petri ad Vincula, S. Laurentij in Lucina, S. crucis in Ierusalem, S. Stephani in cœlio monte, sanctorum Ioannis, & Pauli, sanctorum quatuor Coronatorum.

Diaconi vero Cardinales sunt 16. videlicet S. Mariæ in dominica. Et iste est Archidiaconus aliorum, & ideo ceteris præferti debet, S. Lucia in circa palatij iuxta septifolium, S. Mariæ nonæ, sanctorum Cosmæ, & Damiani palatij, S. Adriani palatij, S. Gregorij palatij, S. Mariæ in schola Graeca, S. Mariæ in porticu, S. Nicolai in carcere, S. Angeli, S. Eustachij, S. Mariæ in aquatio, S. Mariæ in via lata, S. Agathæ, S. Lucia in capite Sabinae, S. Quiriaci. Et istos titulos sic enumerat Speculator in tit. de leg. §. seqq. & Aluarorus in d. u. Episcop. vel Abba. ubi ponit quomodo intitulentur. Et quod possunt esse ex supradicto numero quinquaginta & vius.

Ex quo viderur dicendum, quod si sint ultra illum numerum & titulos supradictos, quod sunt supernumerarij. Et tales supernumerarij post mortem aliorum sunt subrogandi secundum ordinem creationis si ve- lint, alias possunt subrogari pro secundo vel tertio arg. notatorum per Bartolum. in dicta lege unicuique supra alleg.

Et intellige, quod iste supernumerarius subrogatur, quantum ad incorporationem. vt s. sit incorporatus vt numerarius erat, sed non in loco numerarij: quia non debet sedere in loco, in quo ille sedebat, sed in ultimo loco post alios prius incorporatos, qui præfertuntur ei in honoribus, & alijs prælationibus, & sic non per omnia subrogantur loco illius, vt in d. l. unicuique. & in leg. com. primus. C. de de prox. Sacror. Scrin. Et sic in dicta subrogatione debet seruari duplex ordo, videlicet, vt hic supernumerarios priores eo: Item etiam, vt non præcedat socios supernumerarios priores eo: Imo etiam, vt non præcedat numerarios etiam posteriores illo: in eius locum subrogatur. Ita tenet Ioan. de Platea in d. l. unicuique. in 2. colum.

Ita etiam obliteratur in hac ciuitate Hed. in Canonis supernumerarijs, quos præcedunt numerarij etiam posteriores. & dicuntur Canonici in albis: quia præbendæ eorum sunt in albo descriptæ: & tales nullis Canonorum privilegijs gaudere deberent. Sunt tamen exempti à iurisdictione Episcopi Hed. & subiecti à iurisdictione Venerabilium Vitorum dominorum Decani, & Capitoli Hed. Quod, au debeat fieri, non insisto, & ex causa.

**D**e cincimercia consideratio. Inter Cardinales in Cancelleria præfertur Vicecancellerius. Nam cum olim de pari contendere voluisse cum Papa ex gloria, propter excellentiam tantæ dignitatis, qui Cancellerius erat, fuit statutum pro lege, quod non amplius Cancellerius, sed Vicecancellerius a cetero vocaretur.

quod & hodie seruatur, ut dicunt Guillelmus & Zabala. in cle. ne Rom. i. de celi. Et ita etiam vocatur in proemio sexti. in §. sane. olim vocabatur Bibliothecarius c. d. 63. d. s. secundum gl. ibi.

Et inter officiarios Curiae Romane post Papam dicitur maior. Notar. Zabarel. in d. cle. ... e. Romam. verbi. eo r. se. ibi: quarto quarto. Et est iudex in pertinentibus ad expeditionem Ballarum. Regulas Apostolicas Regis, cuius dispositione in Curia dantur, & extra cum subscriptione duorum abbreviatorum, & capit certam partem de registro Bullarum; quia tenentur de omnibus ibi contentis reddere rationem, secundum gl. in proemio regularum Cancellarie Ann. centij ottavi. Et est praeses Iustitiae in Curia: ponens decretum irritans & alias clausulas: de quo per gl. in c. statutum. de ref. lib. 6. §. 1. u. verb. literarum. Et ledere potest, & stare cum auditoribus Rotae, in decisionibus causarum. etiam in praesentia Papae: quoniam, ut dictum est, est praeses Iustitiae, secundam gl. in d. proem. Sicut videmus de Cancellario regni Francie. Qui tanquam primus post Regem praesidet in omnibus parlamentis Regni. Sicut Moyses in Regno, & synagoga Iudeorum pro Deo vetus Cancellarius vocatur, cuius & Dei vnum & idem dicitur esse consistorium secundum Host. in c. quarto. de translat. pralat.

**D**ecimaquarta consideratio. Camerarius sedis Apostolicae habet dignitatem ultra alios ratione iurisdictionis, quam habet. Eo tamen quia semper sollet esse Cardinalis, extra locum Camere sedet in suo loco, ut Cardinalis, non habendo respectum ad eius officium.

Et dicitur Camerarius, qui recipit & custodit bona, e. ad audientiam. de presc. Et hodie magnum eius officium est, & habet dignitatem, notari domini de Rota decis. 173. m. fi. e. in nouis. Et iurisdictionem exercet circa omnes debitores Camere. Et Papatu vocante, nihil ab eo recipiunt Cardinales. c. vbi periculofsum. §. pronovis. de elec. in 6. Joan Andreæ in cle. ne Romani. §. eo tamen. de elec. Et habet indicem, qui dicunt Auditor Camere, qui de causis appellationis ad Papam extra Romanam curiam per appellationem deuolutis non potest se intromittere: imo consueverunt per Vicecancellarium committi, & tractari, ut dicunt domini de Rota decis. 336. i. nouis.

Et ad officium Camerarij pertinet temporalia pauperibus erogare. gl. in d. cle. ne Romani. verb. eo tamen. supra allegato. in verb. Camerarium. quod bene obseruanuit Beatus Laurentinus respondendo tyranno: Thesauros, quos quæsis, manus pauperum deportauerunt. Et libros conseruare. d. l. ad audientiam. Et duabus rationibus non expirat eius officium morte Papæ: Prima, ut non negligantur reditus temporales ad Romanam sedem pertinentes, sine quibus spirituallia diu esse non possunt. in 9. 3. c. si quis abeberit. cap. ex offici. de presc. cap. cum secundo. de proband. Secunda, propter sustentationem pauperum, ne interim fame moriantur. 86. dist. cap. p. ce. ut tenet Zabarella in d. vers. eo ipso. sam supra al. c.

**D**ecimaquinta consideratio. Cardinales Presbyteri præfertuntur Diaconis Cardinalibus ea ratione solum; quia licet sint pares officio: sunt tamen maiores ordine: ratione cuius maloritatis alios præcedere debent. notatur in c. cler. 2. d. dist. 1. dicam infra in 15. considerazione. ideo non insisto. facit text. in cap. placuit. 18. dist. & c. oportebat. & c. si quis in Episcopis. 79. dist. & in c. cum redemp. 12. q. 2.

Et aduerte; quia isti Cardinales, & Patriarchæ equiparatur præfectis prætorio, ut dicit Alber. de Rosa. in

rubr. de statu homin. Ioan. de Platea in l. curialibus. in 2. & 3. colum. C. de decur. lib. 10. Intellige prædicta, si sit consuetudo talis: de iure tamen, ut dicit gl. in c. legimus. 93. dist. De consuetudine Romanæ Curiae. Diaconi Cardinales præfertuntur Presbyteris Cardinalibus; & si talis consuetudo sit, est obseruanda. Ita dicit Praepositus in cap. Ep. copis. 16. dist. in s. vbi dicit, quod indies dicit contrarium obseruari in Presbyteris Cardin. Et poterat scire; quia erat Cardinalis tempore suo. Et credo, quod non valeat ex dictis Hostien. in c. de maior. & obed. vbi dicit, quod non valeat consuetudo, quod minor præcedat maiorem.

**D**ecimaquinta consideratio. Cardinales manentes in Curia sunt digniores alii. Bald. in rubr. ff. de offici. procons. quoniam præsentia Principis illustrat eos. l. unica. C. de prepos. lib. 12. Quoniam licet omnis gradus & dignitas secularis recipiat splendorem à Principi; non tamē æqualiter splendet qui abest ei, qui præfens est: sed ut infest dominus Nicolaus Boetij, in suo tractatu de præeminentiis magni conciliorum. parlamentorum Regni Francie, in prima ratione pro magno concilio. in s. quod simplex Cardinalis in curia residens, debet in honoribus preferri Cardinali legato. Et facit una ratiō. Nā Consul, qui est illustris, quando mittebatur extra urbem, erat tantum spectabilis gl. in rubr. ff. de offici. procons. quod tamen dicit nunquam posse practicari: cum eo ipso, quod legatus ingreditur Urbem, deponit officium, & officia legationis. l. 1. & v. 1. ff. de offici. procons. uniu. cap. legatos. de offici. leg. l. 6. notatur gl. in cap. excommunicacionis. eod. tu. Ego etiam dicere conatur, quando legatus Cardinalis ultra Cardinalatum habet officium legationis, ratione cuius habet præminentiam; cum tanquam legatus summi Pontificis, eidem honor debet adhiberi, notat Philip. Francus in c. orandi. de supplen. neglig. præl. in 6. Dixi supra. infra sic videtur, quod Cardinalis legatus propter autoritatem sui Magistri, ratione legationis præcedit alios. Sed solue, dic, quod intrando urbem perdit officium legationis, & sic semper stat solutio prædicta. Et istud etiam videtur tenere dominus Iul. in l. 1. & 3. colum. §. de 17. eius cui mand. est iurisdict. & de dicto Bald. in d. uniu. vide Fel. in c. clerici. in vti. col. exrr. de ind. c. & vide de hac materia, que dixi in prima consid. sexta parte.

**D**ecimaquinta consideratio. Pœnitentiarius habet officium, ratione cuius dicitur habere dignitatem. Et secundum stylum Curiae folet Cardinalis, notatur in cle. ne Rom. de elec. Et istud officium non expirat morte Papæ propter periculum animatum evitandum. arg. c. 1. re sede vacante. & c. l. de sepult. lib. 6. Et literis istius creditur in suo officio de consuetudine; quia non agitur de præjudicio alicuius, cum non habeat potestatem, nisi in foro pœnitentiali: quod etiam procedit quo ad minores pœnitentiarios; quia quo ad maiorem, videtur esse eo; quia Cardinalis, quibus de obseruancia Curiae creditur, notat Zaba. in d. cle. ne Rom. §. eo ipso.

**D**ecimaoctava consideratio. Legati Cardinales sunt digniores, & excellentiores pluribusque prærogatiis decorati aliis legatis missis vel nativis. c. 1. & c. excommunicatis. & c. nolentes. de offici. leo. 4. 1. c. eod. tit. lib. 6. Et tales dicuntur de latere, ut dicit Philippus Frac. in d. c. 1. de offi. deleg. vbi etiā dicit, quod etia Cardinales, si nō sunt legati, sunt ceteris præponedi & honorandi; licet enim alij possint esse maiores dignitate vel ordine; tamen isti sunt minores ordine, quod sint pars corporis Papæ. 6. ques. 1. cap. si quis, & de penit. in 6. cap. fols. Et Cardinales legati æquiparantur Pro-

Proconsulibus, & sunt Illustres, vt dicit Bald. in capit. penult. de officio leg. Alij vero legati presidibus prouinciatum, vt est tex. gloss. & doct. in cap. 2. de officio de leto. 6.

**D**ecimanona consideratio. Primates seu Patriarchæ etiam alij, quam supra nominati in 9. consideratione quatuor Patriarchæ. præcedunt Archiepiscopos & Episcopos; cum maiorem dignitatem habeant. Imo etiam de iure deberent preferti Presbyteris Cardinalibus: probatur ex subscriptione cap. 2. c. 2. in 1. et 2. de premier. de app. vbi Patriarcha Grand. preferritur Prelbytero Cardinali. Dux subscriptiones attendendé sunt. Imo, ad hujusmodi præminentias multum faciunt nota. gloss. in verb. predicatoria, v. c. quorundam. de elect. lib. 6. & gloss. pen. in cl. 2. & rescriptis. Si tame sit consuetudo, seruanda est, vt dicit Prop. sv. dict. 1. Card. Alexander in 1. En. 17. dist. 1. Quia est consuetudo Romæ, quod Cardinales preferuntur, ideo seruanda est: & sunt alij Patriarchæ inferiores à supra nominatis, vt dicit ibi Prepositus Aquileensis, Bituricensis Granden. & P. laurus: de quibus per gloss. & Arch. in cap. clerorum 21. dist. 1. & in c. 22. dist. 1. & per Flor. in 3. part. in eam. 17. 20. cap. 4. per totum.

**V**igesima consideratio. Archiepiscopus præcedit Episcopū in loco, vbi ambo habent adiuncti rationem; cum sit maior in dignitate; vel etiam in ordine: Et sic etiam Presbyter preferrat Diacono. De his est tex. in d. c. pl. nov. 18. dist. 1. sap. proxime alleg. Et isti Archiepiscopi preferuntur presidibus prouinciatum. Albericus de Ros. in 1. 3. ff. de off. etiis cui manda est. Et ibi dominus meus Iason & alij, qui faciunt aliquas comparationes seu equiparationes de Prælatis Ecclesiasticis ad Principes, & officios seculares. Et de dignitatibus, sublimitate & excellentia Patriarchatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, vide Zodoricum Zamoren. Episcopum in suo speculo humanae vni. lib. 2. c. 1. p. 10. usque ad c. 14. ponit etiam de misericordiis, & periculis eorum. vide etiam de Archiepiscopis per Flor. in 3. part. sive summa lib. 20. c. 1. & 2.

**V**igesimaprima consideratio Archiepiscopus Mediolanen. præcedit Rauennatens. illique anteire debet, argum. sumpto ex text. in c. bene quidem 97. dist. per gl. ibi. & gl. in 1. dist. r. n. i. C. de episc. & cl. Albe. de Ros. in eis inter claras. C. de summa trinit. & pte cath. Martinus Laud. in tract. de dignit. art. 10. Eo; quia prior ibi nominatur: de quo per Philippum Decium in conf. 61. col. 1. ad fin. vbi tractatur ordo scripturarum. Faciunt, quæ dicit Alexander. in conf. 112. v. 1. non obstante. in 2. colum. dicam infra in hoc parte. 1. 173. consideratione. Bituricen. etiam præcedit Senonen. & Lugdunen. Archiepiscopos, qui sunt in Francia, secundum Albericum de Rosare in rub. de statu. bonis. Et licet alterant se Galliarum Primates, non est tamen de iure cautum. Præcedit etiam Burdegalen. Archiepiscopum, vt de hoc est tex. in c. si. de majorit. & obed. & in c. si. de dilat. & tenet Alb. de Rosat. in d. rub. qui dicit, quod Bitur. est Primas in Burdegensi prouincia, & etiam Narbonen. prout facit text. in c. conquis. 9. 9. 3. & de prædictis vide Boerium in dicto sua tract. de præminentia sacri Concilij, & Iacob. Bonaudii in add. ad Iohan. de Terra rubra in suo lib. de vinea. in art. 2. primi tractatus. in 4. conclusione. in glo. in ver. à dexteris. vbi tamen dicit quod Lugdun. & Senon. Bituricen. Archiepiscopum de facto in Conciliis generibus Francæ præcesserunt.

**V**igesimasecunda consideratio. Archiepiscopus in terra Episcopi debet honorare Episcopum. gl. in

l. rub. C. de palat. lib. 12. & ibi, quod reverentia non solum ab inferioribus debetur superioribus, quantoque à superiori debetur inferiori, facit gl. 1. spud. c. 1. f. 1. et manum. Quid quando sunt duo æquales in dignitate, quilibet in suo territorio est maior altero, faciunt, quæ dicit Cæpolla in suo tract. de imperiis. el. g. d. o. ver. pro imperator. col. 12.

**V**igesimatercia consideratio. Episcopi in sessionib. & subscriptionibus in Concilio illum ordinem tenere debent, quem habent tempore ordinationis eorum: Ut, qui primo ordinatus fuerit, primum locum, & qui secundo, secundum sibi vendicet: & sic de ceteris. 74. dist. 2. c. Episcoporum. 23. dist. c. v. & c. 1. Fel. in rub. de manu. & obed. & c. Episcop. 17. dist. vbi Ioh. de Tuccet. post alios. Et sublata prioritate promotionis, quomodo Episcopi, Archiepiscopi, & Primates sedere debeant, vide ample per Alber. de Ros. in rub. ff. de patre bim. quoniam, vt dicit Fel. 1. d. 1. b. de manu. 17. dist. 4. debent sedere, secundum illum ordinem ibi per eundem Albericum positionem & delectum. Et de huiusmodi prioritate promotionis est text. ad literam in l. 1. ne cor. 1. & min. sp. v. 1. & his pecu. 10. in l. 1. C. de præs. facti cubiculi. l. 12. dicam infra amplius: sed vide Lucam de Penna in l. 1. te p. f. l. p. 10. vbi dicit tamen hoc posse limitari, & non esse verum in loco, in quo Ecclesia concessum est privilegium in contrarium, vt est in c. cum amissione de primis. de quibus supra dixi. Et etiam quia iste ordo est ordo temporis, cui præferratur ordo qualitatis. 6. 1. 2. 1. 1. 1. 1. dixi supra in 1. 9. 1. De Episcopis, & potestate eorum ample Flor. in 3. part. sive summa lib. 20. c. 1. & 2.

**V**igesimaquarta consideratio. Episcopi exempti, hoc est, immediate subditi Papæ debent in Concilio generali sedere in altiori loco, quam non excepti. facit c. per tunc. cum l. 1. extra de maior. & obed. Ita dicit & tenet Iohann. Montaigne. in suo tract. de præminentia & autoritate sacri Magni Concilij. in secundaria ratione prime partis. Ex quo videtur dicenda, quod Episcopus de Podio, cum immediate sit subiectus summō Pontifici, quod omnes Episcopos suis prouinciæ præcedere debeat. Sed in conciliis generalibus Galliarum post Primatus attendit semper prioritas promotionis non habendo respectum ad alia, quæ facere possent ad habendam altiorem locam:

**V**igesimaquinta consideratio. Episcopus debet præcedere quocunque sit diœcesis, cum sit culmen dignitatum, notatur in cap. 1. de præd. & per Fel. in rub. de maior. & obed. Abbas in cap. 1. cum Vinton. in 4. colum. de elect. & in cap. 1. venerabilis, in ult. colum. de prebend. & in c. dilectus. in 1. notabili. de concess. præbend. dom. meus Iason in L. imperium. in 4. colum. ff. de iurisd. omn. iudic. Et Episcopatus dicitur honor, id est, honorabilis dignitas, notat Zabarel in c. Ep. 1. de concess. de iurisd. Ita dicitur excellentior dignitas, vt ibi per euon. per c. n. m. n. t. ut elect. Ita quod cu. est in Ecclesia, debet in sublimiori loco sedere in concilio Presbyteriorum. 95. l. 1. l. 1. c. Ep. 2. & dicit Bald in addit. ad Spec. in tit. de iurisd. omn. iud. in verb. super. An tres. quod Episcopus dicitur illustris, & ita etiam tenet in l. nullus mihi nexus. C. de decur. l. 10. & in l. ad similitudinem. C. de Episc. et eternis. Ita etiam tenet dominus meus Iason in l. 1. col. 4. ff. de officio eius cui manda est iurisdictio. Et ibi purpuras, qui multum ample disputat, an sint illustres, an spectabiles Bartol in l. omnes populi. in q. c. an præ. ff. de iusti. et iur. Imo etiam dicitur summus Pontifex. text. in c. si officia. & in c. qui Ecclesiastis. 39. distinct. & cap. Episcop. 18. distinct. & ample per Bertachinum de Firm. in suo tract. de Episcopo, in princip. & etiam in

4.lib.in 1. parte illius 4.libri dicit, quod portat crucem ante se, secundum gloss. in c. si. vi. lue pend. Et aduerte, quod Princeps seu Rex debet ei praebere honorem in assurgendo in aduentu ipsius, & ei iuxta se venerabilis sedem assignare, & sic ad dextram. Ita dicunt Panormitanus & Iohan. Andree in c. folia. de maior. & obed. & Corsetus in tract. de potestate Regia. q. 57. vbi dicit, quod quando accusatur, debet sedere & non stare. dicam infra in 7. part. vbi ponam effectus Illustrium personarum, & est in 3. consideratione. Imo etiam dicitur Serenissimus, in clem. in plenisque de e. est. Imo dicitur Dux, Marchio, Comes, & Rex, notat Speculator in 21. de rescrip. presentia. q. si. ver. sed nnnquid expresso. Et est caput suae diecesis, etiam si alij sint in dignitate politi. notatur in c. cum non licet. de preserif. Imo etiam est caput Capituli. ex ir. de verb. sign. c. cum clericis. notat Innoc. in c. cum dilectio. in prim. gl. de maior. & obed. & de off. ordin. cap. irrefragabili. intelligent, quando non est priuilegium in contrarium, dicam infra.

Et licet sint multi ordines & dignitates in Ecclesia Dei. c. cleris. 21. dist. tamen Papa appellat se Episcopum, eo; quia in Ecclesia Dei nullus est maior ordo Episcopali, vt dicit gl. in precemo 6. in verb. Episcopu. & facit glo. in c. quinquag. 2. q. 7. quæ dicit, quod Episcopus est maior presbytero Cardinali: de quo tamen vide tex. in c. si. Abbatem. de elect. in C. & Gemin. in d. c. quinquag. & in c. 1. in 2. col. de off. deleg. in 6. Bart. in l. 1. §. si quis applicationem. in 1. col. ff. de appell. Domin. in c. 1. in d. 1. imperium. in 4. colum. vide Curt. seniorem. in conf. suo 79. in 2. col.

Aduerte tamen, quod Episcopus deber honorare legatum de latere in vim iuramenti ab eo praestiti. de quo in cap. ego. de iure. & tenet Specu. in tunc. de legato. §. 1. ver. honorandus. Hinc dicit Bertach. de Firm. in 1. tract. de Episcopo. 1. par. quarti libri. Quod inoleuit consuetudo, quod Episcopi assistentibus Dominis Cardinalibus non portant rochetum saltem discooperatum. nec domini Cardinales assidente Papa, nec Praetores ciuitatum baculum iustitiae ferunt assidente praeside prouincie. Quem autem locum habere debet in Capitulo: dic, Quod si est ut Canonicus, non praecedit Capitulum, sed habet secundum locum in Capitulo. Pan. in cap. postulasti. de concess. præbend. Fel. in rub. de maior. & obed. in 3. colum. dicam infra latius in 45. consider.

**V**igesimasexta consideratio. Episcopus Heduen. debet precedere alias Episcopos prouincie Lugdunensis; cum habeat pallium, quod est signum & autoritas Archiepiscopi, in quo plenitudo Pontificalis officij continetur, cap. nisi. extra de usu & autor. pallij. Ita quod post receptionem pallij potest se Archiepiscopum nominare. Notatur ibi, quod priuilegium habuit Episcopus Heduen. à summo Pontifice tempore sancti Siagrij tunc Episcopi Hedu. vt habetur in c. rationis ordo. & c. in ea synoda. c. distinet. Utuntur etiam pallio Episcopus Ipolien. Episcopus Host. primus Cardinalis, Episcopus omnium Cardinalium. vt dixi supra. in 2. confid. & etiam Episcopus Arelaten. c. pallium. c. dist.

Et aduerte, Quod pallium est è candida lana contextum; habens desuper circulum humeros contagentem, & duas lineas ex utraque parte, videlicet ante & retro pendentibus. A sinistris est duplex, & à dextris simplex, & quatuor crucis purpurcas ante & retro à dextris & à sinistris. Et ante & retro infiguntur in Pallio tres acus, quorum nullum vacat mysterio, vt dicit Magister Alexand. de Hal. in 4. Et omnia mora-

libus sunt imbuta mysterijs, & divinis grauida sacris, vt dicit Guliel. in rationali & plenissime Ioan. de Turcrem. in c. Episcopus. dist. dist. & post eum Card. Ale. de verbo ad verbum, recitando verba ipsius de Turcrem. illum tamen tacendo. Sed Archiepiscopus Flor. in sua sum. 3. p. 21. n. 20. c. 4. §. 2. dicit: quod pallium est quoddam ornamentum ad modum Stolæ sacerdotalis cum quibusdam crucibus nigris contextis, quod defertur super alia ornamenta, circumdans pectus, & humeros ad modum coronæ, ante dependens. Et ibi ponit dies, quibus utendum est pallio: & sic domini supra allegati faciunt differentiam, vt videri potest de crucibus in pallio aponendis. Et quomodo sit petendum pallium, & intra quod tempus, vide in ca. quaternam. & c. in star. 1. eadem dist. & de sacramento obedientiæ, & fidelitatis Ecclesiæ Romanæ, praestando in receptione pallij, in c. opitatum. eadem dist. & in c. significati. de electio. Nec potest quis pallium alij accommodare, imo cum eo sepeliri debet, c. ad hec. c. ex innumeris extra de author. & usu pallij.

Et ideo ex praedictis inferrem, quod si Episcopus Heduen. impetraverit pallium à summo Pontifice, ex quo tunc poterit se nominare Archiepiscopum, quod praecederet omnes alios Episcopos non videntes pallio, sed ante receptionem illius sedebit in suo loco promotionis, vt dictum est ante in 23. consideratione, in c. Episcopi in sessionibus, n. c.

**V**igesimasexta consideratio. Exempti, & habentes iura Episcopalia in diecesi tenentur praestare reverentiam Episcopo. Bald. in l. fin. C. de oper. lib. Fel. in capis. conquerente. extra de offic. ord. not. in cap. ii. cum non licet. de pref. Imo etiam Canonici exempti ad reverentiam praestandam diecesano Episcopo tenentur, & possunt cogi. Nam non est dubium, quod Episcopi est maior dignitas, quam sit in Ecclesia. Imo est culmen dignitatum. not. in capit. 1. de pref. dixi supra in 23. consider.

Ideo est maior Canonico, etiam exempto, & ideo reverentiam eidem tranquam digniori debent exhibere. Cod. de offic. refo. is. groum. capu. statutum. extra de maior. & obed. Nec debent irate minoribus, quod maiores preferantur, & quod eis reverentia exhibeat. n. que. 3. c. qui resu. Nam ideo diversi gradus & ordines sunt distincti, vt minoribus maioribus exhibeat reverentiam, vt dicit Lucas de Penna in l. sacri. Cod. de prepof. sacri cubiz. gl. in l. 1. §. si vicarius. ff. de aqua plu. arc. in verb. seruitu. facit l. 3. ff. de alien. mutan. in die. causa facta. Et Canonici debent appellare Episcopum patrem, sed Episcopus debet eos vocare fratres. Panor. in cap. nouit: de his qua siunt à præf. sine conf. Cap. in 3. notabili.

Hinc ex his Episcopus Parisiensis iustum causam habebat contra suos Canonicos. Qui tempore, quo ipse benedictionem dabat populo, nolbant assurge-re, nec ei reverentiam praestare, inflebendo genua, si conquestus fuerit: eo quia tenebantur, nec poterant de iure illud recusare: licet pretendant habere quan-dam exemptionem. Et ita etiam fuit dictum per Curiam parlamentalem Francie.

Credetem, quod decisio Bald. in d. l. fin. C. de ope. lib. eslet vera in exemptis per pactum inter Episcopum, & monasterium factum; fecus autem eslet in c. exemptis per sumimum Pontificem ex priuilegio. Ita alias dicebat dominus meus & præceptor Dom. Thos. Cusanier, legendi Pictauis prædictam legem, quam sub eo audiui, quem postea audiui, esse aduocatum si-calem in Parlamento Burde. De quo semper in mente habui, quod non erat eo maior, & subtilior in iure no-

re nostro in tota Gallia. Nulli tamen tunc milii pro hac distinctione allegavit, sed siccō pēde transit. Sed videtur, quod pīo opinione illius hī; eo quia pactō ius reūtentiale tolli non potest. *I. alio. g. eleganter. ff. solut. matrīor. & ibi dicunt Angel & Imol.* quod licet Ecclesia sit exempta pactō; tamen tenetur ad reūtentiam Episcopō, de quo per Canonistas *n. c. cum venērabilis. de sc̄l. in c. pastoralis. de donatio. & etiam per Bald. in l. fin. per illum text. C. de bonis libert. & in dict. c. eum nōh liceat de prescript.*

**V**igesimalia consideratio. Episcopum hono-  
rare debet Princeps quantumcunque maximus,  
text. est. & ibi Abbas in cap. soluta. de maior. & obed. &  
in c. omnes. & Martin. Laud. in traſ. de dignitairibus.  
versi. o. Iino etiam, vt videmus in concilio Niceno,  
Constantinus Rom. Imp. primum locum tenere non  
ausus est, nec le Proſbyterorum consensib⁹ aſiunge-  
re, sed ſedem nouillimam occupauit, vt refert Poly-  
cratus in libro de rugis curialium & vestigiis philo-  
phorum, lib. 4. cap. 3.

Aduerte tamen, quod Rex p̄fertur, & p̄fendet  
quibuscunque Prælatiſ ſeuda tēnentibus ab eo, ſecun-  
dum Panormitanum in cog. c. cum verum in fin. de foro  
compt. maxime Rex noster Francia, eo, quod oleo  
ſancto vñctus eſt: de quo latius vide infra in seq. part.  
in 31. confid. Imo Episcopi Regni debent ei iurare  
fidelitatem ſeu reūtentiamq; reūtentiam in cō-  
ſilio ſibi referat, declarat Theodoricus Rex, c. con-  
ſilio. g. hinc etiam. 42. diſtri. quod intellige verum ratione  
feudorum & retum temporalium, vt tenet Pa-  
nor. in c. minis. exira de iureſ. quo caſu tēnentur  
p̄fendare fidelitatem. c. iuris. & ibi P. m. o. alijs. de iureſ.  
Bald. in prælatis feudor. Henric. Bohic. in c. fin. ex-  
tra de re iud. notatus in cap. soluta. & in c. dilecti fili. ex-  
tra de re iud. Et in talibus tebus feudalibus Prælatus  
efficitur ſubditus Regi. b. in aliis aut non, ſed reūten-  
tia debitor, dicit Bal. in d. c. minis. Sed etiam quo ad a-  
lia temporalia, licet non ſint feudalia, ſubiiciuntur Re-  
gi. Imo, constitutionibus & ordinationibus illius ob-  
edire tēnentur in temporalibus. Bald. in c. cum veniſ-  
ſent. de eo qui mutatur in poſſeſſ. cauſa reſer. Et ideo vi-  
detur, quod si Princeps aut Rex exigeret collectas  
nouas, ſuper omni temporalitate ſui Regni, pro ne-  
ceſſitate defenſionis ſuā patriæ, quod etiam bona  
temporalia clericorum, & maxime feudalia eſſent illi  
exactioni ſubdita, vt videtur tenere Pet. de Anchāt.  
in d. cap. minis. quod an ſit verum, dicam alibi.

Aduerte etiam; quia regens etiam in his, quæ con-  
cernunt negotia Ecclesiæ, poteſt p̄cipere ſacerdoti-  
bus primi & ſecundi ordinis, vt habetur 4. Rg. 24. vbi  
Rex p̄cepit Elchiæ Pontifici, & ſacerdotibus ſe-  
cundi ordinis. Dicam infra, in 5. par. quando ponam  
de excellentia & p̄eminentia Regum, in 32. confid.  
incip. quilibet Rex ſeu Princeps ſuo Regno. vbi poſui  
de reūtentia p̄ſtanda Regi per Prælatum ante-  
quam adminiſtret.

**V**igesimalia consideratio. Protonotarij partici-  
pantes, cum habeant officiu in Curia, p̄fertur  
tū omnibus Officiatiis post Vicecancellarium, Ca-  
merarium, Pœnitentiarium, & Refereſarium, poſt ta-  
men Episcopos, & ſi ſint Episcopi, p̄feruntur ratio-  
ne dignitatis officij ceteris Episcopis. Quoniam p̄to-  
notariatus eſt dignitas; cum ſint Notarii Papæ. 12. 1. 2.  
c. 2. & c. cū redemptor. 5. q. 1. c. quidam notatur in c. cu-  
pientes. de eleſt. in 6. gl. 1. in c. ſcripturn. de eleſt. Et dicu-  
tur Protonotarij, id eſt, primi Notarii Apostolicæ ſe-  
di, & auctoritas Graece, quod eſt primus Latine. Inde di-  
citur protomartyr, id eſt, primus martyr, vt declarat

gl. in Auth. de tabellio. § illud quoque. colum 4.

Ex quo ergo habent dignitatem. I. maximum. C. de  
excus. muner. lib. 10. I. 1. C. de mand. prin. ip. I. p̄clarām. C.  
de p̄imp. lib. 12. I. 1. C. de p̄apof. labo. lib. 12. I. neque Doro-  
thium. C. de decur. lib. 12.

Iſtud tamen nomen Protonotarius, nunquam ponit  
in Bulla, nec alijs dispositionibus Apostolicis, ſed  
tantum Notariu. Licet in regul. Cancellarie ponatur  
illud nomen ad maiorem excellentiam, vt dicit com-  
mentator, vbi ſupra.

Et iſtud officium in principio Ecclesiæ priuituꝫ à  
Beato Clemente ad ſanctorum martyrum gesta per-  
quitenda atque ſcribenda fuit institutum, vt legitur in  
historia ſancti Clementis Papæ & Fabiani. Et ſunt ſe-  
ptem ordinati, qui dicuntur *Participantes*, qui expedi-  
unt hodie Bullas ecclasiatum & monasteriorum, &  
habent bonum lucrum: hoc eſt intelligendum ante  
Bullam Papæ Pij, & ſolebant p̄cedere Episcopos  
vñque ad tempus Papæ Pij, ſed ipſe Pius mandauit ſub  
Bulla contrarium, & ſic ſeruatur hodie, vt dicit gloss.  
*regularum Cancellariae Apostolicae, in regula Papæ Iulij*  
II. in 3. par. Et vt dicit Lucas de Penna in rub. de Ma-  
gistris ſcriniorum. C. lib. 12. Tales hodie ſunt Secretarii  
domini nostri Papæ, qui ſunt maiores post Vicecan-  
cellarium, & ſunt ſimiles magiſtri ſcriniorum, qui di-  
uerſis nominibus nuncupari poſſunt.

Et extraordinařij p̄feruntur quibuscunque cleri-  
ciſ ſecularibus, cum dignitatem habeant, vt hic ante  
dictum eſt, & rochetum portare poſſunt; dum tamen  
vigilium annum habuerint, alias, non, nec poſſunt  
ante fieri Protonotarij, prout ſtatuit Paulus ſecundus.  
Et etiam quod poſt annum à die promotionis ad or-  
dinem Subdiaconatus ordinarentur, vt ponit Bene-  
dicti in ſua repet. cap. Ray. in verb. Adiecta impuberi.  
in prim. n. 13. Et dignitas iſtorum hodie vilescit propter  
numerum eorum excessuum, vt dicit Abbas Pan. in  
c. 1. priuileg.

Videtur tamen dicendum, quod etiam ante p̄di-  
ctos Protonotarios ſint alij officiarij ſedis Apoſto-  
liæ qui p̄ferantur illis, vt ſunt Referendarij, qui de-  
bent eſſe octo, vt iſta patent ex ordine literar., de quo  
per commentatorem regulæ Cancellariae Iulij Papæ  
II. in 3. par. de quibus Referendariis dicam infra in 7.  
part. in 11. confid.

**T**Rigesima consideratio. Post p̄dictos officiales  
Curia Romanæ ſunt alij, qui ex ordine literar. ſe-  
dere aut p̄cedere debent, ſecundum quod habetur  
in regulis Cancellariae. Post duos Protonotarios eſt  
corrector literatum Apoſtolicatum, cuius officium  
eſt magnum, & valde honorabile in Curia Romana;  
quia corrigit minutias reſcriptorum Iuſtitia, & poſteā  
corrigit ipla reſcripta, & expedit eadem, & mittit ſuā  
autoritate ad plumbum nomine Papæ: & in aliquibus  
ponit nomen ſuum in medio reſcripti à tergo, & deinde  
ponit manum Vicecancellarius, & ſcribit hoc mo-  
do, ſc. mandatur ad plumbum: puta in ſua nobis &  
ſimilibus. Et iſte habet bonum lucrum; quia habet vñ  
taxam reſcripti. Et de potestate ipli reſer. Specula-  
tor in tr. de reſcripti p̄ſentatio. & in tr. de appell.  
& ibi lo. Andri. in additionibus. vbi multa alia de hu-  
iūſmodi officiariis, & vide commentatorem regularū  
Cancellariae Iulij Papæ II. in 3. parte principali. vbi am-  
ple ad quem te remitto. De officiariis Curie Romanæ,  
cum non multū viderim eos in practica, ſed intellexi;  
& cognoui per tres menses, quibus fui in ciuitate Bo-  
no tēpore, quo Iulius Papa II. illam recuperauit, me-  
dio Ludouici XII. Francorum regis: pro quo erat il-  
lustriss. D. Carolus de Ambasie, Locumtenens Regius

In Italia, & magnus magist. Franciae, qui illam subiugauit, & in subiecione Iulij Papæ II. nomine Regio posuit: expellendo Iohannem Bentiuolum, cui tunc assidebam pro auditore, seu Magistro requestarum, & semper illum incoinitatus sum: & illa patria Bonon. subiugata, ibidem remansi in Curia Apostolica per tres aut quatuor menses pro negotiis dicti illustrissimi Domini de Ambasia apud Iulium Papam expediendis, tam ratione officij Cardinalatus, eius fratri huius ciuitatis Heduen. Episcopi, quam multis aliis, vbi aliqua de praedictis officiariis intellexi.

**T**rigesima prima consideratio. Sumendo argumen-  
tum à titulis Ecclesiasticis dicetem quatuor Ab-  
bates generales quatuor ordinum generalium, videlicet sancti Benedicti, Cluniacensis, Cisterciensis, &  
Præmonstratensis, præferti debere omnibus aliis Ab-  
batibus, cum dicantur Reuerendi patres in Christo:  
Alij vero tantum Reuerendi patres. Et sic etiam præ-  
ferri debere omnibus Protonotariis, etiam ordinariis:  
licet Protonotarii deferant rochetum, quod non fa-  
ciunt Abbates: & tanquam quilibet sit caput in suo or-  
dine, ut Abbas Cluniacensis, qui facit caput in ordine Cluniacensi, ut tenet Oldradus *conf.* 204. quod incipiit: *Prima questio est.* Vbi mouetur tribus fundamen-  
tis, quæ videoas, cum sint optima pro autoritate Abba-  
tis Cluniacensis, qui est unum caput in ordine. Et tan-  
quam exceptus in ordine debet precedere omnes quo-  
cunque alias Abbates. notatur in cap. ad *Apostolicæ* 2.  
*de præsuleg.* lib. 6. & in cap. *per iuras extra de maior.* &  
*obed.* dicam infra in 55. *confid.* Et ita exempti Abbates  
possunt in Concilio generali uti mitra auri frigata,  
sed non exempti debent deferre albam & planam. no-  
tatur in d.c. ut *Apostolicæ.* Et ita etiam dicit & tenet  
Nicolaus Eocerij in suo tract. de autoritate & præemi-  
nentia sacri magni concilij. in 1. part. In secunda ratione  
dixi supra in vigesima consideratione huius partis. Ab-  
bates tamen Cistercienses, non sunt exempti: quin se-  
cundum formam sue iurisdictionis teneantur reue-  
rentiam, & obedientiam suis Episcopis exhibere se-  
uata regula sua: ut habetur in c.p. ne *Des.*, & *ibid.* &  
*doct. ex ira de simonia.* Audiui aliquando dicere quondam, quod Abbates Cluniacen. & Cisterciens. ordinu,  
qui sunt duo capita in ordine, in Curia Apostolica  
stant ad pedes summi Pontificis illa sede, in qua le-  
dent protonotarii participantes, & Episcopi: qui in  
hoc videntur præcedere Episcopos, eo, quia sunt vice-  
niiores principal. prælato, & superiori, scilicet summō  
Pontifici, argum. text. in c. *verlectis.* 25. *dissimil.* de quo  
infra dixi in 56. & 58. *con sidera.*

Et adhuc, quod Abbates, habentes tetras, in quib.  
excent iurisdictionem, habent magnam dignita-  
tem, cum & equiparentur præsidib. prouinciarum, &  
sic sunt clarissimi, secundum Baldum in 1. 5. his cun-  
bulis. circa medium. ff. de offi. præfett. præorio. Cred-  
em tamen istos quatuor potius esse spectabiles, &  
equiparari comitibus propter generalem administra-  
tionem in inferiores, quam habent.

**T**rigesimasecunda consideratio. Abbas regularis,  
præfetur cæteris clericis, & non solum clericis  
simpl. cibus, sed aliis constitutis in dignitatibus secu-  
laribus inferiorib. ab Episcopo. Abb. in c. *decernimus.*  
& post eum Philip. Decius. de iudic. Gemin. in c. *fina.* in  
*præs. per illum tex. de offi. deleg.* in 6. vbi dicit, quod  
Abbas præfetur canonici Ecclesiæ cathedralis: idem  
etiam tenet Bal. in c. *pastoralis.* in ver. ext. de offi. de leg.  
dicens, quod magis est deferendum vni Abbari for-  
neo, quam vni canonico cathedralis Ecclesiæ, qui est  
in dignitate, cu p̄ficit Capitulo. Et Canonicus cathe-

dralis ecclesiæ non dicitur habere dignitatem. Dom.  
de S. Gemin. in c. *statutum.* in prin. per illum tex. de re-  
scrip. in 6.

Sed intellige prædicta, nisi Canonici collegialiter  
procederent; quia runc ecclesiam cathedralem repræ-  
sentant: quæ plus aliis honorari debet, vt notanter di-  
cit idem Domin. de S. Gemin. in c. *quoniam.* in prin. §.  
*quoniam.* in 3. *notab. de præb.* in 6. & Fel. in c. *postula-  
ti. col. 7. ex ira de relect.* & in c. *memoramus.* in fin. *secunda  
colun. de accus.* vbi dicunt, quod Canonici ecclesiæ  
cathedralis, præcedunt Abbates in processionibus.  
Ad quod bene facit, quod not. Dom. Abb. in c. *cum  
non licet.* in prin. de præfer. vbi dicit, quod ecclesiæ  
inferiores debent reuerentiam Episcopo, & sic ecclæ-  
siæ cathedrali.

Ex quibus constat, quod fratres minores huius ci-  
uitatis Heduen. male fecerunt in obitu Nobilis &  
potentis viri dom. Francisci Rolin, quondam ballivi He-  
duen volendo tunc ultimum locum tenere cum capa-  
pa, in eorum Ecclesiæ, etiam post Episcopum &  
Canonicos ecclesiæ cathedralis, cum si fuisset ibi Abbas,  
non potuisset prætendere maorem locum in præ-  
sencia Episcopi & Canonicotum ecclesiæ Cathe-  
dralis collegialiter procedentibus, ut hic ante dictum  
est.

Et, quod Abbatia aliis dignitatibus inferioribus se-  
cularibus ab Episcopo preteratur, facit text. in c. pen.  
de offi. vic. in c. *inserviente de offic. deleg.* in 1. 1. de renunt.  
in c. cum dilecti. de elect. in c. ex parte. in princ. de verb. si-  
gnif. & in d.c. *decernimus.* de iud. ibi; Abbates Archidiaconat.  
Vbi ex priori nominatione præfetur Abbas Archidiaco-  
no, & prior nominata, & ex priori nominatione,  
maior dignitas arguitur, notatur in cap. bene que-  
dem. 96. *dissimil.* in c. *quorundam.* de elect. in 6. in cap.  
presenti. 1. prin. de offi. ordin. in 6. dicam infra latius in  
65. *confider.*

Ex quibus sopradictis infert Barbatia in d.c. *decer-  
nimi.* Quod Abbas præfetur Archidiacono cathe-  
dralis Ecclesiæ. Pro quo est decisio Panorm. in c. ex ore.  
in 4. *notab.* per illum tex. de primis. Faciunt text.  
quod præfetur Abbas Archidiacono, cum Prior etiam nominetur. in c. *pn. de dilat.* & in c. *dilectas de offi. de-  
leg.* & in c. *pn. de confir. utili. et inutili.* & in c. *cum opor-  
teat. de accusat.*

Faciunt, que dicit Andreas Siculus, dictus Barbat.  
in d.c. *decessimus.* iam supra plures allegato. in 3. 4. 4.  
col. vbi etiam Abbas præfetur D.ici, cum prior sit in  
nominatione aut habuta. C. e si pro parte. Ibi tamen  
dicit Felia. quod viderut, quod Abbas non habeat di-  
gnitatem, imo solum dicitur habere officium: quod  
an sit verum, vide cum ibi.

Et quoniam iste in pluribus locis enenunt, volo  
ea ampliori stylo tractare. Et primo ponam argu-  
menta pro utraque parte, & responsiones ad argu-  
menta utriusque partis, tum ponam quasdam conclu-  
siones.

Primo ergo videtur dicendum, quod Abbates de-  
beant præcedere Capitula ecclesiarum cathedralium  
ex eo: quia text. in c. *fi. de maior.* & *obed.* ibi: prælatorum  
Burdegæ. prouincia, & cathedralium Capitularum. vbi  
text. præponit prælatos Capitulis cathedralium Ec-  
clesiarum modo Abbates dicuntur prælati. 1. 2. de iud.  
Et ordo scripturæ in dubio est inserviendus. 1. *quoties.*  
ff. de v. suff. 1. generaliter. 5. & si quidem. ff. de fidei. libert.  
1. moribus. 5. prius. vbi dominus meus Iason. post alios. ff. de  
vulg. & pup. subst. 1. cum pater. 5. pen. ff. de leg. 2. c. mandato.  
de precibus. c. pen. in princ. de elect. in 6. 4. 4. *diss. c. si re-  
ctor.* in fi. Fel. in c. cum dilecta. col. 3. de reser. Aret. in confi.

103. Faciunt plura allegat. per D. Præposi. Cardin. in cap. Nicolo. in penult. col. de appell. per Angel. Aret. in s. lices. Inst. ex quibus causis manumit. non poss. & in s. anteherede. Inst. de legatis. & in s. si quis. Inst. de inutil. stipul. Sc dicam amplius de huiusmodi ordine scripturæ. sicut, &c.

Secundo, sic probatur. Nam, ut videamus, ex eodem ordine Abbates post Episcopos nominantur, ut est text. in cap. decernimus. de indic. & in cap. in nomine domini. in princip. 23. distinct. & in Auth. habita. C ne filius pro patre. vbi etiam Abbates præponuntur Decibus & proceribus sacri palati. facit text. in cap. fin. d. offic. deleg. lib. 6. & in rubro & nigro, Episcopum vel Abbatem. & in cap. i. in princip. de hu qui feud. dare poss. & per illum text. i. d. cap. decernimus. i. s. col. 1. dicit Barbatia hoc est sine dubio, quod Abbates præferuntur Canonicis Ecclesie cathedralis: Imo videtur ibi tene- re, quod præferuntur Archidiaconis, & digniores sunt illis: Imo, ut ibi dicit, consuluit, quod Prior perpetuus & Abbas, præferuntur Archidiaconis, Decanis & Canonicis Ecclesie cathedralis. consuluit tamen & dicit, quod in processionibus Ecclesie cathedralis præ- feruntur Abbatibus.

Tertio facit; quoniam Abbas obtinet dignitatem, ut apostolice de primi. lib. 6. ibi: quibus non competit ex propria dignitate. not. gloss. fin. in c. exp. posuit. de corpore vitatu. c. in dem. iuribus. s. veru. de elect. lib. 6. Sed Ca- nonici Ecclesie cathedralium non sicut in dignitate positi, notatur in c. statutum. in princ. de rescript. lib. 6. ibi: habentes dignitatem & habentes personatum. & Ca- nonici Ecclesie cathedralis ponuntur ut diuersi, ad idem cap. i. s. hoc autem ibi: dignitaribus & canonici- bus. de indic. cum similibus. Innocent. in cap. fraternitatem de septentrionis. Hottiens. in summa, tit. de filiis presbytero- rum. s. fin. Barbat. in c. questum. in i. col. de rerum permixt. Sed habentes dignitatem, debent alios in sessione, sententiis; vel opinionibus, & in subscriptionibus & aliis similibus præcellere. lib. i. & 2 ff. de albo scrib. 17. dist. s. hoc quoque notandum. cap. episcopos. vbi Præpositus. de Turre. Genu. & alij. 17. distinct. & digniora præponen- da. Inst. de tur. nat. gentium & ciui. s. vlt. gl. in s. alia. Inst. de bon. vnf. Ad istud posset responderi, quod non vi- detur esse bene determinatum, quod Abbatia sit dignitas, sed potius officium, ut videtur tenere Fel. in c. 2. de iude.

Quarto facit, quia Abbas est de maioribus Eccle- siæ, & aij dicuntur inferiores, cap. si quis deinceps con- tinendo principium cum si. 15. dist. 7. per quem text. dicit Archidiaconus in c. 2. in verb. dignitas. de præben. lib. 6. Quod in odiosis appellatione dignitatis non ve- nit Episcopatus vel Abbatia, eo; quia sunt dignitates primi gradus. Aliæ vero dignitates dicuntur inferiores, & refert hoc tenere Ioan. Monachi Cardinalem in c. inquisitorie. de heret. lib. 6. idem tenet gloss. ordi- naria in d. c. 2. gl. in fin. quod sub illo c. continentur E- piscopatus vel Abbatie. & ita seruat Romana curia, que huiusmodi dignitates in ipsa curia vacantes suæ dispositioni specialiter & expresse refernat.

Quinto, Abbates habent iurisdictionem ordinariam in suis cœnobiis & monasteriis, ita, quod possunt sub- ditos suspendere, interdicere, & excommunicare. cap. quanto. ibi. gloss. not. in gloss. pen. de offic. or. cap. ad no- stram. iuncta subscriptione. & c. repreh. sibi. in fin. de app. & sicut tuis, cum subscriptione. & gl. in verb. anathematis. in prin. de finio. optime tex. inc. nullum. in c. Abbates. 18. q. 2. per Barbatiam. in c. cuius contingat. 32. col. de for. compet. Abbatem in reper. cap. si quis contra clericum. eod. titul. de fero compet. Et, quod amplius est, etiam Abbatissæ habet iurisdictionem. c. dilecta. de ma. & obed. & in cap. deter-

ela. de excess. prælat. Non tamen potest excommunicare, vt ibi notatur. Imo, & prior maior, sive conuentua- lis, habet aliquam iurisdictionem, c. cum in eccl. sua. eod. tit. ex ira de maior. & obed. & ibi doct. Et taliter dicitur habere dignitatem, per text. in cap. nisi esset vari. de præben. Ita quod poterit esse delegatus. clem. 2. de rescriptis. quod non habet Capitulum seu colle- gium Ecclesie cathedralis, cum non habeat iurisdictionem in singulos Canonicos de iure communi; imo Episcopus habet illorum excessus corrigere, & eorum cauias cognoscere. c. irrefragabili. & excess. de offic. ord. nec etiam dignitatem notatur in cap. sta- tutum. de rescriptis, in 6.

Sexto, Abbates debent esse sacerdotes, c. p. t. de eta. & qua. Ita quod ordo presbyteralis est annexus di- gnitati Abbatiali aptitudine, non actu: hoc est, non est necesse, quod tempore promotionis ad Abbatiam sit presbyter, sed debet habere etatem legitimam & alia in sacerdote requisita, & quam primam illam or- dinem recipere. not. Pan. in c. cum in cunctis. s. inferiora. pen. col. circa med. de elect. post gl. valde not. in ver. annex. de ut hi qui. s. 2. de eta. & qual. 10. And. in nouella. in cap. ei cui. in fin. lecture. de præb. in 6.

Sed Canonicatus, & præbendæ etiam cathedralium Ecclesiæ, nullum habent ordinem, actu vel habitu, præter psalmistarum, aut primam tonsuram adiuncta. cap. queru. de eta. & qual. cum ibi notatur per Io. And. & And. de Bus. bonus text. in ele. 2. in princ. de eta. & qual. vbi dicitur, quod tales Canonici non existentes in sacris ordinibus hoc solo puniuntur, quod priuantur voce capitulari: Ratione ergo administrationis & or- dinis debent Abbates præponi Capitulo vel Canoni- cis. cap. statutus. de mai. & obed. cap. fin. de const. cap. cum olim. de consuet. iuncto c. ad hoc. in princ. De offic. Archipresbyte. dicam infra in const. in c. minor ordine. vbi etiam de Archidiacono, qui præfertur Archipresbytero, eo quod est maior administratione, licet Archipresbyter sit maior ordine.

Septimo, Abbates assumuntur per electionem fra- trum vel religiosorum suorum. . . 2. & 3. & c. abh. 21. m. 2. c. quam sit s. alias. ver. defuncto. 18. qu. 2. cap. fin. 16. q. 7. Adeo, quod omnes solennitates requiratae in Electio- ne Episcoporum, debent interuenire in canonica vo- catione Abbatum. c. quia propter in pris. de elect. Ho- norabilius est autem, assumi per viam electionis, aut postulationis, quam per praotionem aut collectionem. Vnde in gratia generali, per quam mandat alicui de dignitate, ad alicuius presentationem, institutionem, collationem, vel aliam dilpositionem quamlibet, non includitur dignitas electiva, sive ad quam quis con- siveit per electionem assumi, ut est text. in c. cum in illis. s. i. de præb. lib. 6. c. 2. i. q. 2. ad hec. & ibi gloss. multum notabiliter in verb. quamvis. eod. it. Canonicatus vero, & præbendæ vacantes, replentur per collationem E- piscopi & Capituli alterutrius illorum, secundum di- versas consuetudines. c. cum in Ecclesiæ. de præbend. lib. 6. not. Panorm. post gloss. in cap. cum Ecclesia Vulterrana. de elect. gloss. in ca. fi. de supplen. negl. pralat. 21. dist. in summa. in glo. s. in prin. & in cap. irrefragabili. s. excessus. cir- ca med. g. off. unica. de offic. ord. facit cap. nulla. s. i. de concess. præb. lib. 6. & cap. ea noscitur. de hu que sunt à pralatu.

Octavo, Abbas dicuntur Prelatus Ecclesiæ. c. 2. de Iud. c. cum ab Ecclesiæ. cum ibi not. de offic. ordin. cap. ut a- postolica. de priuileg. li. 6. clem. 1. in versi. presidenti. de re- script. cap. quanto. in fin. de offic. ord. cap. fin. de regularib. in pr. quasi pre aliis dilati vel lati, secundum Panorm. in d. c. cum ab Ecclesiæ. 1. notabili cum diuersis concordan- tias ibi allegatis. Et pastor Ecclesiæ dicitur, ita, quod

per eius obitum dicitur monasterium viduarum. c. ne pro defunctu. in prin. de electio. in d. sicut. in prin. v. bgl. notabilis in verb. pastores. qui ponit allusionem bonorum & malorum pastorum.

Item pater dicitur cap. vlt. ibi. patres. Abbates de regulis. gl. om. l. 2. in clem. Abbates. de rescript. unde Abbas nomen Hebraicam secundum aliquos, vel Syrum secundum alios interpretatur pater. At Gal. 4. iuncta gl. ordinaria. & ad Rom. 8. c. 23. quæst. 4. c. h. c. autem alias §. ex his omnibus. in fin. sub d. e. Archimandrita Græce, hoc est Principes oculum vel monachorum, qui sunt quandoque lupi rapaces. Not Accursius 1. r. p. 1. Inter charas. in verb. archimandrite. circa med. C. de summa trin. & fid. cath. Auth. de monachus. §. illud. Quæ nomina non inueniuntur imposita Capitulo vel Canonici, nec illorum officio conueniunt. Et cum sint nomina dignitatis & honoris, maxime eum si t appellativa, ab eis augmentum sumere licet, ut facit tex. in §. est & aliud. inst. de donat. & decernimus. ibi. & ipsorum monachorum nomen exposuit. ibi gl. ponit interpretationem verbi. monachus. C. de episc. & cler. & l. 1. in fin. C. de offi. praefecti urbus. ab statu ex ipso nomine. quod praefecto debetur a nomine. & l. defensor. 2. ibi. nominis sui tantum fungantur offi. C. de defensor. ciii. 16. q. 1. c. si cupi. in prin. k. x quo videtur dicendum, quod cum sint maioris dignitatis & honoris, quam Canonici, quod illos præcedete debent.

Nono, Abbates habent multa priuilegia in corpore iuris clausa, quæ non competunt Capitulo ecclesiæ cathedralis, nec Canonici, inter quæ dispensant in pluribus articulis, contra regulas iuris communis, ex quibus Specul. in titul. de alleg. & disp. iur. §. sunt quoque nonnullæ alia persona. vers. alias quoque. enumerauit 35. calus.

Item possunt conferre primam tonsuram, & minores ordines, usque ad lectoratum inclusus, subditis suis, in quibus iurisdictionem habent quasi episcopalem. 69. distinct. c. 1. iuncta gloss. in ver. alia. de suppl. neg. prel. ut. c. cum contingat. & de ata. & qual. c. Abbates. infi. iuncta gl. pen. de priu. lib. 6. facit c. 1. cum gl. in ver. a non episcopis. de ordin. ab Episcopo, qui renun. Episcop. quo. tamen concurrentibus, ut copulatiue interuenientibus, videlicet, quod sint presbyteri, & quod benedictionis munus suscepint. dict. esp. c. iii. co. singat. aut saltem per eos non steterit, quoniam repperint per dictum c. 1.

Absoluunt insuper monachos ab excommunicatio, pro violenta manuum injectione, in personam ecclesiasticam, incursa iuxta determinationem. c. 2. Cap. canonica. & c. cum illorum. de sent. excom.

modo magis priuilegiatus minori priuilegiato preponitur, secundum gl. ordinariam, in ver. priuilegium. c. accusatus. §. sane. de heret. lib. 6. facit c. volentes. de offi. legati. l. fi. ff. de offi. procons. 21. dist. c. denique. facit de priuile. credui. per totum. ff. & C. & qui potiores in pign. hab. l. absidua. cum duab. aurb. sequent. & etiam facit C. de iure fisci. & de priuileg. doct. per totum.

Dicimo, Abbas benedicuntur ab Episcopo: dicitur l. c. & c. cum contingat. supra alleg. c. quoniam. 69. c. memini mus. de accusat. c. inter monasterium. de sent. & re iud. vbi etiam plene tractatur maxime ex Panor. & Fel. An electus & confirmatus, ante benedictionem debeat applicari Abbas, vel electus & idem Feli. in c. eam te. col. 5. ver. tertio restringuntur. de rescrip.

In tantum, quod ista Abbatis benedictio non est simplex, sed mixta inter ordinatoriam, & simplicem, medium tenens: tamen plus participat ordinatoriaz, quam simplici, eo, quod per illum, potestas conferen-

di certos ordines, & benedicendi abbates subditos, confertur, prout not. Ioan. Andr. in ver. ad fac. post Host. ibi in c. tuam. de etat. & qual. in c. meminimus. pre-alleg. in verb. benedictionis. gl. ordinaria plenior de iure, in ver. benedict. clem. attendentes. §. statu monach. Ratione cuius benedictionis, possunt benedicare ornamenta Ecclesiæ, Imagines, Crucem, Libros, & similia. not. Stephan. & Gual. de Lauduno, & Card. in d. §. statu monach. & in d. c. Abbates. vbi Ioan. Andr. in nouella. Dom. de S. Genes. & Philip. Francus d. priuileg. lib. 6. Angelus de Claua in sua summa, in ver. benedictio. §. 1. & 2.

Vndecimo, Abbates dicuntur sponsi, vel mariti spirituales suorum monasteriorum, non sic Canonici, not. gl. 1. post Inno. in c. quia proprius de elect. Non tamē ita proprie, sicut Episcopi ecclesiæ cathedralium. notatur in c. vlt. de postul. pral. iuncta c. si abbatem. de elect. lib. 6. vbi probatur, quod episcopis non potest eligi ad aliam prælatutam, sed bene Abbas.

Duodecimo, Abbates, ut plurimum, ex priuilegio, aut consuetudine, utuntur insignibus Pontificalibus, scilicet annulo, baculo, mitra, sandalibus, & benedictione solenni. c. Abbates. de priu. lib. 6. & c. vi. Apostolice. c. vi. de priu. lib. 6. Quæ non inueniuntur cœcessa simplicibus Canonici, vel alijs inferioribus saltant ita communiter. Et hæc dignitas summe est attendenda; cum illa tendat ad gloriam & honorem maximum, ratione delationis prædictorum Pontificalium, de quibus plene per Specul. in iii. de priuilegiis. §. 1. ver. Abs. 1. Et propterea dicebat Gemin. in d. c. vi. Apostolice. quod plus debet honorari prælatus, qui potest uti talibus insignibus Pontificalibus, quam qui non potest uti subdolis, quod ex majoritate ornatus, quo quis potest uti, colligitur etiam majoritas dignitatis: & hoc dicit esse notandum pro ordinandis Abbatis, in actibus, qui per eos geruntur: Quoniam ex quo utuntur dignioribus insignibus, & majoribus præfulgent honoribus, etiam debent in digniori loco collocaui, facit gl. q. dist. c. par. in moniam. cum text. in §. 1. in tui. de iuriis. & in c. pen. & c. quoniam. de vit. & h. c. cle. vbi ex qualitate, & preciositate ornatorum, augetur dignitatis prærogativa, dicit ramen Luc. de Pen. in vnta. C. 4. uti hebrei in frenis. lib. 11. in 3. col. quod inferiores non possunt præfante maiore dignitate, aut potestate, uti ornamento eius qualitatis, & decoris. quod maiori conuenit: quod not. per text. 1. d. cap. vii. apostolice. quoniam vidi de hoc dubium. Et vide Geminianum in d. cap. vii. apostolice. vbi ponit, quando, & quomodo, & quibus mitris Abbates possunt & debeat uti, & in quibus locis.

Decimotertio, maior idoneitas exigitur in Abbat, quam in canonico Promouendus enim in Abbatem, deber habere 25. ann. notat Panormitanus per illum tex. in cap. cum in cunctis. §. superiora. de elecl. Maior autem septennio, scilicet minor quatuordecim, potest esse Canonicus Ecclesiæ cathedralis. c. superri. ordinaria. c. ibi notatus. de preb. bonus text. cum gl. in c. ex eo. de elecl. l. 6. facit c. ex ratione. & c. inde corum. de etate. & qual. ac etiam moribus. 18. q. 2. c. si quis Abbas in Auth. de monachis. §. 1. col. 1. & in Auth. de sanctiss. Episcopis. §. in beniu. coll. 9. In maioribus autem dignitate, maior idoneitas & sufficientia requiritur, d. c. cum in cunctis. in pris. 1. q. 1. c. vlt. summa. facit l. qui in dignus. ff. de senato. facit quod not. glo. in ver. præsump. in c. scrip. priu. de elecl. Et ex istis fundamētis tenet multi, quod Abbates sunt Canonici Ecclesiæ cathedralis, & ceteris inferioribus dignitatibus Ecclesiæ cathedralis præferendi. Et his motuis mouetur quidam Ioannes

Montaigne, post tractatum de bigamia, qui hanc materiam disputauit. Et licet aliqua fundamenta pro parte contraria faciant, ad illa tamen respondet, & videatur in hanc partem inclinare: ego autem adhuc recitabo argumenta & motiva, pro parte contraria, & tandem quid tenendum, dicam.

Et primo, pro Capitulo Ecclesie cathedralis facit: quia Episcopus & Canonici Ecclesie cathedralis cum statuant unum corpus spirituale & mysticum; cum Episcopus sit caput, Canonici qui simul Capitulum efficiunt alia membra. Vnde Episcopus sine sui Capituli consilio, nihil de spectantibus ad regimen Ecclesie suæ tractare vel concludere debet. cap. non. & c. quando. de his que sunt à prælat. sine censu. u. Cap. Nisi consuetudo legitime prescripta haberet contrarium. cap. non est de consuet. lib. 6. Modo membra caput sequuntur. cap. non licet. in prin. de prescript. leg. cum in diuersis. s. de relig. & fampt.

Et quidam doctor, me existente in studio, male interpretans illam legem, allegavit eam, ad istud propositum: Quod ubi est caput, censetur esse totum: quod adhuc peius, pro doctore, intelligentes scholares, ceperunt eius capones & dimisérant capita. Et cum conquestus fuisset doctor de suis caponibus, accesserunt ad eum scholares, & dixerunt; Domine, vos interpretando leg. cum in diuersis. s. de relig. & fampt. funer. dixisti, quod illa lex faciebat, quod ubi erat caput, censetur esse totum: ideo illam volendo dedicare ad effectum, acceperimus capones, & dimisimus capita. Sed quia videmus, quod nihilominus conquerimini de caponibus vestris, qui censentur esse in loco, in quo sunt capita secundum illam legem: ideo videtur, quod aut illa lex hoc non dicat, aut quod nostræ leges sunt fraudulosæ, aut quod interpretatio vestra non est bona, aut quod indebet conquesti fuistis de dictis caponibus: & propterea deus nobis veram interpretationem illius legis. Qui doctor respondit, quod illam intelligebat solum in suo casu, scilicet in sepultura cadaveris mortui, & non in caponibus: & quod interpretatio scholiarum erat nimis larga, & ultra quam intellexisset dictus doctor.

Secundo, pro hac parte Canonicorum, & Capituli facit. Quia maior est comunitio inter Episcopum & suum Capitulum, seu Ecclesiam, quam cum aliis corporibus vel ecclesiis inferioribus. ca. requisiti. s. si vero. in fin. de refut. Adeo, quod quicquid acquirit Prelatus, sive Ecclesia, vel Capitulo acquirit, ut ibi in cap. i. in fin. cod. iur. c. 2. & 3. de peculio cleric. & c. u. mico. 17. 7. i. in fin.

Tertio, Canonici dicuntur fratres Episcopi, d. c. n. cap. quanto. de his que sunt à præl. sine consensu Capituli. 25 dist. c. esto subiectus. sicut Cardinales omnes dicuntur fratres Pontificis. c. licet tertio. de test. c. 1. de off. leg. cap. fundamento. in princip. iuncta gloss. in verb. fratres. de elect. lib. 6. Et sic Episcopi ac superiores fratres Romanii Pontificis appellantur. c. quam gram. de crimine falsi. Quia ergo Episcopus ut maior ordine, & dignitate Abbates præcedit, in quo nullus habet: ergo & Capitulum suum ratione dictatum cōventionis, & fraternitatis: cum videamus dignitatem, & honorem paternum ad filios transire. l. fœminæ. l. hum. + l. liberos. ff. de senat. l. cum legitime. cum ibi notariis. ff. de statu homin. c. 2. de conuers. infidel. Et facit, quia connexitas & coniunctio, operatur ampliationem priuilegij, ut tenuet dom. meus Iason. & ibi ostendit per multa in l. C. de trans. & dixi in consuetudinibus nostris ducatus Burg. tit. Des iustices, & droitz. d'icelles. s. 4. in gloss. Et sūs homines subiectz. ibi, Additio: Et adiuerte. Sic, etiam vi-

demus, ratione coniunctionis, sive dignitatem, sive nobilitatem descendere in vxorem, & apud eam residere, etiam post eius mortem, quamdiu vidua manserit. d. l. fœminæ. l. 1. s. vlt. ff. de senatorib. l. mulieres. ff. de incolum. l. muieres. C. de dignitat. lib. 12. c. ex parte. vbi glos. in. Panorm. & Felin. de for. comp. bonus text. in c. u. qui. s. fin. de sepul. lib. 6.

Et licet ad ista tria fundamenta videatur responde-re idem Iohannes de Montaigne, quod communio, & fraternitas, existens inter Capitulum, & Episcopum non transfert honorem debitum Episcopo ad Capitulum, sicut frater, aut socius, non transfert honorem, aut nobilitatem, seu dignitatem ad fratrem vel socium, maxime quando Episcopus non est de Capitulo, vt in pluribus, ut dicam in 45 consider. Quoniam; ut etiam dicit, Episcopus non venit appellatione Capituli, probat tubi. de his que sunt à Prelato sine conse-ssione. Capituli. vbi Prelatus & Capitulum ponuntur tanquam diuersa & dicit ess: gloss. in magistrum & singularem in cl. 2. s. illi vero. in verb. tu eiusdem. de etat. & qual. facit c. u. n. u. ne sede vacante. lib. 6. c. postulati. de concess. præbend. cap. à collatione. de appell. lib. 6. quod not. gloss. in c. caus. p. de etat. Tamen sive responsiones, non stringunt ad prædict. i. n. in casu, maxime in quo Episcopus vadit pro clonaliter, & est cap. cum canon. u. quia tuus, cumli. canonicus. Pan. in c. postulati. de concess. præb. Ibi, est tuus tu caput, & Canonici membra, respectantantes sanctam Ecclesiam cathedralem. Non enim licet à capite membra discedere. Ideo statim post Episcopum debent esse Canonici, tanquam membra immediate sequentia caput, & hoc tenet Gemin. & alij in c. quamus. s. quenquam in 3. nos sibi de præbend. in 6. & alij supra alleg. in prin. huius considerat.

Et licet dignitas non transferatur ratione communionis, aut fraternitatis; tamen ratione communionis & connexitatis, quis sortitur priuilegium, seu consequitur priuilegium priuilegiati, vt dixi hic ante: & faciunt infinita, quæ adduci possent. de quo plura per dom. meus Iason. in d. l. C. de trans. & c. Ulta cum faciat, quod ratione connexitatis quis sortitur, seu consequitur priuilegium gloss. & c. postulati. quasi in fin. de concess. præben. Hinc videmus, quod si plures delinquent, q. iorum aliqui sunt clericis, quod ratione priuilegij clericatus, non solum clericis delinquentes sunt remittendi coram indice Ecclesiastico, verum etiam laici delinquentes, cum clericis. Itud est dictum stuperbum Antonij de Prato veteri in l. 2. ff. que sententia sine appell. et. refut. allegatum per Felin. in cap. 1. de prescript. pro hoc facit dictum Birtoli in l. præcipimus. s. eo obseruando. C. de appellationib. dixi plene in consuetud. nostris ducatus Burg. in tir. Des iustices, & droitz. d'icelles. s. 5. in gloss. S'il n'a grace du Prince. versic. antequam tamen ponam illos casus. num. 70. Nam, nulla maior esse connexitas potest. quam sit inter capit. & membra, cum si sit indiuisibilia.

Sed ratione connexitatis, idem debet esse iudicium de uno connexorum, quod de alio. Felin. in cap. translat. in 2. c. 1. & in 17. consequenti. Hinc est, quod sententia generalis extenditur ad cōnexa. Idem, dom. meus in l. si de certa re. in 2. col. in. C. i. translat. & ratione connexitatis, Ecclesia cognoscit de causa profana. Panor. in c. 1. i. ex suscep. in 5. col. ex tra de foro camp. Et ratione cōnexitatis, iudex imperatus supet petitorio, cognoscit de possessorio. Panormitan. in cap. ex co-junctione. extra de restit. sp. l. i. Imo, dictio taxativa non tollit cōnexa. dominus meus Iason in l. actionem. C. de procur. Et si quis se extendat usque ad connexa, dicitur obseruate fines mandati. dom. meus Iason in l. s. Q. z.

procurator ad unam sp. ciem. C, de procurat. Et ratione etiam fraternitatis quis etiam consequitur privilegium, ut dicit Bart. in l. qui iurisdictioni praest. in fin. ff. de iurisdiction. vnu. iudic. Vbi ponit de duobus fratibus tenuis commune habentibus, & unus committit feloniam, propter quam priuari deberet feudo: alter vero non, quod neuter priuatur: quam decisionem sequitur Cor. set. in singularibus suis. in verb. communis. & dom. meus Ialon in d. l. i. C. de transact. alleg. Bald. in cap. 1. quibus mod. seud. admitt. sed non allegavit Bart. dicto loco.

Quarto, pro hac parte facit: quia Capitulum, sede vacante Episcopo succeder in omni iurisdictione Episcopali, sine exercitio eisdem in libera spiritualium & temporalium administratione. c. his que. & ea. cum olim. in fin. de maw. & obed. c. vnu. cod. tit. li. 6. c. si episcopus. & cap. fin. de supplen. negl. pral. lib. 6. elem. statutum. de eleit. cum concordan. Et licet ad istud fundamen- tum respondeatur, quod istud privilegium est tempora- le, durante vacante sedis Episcopalis tantum: & ideo, quod sit honor ratione privilegij impendens, eodem tempore finiti debet, quo ipsum privilegium. Ex quo, ut dicitur, quando sedes vacat, & Capitulum gerit vices Episcopi, præteri debet Abbatibus & inferioribus prælati, per c. precipimus. 14. distinct. cap. sa- ne, le second. de offic. del. quæ not. velin. in rubr. de maior. & obed. col. 5. in primi. adducuntur not. per Iohan. And. in nouella in c. de liberatione. super gl. 2. de offic. leg. lib. 6. vbi dicitur, quod præpositiona Ecclesia Taurini lic ibi maior dignitas post Episcopalem seu Pontifica- lem, eo: quod immediate sedet post Episcopum, con- uocat Capitulum: & similia quæ sūt signa majoritatis: licet Arch diaconus dicta: Ecclesia in mortuo Episco- po gerat vices Episcopi de iure speciali. & ibidem Do- minicus & Philip. Francus & Fel. in d. rub. per. col. in prim.

Sed prædicta nihil faciunt ad propositum: quia ea tantum ratione in hoc casu de iure communi Capitu- lum, sede Episcopali vacante, gerit vices Episcopi: quia est maior, quo ad administrationem Ecclesia cathedralis, quæ est magistra totius diœcesis, post Episcopum, eu sit membrum immediate inhærens capituli. Ideo tanquam habens maiorem dignitatem: inter dant ei admini- strationem, de iure communi. In calibus autem alijs allegatis sunt casus speciales, qui habent dicta privilegia, ex speciali consuetudine locorum: ex quo non de- bent trahi in consequentiam, nec ex illis argendum est, ad quod ex iure communi dispositum est. Faciunt ad prædicta l. quod vero. in l. seq. ff. de legit. vbi ea, quæ sunt singulariter & in fauorem alicuius introductas, contia rationem iuris, non debent in consequentiam trahi. Ex quo, in hoc casu, si ex privilegio speciali com- petat majoritas Proposito: ergo non est dicendum, quod vacante sede Episcopali, competit eidem admini- stratio: quod secus est in casu nostro, cura maioritas in hoc calo competat iure communi: ergo & ratione majoritatis, est extendenda ad administrationem, va- cante sede Episcopali. & in his responsionibus ad pre- dicta argumenta, non ambulat recto pede dictus Iohan. Montaigne, qui voluit fauere Abbatibus in his maxime, quæ concernunt ea, quæ sunt cum Episco- po, vt infra dicetur amplius.

Quinto pro hac parte facit: quia cathedralis Eccle- sia, quam Capitulum constituere videtur, maior gau- der prærogativa, quam Ecclesiæ inferiores, & amplius debet honorari, ita quod in odiosis, appellatione Ecclesiastum ciuitatis, vel diœcesis, non venit, nec inclu- ditur. cap. quatuor. i. 6. quoniam. de preb. A. lib. 6. vbi Dominicus de S. Geminiano colligit, quod in pro-

cessionibus generalibus Canonici debent præcedere Abbates ciuitatis, vel diœcesis, & esse proximiores Epi- scopo, de quo dicto supra dixi in præv. Est enim mat- trix Ecclesia, hoc est, maior, vel mater aliatum Ecclesiastum totius diœcesis 63. dist. 9. ex his constitutionibus, alias est p. cum ero. c. ven. rabil. in fin. de verb. signa. ea. vide res. 12. quest. & est generalis parochia. Vnde possunt diocesani, pro sacramentis recipiendis, & di- uinis officijs audiendis, recurrere ad ipsam. c. apopholira. vbi Hosien. Ioh. And. Zabarella & Anchoran. notant. de donatio. ea. fin. de sepultura. & vbi Panormitanus in prima natali. idem Panorinit. in c. 2. de parochijs. bonus text. in 3. c. vlt. 9. quest. 2. in c. sicut alterius Archidiaconus. & Gemin. in notabili. 7. questio. 4. in c. presbyteri. & quod ibi notant Gemin. & Præpositus 24. dist. c. bona. 12. que. 2. c. violentes. 12. quest. 1. c. licet. iuncta subscriptione. de se- rys. c. si Episcopus. iuncta gloss. 2. de pœn. & remiss. lib. 6. gloss. notabilis in c. officium. de officiis. archipres. gloss. fin. Pauorum. & alij in c. in us. de parent. & remiss. Car- dinal. Florent. in c. em. diudic. 9. statuum. de sepulch- ris. Immo est ita mater & maior: quod etiam non est necessaria in expressione illitis, exprimere nomen sancti, sub quo est dicata, quod tamen secus est in alijs, vt re- net Piepoli. in articulo. presbyteri.

Nec obstat, quod Capitulum solum, non constituit Ecclesiam, sed simul cu Prælator: ita quod Episcopus eſ- setur esse in ipsa ecclesia, & Ecclesia in ipso, vt est text. in c. 6. 7. 7. q. 1. vbi gl. notat, quod modis dicatur Ecclesia, & plenior in c. 6. querelam. gl. 5. ne oraliter vices sunt. Vnde mortuo Episcopo Ecclesia dicitur vacans. cap. cum Ecclesia. de cauf. poss. & proprie. c. ne pro defectu. ea cum Vinton. cap. Messana. de elect. ca. 1. & 2. ne sede va- can. lib. 6. c. quia sapientia. de cle. lib. 6. quia verum est, quod Capitulum non constituit solum, nec Episcopus solum, sed simul constituent Ecclesiam, Episcopus, tan- quam caput & Canonici, facientes Capitulum, tan- quam membra: ex quo mortuo Episcopo Ecclesia ca- thedralis non est extincta, nec mortua, sed solum vi- duata pastore, id est, capite. Quis potestas propter connexitatem remansit p. Capitalum, tanquam proximicos, & magis attingens Episcopo, ex quo ratio- ne huius majoritatis, & coenexitatis, seu propinquatiatis, dicitur maior esse omnibus alijs Ecclesijs: & ideo in maiori dignitate sunt, qui proximiores sunt Episco- po, & dicuntur maiores & digniores. dixi supra in hac parte. in 58. c. 6. id. quæ incip. quereret est de ratione.

Sexto facit pro hac parte: quia Canonici maioris Ecclesiæ dicuntur clerici primi gradus. Alij autem se- cundi gradus vel ordinis. no. Innoc. in c. sedes. in 1. gl. de rescript. & in c. fraternitatem. te sepulturis. Vbi di- cit, quod maior est honor, esse Canonicum vnius Ecclesia cathedralis, quam alterius inferioris etiam collegiate. facit c. statuum. in princ. de rescr. lib. 6. vbi Canonici Ecclesiæ cathedralis possunt esse delegati & summo Pontifice.

Hinc est etiam, quod maior 14. annorum non po- test esse Canonicus in Ecclesia cathedrali, licet maior septennio possit esse in Ecclesia collegiata. regula ca- cellaria 17. & Bald. in marcaria. in ver. Canonico. Imo infamis non potest esse Canonicus Ecclesiæ cathedralis: not. Innocen. & Panorm. in d. c. p. fraternitatem. Ex quo videtur esse dignitas: igitur, &c. Et licet dicatur, quod Abbes non sunt simpliciter clericci, sed præla- ti, pastores, & in dignitate constituti: tamen non est negandum: quia Canonici sunt maiores ordine ex præmissis, cum sint primi ordinis: & quia etiam sunt maiores administratione, cum administrent Ecclesiam cathedralem, quæ est maior quacunque alia, vt di- gitum est: Ideo, & sic sunt maiores, & ordine & admi- nistra-

nistratione, & etiam, quia in adininistrando sunt proximi Episcopo, ideo etiam in digniori loco, ut ex premissis latet demonstratum est.

Septimo, Cætus clericorum secularium est dignior & honorabilior, quam religiosorum, non glo. fin. in c. qualiter. le second. de accus. & dixi supra ample in hac parte, in sc. cons. Nec obstat ad hoc, quod illud erat tempore, quo Abbates & monachi erant solum laici: hodie autem sunt clerici, sicut Canonici, ideo præfuntur omnibus clericis secundum glo. in c. à subdiacon. 14. dicitur. quia, non illa ratione clericus secularis præferetur religioso, quia clericus, sed quia clerici seculares fuerunt primo introducti, & qui fuerunt primi, quam religiosi. Et quia licet vita contemplativa sit fructuosa, quam activa tamen vita activa est inclita, ut dixi in dicta co. fidei. sc. h. e. ante allegata.

Octavo facit, Collegium, & quelibet congregatio, vel viuensitas, videtur honorabilior & dignior, quam persona singularis. facit c. statutum. de electio. lib. 6. vbi appellatione Ecclesiæ parochialis in odiosis, non venit Ecclesia collegiata, licet alias sit parochialis per quod dicit Panorm. in rubr. de vita h. n. c. i.e. quod in materia restringibili, sub nomine clericorum non comprehenduntur Canonici, nec habentes dignitatem, tanquam habentes quandam qualitatem, super alios simplices clericos. Idem notatur in cap. bo. s. extra. de po. in. tr. l. u. in. i. notabili. & in cap. i. de iur. car. Ad principale dictam, facit cap. nobis de iure patron. non habet ius præsentandi Prelatum in Ecclesia collegiata, sed debet eligi per collegium. Item collegium habet multa iura & plures prerogativas; quia potest statuta facere. c. cum omn. & c. quæ in Ecclesiærum. cum ibi notatis. de. onstit. c. cum dilectus. de consuetu. not. Iohan. Andr. & Panorm. in cap. cum consuetudin. eodem rit. q. notabili. in c. constitutionem. de ver. fig. lib. 6. in ver. statutum. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Instit. de iure naturali. gentium & cui. §. i. vbi ample notatur materia statutorum. & per totum. ff. de decreto. ab ordine fac. Et habent alia privilegia, de quibus, quod cuiusque viuensitatis nomine, & de administratione rerum ad ciuitatem pertinenterum, & ad municipal. & in l. ciuitas ff. si certum petat. Quæ non habet singularis persona.

Nec obstat, si dicatur, quod illud procedit in singulari persona priuata, cæteris paribus, sed & Abbas habet dignitatem, & præst corpori, hoc est in monasterio sive congregationi monachorum: & sic licet argumentum prædictum bene concludat, quod capitulum est dignius, & honorabilius singularibus canonicis, nemadmodum totum sua parte, facit capitulo final. de sponsa duorum. ibi: turpi est pars, quæ suo non congruit uniuerso. cap. in toto. cum concordant. de regul. iur. in 6.

Quia, ad hoc responderetur, quod quemadmodum præst pluribus, quam Abbas: & quia etiam maiorem habet administrationem in Ecclesia, quia maiora administrat, & maiori in loco quod dignius, & maius quam Abbas: qui licet præst aliquibus, sunt tamen illi, quibus præst, maiores, quam Canonici Ecclesiæ cathedralis, qui sunt honorandi, & dicuntur habere dignitatem, ad minus equiparantur habentibus dignitatem, quod non est dicendum in monachis, quibus præsunt Abbates.

Nono, Capitulo sive Ecclesia cathedralis, dicitur vxor, sive sponsa spiritualis Episcopi: contrahit enim quasi matrimonium cum dicta Ecclesia vel Capitulo, quod initiatur per electionem, roboratur per confirmationem, & consummatur per consecrationem; sicut

carnale matrimonium accipit initium in desponsatione de futuro, robit & firmatatem, in prolatione verborum de praesenti, & consummationem in carnalia commissione c. cum inter canonicos. circa med. de elect. c. inter corporalia post princip. de translat. Episcop. cap. sicut vir. 7. questio. i. dixi in consil. ducatus Burgund. in tit. Des droitz & appartenances à gens mariez. §. i. in glo. Apres la consommation. Modo vxor vel sponsa, de praesenti coruscat radiis mariti, vel sponsi. l. mulieres. Cod. de incolum. lib. 10. & l. mulieres. Cod. de dignitat. lib. 12. Sicut ergo Episcopus præcedit Abbatem; ita & Capitulum vel Ecclesia cathedralis. Nec obstat, quod dicit, quod illa iura loquuntur tantum in matrimonio carnali, & non sunt extendenda in matrimonio spirituali: quia alias sequeretur, quod Ecclesia dispensaret in casibus, in quibus Episcopus dispensat; quia istud est absurdum: quoniam cum hoc, scil. dispensare & alia, que concernunt dignitatem Episcopalem, seu officium Episcopale, coipetant Episcopo ratione officij Episcopalis, non extenduntur ad eius vxorem, seu sponsam. Sicut nec etiam in matrimonio carnali, que competit marito ratione officij, non competit eius vxori: Cum feminæ ab omnibus officiis sint exclusæ: sed solum ea, que competit ratione honoris, & præeminentiæ, in quibus non est dubium, quod hæc competant vxori; ergo de similibus ad similia arguat; & idem erit in matrimonio spirituali, vt idem honor & reverentia, que debetur Episcopo præminentie, post eum debeatur sive vxori, seu sponsæ. Et quicquid dicatur bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, cum æquiparentur. Panorm. in c. innocentius. §. col. angl. de elect.

Decimo & ultimo, Abbas est monachus, ea. cum ad nostram. c. cum causam & c. offi. & cap. cum magistrum. de elect. cap nullus. de elect. lib. 6. & venit appellatione monachorum. c. fin. de simonia. Sed monachus, per ingressum religionis, amittit nobilitatem & dignitatem, secund. gloss. in cap. script. 27. quest. 2. in cap. fin. in verb. personarum. de statu monach. cap. 1. in gloss. fin. de pur. cano. & vbique Abb. & Felin. quia approbat in cap. viuer dilectos. colum. 3. verb. & ista limita de sive instr. cap. super literis. col. 7. ver. 2. de regul. de rescriptis. in cap. sane. ie. second. in fin. de off. deleg. & in cap. cum deputati. 1. col. de iudic. dom. meus Iason in l. prescriptione. in 3. colu. C. si contra ius vel uti. publ. non perdat iusta sanguinis, vt in apostilla eiusdem ibi:

Nec obstat, quod illæ glossæ sint reprobatae; quia veritas est in contrarium: licet quodammodo ex eo, quod istud est iuris, excusat sicut quidam monachus, qui dixerat se nobilem: quoniam, ex hoc non fuit sua interpretatio subreptitia, cum his quæ sunt iuris, si Papa, hoc non obstante concedat, videtur dispensare, vt dicit Ludo. Rom. in singulari suo 37. incip. virum nobilis. allegatus per dom. meum Ias. in d. leg. prescriptione. supra alleg. ut.

Ex quibus concludo, quod Abbates debent supersedere Canonicis Ecclesiæ cathedralis, nec debent eos precedere, maxime, quando processionaliter incedunt. Maxime cum etiam nomen Abbas est potius nomen sollicitudinis, quam ordinis vel honoris. gloss. fin. circa medium. in c. tuam de stata & qualit. & ibi originaliter dictum Innocentij in fine sui apparatus. Non debent ergo curare Abbates, vel religiosi, de honoribus vel prælationibus, sed humilitatis, excellentiæ gradum tenentes minoribus & inferioribus se subigere debent, secundum ea, quæ notat gloss. fin. in cle. 1. de religios. domib. Et statim tenent multi, & tenuit eam Philippus Decius in suis consilii, consi. 165. in 2. volum. ubi

*fun. 52. tantum confitit.* Et hanc credo esse veriorem de iure, quicquid dicatur. Et ita, quasi universaliter legitur: maxime in regno Francie, ubi semper Ecclesie cathedralis praefertuntur in quibuscumque processionebus & aliis actibus Ecclesiasticis.

Et quae dicta sunt de Abbatibus, habent locum in Commendatariis; cum sint eisdem dignitatis; sicut Abbes & Prioris: ex quo hodie (ut communiter videmus) habent admodum illustrationem perpetuam, & sunt administratores, ita quod de fratribus libere disponere possunt, prout veri Abbes & titulati, & quibus (ut communiter) committitur cura monasterij, in spiritualibus & temporalibus plenarie. Et hoc modo, ita loquetur de Abbe, habent locum in Commendatario: ut dicit Pino. in c. querelam. de elect. in l. not. ita tenet per plura Barbaria in cons. 2. 2. vol. Et dixi in calu emergenti, in commentariu nostro, ad consuetudines duabus Burgundie. Des successions des bastardz. s. 5. in consil. ut desiratio. vers. sed nunc. ex quo bona. Et ita etiam videtur Purpur. in l. numer. 271. ff. de officio eius cui mand. est iuris.

**T**rigesimatercia consideratio. Sicut Abbas debet preterri ceteris dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo: Ita Praepositi, qui est loco Abbatis; cum idem de Praeposito iudicetur, quod de Abbatie, ut notatur per Panorm. in cap. cum illorum. cum et. in ver. Abbarum ext. de sent. excom. Secus vero, si Praepositus non sit loco Abbatis: quia simpliciter consideratur; quoniam tunc Archidiaconus Praeposito praefector, not. Bal. in consil. no 331. 1211. A. bishucon. s. in 3. volum. quod tamen non obseruatur in hac nostra civitate Heduene. in ecclesia cathedrali; quoniam etiam Praepositus illius ecclesie cathedralis praedit Archidiacono praedictae ecclesie, ut infra videri potest in 41. consil. incip. praepostura videtur maior.

Sed aduerte; quoniam in his inferioribus dignitatibus multum attendit consuetudo Ecclesie, ut dicit Pet. de Anch. in cap. 2. & fin. de statu monach. & Barba. in consil. 5. in 2. vol.

**T**rigesimaquarta consideratio. Abbas, si depositit dignitatem Abbatatus; quia remanet monachus illius monasterij. Pan. in cap. sicut ex literis. in princ. de iure iur. & in cap. cum ad monasterium. & ibi aut. de But. de statu regular. Fel. de Sen. in consil. suo 19. incip. quidam monachus. Fel. in d. c. sicut ex literis. in vers. terij debet. debet habere primum locum in choro & in concilio, Fel. in c. qua ecclesiarum. col. 34. versi. Fallebit quanto seu declaratur. de const. & hoc in memoriam pristinæ dignitatis, de qua etiam per eundem Fel. in c. super literis. in 18. col. de scriptis. & dom. meus Ias. in l. 3. in 3. col. ff. de acq. puf. Purpuratus in l. 1. col. de off. eius cui mand. est iuris. quod intellige prout intellexit Fel. in d. loco, dummodo non culpa sua fuerit depositus ab officio; quia hoc calu non tenebat primum locum.

**T**rigesimaquinta consideratio. Quae dicuntur & dicta sunt de Abbe, idem dic de Abbatissa, cum etiam habeat dignitatem. cap. indemnitatis. de elect. in 6. cap. 1. de atate & qualitate. cum Abbatia dicatur dignitas. Geni. in cap. 2. column. 3. versi. super 2. dubio. de prob. in 6. Joan. Monach. in c. inquisitores. de heretic. in 6. Legistæ habent text. in leg. generali. C. de sacros. eccl. Fel. in cap. membrinum. in 2. co. um. versi. ulteriori quero. de accus. Non, tamen habet potestatem excommunicandi moniales. Joan. de Turrecrem. in c. verbum Dei. de penitentia. ai. 1. etiam si esset consuetudo. Fel. in c. dilect. c. 2. versi. amplius etiam de maior. & obed. maxime si praest. Abbatie habenti terras, in qua iurisdictionem exercet; quoniam in administrationem æquiparatur

Abbatii, & dignitatem habere dicitur. Bald. in cap. 1. qui feudum dare possunt. colum. 5. & iurisdictionem exercere potest. Panorm. in c. dilecta. in secur. do notab. de maior. & obed. & comprobatur. Dec. in c. cum dilecta. de confirm. utili. vel inutil. col. 6. & in l. secundum ff. de reg. sur. Et quæ dicta de Abbatilla, idem in Priorilla, ut in sequenti consideratione patet.

**T**rigesimasexta consideratio. Quæ dicta sunt de Abbe, habent etiam locum in Priorie; quia habent locum Abbatis, & est principalis Prelatura in ecclesia regulari collegiata: & Prior ibi ponatur per viam electionis, ut dicit gl. not. in c. et. in prim. in verb. L. tera. de lupi. agl. p. 2. In Priori conuentualis dicitur habere dignitatem. in cap. 1. est. in 1. de prob. & colum. 2. cum gl. in verb. conuentualem. de rescript. Et sunt apud nos Prior S. Symphoriani Hedue. Prior. S. Saturnini de Bosco. Prior de Barro regulari: qui per electionem ponuntur, & efficiuntur ibi Prioris; quia tales debent procedere in sedendo clericos secularis & canonicos ecclesie cathedralis: ino etiam alios clericos inferioris dignitatis ab Episcopo. Intellige tamen semper, ut dixi lupia in consil. 32. in c. Abbatis regulari. Damna non Canonicis ecclesie cathedralis non incedant collegialiter, sed sint in concilio provinciali, aut etiam in concilio generali vocati.

Idem ergo etiam in Priorista, quemadmodum praetextum est lupia in Abbatissam; quoniam tota vis consistit, an praetit monasterio habent iurisdictionem in terris subditis, ut sic procedat æquiparatio Bald. in d. c. 1. qui feud. dare possit. Et facit; quia dispositio loquens de Prelatis, quæ comprehendit Abbatissam, verificatur etiam in Priorista, ut tradit Fulgo, in c. 121. in c. presupposita Bulla sanctissimi, quem ad hoc aileganit Purpuratus in l. 1. n. 271. ff. de officio eius, cui mand. est iuris.

**T**rigesimaseptima consideratio. Decanus in ecclesia sua est maior dignitas post Pontificalem dignitatem, secundum Calixtum, quem allegat Zodericus Zamorensis. in sua Specie humana vita, lib. 2. cap. 13. ubi ample loquitur ad propositum. De Decano ecclesie cathedralis dicit: quod Decano post Pontificem maior & principalior cura, & collegi administratio cogruit: & proximior est Episcopo dignitate, & honore, cui propinquior est in concilio, & auctoritate. Ipse collegium nec non personas ac res collegij judicat & tractat. Hinc in Exodo, iudicantes in iuris iustitiae Decanus constitui iubet, Ex quo, ut dicit, Sacri Canones venerandam eam dignitatem decreuerunt. Est enim caput Collegij, de quo scriptum est: Constituit enim Dominus in caput, non in caudam, quod ceteris corporis membris auctoritate & iudicio praecellit, idque primitus loci in Ecclesia iudicat. Habet denique Decanus in collegio & Capitulo primam vocem, primas salutationes, primos recubitus. Haec sunt verba Zoderici, qui postmodum ponit eius calamitatem & miseras, quas vide: & intellige predicta de Decano Pontificalis Ecclesie, qui alias est ab Archipresbytero, ut dicit Joan. de Turrecrem. in cap. 50. d. 1. Et tales habent primum locum, ut dicunt domini de Rota, dec. 47. in c. fuit dubium in noua. dicam infra.

De his dignitatibus sequitur: quomodo una præferatur alteri. Multum attendit consuetudo; quoniam, ut dicit Boeti. in suo trattatu de autoritate, & præeminentia sacri magis consilio, consuetudo in hoc multum operatur. secundum Fel. in rubr. de mai. & obed. in 5. col. & videatur Card. Flo. in consil. suo 33. & in consil. sur. 63. et quid de iure, ponit diuersos text. Boeti. in loco hic ante allegato.

**T**rigesima oœta consideratio. Priores, Rectores, & Preceptores, Præpositi, Thesaurarij, & alij seculares habentes iurisdictionem, & qui præsunt Ecclesiæ collegiatae dicuntur habere dignitatem, ita quod ceteris clericis secularibus sunt præferendi. Paulus de Lezza. in elem. 1. de eleg. & in ele. ne in agro de statu reg. 1. ad domini de Rot. decisi. 173. secundum meam notationem in sententia etiam Canonicis Ecclesiæ cathedralis, cum non habeat dignitatem, ut supra dixi in 32. confid. incip. sibbas regularis. Et tamen tales habent dignitatem, itinmo etiam dicuntur Prælati. cap. cum ab Ecclesiis. ibi bona gloss. in c. 2. de iudic.

Ex hoc inferitur, quod Præpositus nostræ dominæ Heduen. Decanus nostræ dominiæ de Belna: Decanus sanctorum Andochij, Typhi, & Felicis de Sedeloco, Decanus S. capellæ Divisionensis, debet præcedere Canonicos Ecclesiæ Cathedralis: intellige semper non procedentes collegialiter, sed de per se. Quoniam si collegialiter procedant, quoscunque alios totius diœcesis præcedunt, secundum quod iam supra dictum est in 3. confid. incip. Abbas regularis.

**T**rigesimana nona consideratio. Archidiaconus in Ecclesia tanquam oculus Episcopi est maior post Episcopum de iure communi: ut est text. in c. aa hac. & c. mandamus de officio. Archidiacon. & ut dicit Zodericus in suo sp. culto humana vita, lib. 2. cap. 14. Dignitas huius nec prerogativa est, nec infimum honoris gradum habet dignitatem illius, de quibus ample in iuribus hic ante allegatis. Intellige tamen, nisi in consuetudo in contiariem, ut infra dicatur in sequenti consideratione. & vide Boerium in tract. suo de auctoritate & præminentia sacri Concilii, in vbi dicit multum esse attendendam consuetudinem loci in talibus officijs, ut supra dixi.

**Q**uadragesima consideratio. Thesauraria de consuetudine potest esse maior dignitas in Ecclesia, si habeat administrationem rerum, aut prælationem, & prerogativam in Choro & Capitulo: seclusa tamè consuetudine, & reputatione Ecclesiæ, De iure communi non sonat in nomine dignitatis: sed Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, etiam nullâ habeat iurisdictionem sonant in dignitatem secundum Innocentium in cap. de iuris, de probend. Qui Archidiaconus de iure comuni est immediatus post Episcopum in cathedrali Ecclesia tanquam oculus Episcopi, & in multis gerens vices illius, cap. ad hac. & c. mandamus. de off. Archidia. Ita tenet domini de Rota decisi. 172. in nouis & dixi hic ante. Et de statu huius thesaurarij, & eius miserijs, oneribus, calamitatibus, & afflictionibus, ponit Zoderic. in dicto suo Spec. humana vita, lib. 2. c. 16.

**Q**uadragesima prima consideratio. Præpositura videtur major dignitas de iure, quam Decanatus, quia alijs proponitur. cap. quinque. de verbis signific. Dicit tamen Innocent. in cap. de multa. de probend. & Archidiaconus in cap. 1. de consuetud. lib. 6. Quod de iure non est dignitas: nec etiam Decanatus, domini de Rota decisi. 442. in nouis.

Si tamen Præpositura Ecclesiæ collegiatae habeat præminentiam in stallo chori, ac loco, ac voce capituli, & administrationem, censetur ibi principalior dignitas: ut videri potest amplius in decisi. Rota, decisi. 451. vbi ample ponit signa ad cognoscendum, quam dignitatem habet Præpositus, & quam Decanus, & quando vna dignitas est major, quod cognoscitur ex præmissis, videlicet ex prerogativa, iurisdictione, vel administratione, ex præcedentia in choro seu in Capitulo, & processione.

Et potest etiam ita se habere consuetudo, quod di-

gnitas præpositurae in aliqua Ecclesia sit maior Archidiaconatu: vt tenet Ivan Andt. in ea. fina. de off. decisi. in 6. qui dicit ita se consultis est in addit. ad Spec. in rnu. de probend. & ita refert & sequitur Balba. in conf. 5. in 1. vol. Et istud est adhuc in ecclesia Heduuen. Ibi dignitas præpositurae est tertia, post Decanatum, & Cantoriam, quæ sunt duæ prime post Pontificalem dignitatem. Olim tamen fuit prima: quia non erant dignitates Decanatus, & Cantoriarum, tempore sancti Leodegarij Episcopi Heduuen. quo tempore dignitas Præpositurae erat prima post Pontificalem, ut constare potest ex creatione octo Canonicorum, per eum ibi facta, & fundatione corundem.

**Q**uadragesima secunda consideratio. Dignitas canonicatus est prima post Decanatu in ciuitate Heduuen. Et hoc tam ex consuetudine, quam ex statutis eorum, & ordinationibus illius Ecclesiæ: quod potest introducere consuetudo, ut hic ante in: duabus aut tribus considerationibus præcedet ibi. & Fel. in cap. statutis. de rato. & obed. Et, ut dicit Zodericus in suo speculo humana vita, lib. 2. c. 15. Cantor siue primicerius singulis honoris, & dignitatis prerogatiua in Ecclesia fungitur, cuius ministerium ad celestes laudes, ad cultus divini augmentum ordinatur hic, ut canonica tradit institutio. Acolytos, & ceteros Ecclesiæ inferioris gradus, ac ministros ad diuina dirigit officia canendi & legendi hymnos, & Psalmodiam præuidet atque instruit, & quicquid diuinæ laudis in communione decantatu, per eum sollicite præordinatur: Psalmodi ordinem, orandi modum ipse committit. Negligentes, aut discolos punit: & eius oneri incumbit, ut diuina officia graviter & ordinate Altissimo personantur. Ut iuxta Apostolum omnia secundum ordinem fiant in Ecclesia. Tanto igitur Cantoris dignitas apud Deum dignior acceptiorque est, quanto principalibus celestibus laudibus occupatur. Ex quo videtur, quod cum Cantor Hedu. solū exerceat officium in festis principalibus, & solum quando Episcopus & Decanus faciunt officium, quod dignius est eius officium. Et quæ alia competant Cantori Heduuen. vide Old. in conf. suo 166. in cap. factum est tale. vbi dicit, quod Scholas ciuitatis & maioris partis diœcesis confert. Alia de officio Cantoris vide per Zodericum vbi supra.

**Q**uadragesima tercia consideratio. Maior autoritate præfertur, & ideo Decanus, Cator, Thesaurarius aut Præpositus, vel Archidiaconus præfertur Canonicus, etiam antiquiori propter eius dignitatem, licet sit posterior promotione, ordine vel ætate: quia claritas tituli denotat claritatem, & præminentiam honoris. Ioan. de Imo. & Ang. in leg. qui soluto. ff. de her. insti. facit quod dicit Arch. in cap. quoniam 16. dist. vbi infert, quod vna synodus licet posterior tempore præfertur alteri propter maiorem autoritatem. facit text. in c. placuit. ver. propter. & ibi nos. gl. ead. dist.

Hinc videmus, quod licet aduocatus hisci sit posterior tempore in pluribus locis, & in promotione, & etiam in ætate junior: tamen ratione autoritatis, quia clarissimus, imo spectabilis, prefertur omnibus alijs aduocatis existentibus in sua sede & prouincia, etiam si sint antiquiores, & prius promoti, & dicam infra in 7. part. in conf. 33.

**Q**uadragesima quarta consideratio. Minor ordine, sed maior administratione prefertur maiori ordine in loco administrationis: ut est in Archidiacono, qui ratione administrationis censetur maior Archipresbytero. gloss. in c. deliberatione. de o. l. in 6. Et ideo dicit Dominicus de sanct. Geminiano in c. E-

*piscopus.* 17. *distin.* quod Archipresbyter in diuinis Archidiaconum præcedit, non autem in alijs. *cap. 1. de etat.* & *qual. cap. 1. 2. & 3. 6c. distin.* *cap. 1. de officio.* *Archipresbyte.*

Vnde extra missam præcedit Archidiaconus in loco, in voce, in iurisdictione, & similibus. Et sic intelligenda est glossa. 1. & ibi text. in *cap. 1. de officio.* *Archipresb.* *Ioan.* *de Anania in cap. ad liberandam de Iudeus.* *col. 10.* Et de hoc vide plene per *Barba.* in *conf. s. o. 5. in 2. vol.* vbi ample disputat hunc casum, & infra in *7. par. in 39. confid.*

Sic etiam videmus in Rectore studij, qui præcedit Episcopum scholarem in ipso studio, ut dicit *Abb. Pan.* in *c. auditis. col. 3. de concess. præben.* quod intelligendum est in his, que tangent administrationem sui officij, patata sedendo in collegio, sed extra collegium semper Episcopus debet præcedere Rectorem.

**Q**uadragesima quinta consideratio. Existens in maiori dignitate qua sit locus, vbi est, non præcedet omnes de illo loco, maxime, quando ibi ut unus de loco. *Abb. Pan.* in *c. postulati. de concess. præb.* qui ponit exemplum de Episcopo existente in Capitulo, ut Canonicus: quia non præcedit Capitulum: debet tamen habere secundum locum: intellige, si sit Episcopus illius Capituli, alias sedere debet in loco. Hinc eit etiam, quod licet Canonicus alicuius Ecclesie cathedralis sit vicarius Episcopi eiusdem ecclesie: tamen sedebit in choro, & Capitulo ipsius ecclesie in loco alias suo. *Geminianus* in *c. a collatione. ad fidem appellat.* in 6. Quod autem Episcopus est in Capitulo, ut Praelatus, aut ut Canonicus, vide in glo. in *d. c. à collatione.* vbi dicit, quod quando est in primo loco & ei primo scribitur: tunc est in Capitulo, ut Episcopus, & caput Capituli. Quando vero non est in Capitulo, in secundo loco, & scribit post alium: tunc est ibi, ut Canonicus, ut est in Ecclesia Heduensi. vbi non scribitur, Episcopus & Capitulum, sed Decanus & Capitulum. & ideo est ibi, ut Canonicus. de qua gl. vide *Pan.* in *c. postulati. de concess. præb.* vbi dicit, quod Episcopus est Canonicus de iure communi: & vide *Fel.* in *cap. irrefragabilis. 9. excessim. de offi. ord. in 6* vbi ponit, An Episcopus habeat iurisdictionem in Canonicos.

**Q**uadragesima sexta consideratio. Quod Vicarius Episcopi existens in actu, in quo est ut Vicarius, sedebit in loco maioris. *d. c. præcipitamus. 93. distin.* quem text. in hoc extollit Ludo. *Ro. sup. suo 34. c. incip.* & dicit *Pan.* in *conf. 22. in c. fuit a me postea quasi sum. in 1. vol.* quod non valer consuetudo, quod Archidiaconus præcedat Vicario Episcopi. & in *conf. 21.* ponit, quod Archidiaconus non est maior Vicario: Imo, Vicarius est maior: quoniam, ut dicit, est in maior iurisdictione, ideo præferendus in sessione. *c. statutus. 17. distin. 9. 6. & c. seq.* Et etiam dicitur associari Episcopo in iurisdictione, ut dicit text. in *c. in nonatione.* 16. 9. 17. ergo præferendus est post Episcopum omnibus diœcesanis. arg. in *c. recolentes. de statu regul. c. cum in tua diœcesi. de sponsalib.* maior est honestior, ut dicit text. in *An. ben. de defen. eius statutum. 5. nos querit.* sed Vicarius Episcopi præstet melioribus: quia etiam Vicario, & omnibus de diœcesi, ut dictum est, & habet iurisdictionem ordinatam, & Archidiaconus nullam nisi ex consuetudine in duobus, ut ibi dicit. Cum ergo sit maior Archidiacono præferendus est: & ideo, ut concludit in *c. filio sequenti,* non valeret consuetudo, quod Archidiaconus preferatur Vicario Episcopi, tanquam omni iuri contraria. Primo iuri diuino, ut colligitur ex *c. ad huc 69. 4. & ordini naturali.* ut colligitur in *c. est ordin. 33. 3. 5.* & iure Canonico, cu majori in administrâ-

tione præferendus sit iure ciuili, ut colligitur ex *l. vi graduum. ff. de munere. & honor. c. l. 1. ff. 1e alba scrib.* Ergo imprescriptibilis, & potius dicitur pestis. quam consuetudo, iuxta ea quæ habentur in simili in *c. ad noct. am. in tex. c. gl. te probat.* & etiam contra honestatem: & ideo non valet *c. cum decorum. extra de vita & hon. cler.* & etiam contra rationem & contra pri-  
mum gradum humil tatis, ut probat *Panor.* in *d. c. si. 22.* quem sequitur *Fel.* in *c. st. uniuers.* *extra de mato. & obed.* Hæc tamen consuetudo est in diœcesi. Heduensi, vbi omnes antiquiores in promotione præcedunt Vicarium, & officialem Episcopi, nisi habeat aliam dignitatem.

**Q**uadragesima septima consideratio. Inter plures eiusdem dignitatis & nominis præseruntur, qui in maiori loco habent dignitatem & nomen, ut inter plures Canonicos præseruntur, qui sunt Canonicici in ecclesia cathedrali Canonicis ecclesiæ colligantur. Inno. in *c. fraternitatem. in fin. de donat.* facit *c. statutum. de rescript.* in 6. *Fel.* in *ruber. de maior.* & *obed.* facit *c. ap. quamvis. le premer. de præben. lib. 6.* & facit dictum Inno. singulare in *c. sedes Apostolica.* in *1. sua gl. de rescript.* vbi dicit, quod Canonicici cathedralis ecclesiæ possunt dici clerici primi gradus, alij autem dicuntur cletici, secundi gradus. Rationem huius assignat Nicolaus Boerij in *suo tractatu de autoritate, & preeminentia sacri magni Concilij, in secunda ratione primi articuli.* *1. eo.* quia ut dicit, ecclesia cathedralis est matrix & communis omnium diœcesanorum, adeo, quod ad illam singuli, verius, quæ sexus clerici & laici pro sacramentis recipiendis, & diuinis officijs audiendis recurrere possunt sine proprij curati autoritate, & sine iniuria, & licentie: Cum tota diœcesis sit ipsi Episcopo parochia, & Episcopus concurreat cum omnibus curatis suis diœcesanis, in curæ animarum exercitio, licet non in iuriu parochialium perceptione totali, sed bene particulati, inspecto iure communi, quo Episcopus habet quartam omnium decimatam, intra suæ diœcesis fines obuenientium. Hæc omnia, ut dicit, probantur in *d. cap. quamvis. 5. quam. de præb. in 6. in c. Apost. in prin. de dona. c. parochiano. utroque Abbas. de sepultur. iuncto c. vt. & 3. de parochiis. c. cum contingat. de dec. c. conquerente. de offi. ord.* Et intellige prædicta, quod tales Canonicici præcedunt omnes alios Canonicos, etiam si sint æquales in redditibus, etiamsi sint Canonicici capellæ Regiæ seu palati regalis, & si simul incedant Canonicici Ecclesiæ cathedralis debent tenere manum dextram, & alij manum sinistram, ut dicit Nicolaus Boerij in *locis supra alleg. ver.* Et deinde seculares. Sed his temporibus nostris Christianissimus Rex noster Franciscus I. impetravit à summo Pontifice Leone Papa X. privilegium tale, quod Canonicici suæ capelle ordinariæ præcederent omnes Canonicos totius Regni, etiam Ecclesiæ cathedralium, & metropolitarum.

Et aduerte, quod Canonicici Ecclesiæ cathedralium, in Francia in hyeme habent tegumentum in capite pro ornamento eorum, quod dicitur *almutia*, quæ sit diversis modis, ut dicit Card. Zabarella in *c. 1. col. 2. de statu monach.* quasi in tota Gallia fuit ex pelle grisea de sup. & intus ex pelle varia, quæ apud nos dicitur, *Mena ver.* In ecclesia vero cathedrali huius civitatis Canonicici habent dictum ornamentum ex grisea pelle, seu Penna: alij vero Canonicici, Ecclesiæ cathedralium collegiatarum ex pelle, quæ vulgo dicitur, *Dvn escrueulx.* ad differentiam maioris ecclesiæ. Sed in ecclesia Lingonportant ex pelle nigra: & dicunt, quod omnes ecclesiæ cathedrales fundatæ à Carolo Magno ita portant.

**Q**uadragesima consideratio. Inter plures qualiter promoto in uno loco prefetur, qui meo vice nobilitate, aut scientia alios antecellit. not. glo. in c. placit. in prin. in gl. in ver. preponimus. in 9. distin. vbi Archidiac. Et ideo Episcopus doctor prefetur Episcopum non doctori, Dominicus de S. Gem. in cap. Isidorus 16. dist. Fel. in rubr. de maior. & obed. & dicit Bild. in c. cum olim. de consu. in prin. quod Doctor etiam tardius receptus, praecedere debet. & dicit Bald. in L. emend. C. de aduoca. dñuer. iud. de meliori sanguine prefetur ceteris: & de Episcopo doctore, qui praeditum alium, vide Card. Alex. in c. Isidor. u. 16. distin. Sc. Barb. confi. 57. in p. n. 2. vol. ut ita limitat Fel. in d. c. Episcopos supra alleg.

Sic etiam videretur, quod Canonicus doctor, & sic de singulis similibus praecedere deberet non doctorem primo receptum; quod tamen non obletuetur. Et videretur hoc esse eo; quia proprietas proinnotionis & ordinationis in talibus semper consideratur, ut dixi ante in 25. confid. incip. Episcopi in sessionibus. &c. & maxime inter personas, ut tenet glo. in cap. sacro sancta. in verb. præsenti sessione. circa med. de autoritate sacerorum Conciliorum, ut ibi Guimier, qui dicit prædictas considerationes debere tantum locum habere in pluribus promotis eodem die; quia tunc isto causa merita personarum debet attendi per l. 1. & ibi Bart. & Alex. ff. de oīse. pro. 19. de duobus doctoribus eodem tempore factis, de quo infra dicam. Et ita etiam tenet Nicolaus Boetij in suo tr. i. de autoritate & præminentia sacri magni Concilii, vbi dicit, quod ita fuit obseruatum in congregazione Turoni, & Lugduni congregatis, vbi vniuersalis ecclesia congregata fuit.

**Q**uadragesima nona consideratio. In habentibus tandem dignitatem in uno eodemque loco prefetur, qui à maiori recepit dignitatem, ut in Canonicis à summo Pontifice, qui prefetur Canonico ab alio inferiore creato: intellige data paritate temporis creationis. Faciunt quæ dicunt Pan. Cardin. Zabarella, Pet. de Anch. & Ant. de Bustis in c. per ius. extra, d. maior. & obed. Dicam latius infra, in prælatione dignitatum temporalium, maxime, quando ponam præminentiam militum, quæ erit nona pars huius tractatus, in 26. consideratione. & in 7. part. 38. consider. in cap. quoniam inter istas.

**Q**uinquagesima consideratio. Officialis principalis Episcopi cum dignitatem habet, alios clericos seculares praecedere debet, notat. per Card. in cle. 2. de re. Intellige tamen, dummodo tales non sint in dignitate maiori constituti. Imo etiam si sit Canonicus ecclesie Cathedralis, non præcedet ipse Officialis alios Canonicos prius eo receptos in dicta ecclesia, ut dixi supra in 45. consider. iuris. existens in maioris dignitate. Dicit tamen Panorm. in en. si. 21. in 1. volum. quod Officialis generalis Episcopi debet præcedere omnes totius diœcesis post Episcopum, cum faciat idem consistorium cum Episcopo, cap. 2. de consuet. l. 6. Sunt & alij duo post Officiale, qui habent aliquam præminentiam, ut est ViceDominus, qui præstebus vel iuribus Episcopalibus: de quibus Specul. vi. ut. de ViceDomino. & habetur dñ. dist. c. volumus. & c. seq. & Oeconomus, qui præstebus Capituli, de quo infra dicam.

**Q**uinquagesima optima consideratio. Clericus secularis prefetur regulari & præcedit regularem, notatur in cap. legi epistolam. & in §. alia 16. quæst. 1. Ioan. And. in reg. delictum. lib. 6. in Mercur. lib. 3. & glo. final. in cap. qualiter. 2. de accusat. quæ dicit: quod dignior est corus clericorum, quam monachorum. Et anterior

est status clericalis; ergo honorabilior, gl. in c. canonum. dam, ver. prædicatorum lib. 6. & c. fin. de past. lib. 6. cum de his mentio habeatur in Psalm. 109. ibi: Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. & ad Heb. 7. in prin. & 6. in fine. Religio vero proprie dicta post Christum successit, authoribus Bahilio, Benedicto, & August. de quibus Ang. de Clau. in sua. annals. in ver. religiosus. in prin. De antiquitate tamen monastica religionis, quomodo etiam fuit ante Christum, dicam alibi. Et plenissime Iodocum Clichoneum in suo Antilibro. lib. 5. cap. 3 & 6. & in toto illo lib. multum extollit & magnificat vitam monastica.

Ex hac consideratione videtur Felin. in d. sub. de mar. & obed. incidere in dubium: an vita actua sit dignior, quam contemplativa, & ibi plures remissiones allegar, quas vide. Vide etiam Lucam de Penn. in l. 2. C. de dignit. lib. 12. & in l. 2. C. ut digni. ordo s. ruetur. lib. 12. & Bern. de Bustis in 2. part. sui Rosary. serm. 8. in littera O. vbi ponit, quod vita actua est fluctuosa. Hieronymus tamen inter alios multum commendauit vita anachoritam, eremitarum, seu religiosorum: de qua commendatione amplissimam fecit mentionem Io. Ludou. Viu. de Monte regali in suo lib. quem opus regale intulauit, in tractatu de pugna partiu sensitua & intellectua. Et etiam Ang. in confi. suo 179. incip. vissis prædictis. c. 4. quod vita contemplativa est melior actua. Albertus tamen, & dom. iacobus I. post eum in l. 1. in 3. col. ff. de iust. & iure. referens Holtieni in prædicto summa 1. & 4. c. etiam referunt & dicunt, quod vita actua est melior contemplativa. Hinc ex hoc inferunt, quod recti iudices & Aduocati vtentes recto iure, prout debent, plus merentur, & meliorem vitam faciunt, quam fratres prædicatores, & religiosi. Et idem etiam tenet idem Albe. in l. per due sec. C. mandati. quod dicit esse verum Neuiza. in sua Sylva nuptial. si eorum studia & labores sufficiant principaliter gratia obediendi præceptis diuinis, & non gratia lucri vel ambitus. Nam Deus iussit: In labore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 3. & c. in 1. 50. dist. Et itud etiam tenet idem Albert. in l. sequi desideria. C. de suffrag. Vbi dicit, quod officium Aduocatorum apud Deum non implicat peccatum, de quo dicam infra in par. 6. i. 29. c. nsider. incip. officium aduocatoris. Et de huiusmodi vita actua, & contemplativa dicam infra in 1. 2. part. in 48. consideratio. c. vbi ponam etiam de vita ista seu commun.

**Q**uinquagesima secunda consideratio. Quo ad præminentiam vnius religionis ad aliam S. Thom. 2. 2. quæst. 188. dicit, quod excellentia vnius religionis, quo ad aliam potest attendi tripliciter. Uno modo ex parte finis, & sic illa dicitur perfectior religio. Altera ordinatur ad potiorem finem, & secundum hoc inter religiones. Illa quæ ordinatur ad docendum, & prædicandum, tenet summum gradum. Et ratio est, quia quævis prædicare & docere sit actus vitæ actiua; procedit tamen ex plenitudine contemplationis, secundum Greg. vnde præfertur simplici contemplationi, sicut maius est illuminare, quam lucere solum: & ut ait Euangelista: Qui fecerit de his mandatis, minimus vocabitur: qui autem fecerit & docebit, magnus vocabitur in regno celorum. ut dicitur de Iohanne, l. vii. 1. qui fuit præcursor, & predicator illius, dicit: Ego sum vox clamantis in deserto. &c. Propterea dictum est de eo per Angelus: Ecce enim magis coram Domini. Tales enim sunt doctores predicatorum Euagelium Domini, qui ante fulgere debet. D. in. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamentum, facit etiam c. licet. de rebus. lib. vbi dicitur: Sicut maius bonum minori præponitur, ita utilitas communis specia. Et quia in his est maior, latior & prolixior ex quo

maiora stipendia saitem honotis, & præminentiae sunt adhibēda, / nemo. C. de officio magistri offi. Et in hoc recte preponitur doctrina silentio, solicitude contemplationi, labor quieti. Vnde religiosissimæ ad ista deputata sunt propinquissime perfectioni Episcoporum, ex quo videntur tenere primum gradum, & secundum gradum tenere illi, qui ordinantur ad contemplationem. Tertium, qui occupantur circa exteriore. Ex quibus videntur inferendum, quod sunt præferendi, cum principaliter in his attendant, scilicet, prædicando & docendo, ut sunt predicatorum, minores, carmelitæ, S. Augustinianæ: & quod deberent dici digniores aliis religiosis ex rationibus prædictis.

Secundo attenditur excellentia vnius religionis ad aliam, secundum quod in eodem genere finis una ordinatur ad altiorum actum, quam altera: puta si religio num, quæ ordinantur ad contemplatiū vitam, ordinetur vna magis ad orandum, & altera magis ad legendum, erit perfectior prima: quia altioris contemplationis est oratio, quam lectio, licet dicatur secundum Augustinum: *Cum oras, loqueris Deum: unum vero studes, Deus loquitur ubi, &c.* Et inter opera vita activa potius est redimere captiuos, quam recipere. Et ideo religio, quæ ordinatur ad redimendum captiuos, erit excellentior, quam quæ ordinatur ad hospites suscipiendos ceteris patibus. Potest etiam attendi ista excellentia, si vna illorum ad plura ordinatur, quam alia: Vnde, si ordinatur vna ad legendum, & ad orandum, prior erit quam illa, quam locum ad legendum. Et ita tenent Canonistaræ in cap. quod *Desuntore. de statu monach. & in cap. nisi cum pridem extra. de rem. & Atch. in c. si quis vult. 36. distinet.* Veleram, si convenientiora habeat statuta ad consequendum finem propositum, dicetur perfectior alia, quæ huiusmodi non habet. Et ista duo aut tria facili declararentur in Concilio Bononiensi edito in materia prælationis monachorum, & Canonicorum regularium, in p. cip. vii prima part. i. 6. & 7. fundamento, quæ melius hæc declarant. Hinc per hoc deueniemus ad dispositionem Canonistarum, quæ habet, quod illa quæ habet arctiore modum viuendi, dicetur perfectior, de qua perfectione statim dicemus.

Tertio, dicitur præminentia religionis vnius ad aliam, ex parte exerciti, non quidem quantum ad quantitatem, sed quantum ad proportionem eius ad finem intentum. Vnde in col. 2. Moy. B. Antonius proposuit discretionem, quæ omnia moderatur vigiliis, ieiunis, & aliis huiusmodi. Ex quibus vult inferre Anto. Florent. post Thomam supra alleg. in sua sum. par. 3. titul. 16 cap. §. 2. quod nō ex hoc, quod religio aliqua habet arctiores obseruantias, debet iudicari prior; sed ex hoc, quod maiori discretioni sunt eius obseruantia ordinata ad finem intentum religionis: sicut maceratio carnis per abstinentiam cibi, & potius efficacius ordinatur ad continentiam, quam per substracionem vestium, vel corporalem laborem. Et has præminentias ponit Io. And. in cap. sane. de regal. in nouella. Sed postquam illos posuit, subdit: *Nos Canonistaræ, non ponderatis hæc subtilitatibus, solum solemus aduertere ubi sit arctior, strictior, durior, vel fortior modus viuendi.* Vnde in c. luet. de reg. & transun. ad religio. Idicetur de arctiori vita, & sanctiori, ad quam licet transire ex latiori licentia perita. Et sic cum omnes religiones sint ordinatae ad finem finem, qui est charitas, per quam coniungimur Deo, ut in extra. cap. 1. in col. 2. Moy. B. XXII. ad concursum, dicitur. Et sic cum finis sit idem, solum pondem arctiore modum viuendi. Vnde si in una religione sit sola contemplatio cum arctissimo modo vi-

uendi possibili; tamen sine deficiendi periculo non admittimus transitum ad religionem, in qua esset contemplatio & actio, etiam prædicationis officium cum lasso, vel minus arcto modo viuendi; quod tamen Theologi admittunt, secundum notata per Thom. 2. 2. g. vlt. ari. c. 8. in corpore artifici. & addit. Io. And. post Tho. quod paupertas religionis ex hoc, quod est maior, non facit religionem perfectiorem alijs. hæc dicit Joan. And. vbi supra. Scilicet hoc refert, & recitat Ant. Flor. in loco supra alleg. paucis additis per nos.

Sed reperio, quod Canonistaræ nostri habent alios modos, & alias causas ad cognoscendum & inducendum, an vna religio sit excellentior altera. Et sic ultra prædictos quatuor modos sup. tactos. quod alio modo cognoscitur, an vna religio sit dignior altera, & excellentior.

Quinto ergo modo vna religio dicitur excellentior altera ratione antiquitatis: de qua infra dicam in sequenti consideratio. & ad quoniam multum attendendum est. Quoniam, qui prior est tempore: potior est in iure, reg. qui prior. de reg. iur. li. 6. c. antiqua. de privilegiis. ea. renouant. 22. d. l. qui prior. ff. de iud. §. singulorum. In iuri. de rerum donis. que regula habet locum in honoribus & successiobus. text. in l. honores. ff. de decur. n. in l. f. & ibi. B. ut. C. t. t. lib. 17. vbi dicit Bart. tex. illum esse contra iuuenes doctores, qui volunt locum celiorum habere. Ad idem text. v. §. ordinationem. in Aut. de monachis. & v. §. probatis. in l. constituti. C. Dū text. dicit, ut ordo temporum, earumque constitutionum, nō solum adiectis diebus, sed etiam ex ipsa compositione clarescat. Primi quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis. Et ibi dicit Baldus, quod qui prius est tempore, prius est inflationis ordinis. Et dicit Fel. in rubr. de maior. & obed. in 3. col. quod inspicitur anterior origo, per gl. in c. quorundam. de elect. 1. 6. Et ideo ex hac ratione volui pone re antiquitatem quorumlibet ordinum, tam in institutione, quam in confirmatione, ut inf. videri potest. Quæ quomodo sit consideranda: cogita ex inf. dicēdis.

Sexto, excellentia & præminentia consideratur in illis, qui sunt instituti & ordinati à maiori vel digniori, etiam si posterior tempore. I. quia sepe. c. si eum. c. si à sede. c. hi qui. de proband. lib. 6. v. per tuas. de maior. & obed. & dicam infra.

Septimo consideratur, quod vna religio sit excellentior altera ex approbatione, ut notatur in cap. fi. de relig. domib. Et ideo vna religio approbata, est excellentior altera, & si primo approbata, ideo; quia utraque approbata. Prima approbata ratione prioritatis approbationis erit excellentior: quæ quidem approbatio multa operatur, ut habetur in Concilio Ferrarien. in 13. col. ibi: Item non obstat in quantum dicebatur regulam B. Beneditti non requirere approbationem, &c. & plus attenditur quam institutio. ut habetur in Concilio Bono. in 6. col. & Concilio Ferrar. in 4. col. infra alleg.

Octavo consideratur excellentia & præminentia vnius religionis ad aliam: ex quo vna habet plures religiosos, quam alia. Qui enim præst pluribus, maior est. Aut. constitutio, que de dignitat. §. generale. vbi gl. dicit, notanobilitate proprietas: est enim premium dignitatis habere plures subiectos, ut dixi alibi.

Noно consideratur majoritas ordinis ex ordine non minarioris in litera, & in scripturis, vbi fit de eis mérito; quia ordo scripturæ denotat prioritatem excellentiæ dignitatis & majoritatis: quoniam, qui primo ordinatur, dicetur dignior, & honorari dicetur. Bald. in Aut. hoc amplius. in vlt. col. C. de fidei. m. & probatur in c. si qui iusto impedimento. de elect. in 6. & in l. seruus commis-

*communam ita, & quod ibi notat Bart. ff. de stip. seruorum.*  
*& huiusmodi ordine literæ latissime per Fel. c. cum di-*  
*lecta. extra de. & s. rapt. vide Imo. in rub. extra de præ-*  
*bend. d. meum Ias. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. sub. §.*  
*de quo infra dicam in consideratione 33. quando po-*  
*niam, quod prius nominantur monachi nigri, quam*  
*Canonici regulares: de qua in c. avaritiae. de præbend. v-*  
*bi Pan. Felin. in rub. de maior. & obed. i. 3. & 4. colum.*

**Q**uinquagesima tercia consideratio est, quod antiquitas religionis est etiam multum attendenda: quoniam est maxima, cum reperiatur monachos & religiosos etiam fuisse in veteri Testamento: quoniam ut habetur *in volumine scholastice historie, in rub. c. de signis in morte Domini. de sancto Scarioth, qui Abbas monasterij fuisse dicitur: quo mortuo eius monachi, & sub eius obedientia degentes, inconsolabilitatem doluerunt, ex quo comprehēditur, quod Scarioth Abbas fuit, & non simpliciter Abbas, sed sub se monachos habuit.* Legitur etiā in eadem historia, sub rubrica: *de festis Iudaicis, quod Estai in omnibus fere vita monastica ducebant, omnia habentia cōmenias, sed in singulis civitatibus domicilia inhabitantes, post ortum solis usque ad quintam horam operantes, silentium obseruantes, consortio suo neminem adhibentes, nisi sub probatione anni: mortem pro iustitia immortalitate in clorem iudicantes.* Probatur etiā *ex l. 1. §. rebus in causa. re ecclesiasticis. vbi etiam non prohibebantur fieri collegia religionis causa: & sic in veteri Testamento cum ante Christum, eo: quia libti Digestorum sunt ante Christum, ut est gloss. in verb. in nomine an. rub. ff. d. iust. & iure. & allegat pro hoc l. 1. §. 1. b. reperimus autem. §. & enq. hoc. in fin. C. de iure encl. Nicolaus de Neapoli in rubr. Institutione prope si. & dicit Bart. in l. multū interest. ff. de verb. obli. quod condentes iura Digestorum erant pagani: cum leges fuerint factæ per trecentos annos antequā Christus veniret, vel plus facit gl. vlt. leg. pridie deferens. ff. ② in l. T. itia. §. 5. in ve. bo. Dei. de auro & arg. legat. ff. dicit tamen Ioan. Fab. in § restituta. col. 2. in glo. l. 1. ff. de fideicom. hered. quod iusta Digestorū: & iureconsultorum fuerunt post passionem Domini, & tempore gratiae. tex. in l. non diligenterius §. sacerdotio. 10. ff. de auctoribus. Dic tamen quod plures fuerunt gentiles, licet post Christum fuerint, & maxime quia est lex Martini, qui fuit tempore Juliani tyranni Imperatoris, qui erat infidelis, & regnauit post Heliūm Pertinacem, & ante Severum Imperatores. Ex quibus constat, quod religio fuit etiam ante Christum. Imo etiam refert historia tripartita, lib. 1. cap. 2. & Isidorus in de officijs, ca. 15. quod Elias & Elisa vitam monasticam duxerūt: plures etiam alijante Christum vitam monasticam seu eremiticam duxerunt, quos ample ponit Volaterianus in sua anthropologia, lib. 21. vbi ponit ample initium Auachoritarum & ordinum omnium. Postmodum à sanctis Apostolis ordo monachalis initium habuit: quoniam eorum vitam sectantes, omnia in communione ponebant, propriorumque bonorum dispensationem Apostolis ipsis, ut pote patribus, & superioribus relinquentes discipuli, ut apud Cassianum libro collationum suarum. cel. am. 18. cap. 5. apertissime legitur. Probatur etiā ex autoritate Niceni Cœcili, de quo fit mētio in cap. qui vere. 16. quæst. 1. vbi hæc verba de cœnobitis, & monasteria inhabitantibus inscribūtur. Probatur etiā ex textu Calixti Papæ, qui habetur 27. dist. ca. p. esbyeris, qui Calixtus fuit anno Domini 227. Et idem Calixtus facit mētioñem, de quo in cap. interdicimus. 16. quæst. 1. vbi Abbatibus & Monachis publicas potentias dare, infirmos visitare, vñctiones*

facere, & publicas missas cantare intercedit. Fit etiā mētio de Monachis ab Eutychiano Papa, qui fuit anno Domini 277. de quo in c. si quis Episcopus aut. Abbas. Fit etiā à Felice Papa, qui fuit anno Domini 268. de quo in c. eos quog. de cōf. distin. q. Fit etiā mentio. à Sylvestro Papa, qui fuit anno 319. de quo in c. à subdiacono. 93. dist. Fit etiā mentio à Syricio Papa, qui fuit anno 490. ut habetur in can. monachis qng. 16. quæst. 1. Fit etiā mentio per Innoc. p̄tium, qui fuit anno Domini 411. ut habetur in c. de monachis. 16. quæst. 1. Et per Concilium Nicenum, de quo supra, quod fuit anno Domini 341. quæ omnia iura sunt ante Benedictum, cum Benedictus ficerit anno Domini 521. ut habetur per Archiepiscopum Floren. in sua historiis, lib. 15. cap. 14. per totum, in 2. part. licet quidam alij dicant, quod fuit anno Domini 475. Sed veritas est, quod fuit anno Domini 520. Et de eo etiā fit mentio in Concilio Chalcedonē. ca. iuxta Ch. i. 16. q. 1. Et sic quicquid est reperietur, quod antiquitas religionis est maxima. Imo Bernardus in Sermone, quem apologeticum appellat, in c. de miemperantiis. vestimentis, monachalem ordinem primum in Ecclesia extitisse testatur: ex quibus posset quodammodo argui, quod monachi deberent præcedere clericos seculares, contra id, quod dictum est supra l. 51. confid.

**Q**uinquagesima quarta consideratio. Ex quo ordo Benedicti fuit primus ordo monachorum post Christum institutus ab eo, in sequendo vitam antiquorum monachorum, sed ante eum fuit Basilius, qui fuit in oriente, & Benedictus in occidente, ut refert Anton. Floren. in 2. part. sue historie. 15. cap. 12. in fin. Ex quo concludendum est, quod hic ordo omnes quocunque alias excedit seu præcedit, etiam Canonicos regulates, ut dictum est. Et ista est opinio omnium doctorum Canonistarum, & scribentium. Videlicet primo Felin. qui multis allegat in d. rubr. de mai. & obed. videlicet, omnes scribentes in c. quorundam. de electi. in 6. & in c. avaritia. de præben. in cap. Deus quid. de vita & honest. cler. in c. sane. de regulari. in c. quod Dei timorem. de stat. monach. in c. intellectimus. de arat. & quali. in c. nimia è secundo. de excep. prelat. in c. Episcopus. 17. distib. in c. alia. 16. qu. 1. Et ista est communis, quam omnes tenent, de qua multum ample per Concilia Paduana, & Bononiensia, quæ sunt nimis prolixa, ideo ad illate remitto, quæ videre poteris, cum sint impressa, & per Volaterranum in sua anthropologia, in 2.omo. lib. 21. Et sub hoc ordine S. Benedicti quibusdam constitutionibus additis, sunt plures ordinis, de quibus sigillatim, & particulatiter dicam: Videlicet ordo Cluniacen. monachorum nigrorum. S. Iustinæ. ordo Camaldulensem, ordo Vallis vimbrosæ, ordo Cistercien. ordo Grandimon. ordo Cœlestinorum, ordo Montis olivarum, ordo Montis phani Sylvestri, & plures alij.

**Q**uinquagesima quinta cōsideratio. Post ordinem S. Benedicti: Primus ergo, qui est in regula, & sub d. Benedicto est ordo Cluniacen. qui fuit institutus anno Domini 913. ut refert Vincen. in speculo hist. lib. 25. Nam ut dicit, Berno Abbas moritus, Odonem olim musicum constituit Abbatem Cluniacen. cœnobij, ea conditione, ut ecclesia Cluniacen. solueret annuatim Ecclesiæ Gigniacensi censem duodecim denariorum. Et ut dictum est, in eo monasterio à Benone constructo, seruabantur instituta patris Eutychij, qui fuit temporibus Ludouici magni, vir charus Regi, omnibusque amabilis. Nam cum esset laicus & erexitnis studiis eruditus, deserens ea, unde superire solet humana fragilitas, totum se Patrum re-

gulis & institutionibus dedit. Ex quibus etiam diuer-  
sas sumpsit, unoque volumine colligauit. Nec multo  
post monachus effectus est, & in tanto amore apud  
regem habitus, ut intra palatium suum monaste-  
rium ei construeret. Decurso autem vitæ stadio cir-  
cumstantibus fratibus spiritum emisit. Et cum ab e-  
ius discipulis exequæ pararentur, viuus redijt, illisque  
attoritis & admirantibus, ait Deo gratias: *Sciatus, quod*  
*in hu 40. annu vnum tantum diem non memini me ci-*  
*bum cepisse, nisi prius slemissim: hodie autem sublato mæ-*  
*tre ore me consolatus est Deus, & inter choras angelorum*  
*tribuit mihi Dominu requietionu locum. His dictis perpe-*  
*tuo requieuit. Ipse fuit institutor consuetudinum, quæ*  
in monasterijs haec tenus seruantur. Tandem Abbas  
Berno exitiali morbo decubens, vicinos Episcopos  
accersuit, & ab ordine se deponens, flebili voce cla-  
mabat le reum & indignum tali monasterio præfuisse:  
tunc manibus fratrum frater Odo captus coram  
Abbate suo vi est adductus proclamantibus omnibus,  
ut ordinaretur: & cum nec sic vellet cedere, ut locum  
pastoris subiret, superatus est tandem Episcoporum  
excommunicatione. Sub quo floruit monastica deuo-  
tio iam exsiccata, & B. Benedicti institutio plurimum  
in diuersis cœnobij reuixit & conualuit, reparata.  
Hic vero ordinem Cluniacen. instituit quibusdam re-  
gulis, traditionibus & constitutionibus additis. Qui  
quidem ordo Cluniacen. non est amplius sub ordine  
sancti Benedicti, sed est vnum caput de per se in toto  
suo ordine, vt dicit Oldrad. in *conf. 204.* Dixi supra in  
*31. confid.* Et sunt diuersi ordines habentes quilibet de  
per se vnum caput, ut tenet Egid. de Bellamera in  
*confilio suo 32.* Sed quandoque isti deuiauerunt à regu-  
lis eorum, postquam incrassati & impinguati fuerunt  
pluribus monasterijs, vt dicit idem Anton. *codem hb.*  
*cap. 23. §. 2.* vbi ponit de restauratione ordinis circa  
annum Domini 1300. in Abbatia sanctæ Iustine, ut  
ibi per eum.

**Q**uinquagesima sexta consideratio. Sed cum sit  
magna altercatio inter monachos nigros, cuius-  
modi sunt monachi S. Benedict. & Cluniac. ordinam,  
& Canonicos regulares, qui eorum præcedere debeant,  
sic communis inter omnes scribentes sentus, quod mo-  
nachi nigri præcedere debet ex multis rationibus de-  
ductis, quæ non habent locum in alijs ordinibus infra  
dicendis & ponendis. Ideo stabit ad minus firma con-  
clusio, quod post monachos nigros erunt Canonici  
regulares, qui debent præcedere omnes quoscunque  
alios religiosos, siue sint non mendicantes, siue men-  
dicantes: & hoc: quia licet teneant omnes, quod ordo  
Canonicotum regularium ini tium habeat à Matto  
Evangelista, & postea à beato August. ante Benedictū,  
& qui fuerunt maiores Benedicto, ut satis demonstra-  
tur in concilijs dominorum Bononiensem & Padua-  
norum supra allegatorum: tamen antiquitas monasti-  
ce religionis est ante & Marcū August. cum sit etiam  
in veteri Testamento, ut dictum est. Et etiam sunt  
plures rationes hinc inde allegatae, ex quibus con-  
cluditur monachos nigros esse præferendos. Et ideo,  
cum sint plures rationes pro eis militantes, ut in præ-  
dictis concilijs ad minus post dictos monachos ni-  
gros, & ante omnes alios religiosos admittendi &  
collocandi sunt.

**Q**uinquagesima septima consideratio. Post ordi-  
nem tamen Cluniacen. ponit Anton. Flot. in *diff.*  
*2. part. uarum histor. 15. §. 7.* Ordinem Vallis umbro-  
sa, qui fuit institutus anno Domini 1040. sub regula  
Benedicti, quibusdam constitutionibus eorum super-  
additis. Quæ religio fuit instituta, seu ordo fuit insti-

tutus à Ioahne Gualberto, & habet multa monasteria  
in Tuscia, & in Lombardia sub habitu griseo: quod quo-  
modo fuerit, ponit idem d. Ant. in dicto loco. Dicit ta-  
men idem Aut. *u. 15. adem par. hist. c. 15. §. 2.*  
quod ipsi claudicauerunt à semitis Gualberti eius or-  
dinis primi institutoris, sub regula etiam Benedicti,  
ut vix esset qui faceret bonum. Sub eodem habitu &  
regula quidam Sylvestrini, dicti eo, quod Sylvester di-  
ctus est primus autor eorum, qui talem ordinem in-  
trauit in monte Phano prope Fabrianum, in Marchia  
Anconitana multiplicari, plura monasteria constru-  
xerunt in diuersis cœiatibus. Dicit tamen ibi, quod  
iam quasi defecit ex toto dicta religio ex carentia fra-  
trum, ut ibidem videre poteris. Et isti non sunt præfe-  
rendi religiosis Cistercien. licet sint priores tempore:  
quia nunc est aucta religio Cistercien. & studior est  
eorum vita, ex quo illis præferendi, ut infra dicam. Ta-  
men hic ante posui, cum ordo eorum sit prior institu-  
tus, quam Cisterc.

**Q**uinquagesima octava consideratio erit de ordi-  
nne, & fundatione ordinis Cistercien. qui fuit in-  
stitutus sub regula beati Benedicti: haberur per eum  
Anton. Flot. in *2. part. sua histor. 15. §. 8.* vbi di-  
cit, quod initium habuit anno Domini 1098. sub quo-  
dam Abbatte Stephano, sed paulo post mirabiliter dilatatur  
per B. Bernard. & fuit initium eius, ut dicit per  
hunc modum.

Quidam deuoti viri venerabilis Hugo. Lugdunensis,  
Ecclesiæ Archiepiscop. sedis Apostolice tunc le-  
gati: Et religiosi viri Valterij Cabilone. Episcopi, nec  
non & clarissimi Principis Odonis Burgun. ducis fre-  
ti consilio, & autoritate roborati, inuentum Ereum  
in Abbatiam construere coeperunt præfecto Ruberto  
Abbate illius diœcesis Epiloco, videlicet Cabilo-  
nen. curam, virginique pastoralem: ceterisque in co-  
dem loco sub ipso seruantibus stabilitatem. At vero  
post non multum temporis factum est, ut idem Ab-  
bas Robertus, requirentibus curia monachis Molis-  
ibus Papæ Urbani secundi iussu, Valterij Episco-  
pi Cabilonen. licentia, & assensi, Molisimum reduce-  
retur, & Albericus, vir sanctus & religiosus, in ipsius  
loco substitueretur. Hoc sane inter utramque Eccle-  
siam fœdere pacis retento, gratia & auctoritate apo-  
stolica seruato, ut ex eo iam tempore, neutra illatum  
veriuslibet, monachum ad habitandum sine commen-  
datione regulari recipere. Quo facto nouum mona-  
sterium noui patris sollicitudine, & industria, breui  
non mediocriter Deo cooperante, in sancta religio-  
ne ac conseruatione profecit, opinione claruit, rebus  
necessarijs erexit. Dicit etiam ibi Anton. Flot. alle-  
gans Vincentium in *speculo historial.* quod tempore  
Gulielmi secundi Regis Angliae, coepit religio Ci-  
stercien. Et ut dicit, pertinet ad gloriam Anglorum,  
quod talen virum genuit Anglia, qui huius religionis  
& autor fuit, & mediator. Is autem fuit Arduignus  
nomine, qui alias Stephanus à puero Suburnæ mo-  
nachus, postea pannos illos perosus, Scotiam, nox Frâ-  
ciam contendit, vbi aliquot annis studuit. Deinde  
Romam cum clerico consorte profectus est, qui eun-  
do & redeundo quotidie totum Psalterium cantita-  
bant. Deinde Burgundiam regressus, in Molismo, no-  
vo & magno monasterio, se torondit. Ibi quam ea  
proponerentur obseruanda, quæ non erant de regu-  
la, coepit rationem eorum inquirere. Et tandem, de  
quibusdam superfluis, cum uno & alio disputauit, ut  
Abbatem ipsum, & alios septendecim in suam sen-  
tentiam induceret. Igitur Cistercium venere, locum  
priori Salmosum, & ibi steterunt suffragio Achiepi-  
scopi

Scopi Viennen. qui postea factus est Papa. Abbas tandem, qui cum eis venerat, à suis monachis requisitus, ad eos rediit quasi coactus. Sed omnes, qui cum eo venerant de Molisino, cum illo regresli sunt, præter octo, qui sibi Abbatem constituerunt Albericum quendam de suis. Priorem vero Arduignum, qui & Stephanus dicitur, fecerunt: & ibi dicit, quod ad Vincentium plenius recurreadum est: & titu. 16. cap. 1. §. secundo, eodem libro, dicit, quod Cisterciens. vtique fuerunt magna columna Ecclesiae sub beato Bernardo; & postea per annos centum scientia decorati & sanctitate. Sed & ipsi declinantes à vestigijs patrum, inutiles facti sunt. Circa autem annos Domini 1436. quidam ex monachis Abbatie Florentinae, sub Eugenio quarto transierunt ad ordinem Cisterciensium, in obseruantia regulari, collato eis monasterio, septem prope Florentiam, dicti ordinis. Per ipsum deinde Eugenium, hoc procurante reverendissimo Domino Cardinale Firmani, & ex pusillo grege audactus est. Sed si bene consideremus, illud fuit tantum in Italia, quia semper Cisterciens. apud nos, & in Gallia fuerunt decorati, scientia & sanctitate, & tales apud nos reputantur. Et tales monachi apud nos, etiam Carthusienses, reputantur sanctimonia vita: quod non est aliqua similia suspicio presumenda contra eos. Ita etiam, quod ex hoc possint esse iudices in causa propria, vel suorum, ut dicit D. de meus Ias. in authent. iubemus. C. de iud. 2. col. lib. secundo fact. & Fel. in c. super his in fin. extra de accusat.

Sub hoc habitu Cisterciens. est alius ordo apud nos, vbi sunt tantum Priores, qui est etiam sub regula beati Benedicti, qui dicitur ordo Vallis collium, seu potius caulinum, qui est caput in eorum ordine, & habet multos prioratus sub se, ut est prioratus Vallis sancti Benedicti iuxta Heduam, & prioratus Vallis Cresce. qui dicitur *Vallis ossava*, prope Sedelocu, & plures alii, qui sunt modici prouentus, & in qualibet prioratu sunt pauci religiosi. Et melius esset, quod reduceretur in totum, sub habitu Cistercien. cum habitum eorum deserant.

**Q**uinagesima nona consideratio. Est alius ordo sub regula beati Benedicti, qui dicitur ordo Camaldulensis, qui fuit institutus a Ramualdo, viro magnæ sanctitatis, & sanctimonie: & fuit institutus anno Domini 1020. Et sic ante ordinem Vallis Umbrosæ, & Cisterciens. De cuius institutione habetur per Anton. Flor. in suo lib. histar. lib. 2. part. titu. 15. cap. 15. Qui licet fuerit institutus ante Cisterci. non tamen habet in tanto honore, nec in tanta existimatione, cum vita Cisterci. sit arctior & strictior, quam vita illorum: & ideo in maiori prærogativa, excellentia & preminentia: secundum quod dicit Io. Andr. in c. summa regularib. quam doctrinam refert & sequitur Flor. in sua summa. 3. part. titu. 16. cap. 1. §. 2. vbi dicit, quod Canonicæ, non ponderatis subtilitatibus Theologorum, solent solum pro præminentia religionis ad aliam, quod una sit arctior, strictior, durior, vel fortior, in modo viuendi. Ex quo inferendum est, quod ordo Cisterciens. est præferendus, cum vita eorum sit arctior, strictior & durior. Hi enim monachi sunt albi habitus, qui degenerantes, alienati sunt retrorsum: paucissimis exceptis eorum monasterijs, & eremi reclusis. Sed circa annum Domini 1370. vitam quasi eremiticam tenentibus & laudabilem in diœcesi Aretina, sed territorio Senen. Episcopus Aretinus, tunc temporis dedit habitum similem, & regulam ipsius B. Benedicti, ex quibus crescent, in gratia Dei & numero, constitutus est ordo Montis oliuatum dictus ab Eccle-

sia, & ipse approbatus, & in monasterijs per Italiam multiplicatus, ac priuilegiatus, & à diœcesanis exemptus factus. Qui religiosi, super capita sua ponunt generalem vnum ex eis Abbatem de triennio in triennium. Hæc Anton. Flot. vbi supra, in 2. part. titu. 16. cap. 1. §. 2.

**S**Exagesima cōsideratio. Sub eadem regula S. Benedicti, fuit Ordo humiliatorum. Qui licet habuerit primum initium anno Domini 1017. tamē in processu temporis fuit tripliciter variatus in modo viuendi. Sed ultimus eorum viuendi modus fuit approbatus anno 1200. & per Innocentium tertium cōsideratus. Et postmodum, per successum à diœcesanis exemptatus priuilegijs multis, & sub regimine vnius principalis, & generalis præpositi, constitutus. Simplerunt enim in tertio modo viuendi, pro norma partem regulæ B. Benedicti, non totam, superiores eorum Præpositos nominantes. Multiplicati quam valde, fabricaverunt sibi multa monasteria tam fratum, quam monialium, per partes Tusciae & Longobardia, maxime Mediolan. Hi inter alia priuilegia habent, quod in sabbato Paschæ, celebrant eorum officium illius diei de sero, post meridiem, in introitu noctis, ita, quod missa illius diei de nocte in vigilia paschæ cantatur. Et de institutione, approbatione, & conseruatione prædicti ordinis habetur per eundem Ant. Flot. in suo lib. histar. 2. part. titu. 15. cap. 22. vbi ample.

**S**Exagesima prima consideratio. Sub regula B. Benedicti, adhuc sunt quidam apud nos, qui dicuntur Cœlestini, de quibus est notabilis conuentus, in civitate Parisiensi, & in multis alijs locis Franciæ. Est isti sunt Obseruentes, sub regula B. Benedicti degentes. Hi etiam sunt à diœcesanis exempti. Sed an sint ceteris, puta Carthusi. præferendi, dico inspiciemus eis consuetudinem: quia tamen non sunt omnino mendicantes: Ideo omnibus alijs mendicantibus præferuntur. Et quod sunt sub regula B. Benedicti, dicit Anton. Flot. in 3. part. sua summa. titu. 16. cap. 1. §. 18. in prie. Vbi dicit, quod talis ordo fuit institutus à Beato Petro de Murrone, qui fuit Papa Cœlestinus, sed renunciauit Papatu.

**S**Exagesima secunda consideratio. Crederem, quod sicut ordo Carthusiensium non sit sub regula B. Benedicti, nec sub aliqua quatuor regularum ab Ecclesia approbatarum: sed habent sua statuta pro regula, tamen habentur in magna veneratione ab Ecclesia, ut dicit idem Anton. Flot. 3. part. sua summa. titu. 16. cap. 1. §. 6. Est est venerabilis religio, quæ usque ad præsentem diem seruat rigorem suarum obseruantiarum, per annos circiter 400. ut dicit idem Flot. in libro historiæ. 2. part. titu. 15. cap. 22. §. 2. Austera, ut dicit, liquidem est in multis, in abstinentia quideam: quia prolixa ieunia, & sextis omnibus ferijs, in pane & aqua, ab esu carnium semper abstinent: etiam in grauissima infirmitate. Ita ut qui eis vesci voluerit, amplius in clausura cum reliquis non valeret permanere. Quo ad vestitum: quia semper cilicio induuntur ad carnem. Quo ad solutionem: quia nunquam exceptis Priori & procuratore: & in cellis suis soli manent, cum arte silencio: vigilias magnas habent, propter prolixitatem officij. Vnde Bernardus, qui epistolam ad eos scripsit: quia dicitur ad fratres de Monte Dei, multum commendat inter cetera, dicens: *Vestrum est frui Ideo*. in fine autem arguit de nimia sumptuositate & magnitudine ædificiorum: & magis adhuc tempore nostro redarguisset, si vixisset, maxime, quo ad conuentum Papiensem, qui distat à ciuitate Papiensi, duabus leucis seu quatuor aut quinq; milliaribus, vbi est

talis sumptuositas in edificiis, quod vix ultra dici possit. Et etiam apud Divionem, est conuentus Carthusianorum, valde sumptuosus in edificiis, & apud Parisiensem. Et conuentus principalis dicti ordinis est in Delphiniatu, iuxta Gratianopolim ciuitatem. Et ex dictis Io. Andreæ in d.c. sanc. de regularib. Hic ordo, cum propter eius nimiam austoritatem, sit cæteris præferrendus, maiorem præminentiam deberet habere: tu etiam; quia fuit institutus anno Domini 1086. secundum quod habetur per Anton. Flor. in sua historia, 2. pari. 11. 15. cap. 22. vbi ample, tam supra alleg. Et Jacob. Bergo. in suo supplemento chronic. lib. 12. Et etiam propter eorum antiquiorem institutionem, præfetti debent ordini Cistercien. & Præmonst. Et Bernard. teste, primatum obtinet, inter omnes ordines Ecclesiasticos, non ratione temporis, sed religiositatis. Et etiam Polycrat. lib. suo c. 21. incip. licet autem ponit de laude, & origine istius religionis, & aliarum religionum, que hic non insero; quia est impressus. De laude huius ordinis etiam Sebastian. Brant scripsit.

**S**Exagesima tercia consideratio. Alius est ordo, qui dicitur Ordo sanctæ Trinitatis, cuius caput est in ciuitate Parisiensi. qui dicitur: *Fr. Maurini*, qui sunt deputati ad redimendum captiuos: qui, ut videtur, debent omnes alios religiosos, saltem post monachos nigros, præcedere, saltem præcedet religiosos S. Antonij, qui sunt deputati ad suscipiendum hospites: quoniam ordinantur, & sunt ordinati, ad redimendum captiuos. Ideo religio eorum est excellentior, ut dicit Anton. Flor. in sua sum. 3. part. tit. 16. c. 1. §. 2. Et de his & cæteris aliis facit mentionem idem Flor. in sua historia. 2. part. tit. 15. c. §. 3. in fine.

**S**Exagesima quarta consideratio. Post ordines supra dictos non mendicantes, sed regula beatorum Basiliij & Benedicti, sunt alij ordines religiosorum non mendicantium, sub regula diuini Augusti. Ut sunt ordo sancti Iohannis Ierosolymitani, qui dicuntur Cruciferi, & sunt milites Rhodiani, seu templi, de quibus dicam infra in 2. parte in quarta consideratione. Quibus assimilantur milites S. Iacobi de Spata, militantes pro fide, qui sunt in Hispania, qui sunt milites Regis Hispaniae: de quibus infra dicam in illa noua parte, de eo hic non insisto.

**S**Exagesima quinta consideratio. Alij sunt hospites S. Antonij, qui dicitur ordo hospitaliorum S. Antonij, qui sunt in diecesi Viennensi. Qui ex consuetudine & usu videtur sumptuose principium. Et etiam extensum fuit ad hospitale curiae Romanae: quoniam sicut in secularibus, in urbe Romana legitur duos frustile Prætores: Vnum, qui præterat; Alterum vero, qui Romanis iustitiam exhibebat, ut ff. de origine iuris. 1. 2. §. & cum placuisse. de Indi. 1. 2. §. 2. sic in spiritualibus dignum, & rationi consonum fuit, ubiunque est ipsa Urbs, id est, Romana Curia, diuersos esse superintendentes curiae animarum: Quosdam Iacobos, & parochiani sunt & religiosi, quartum ex dispensatione sedis Apostolicæ permittitur. Quosdam vero, peregrinis sive curialibus, ut sunt fratres S. Antonij, ut satis clare probatur c. Quoniam in plerisque extra de offi. ordin. c. cum secundum. de tempor. ordin. Rationabiliter ergo Romana Ecclesia voluit, & in usum deduxit, quod essent in Curia Fratres S. Antonij, qui pro pauperibus curialibus hospitale haberent, confessiones curialium audirent, & ecclesiastica sacramenta ministrarent, & sepulturis eorumdem interesse deberent. Ita dicit Oldr. in consil. suo 211. vbi ponit de emolumenis eorum, et iam in Curia Romana de quibus aliter pro nunc non dico, cum quo ad præminentiam eorum cum aliis, stâ-

dum est consuetudini locorum.

**S**Exagesima sexta consideratio. Alij sunt ordinis Premonstratensium, sub regula B. Aug. quorum ordinatio fuit, & incepit anno Domini 1100. Cuius ordinis fundator fuit vir Dei Northbertus, ex partibus Lotharingia oriundus. Et dicit Anton. Flor. in d. lib. histor. 11. 15. c. 19. Qui quidem est unus apud nos, de principalibus ordinibus. Et Abbas illius, in suo ordine est generalis in toto ordine: & facit unum caput, sicut Abbas Cluniacen. in toto suo ordine. Ideo cæteris aliis Abbatibus non facientibus caput in ordine, in congregatione generali, præfendus est, tanquam faciens caput in suo ordine. De his aliter non insisto, cum ultra illum locum, ubi est caput, pauci sint, & in locis ubi sunt, standum est consuetudini loci de præcedentia aut præminentia.

**S**Exagesima septima consideratio. Alij sunt, qui sunt de ordine Grandimondensi. Qui fuit institutus anno Domini 1076. sub patre Stephano viro nobilissimo, & de Arverniæ partibus filio nobilissimi viri Stephani, cuius Stephani institutoris vita fuit arcta. Nam trigesimum ætatis fuisse annum agens, habitare cœpit eremum, in ieiuniis, vigiliis, & orationibus continuis seruens Deo. Cibus eius panis & aqua, & interdum ex farinæ silagine, sorbitiuncula, quæ cæteris minus sapida, necessitati utique seruit, non voluptati. Incedebat quoque armatus lorica ferrea, contra carnis tentamenta, & mentis lasciviam: quo usque toto corpore exticato, plenam dete ipso obtineret victoriam: Indumenta, quibus super loricam inducebatur, nullo tempore augebatur, sed hyeme, & æstate, ad repellendum frigus, & cauma, semper erant æqualia, & eadem. Et plura alia, de eius vitæ austoritate, & miraculis ponit Anton. Flor. in suo libro hist. 2. par. tit. 15. c. 21. quæ hic non transporto, cum sint ibi clara, nec faciant ad propositum, nisi ad demonstrandum de eius vitæ austoritate, & arcto modo viuendi. Ex quo videretur, quod in hoc essent præferendi, si illum modum viuendi obseruant, quod non credo. Et ideo dico esse standum consuetudini, quomodo in locis ubi sunt, & collocantur, præcedere debeant alios vel non.

De austoritate vero, aut arcto modo viuendi, prædictarum religionum, non credo, quod hodie possit fieri fundamētum de una ad aliam: cum omnes supradictæ, ita hodie relaxatae sunt & tepefactæ, & aperte dicit possit Ieremias Threnorum cap. 1. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Et quod ait Bernardus contra Cluniac. religiosos monachos relaxatos videlicet. Vnde inter monachos, tanta intemperantia in cibis, in potionibus & vestimentis, in lectisterniis, in equitatiis, & constituendis ædificiis, mollescere potuit, quatenus, ubi & studiosius, voluptuosius, atque effusius obseruatus fuerit, ibi ordo melius teneri dicatur, ibique maior putetur religio. Ecce enim parcitas putatur avaritia, sobrietas austoritas creditur, silentium tristitia reputatur. Et contra remissio discretio dicitur. Effusio liberalitas: loquacitas affabilitas: cachinnatio iucunditas: mollities vestimentorum, equorum fastus, honestas, lectorum, superflui cultus, munditia. Quidque haec alterutrum perpendimus, charitas appellatur. Ista certe charitas destruit charitatem, haec discretio discretionem confundit: talis misericordia crudelitate plena est, qua scilicet ita corpori seruit, ut anima iuguletur. Et, ut dicit Anton. Florent. in suo libro historiali, in 2. part. tit. 16. cap. 1. §. 1. sub hac abuſione, iam fere ubique pro ordine ista tenentur: fere iam omnibus sine querela & irre-

& irreprehensibiliter obseruantur, quanquam dissimiliter, ut ibi declarat, & demonstrat: quæ multo cum plus intentionis, nec sic dicere, & declarare, quæ laudanda veniant, quam quæ vituperanda. Sed hæc dixi, ut cognoscatur, quod non est multum insistendum, quo ad præminentiam vnius religionis ad aliam, in stricto & stricto modo viuendi, cum in omnibus ratus sit, & in omnibus sit relaxatio, in vita & modo viuentis à regulis, in quolibet ordine, de quibus supra dictam est. Et ideo denunciandum erit ad alium modum, & ad aliam doctrinam, ad cognoscendum præminentiam vnius religionis ad aliam: quam ponam stationem post declarationem mendicantium.

**S**Exagesima octaua consideratio. Post omnes ordines supradictos, qui non sunt mendicantes, sunt quatuor alij generales mendicantium. Inter quos, ut saepissime videmus, est contentio, qui illorum debent præcedere. Aut si non inter ipsos, taliter aut cum alijs religionibus, vel etiam quandoque, & saepius cum ecclesijs cathedralibus, aut collegialibus: quoniam sub prætextu humilitatis, aut sanctimoniz, semper tamen appendunt aliquid glorie, laudis, & honoris. Et isti sunt quatuor, videlicet ordo Prædicatorum, ordo Minorum, ordo Carmelitarum, & ordo Eremitarum S. Augustini, facientes contra dictum Christi, de quo *Luce. 22.* Et omnes istos tres ordines præcedit, aut præcedere debet ordo Prædicatorum. Et, quod præcedere debet fratres Minores, dicam infra. Et aduerte, quod isti Prædicatores fuerunt sub regula sancti Augustini. Sed quibusdam constitutionibus additis, fecit Dominicus nostrum ordinem, qui dictus fuit ordo Prædicatorum, de cuius excellentia videatur amplissime per Anton. Flor. in 3. part. hist. 1. 23. per totum, ubi habetur, quod habuit initium anno Domini 1217. ubi dicit idem Antonius, sub Innocentio I. Et anno Domini 1210. sub Honorio III. ut dicam infra seq. consider. Et refert idem Anton. Flor. end. titul. capitu. 3. quomodo prædictas ordo reuelatus fuit sancto Dominico, à Virgine Maria, Iesu Christo eius filio commendatus: Cui datus fuit socius, videlicet Franciscus, pro alio ordine instituendo, ad instructionem totius vniuersalis Ecclesiæ in sermonibus, & prædicationibus, ut ibi videre poteris.

**S**Exagesima nona consideratio. Ordo Minorum sub regula Francisci, fuit institutus, circa annum Domini millesimum 208. De eius vita, & moribus, & sui ordinis institutione & fundatione, habetur plene per eundem Flor. in suo lib. hist. 11. 24. per totum. & de eius confirmatione, quo tempore fuerit confirmatus prædictus ordo: infra patet.

Sed cum sint minores, ut nomen sit consonans rei, debent esse minori loco: Ideo tanquam humiliores: quia minores non debent prætendere cōtra aliquos, de aliqua præcedentia: quoniam alias videretur, quod facerent contra eorum ordinem & statum: qui inter omnes totius vniuersalis Ecclesiæ, debet esse minor, immo quod plus est, à certo tempore voluerunt vocari minimi, in viii cuiusdam reformationis. Sed video, quod illud est tantum verbo, & non operæ: quia volunt non solum contendere de paritate, ~~sed etiam~~ ~~in~~ ~~ecclesia cathredrali,~~

hac ciuitate Hed. in funeralibus quondam novellis & potentis viri domini Francisci Rolin, qui pro una hora tantum fuij repositus in eorum Ecclesia, cadaver subleuando voluerunt non solum esse in ultimo loco, etiam ante Canonicos Ecclesiæ cathedralis. Imo etiā Guardianus dicebat, se debere habere ultimum locum etiam post Episcopum ibi præsentem, & exi-

stente. Quod quæ & qualis fuerit decisionis, & propterea etiam debuit esse, cogitent omnes. Ex quo videtur potest, quid de illis dicendum sit, qui cum omni humilitate, etiam cum infimis agere deberent, voluntatem contendere de paritate. Icco non potest magis superbia eorum operari, ~~nam~~ cum superbia ~~magis~~ ~~in~~ ~~modico~~ Sed tunc illud evenit ex superbia cuiusdam Guardiani, qui multum fuit reprehensus in Capitulo generali, tunc sequentis, per ministros, & alios correctores totius ordinis, qui actum illum in Capitulo ecclesiæ Heduen. reprobauerunt, & retractarunt, & prædictum Guardianum increpauerunt.

Et licet ordo Minorum incepit prius, quam ordo Prædicatorum, cum ordo Minorum incepit anno Domini 1206. Et ordo Prædicatorum anno Domini 1216. ut refert Albertus de Eib. in sua *Margarita poetica*, in *primo secunda pars. tr. ad. c. 10. in fin.* Tamen Prædicatores præferuntur Minoribus, ut not. gl. in c. quorundam de elect. in 6. & in fin. de pac. & Archidiaconus in c. de decimis. in 6. Io. de Turricrem. in c. episcopis. 17. dist. plene per Felin. in rub. de maior. & obed. m. 3. & 4. c. 1. Et hac ratione, ut dicunt: quia ordo fratrum Prædicatorum, licet primo non fuerit institutus, fuit primo approbatus sub regula diuini Augusti, anno Domini 1208. sub Honorio Papa III. Et ordo beati Francisci sub eodem Honorio, anno Domini 1224. ut refert Iacobus Philippus Bergom. in suo *S. supplemento Chron. lib. 13.* faciunt, quæ dicit Philippus Decius in conf. 116. col. 1. ad finem.

**S**Exagesima consideratio. De ordine Carmelitarum, qui sub ordine S. Basiliū suauit, ut dicit Antonius Florentinus in sua summa. in 3. part. summa. 16. cap. 1. §. 8. Quo tempore habuerint initium, dicit Anton. Florent. in sua tercia parte historiarum, libro 20. capitulo 5. §. 1. Quod tempore Honorij IV. cum fratres ordinis Carmelitarum deferent habitum, qui minus videbatur cōuenire viris religiosis, videlicet cappâ circulatam largis virgis albis & griseis: quam habitum asseverabant fuisse Eliae prophetae, habitantis in monte Carmelo in Syria: quod tamen, ut dicit Anton. neque in sacra Scriptura, neque in authentica scriptura reperitur (licet in *historia Tripartita*, ib. 1. c. 2. & ex Isidor. in tit. de offic. cap. 15. reperiatur scriptum, quod vita religiosa fuit in Elia & Eliteo) Honorius IV. propter maiorem honestatem, mandauit habitum illū dimittere, & desuper, cappas ex toto albas: & tunicas subtilis griseas, cum scapularibus assumere. Hi habuerunt initium sub quodam Patriarcha Ierosolymitano, cum in Syria habitabant Christiani Ierosolymis, & in multis alijs cimitatibus. Degebant autem in monte Carmelo ut Eremitæ, & sub regula B. Basiliū, ut etiam dicit idem Anton. Florent. in 3. part. sua summa. in tit. 16. c. 1. § 8. ubi dicit: quod anno Domini 1247 dominus Innocentius IV. addit quasdam ordinationes, per modū regulē traditas, cis à dicto patriarcha Ierosolymitano, dicto Alberto, extractas, ex regula Basiliū, cū quibusdam additis, declarantes & mitigantes regulam illam, per dominum Hugonem Cardinalem, ordinis Prædicatorum dictatas. Sed Honorius III. confirmauit ordinem illū: & postmodum Papa confirmisit Hugoni Cardin. ordinis Prædicatorum, ut adderet quasdam constitutions, quas in posterum obseruarent. Sed in processu temporis, occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ recedentes Carmelitæ, de locis illis, dispersi per orbem in terris Christianorum, edificauerunt plurimos conuentus: ex eleemosynis fidelium collatis, propter eorum deuotam conuerstationem exemplarem. Aliqui

uti guardian fuerunt magister ad eum invenerunt, habeat porder una orden tan Blazada ferre do san

llo. indestruera et latuus lato. et suum fundator que forma tunicae i'gor uide

tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reuerentia, propter Eliam prophetam, mutato habitu eis dato per Papam, in contemptum Papæ, & fidelium, fecit eos expelli de monte Carmelo, vnde Carmelitæ dicuntur, non quod ab Elia haberint initium. Et isti præfetendi sunt & fratribus Prædicatoribus. *in cap. 1. g. ceterum. d. relig. domib. in 6.* primo fuerint instituti, cum fuerint sub regula B. Basiliij, quæ prius fuit quam regula B. Augustini, sub qua erat Prædicatores, & regula B. Francisci, quæ fuit solum anno Domini 1218. vt dixi supra. In multis tamen locis in processionibus vidi eos præcedere, & esse in loco digniori: in alijs vero vidi & fratres Prædicatores & Minores præcedere, & esse in digniori loco. Unde tanta discordia & diuersitas, videtur esse ex cosuetudine loci, aut ex prioritate institutionis aut fundationis conuentus in loco, qui sibi ratione prioritatis temporis usurparerunt locum. Sed quid de iure fiendum, dicam postquam declarauero prioritatem Institutionis, Ordinis & Confirmacionis.

Vtrum autem Carmelitæ sint mendicantes, notat & declarat Lopus *alligatione sua* 46. vbi plene in princ. Et ibi etiam ponit de fratribus seruorum, qui dicuntur *seruantes*, quod tales sunt mendicantes, & notatur de Carmelitis *in cap. 1. g. ceterum. d. relig. domib. in 6.* & ponit Angelus *in consider. 12. incipi. Sancta Carmelitæ* religionem possint habere proprium. Et de laude hujus ordinis, Carolus Fernandus scripsit *vnuum librum*.

**S**eptuagesima prima consideratio. Sunt & alij mendicantes, qui dicuntur Eremitæ S. Augustini. Qui, vt dicit Anton. Floren. *in suuina. 3. part. ii. 16. c. 1. §. 8.* alias fuerunt sub regula B. Basiliij: nunc autem, vt dicit, militant, sub regula B. Basiliij, vel non extra essentialia religionis, dicit se non inuenisse à quoquam declaratum. Et quod isti sunt mendicantes, est tex. & ibi doctores *in cap. vniico. §. ceterum. de relig. domib. in 6.* Et Lud. Roma. *in consi. 235* ponit, an possint habere immobilia: vbi etiam ponit de fratribus prædicatoribus. Et licet isti Augustini effecti fuerint mendicantes ex quadam consuetudine, & præscriptione longissima, sicut & sacrant Carmelitæ, vt supra dictum est: tamen debet præcedere Minores, cum sint instituti à digniore, videlicet ab Aug. qui fuit dignior Francisco. Quod sint digniores, eo: quia a digniore instituti, facit gl. in *Lestruen. C. de aduocat. dñuer. iudic. & in l. 2. ff. de albo scriben. & in c. per tuas. de maior. & obed.* Vbi data paritate temporis præfertur ille, qui est à digniore coronatus, & laureatus, vt dicā infra *in 10. part. Merito ergo, quod institutio ordinis S. Aug. sit ante Franciscum*, de quo sunt prædicti Eremitæ, qui etiam videatur habuisse initium ante Aug. Sed tamē sine dubio sunt ab eo approbati, & reformati, & sic dignior Francisco, & ratione temporis, & ratione dignioris instituentis, debent præcedere Minores: & etiam quia ecclesia Romana primo approbauit Aug. & eius acta & opera, quam Franciscum, vt habetur *in c. sancta Romana Ecclesia. 25. dñi*. Vbi opera Augustini approbata fuerūt per Gelasium, qui fuit per multa tempora ante Honoriū III. cum Gelasius fuerit anno Domini 490. Et Honoriū III. fuit anno Domini 1217. Ex quo constat multipliciter, de multiplici causa, præcedentia fratrum Eremitatum S. Aug. quo ad fratres Prædicatores, & Minores, quæ etiam considerari possunt ex dicendis *in c. lixvii. 1. q. vbi ponam in genere, causas præminentias unius religionis ad aliam.*

**S**eptuagesima secunda consideratio de excellentia, antiquitate Monialium seu sanctimonialium tra-

stat, quarum institutum est excellentius; cum sit multo vetustius, quam quævis alia monachorum regio. Quippe nulla (vt ait Augustin. *de bono virginal.*) virgo sacra nascitur, nec est hoc proles carnis & sanguinis. Si harum queritur mater, ecclesia est. Non parit virginis sacras, nisi virgo facta: virgo illa, quæ despontata vni vito, casta exhiberi Christo, vt scribit Polydorus *de monastoribus rerum lib. 4. cap. 10.* vbi dicit Apostolos primo, deinde Pontifices: exempli Vestaliu Virginum, introduxit esse feminatum religionem, vt veterque sexus domino in castitate famularetur, & in collegia coiuere, ac sanctissimis institutis à patribus acceptis, vitam Virginitate dignam agere cœperunt. Nam Matthæus Apostolus in *Ethiopia*, cui ea prouincia obtigit, posteaquam Regem (vt in eius vita legitur) cum uxore & toro Regno ad fidem conuerterat: item illius filium à morte suscitauerat, filiam postremo Virginem nomine Iphogeniam, sacro velamine consecrassæ dicitur. Ex quo appareret, iam tunc cœpisse feminas per hunc modum Deo dicari. Sunt tamen, qui tradant, ( quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit ) primam feminarum auslam esse, id institutum, Romæ profiteri. Alij assertunt, Helenam, Constantini matrem Virgines sacras primitus legisse, quæ publico stipendio nutritur, seu quæ puritate vita, ac præcibus indesinenter laudem Dei prædicant. Hæc Polydorus, vbi plura alia de constitutis summorum Pontificum, circa prædictam religionem.

**S**eptuagesima tercia consideratio ex supradictis fundatur. Ex eo: quia cum monachi primo nominantur, quam Canonici Regulares, vt *in c. Deus. de vita & honest. cl. er. & in rub. de statu monac. & canonice. regulari. & in c. de suppl. neglig. pralar. & in c. perniciofam. 18. q. 2.* vbi Papaæ enumerans quasdam regulas approbatas, incepit a regula sancti Benedicti & Basiliij: postea nominat Augusti. ideo præferri debent Monachi Canonici regularibus.

Et ex hoc ordine Archidiac. *in c. de decimi. in 6. infert. Prædicatores præferendos Minoribus. de quo etiam ordine literæ vide Fel. in hac materia, in rubricæ de maior. & obed. & in d. c. eu dilecta. vers. ordo scripture.* vbi plures decisiones adducit, & etiam do. meum Ias. *in d. §. pres.* Et quinque limitationes ad regulam supradictam ponit ibi Fel. Et inter alias dicit, prædicta regulam non habere locum in actu denotare virtus nominatorum: quia tunc primo nominantur Minores, vt per Abbatem *in c. auaricie. de præben.* Et facit pro hac opinione text. *in c. irregularibus. extra. de simonia.* vbi in virtu simoniacæ prænominantur Can. regulares. Et ex his notat idem Felin. *in d. l. cum dilecta.* Quod in ingressu carcere, vel simili actu, debent præcedere Minores: quia sequi honor est, præcedere autem non. Ex quo videretur dicendum, quod illa declaratio ad *c. auaricie. per Panormitanus & Felinum non habeat magnam rationem.* Et ideo Felin. *in d. rubrica, non omnino firmat illam, nec illi assentitur in totum: Imo dicit, quod illud non semper obseruat: vt patet in c. 1. de decimi. in 6. vbi fratribus Prædicatoribus & Minoribus.* *in c. 1. Pianos à solutione decimatum tetrahebant, sociab. ut reprehensorie, & tamen præmittuntur Prædicatores, sic etiam in actu honorabili præmittuntur Minores,* *in c. 1. de upp. reg. g. pralar.*

De præcedentia istorum, inter se satis ample disputauerunt plures, de quibus sunt cōsilia Bonon. Paduanæ & Ferrar. & Baptista Caccalupi, de quibus supra feci mentionem in pluribus locis, quæ cum sint impressa, non aliter insisto, sed me remitto ad dicta co-

tamen conclusus tamen tenendo, quod Monachi ceteris patribus præferuntur Canonis regulatibus.

**S**eptuagesima quarta consideratio. Qualis sit honor San sequi, an præcedere, an esse in medio. Nam ut in pluribus monasteriis vidi maiores de manu præcedere. Ad vesperas vero sequuntur, & in pluribus aliis contrarium obseruantur. Cur tam varie, videtur, quod istud sit ad demonstrandum, quod quo ad seruitiam diuinam, nulla est maioritas inter eos: sed credo, quod in hoc ad eos est attendenda consuetudo, ut per Felicem cap. statum extra de masor. & obed. ut dixi supra.

**S**eptuagesima quinta consideratio. Quærendam est de ratione diuersitatis, quare sit, quod in actibus ecclesiasticis, maxime in processionibus, vbi congregantur status ecclesiasticus & temporalis, ecclesiasticus precedit, & temporalis sequitur. Et quod plus est in statu ecclesiastico Minores præcedunt, & Maiores sequuntur. Et è diuerso, in statu temporali, in eadem congregatione, Maiores præcedunt & Minores sequuntur. Plures iuper hoc interrogauit, qui mihi dicebant, quod credebat, quod in hoc sic tantummodo consuetudo locorum, que in honoribus deferendis inspicienda est. ut dicit Bald. in c. l. obseruare. §. antequa. ff. de officio. pro conf. in l. letitura. Dicit tamen ibi, quod vbi non est contactudo, debent assignari loca superiora, secundum in qualitatem personatum, ut dixi ante, quæ attendenda est, quod ad loca sedendi, maxime etiam in Francia: meminit Bald. in c. l. §. Marchio. in tu. de his qui fendi dare possunt.

Mihi tamen videtur, quod alia & melior potest dati ratio, ex eo, quod qui sequuntur, quo ad statum ecclesiasticum, sunt in honorabiliori loco; quia minores Episcopo, ut dicit Præpositus in cap. episcopos. 18. distin. Bene tamen facit text. in c. perfectio. 22. dist. Vbi in officio faciendo, viciniores Episcopo sunt honorabiliores, & in honorabili loco, ut sunt sacerdotes, qui sunt in administrando viciniores Episcopo. Et cum iam statim sequantur Episcopum, ideo maiores præcedere debent: quoniam, qui stat proximior post Dominum, dicitur maior, ut dicit gloss. in §. 21. am. Inst. de honor. possess. in verb. a. priori loco. Et Episcopus semper stat in medio clericorum & laicorum, exemplo Christi, qui sedens in medio Doctorum, Sec. Luce 12. Et iste est honor, sedere in medio: quoniam locatus in medio, cunctorum ad se trahit aspectum, ut dicit Celsidius. lib. 3. variarum ep. solarum. Et apud Numidas erat honor, sedere in medio, ut refert Salustius in Iugurth. Et ita dicit & refert Lucas de Penna in l. quisque. C. de præfetis prætorio sive Verbus, lib. 12. Et Episcopus tanquam pastor, adducit oves, ante clericos, docens eos modum eundi, & incedendi, laicos vero post, ut exemplo clericorum incedant. Et quo hac ratione, ut cunctorum habeant respectum, ponitur in medio, exemplo cuius omnes alij Prælati in processionibus semper capiunt medium locum, tanquam honorabiliorem in talibus.

**S**eptuagesima sexta consideratio. Antiquiores Clerici & Doctores debent habere primum locum, deinde ceteri per ordinem, ut tenet Bald. in c. cum olim. per illum tex. extra de consuetud.

De antiquioribus, & Doctoribus, quomodo sint præferendi, notant Doctores, maxime Alexander & dominicus Ias. in l. cum quid. ff. si cert. per. dicam latius infra in statu temporali, in pluribus confid. vbi dicam, quod in opinionibus dandis, iuniores debent habere prima vota, maxime dicam in II. part.

**S**eptuagesima septima consideratio. A subdiacono,

visque ad lectores, omnes subditi sunt diacono in Ecclesia, representantes ei honore in prout Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcista Lectio, Lectio Ostiarius, Ostiario Abbas, Abbat Monachus. Intellige in Abate non clero, ut erat antiquitus. c. generat. 16. qu. 1. Sed hodie Abbas præfertur alijs clericis, ut dixi supra in 32. co. si. & predictam considerationem vide in c. à subdiacono. 93. dist. vbi est tex. ad literam sic distinguens honores sibi. vbi est tex. ad literam sic distinguens honores sibi. vbi est tex. ad literam sic distinguens honores sibi.

**S**eptuagesima octava consideratio. Vbi concurrit dignitates ecclesiastica & secularis, præfertur ecclesiastica, cap. solita de masor. & obed. dixi supra in princ.

Vnde simplex Sacerdos, militi seculari præferri debet, ut dicit Ioan. de Turcrem. in c. ept. c. p. 17. 11. Quia si ille miles est Imperatoris, Iste Christi. ca. quoniam. omni 40. distill. miles Christi præponitur n. qu. 3. cap. Julianus. Ita etiam tenet Iohannes And. in cap. 20 libentiss. de ieruis nō ordini. Et facit quod dicit Specu. in tit. de rescript. pre. en. 1. §. 4. vers. vi. autem. vbi dicit, quod militi præferendus est Presbyter in scribendo. Dicit tamen Panormitanus in c. Niclae. de appetit. 10. quod miles præfertur monacho in honoribus, non tamē præfertur clero, qui est miles cœlestis militiæ, ut ibi Panormitanus. Et, ut habetur Eccl. 1. 7. In tota anima tua time Dominū, & sacerdotes illius sanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, sacerdotes illius honorifica. c. sacerdotes. 6. quæ. 1. Exemplum beati Martini, præferentis sacerdotem Imperatori, in porrigo. dixi supra in principio huius partis.

**S**eptuagesima nona consideratio. Filius sacerdos, præcedit patrem non sacerdotem in actu sacerdotali, & est maior patre illo, actu tantum, ut tenet Hostiensis in cap. 1. de offi. Archidiac. quem refert Bar. cons. 5. in 3. col. in 3. vol. & facit de filio Episcopo, qui præcedere debet patrem, qui licet teneatur ad honorem reverentiam patri, in ecclesia tamen pater teneat præstare reverentiam filio Episcopo: ut dicit Hostiensis in c. Iudeorum. de erate, & qualis. dicam alibi. Et ideo, quis ex diuersis qualitatibus debet haberi in diversa consideratione, facit text. in c. colum ac re iudic. & in c. à collatione. de appella. 1. 6.

**O**ctogesima consideratio. Patronus in ecclesia præ cap. Frigentius. Ita dicit Rosarius Beneventanus in suis libellis, n. truct. n. de ure canonico. in 5. parto, multo quem honorem debeat habere patronus in ecclesia. vbi dicit, quod habere primū loci, est magnus honor, vnde Pharisæi primos accubitus desiderabant in cœnis, ut dicit, & facit textus in cap. n. b. c. 1. de ure puron. & dicit Petrus de Anchore in d. cap. nobis. in 3. colum. quod in processionibus tenet primum locum, & honorabilem in ecclesia. Et si Princeps est, ei in processione eundem est obuiam, ut dicit exemplum esse in Duce Veneriaru, patrono S. Marcii, qui obtinet primum locum: & illi (ut ibi dicit Antonius de Butrio) occurendum est, vsque ad portas ecclesie, non autem vlique ad portas civitatis: quia hoc solam fieri debet Papæ & Cardinali, & dicit ibi Antonius, quod non semper illi occurreret, sed ei occurritur raro. Et idem dicendum est de Rege Francie, in omnibus suis ecclesiis cathedralibus, & metropolitanis, cum sit patronus omnium, tanquam Princeps supremus. Archidiacon. in cap. leclis. 63. distin. Facit quod dicit Bald in c. quanto. de iudic. & in proximo de re iudic. Sed, ut dicit dominus Roch. Curtius, quem alias audiui, ut

traet. suo de iure patronatus, in verb. in Ecclesi 1, in 2. co-lum. hoc iure non probatur. & contrarium tenuit do-minus Prepositus in d.c. le 7is. & in c. imperium. 10. 4. 8. vbi dicit, quod prædicta decisio Archidiaconi & Bal-di debet intelligi, quantum ad protectionem, non au-tem quantum ad electionem, vel præsentationem. Tu dic, quod etiam Princeps habet istud ius parronatus in ecclesiis cathedralibus, siue ex constructione, siue ex fundatione, siue ex donatione, siue ex priuilegio: quibus casibus etiam habet ius præsentandi, ut dicit Præpositus in c. hortamini. in 1. colum. 71. 4. 8. 1. 7. Dicit tamen Prepositus, quod si habeatur ius patronatus in ecclesiis cathedralibus, non tamen per hoc competit ius præsentandi clericos ad beneficia particularia. Ita di-cit Præpositus in d.c. imperium. 10. 4. 8. 1. 7. ratione cuius ius patronatus dicit, quod Rex Francie in omni-bus suis ecclesiis cathedralibus, & metropolitanis, pro suo iucundo aduentu habet ius nominandi & preten-tandi ad primam præbendam vacaturam, post eius introitum. Et ita vtitur in Regno suo: Ita, quod vult

prætendere, quod in talibus etiam Papa non potest præuenire, eo; quia est ius sibi debitum in vim juris patronatus laicalis, & ita vidi in facto. De Rege vero Hispanie, quod habeat istud ius, ponitur ample per Ioan. Lud. in repet. rubrica, extra de donatio. inter vir. & uxor. in princ. in 3. præsidentia. vbi etiam de Rege Francie.

**O**ctogesima præmista consideratio. Rector vniuersi-tusque parochiæ ibi preferendus est, & honorandus Est e. 10. In medio fratrum Rector corum in ho-nore Et, ut dicit Ant. Flor. in summa 4. part. tit. 5. c. 10. 9. 2. Multo magis Peccati ecclesiæ, quam seculares per-sonæ. 1. ad Timotheus. 5. Qui bene præsunt presbyteri, du-plici honore sunt digni, argumento ad hæc c. duo sunt. 96. 4. 8. 1. 8.

Hic inferendus esset ordo Alberici de Rosate, quem posuit in rubric. ss. de statu homin. quem posuit etiam Nicol. Boerij post trattatum suum, de præemi-nentia sacri Concilij, qui talis est, ut per eos videre pores.

Quarta pars Catalogi Gloriæ Mundi finit.



## QVINTA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS, DECLARANS LAVDES, HONOREM, GLORIAM, & excellentias Principum secularium.

Quinquaginta sex Considerationes habet.

**C**ONSIDERATIO ergo prima, ut intelligatur id, de quo est qua-tib; scit, quomodo à principio Reges, & alij Principes Dominiua habuerant. Nam ab initio, post peccatum ex quodam fastu superbitæ, dominium per usurpati-onem incepit, sicut in Lucifero, volente super alios ex-altari, Ez. ch. 34. & de pœn. distinc. 2. cap. principium. & Es. 1. 14. Et hoc argumento notorio demonstratur, quomodo soli reprobri in principio mundi domini-um accepertunt, ut ante diluvium primus dominus inter omnes homines fuit Cayn, ut dicit August. lib. 15. de cruce Des. cap. 10. qui ciuitatem ædificauit, ut dominaretur in ea: quæ fuit prima ciuitas in mun-do, quan nomine filij sui vocavit Enoch. ut habetur Ge. c. 4. Post diluvium vero, qui dominium acce-pe-runt, fuerunt de malefacto genere Cham, filio Noe, ut habetur Genes. 9. cap. & ut dicit Joseph. in lib. 1. Anti-quarum. primus accipiens dominium fuit Neim-broth, de genere Cham, Genes. 9. 18. distinc. 6. 9. sive cu-ius consilio ædificata est turris Babel, ut historiæ tra-dunt, ad dominandum. In cuius signum, legitur G. nes. 9. quod volabant, quod cacumen eius in cælum ascen-det, ignorantes altitudinem cæli innumerabilem, ad significandam cordis ambitionem in præminen-

do aliis: propter quod Deus ad suam displicentiam offendendam, scissaram eorum dominij confundendo eorum lingnas divisit, cum unius labij omnes essent: ut præd. c. Gen. 9.

De Nembroth descendit Belus rex Babyloniæ, de quo natus est Ninive, qui fuit primus Monarcha Af-syriorū, ait magica procreatus, ut habetur in historiis. Et hic primus statuam erigens patri suo mortuo Belo nomine, reverentiam habendam censit, quæ fuit occasio idolorum, quæ primo vocata fuit Bel, Behal, Ba-halis, Belsebuchi, secundum diuersitatem linguarum.

Ex quibus supradictis satis appetet, quod dominium in principio mundi, consideratis personis, quæ illud assumperunt, corrupta processit intentione, scilicet fastu superbitæ, & tyrannidis. Vnde primus, qui impe-ravit post diluvium fuit Nembroth, non Rex, sed Tyrannus erat: quia homines opprimebat, unde venator robustus coram Deo dicebatur, Genes. 10. c. 1. dist. 6. s. fin. Et ideo non placuit Deo. In cuius signum Cayn, primus imperans fratricida occisus est a Lamech Genes. 4. 21. q. 1. c. 17. quomodo. Primus vero Rex in Babylonia occisus est a dænone, quem exercendo artem magicam colebat, & familiarem habebat. Et conclusum, omnes antiqui Monarchæ; quia tyranni, dura morte interierunt, ut Pharao contra dominum induratus Rex Ægypti, in mari rubro submersus est, ut habetur Exod.

*Exod. c. 9. & 23. quæst. 4. con. Nabuchodonosor.* Dathan, & Abyron principati volentes, absorpti à terra. *Nu. 16 de confec. d. 2. c. & dicit 2. 9. 1. c. denique.* Sennacherib, à filii iugulatus. *4. Reg. c. 19.* Antiochus, à vermisbus consumptus. *2. Marchabæor. 9. dixi supra in 3. par.*

Saul, primus Rex in Israel, primus humilis, in regno suo superbus, & contra David sanctum inuidas, & Domino & famulo ministro Dei, & Prophetæ inobediens, insuper Pythonislam consulens, & diabolum loco Samuelis adorans, vulneratus à sag tratis in bello Philistium, & vehementer atripiens gladium proprium, incubuit super eum, *1. Reg. vii. cap.*

Absalon, filius David, insurgens contra patrem, & se Regem constitutus fraudulenter, & intians ad cōcubinas patti, & coniurationem faciens contra patrem, tribus lanceis à Ioab hætens querui interfecit est. *2. Reg. 14. 15. 16. 17. & 18.*

Adonias filius contra patris voluntatem volens regnare propria ambitione, & coniurationem faciens, a Salomone fratre suo regnante loco David interfecit est. *3. Reg. 2. & 22. c.*

Achab, impiissimus Rex Israel, qui vineam Naboth occupauit, & consensit, ut occideretur Naboth iustus, percussus sagitta inter stomachum, & pulmonem in caru no mortuus est, & canes linixerunt sanguinem eius. *4. Reg. 2. & 22. c.*

Ochozias, Rex Israel, contulens Deum Achab, & Beelzebub super sua infirmitate, mortuus est de ca. *4. Reg. 1. cap.*

Ioram, Rex Israel, malum agens cotam Domino, percussus sagitta Iehu inter scapulas, per cor eius exiit sagitta, & sic mortuus est. *4. Reg. 9. 9.*

Azarias, Rex Iuda, licet alias bonus; quia tamen permisit populum sacrificare in excelsis contra Dominum lepra percussus mortuus est. *4. Reg. 15.*

Zacharias, Rex Israel, ambulans in peccatis idolatriæ patris sui Hieroboam, à Selon coniurante contra eum interfecitus est. *4. Reg. 15.* Et ibi etiam de Selon, qui percussit Zachariam, qui regnauit in peccatis, & percussus à Manahem, mortuus est. & idem de Phacia Rege Israel in Samaria, qui ambulauit in idolatria, à duce sui exercitus imperfectus est contra eum coniurante. *ibidem. 4. Reg. 15.*

Sennacherib, Rex Assyriorum, venit contra Ezechiam Regem in Ierusalem: & quia Dominum in Israël blasphemauit, & in superbia grandi sua dixit, quod non esset Deus, qui posset liberare Iudeos & Regem eorum de manu sua: Ideo egressus Angelus Domini, interfecit de castris Assyriorum 85. millia. Cumque Sennacherib reuersus esset in Niniuen, ciuitatem suam grandem, & adoraret in templo Nestach Deum suum, & Idolum, Adramelech, & Sarafor filii eius percusserunt eum gladio, & mortuus est. *4. Reg. 19.*

Amon, filius Manasse, fecit malum in cōspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Ideo fuit à seruis suis in domo sua imperfectus. *4. Reg. 21.* & ibi habetur de Manasse *1. & 2. Paral. c. vii.*

Rex Joachim fecit malum coram Domino, ex quo fuit ductus captiuus in Babylonem per Regem Babylonis Nabuchodonosor. *4. Reg. 24.* & Sedechias fuit captus à Rege Babylonis, qui eidem oculos erat, & filios occidit. *4. Reg. 25.*

Ochozias, Rex Ierusalem; quia fecit malum in cōspectu Domini, interfecit eum Iehu. *2. Paral. 22.* Et habetur *2. Paral. 21.* de Iorem, quia malum fecit in cōspectu Domini, fuit ægrotus infirmitate, de qua mortuus est, & in languore vitam suam finiuit.

Alexander, monarca Orientis; quia cor eius cœna-

tum est, & gloriam Deo non dedit de potentia, quam ei dederat: & vt tradunt historiæ vicitus à vino & libidine, veneno tabefactus cito Monarchiam perdidit, regnans annis xii. *i. Machab.*

Quomodo autem Rex Ægypti Antioch. propter multa mala, quæ fecit, mortuus sit, habetur *1. Machab. 6. & 2. Machab. 9. c.*

Quomodo autem Herodes Ascalonita, Rex in parte Iudeæ, qui innocētes pueros interfecit, in vita pœnam sustulerit, & tandem quomodo obierit, narrat historia scholastica, & etiā Remigius, qui dicit, quod gladio, quo pomum purgauebat, se occidit. Et habetur per Phil. Berg. *in suo supplemento Chronic.*

Alter Herodes, qui despexit Christum in passione, qui erat Rex in Galilea, à vermisbus consumptus expitauit, cum inani iactantia & gloria sua. *Altorum 12. cap.*

Quidde Nerone dicimus, qui ita crudeliter vixit, quod omnia fere volumina sunt repleta: nisi quod Romani eius infamias non ferentes in eum impetum fecerunt: & usque extra ciuitatem persecuti sunt eum: qui videns, quod non posset evadere, sustinuit dentium mortis exacuit, & se per inedium palo transfixit. Alibi tamen dicitur, quod à lupis devoratus sit: sed Boerius *in b. 2. de consolacione* dicit, quod gladio confossum est.

Maximianus, Rex Romanorum, ob suam nequitiam à populo Romano imperfectus est, & Diocletianus eiusdem consors à Regio fuit expulsus.

Multali Reges & Principes, & fere omnes mala morte perierunt, ac dies suos finierunt. Ex quo dubitandum est de Regibus nostri temporis. Qui tot & tanta crudelitia committente perirent suis armigeris, & satellitibus seu auantutis. Ita quod non potest aliud dici, nisi quod mundus cruciat inauditis & mirabilibus cruciatibus istorum militum, & peditum: qui vulgo dicuntur *Avanturiers*: Quod Principes permittunt, & sub silentio pertthaneunt, & plusquam insopportabilib. exactiōibus, talib. subsidiis, & impositionibus novis, & inauditis exoriantur homines. Ex quo dubitandum est: quod non pereant, & dies suos finiant, prout alij Principes & Reges, qui male vixerunt, ac suos subditos male rexerunt. Vnde paucos videmus sanctos Reges; & hoc ex eo; quia, vt dicunt est, faciliter delinquunt propter eorum ambitionem dominandi, quam habent: vt si autem non solum Reges & Principes, & in statu eorum permaneant, sed vt si autem Maiores. Ex quo in eis est tam magna, & tam execrabilis ambitio dominandi, & dominationes eorum ampliandi & augmentandi, quod totus populus sub eis cruciat. Utinam Deus in manibus, cuius cor eorum est, corda eorum ad bonum diuenteret, & ab eis tolleret ambitionem & cupiditatem dominandi, tanquam quæ eidem firmatum odiosa.

Dici tamen potest: Quod quamvis ambitio dominandi Deo esset odiosa, dominorum tamen ambientium Regimen ad refrenandam hominum malitiam, & ad conseruandum unumquemque in sua iustitia, & ad disponendum ejus in concordia permisum est à Deo dominium & prouisum. Permissum quidem ad punitionem malorum. *23. quæst. 2. 9. habet etiā etiā.* *dicit. 4. s. / andea.* Vnde non est potestas, nisi à D. o. Vnde de Christus ad Pilatum: Non haberes potestatem ad uerbum me illam, nisi datum tibi esset desuper. *Ioh. 19. 24. quæst. 1. c. paratus.*

Prouisum etiam est à Deo dominium, sine considerata natura Entis, sive motus, sive finis. Primo ratione Entis; quia omnis per participationem habet se ad

Ens per se: sed illi, qui habent dominum, plus vigent in natura Entis, quam priuatae personæ; quia gerunt vices quasi tories Entis, cui præsunt. Vnde & bene præsidentes, & gerentes merentur quasi diuinos honores, & duplicitos secundum August propter quod dicit Apo. i. ad Timo. b. 5. Qui bene præsunt, duplice honore digni sunt: quo ergo magis appropinquant ad suum principium, & plus participant. Vnde regentes, de diuina influentia ratione sui regiminis participat. Hinc de Saule scribitur, quod assumptus in Regem per Samuelem ex hoc influentiam meruit prophetæ; vnde insiluit in eum spiritus Domini, & cum Prophetis prophetavit, 1. Reg. 10 c. 14. Et de Salomone legitur, quod ordinatus in Regem, meruit sapientiam, 3. Reg. 4. Et Caiphas contra dominum impius concionator, contra dominum prophetavit, Iohann. 11. Hinc etiam videmus, quod Reges nostri post Regnum adeptum virtutem habere dicuntur, ut de Rege nostro Francia, qui tanquam Rex unum morbum curat, qui dicitur morbus Regum, de quo infra dicam. Rex Hispanie, ut quidam dicunt, fugat dæmones à corporibus humanis. Et de pluribus aliis dicam forte infra; & ista est ratio prima, scilicet, ratione Entis: quod Principes sunt cæteris preferendi, & honorandi, cum à Deo sint instituti.

Secunda ratio est, ratione motus. Quoniam, ut ait Philosophus 8. Ethicor. in mouentibus & motis non est in infinitum abire: sed est venire ad aliquod mouens, quod non mouatur, & hoc est Deus. iuxta illud: *Immobilis que manens dat cuncta moueri.* Cum ergo Reges & Principes in gubernando sint motores Orbis; ergo oportet motum sui regiminis in Deum sicut primum mototem reducere. Vnde Job. 9. Sub eo curvantur, qui portant orbem. Hanc rationem ponit Augustinus de ciuitate Dei, lib. 3. vbi ordinem motoris & mobilis ponens, ab inferiori corpore, id est, terra subtiliora, & virtuosiora dicit moueri gradatim ascendendo, secundum ordinem clementorum usque ad supremum mouens, quod est Deus, in quo consistit tota ratio motus. Vnde Apostolus Acto. 17. in ipso uniuscuiusque mouetur & sumus.

Tertia ratio; quia omne dominium; quocunque sit, a Deo sumitur ex parte finis. Diuina enim prouidentia omnia in debitum finem deducit, in quantum mouet unquamque creaturam in suum finem distinctum: sicut sagittaria sagittam ad determinatum finem: qua ratione dicit Augustinus 3. de Trinitate, quod Deus quibusdam ordinatis suis motibus, primo spiritualibus, deinde corporalibus, super cuncta descendit, & utitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententie sue, sicut ad finem congruum. Si ergo alias creaturas debito & ordinato fine concludit; multo magis creaturam rationabilem, ut hominem, quod appetet, quod ipsum gubernat, dispensat per suos dilepitiatores: ut sunt Reges & Principes. Hinc est, quod cum dixisset Apostolus ad Rom. 14. Non est potest nisi à Deo: subdit, Quæ autem à Deo ordinata sunt, itaque, qui potestati relistik, ordinationi Dei testit: Quia ad hoc Deus de eis hunc mundo prouidit, ut unquamque statum suum prosequatur in debitum finem. Hinc dicitur Proverb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & Potentes decernunt iustitiam. Propterea, quanto quilibet natura nobilem finem apta est consequi, tanta habet magis mouētia disposita ad conservationem finis, sicut manifeste in corruptibilibus patet. Sicut etiam in corporibus cœlestibus & spiritibus angelicis, qui sine agente contrario mouentur ad suum fi-

nem, puta corpus cœleste ad dominum sui motus. Angelus autem ad diuinorum cognitionem, & suum ministerium adimplendum. Cum ergo creatura rationabilis ordinata sit, & producta, ut sit Dei capax, & hoc est finis eius præcipuus, ut dicit Augustinus 14. de Trinitate & idem Augustinus: *Natus est homo ab exterioribus ad interiora redire, ab inferioribus ad superiora ascendere.* Tantæ enim dignitatis est humana conditio, ut nullum bonum, præter summum Bonum, possit ei sufficere.

Ad hunc ergo finem consequendum, et si homo adiuvet à diuina lucis gratia, maxime vero manutinetur per mundi gubernatores: tu per bonæ vita exempla, tu per quotidiana docimeta: tu per correctionem continuam: qua ratione Paulus vocat Rectores Coadiutores Dei, dicens 1. ad Corin. 3. Dei enim adiutores sumus. Sunt enim rectores mundi, & Principes, sicut instrumenta Dei principaliter agentis.

Ex quibus constat, quod principatus non potest esse sine magna laude, gloria & honore.

Aduerte etiam, quod non est sine magno labore, studio, cara, miseria, vigiliis, & calamitate: ut dicit Luc. de Pecc. m. 1. l. bonu. C. de proximus sacro. scribitor. lib. 12. Bald. vero in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. videtur dicere, quod dominia sunt de iure gentium instituta, & ordinata: quod recitat Benedictus in sua reg. ap. Rayn. in verb. condit. l. nn. 29. & 30. de rebus. dicam alibi.

Quomodo autem dominia processerunt, ponit etiam Ant. Flor. in sua summa. part. 3. lib. 3. cap. 2. Vbi sat is ample, sed meliori modo & sylo, & ample ponit Petrus de Anchia. in c. n. 239. incep. Pro maiori intelligentia. quod Reges etiam iure diuino cœperunt, ut in David, Salomone, Saule, & pluribus aliis approbat à Deo. cap. 1. de sacra Vnctione. Imo etiam in lege noua habetur de reg. b. 1. Pet. 2. Deum timere, Regem honorificare. & alibi: Subditi estote omni potestati, sine Regis &c. dicam etiam alibi. Et quomodo processit à primo violentia, ponit Alber. de Rosate in l. 1. c. 5. col. C. de sum. Tri. & fidei Cathol. Cardin. Zabar. in c. viii. viii. & viii. & verum de ele. l. extra. col. 2. & seqq. Dicit, quod aedua est inter doctores antiquos disceptatio de imperij origine, & initio monarchia terrestris: & ibi demonstrat, quod omnes monarchiae habuerunt initium ab armis: & quicquid dicantur monarchæ, namquam tamen repetitetur, quod sicut monarchia uniuersalia, ut dicit, & dixi infra. Et etiam Bertrandi Episcopus Heliuen. in suo tratt. de origine, quod. 1. satis demonstrat per processum sacre Scripturæ, quod quatuor monarchia fuerunt per violentiam usurpatæ. dicam infra.

**S**ecunda consideratio. Honor & gloria est boni Regis præmium. argum. ca. iii. instaur. c. 1. d. i. b. veluti cum corona vel torques donatur. & 91. d. ca. n. iur. ad fin. ibi; nec potest de eis protectione dubitari, cui laboribus multis pro moribus castis, pro actibus strenuis, celstis loci præmium debetur.

Ex quo quibusdam visam est, Regis præmium non esse aliud, quam honorem & gloriam: & Tullius de Republica distinxit Principem ciuitatis alendum esse gloriam, canquam id in pabulum suauissimum, ut dicit Beroald. in tract. de felicitate. vbi querit: An gloria sit summum felicitatis: quem Ciceronem refert amplissime Patrius in suo h. 9. de Regno & Regno institutione. 9. vbi ample de huiusmodi gloriæ, & honoris premio. Cuius rationem Aristot. 4. E hu. assignat; quia Principes, cui non sufficit honor & gloria consequenter tyrannus efficitur. Cum si non sit contentus gloria & honore

note, querit voluptates & diuitias, & sic ad rapinas, & iniurias conuenit subditorum: quod intellige, quod intentio Regis non debeat esse talis, sed quia tolerabilius est, si gloriam querat, quam si pecuniam querat, vel cupiat, vel voluptates sectetur. Hoc enim vitium virtuti propinquius est. Cum gloria quam homines cupiunt, nihil aliud sit (vt August. diffinit) quam iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Cupido igitur gloriae aliquod habet virtutis vestigium, dum saltem bonorum approbationem querit, & displicere recusat. Paucis igitur ad virtutem peruenientibus, tolerabilius videtur, si præferatur ad regimen, qui vel iudicium hominum metuens a malis manifestis retrahitur. Qui enim gloriam cupit, aut vera per viam virtutis opera nititur, vt ab hominibus approbat, ut saltem dolis ad hoc tendit atque fallaciis, aut per apertissima scelera querit obtinere, quod diligit: vnde bestias superat sive crudelitatis, sive luxuriae viuiss, sicut in Nerone Cesare patet. cuius, vt August. dicit, fuit tanta luxuria, vt nihil putaretur ab eo virile metuendum, tantæ crudelitatis, vt nihil molle habere putaretur. Hoc autem satis exprimitur per id, quod Aristot. in Ethica dicit de magnanimo, quod non querit gloriam & honorem: nec aliquid magnum est, quod sit virtutis sufficiens præmium.

**T**ertia consideratio. Non solum præmiū Regis est gloria, & honor mundanus, sed etiam gloriam à Deo consequitur Reges, pro premio regiminis, & administrationis. Conueniens enim est, & sivele, vt Rex bene regens expectet à Christo Rege regum, & domino dominantium præmium. Apoc. 19. Minister, & cuius est merces magnanimitis. & Genes. 15. & Matth. 5. ibi: *Merces vestra copiosa est in cœlis.* Vnde Aug. quod Deus præparauit diligentibus se, non capit, sive non accingitur, charitate non comprehenditur, & vota transgreditur: acquiri potest, opinari non potest. Rex autem populum gubernando minister Dei est, ad Rom. 14. Omnis potestas à Domino Deo est. 21. q. 1. c. m. uer. 2. q. 1. c. quid culpatur. & demum in Apostolo. Nā principes non sunt timore boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac, &c. si autem male feceris, tunc. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, & vindicta in itam ei, qui operatur malum. 23. q. 4. c. si non ex fidei.

Remunerat autem Deus interdum pro suo ministerio bonis temporalibus. 23. q. 9. hinc nota. sicut alios. 22. q. 2. c. sic qualibet. & Exod. 1. de obstetricibus reseruantibus pueros Hebreorum, quibus Dominus construxit domos. & Ezec. 29. Dominus dedit. Nabuchodonosor Rex seruire fecit exercitu luum seruitute magna aduersus Tyrum, & merces non est redditum ei, neque exercitui eius de Tyro, pro seruitute, qua seruit mihi aduersus eam, ea, scilicet, seruitute, qua, scilicet potestas secundum Apostolum Roman. 13. Dei minister est, vt proxime dictum est, & postea de primo subditur: *Propterea haec dicit Dominus Deus. Ecce, ego dabo Nabuchodonosor Regem Babyloniam in terra Egypti, & diripiet spolia eius, & erit merces exercituum eius.*

Regibus aurem bonis mercedem dabit æternam, 1. Pet. 5. ibi: *pascere qui in vobis est gregem Domini, ut cum venerit Princeps pastorum, scilicet Christus, percipiatis immarcessibilem glorie coronam.* 95. distinct. c. esto, de qua corona E/a. 28. Erit Dominus seruum exultationis, & diadema gloriae populo. Ista corona est beatitudo patris. Beatitudo autem dicitur bonum perfectum, comprehensens omnia bona desiderabilia: tale autem non est bonum terrenum, quod nunquam satiat 14. q. 4. c. quid dicam.

Cum ergo nihil terrenum quietare possit animam, neque terrenum aliquod beatum facere potest, vt esse possit regi conueniens præmium. Item nihil est, quod hominem beatum possit facere, eius amplitudo, desiderium tuum. Tantæ enim dignitatis est humana conditionis, vt nullum bonum præter summum ei sufficeret possit, vt habetur Psal. 62. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Et sequitur: Mihi autem adhærente Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. Ipse est, qui dat salutem Regibus. Psal. 54. non solum temporalem, quæ communiter salvat homines & iumenta. Psal. 35. Homines & iumenta saluabis Domine: sed etiam salutem, de qua habetur E/a. 51. Salus autem in sempiternum est; quia homines salvat, perducens eos ad æqualitatem angelorum. de consec. dist. 1. c. hi duo. dixi supra in 2. part. n. 3.

Sic ergo iustificari potest, quod Regis præmium sit honor & gloria. Quis enim mundanus & caducus honor, huic honori similis esse potest, vt homo cuius sit, & domesticus Dei? ad Ezeb. 2. & inter filios Dei computatus, & hæreditatem Regni cœlestis assequitur cum Christo hæres Dei, cohæres Christi. Rom. 8. De hoc honore habetur Psal. 178. Nimis honorati sunt amici tui Deus, quos constituti Principes super omnem terram, & gloria & honore coronasti eos. Psal. 8. Et hæc est gloria, de qua 1. ad Corinth. 4. & Luca 14. Gloria enim hæc est omnibus sanctis eius, quam qui querunt inueniunt, & qui eam non querunt, humanam consequuntur. Qui enim officium Regum laudabiliter exequuntur, hanc gloriam consequuntur, cum se & alios regant, & ultra alios; tum quia bonum multitudinis diuinus est, quam vnius; tum quia à Deo datur præmium cuique priuatæ persona, si egenti subueniat. Matth. 25. 85. distinct. c. p. s. e. si discordias pacificet. 90. d. c. 1. & c. præcipinus. si oppressum à potente eripiat. Psalm. 71. Quia liberabit pauperem à potente. c. ab imperatorib. 23. q. 3. quanto magis laudandus est ab hominibus, & præmiandus à Deo, qui totam prouinciam facit pacem gaudere, violentiam cohibet, iustitiam seruat, & disponit, quid agendum sit ab hominibus, suis legibus & præceptis. Tum quia magnitudo Regie virtutis præcipue Dei similitudinem gerit, dum hæc agit in Regno: quod Deus in mundo. vnde Exod. 28. Iudices multitudinis vocantur Dij, facit gloss. in l. inbene nolle. C. de sacros. eccl. & dicit Bald. in Auth. hoc amplius. ver. in fili Regis. C. de fide com. Et vicarii Dei in terris dicuntur ad instar Imperatoris. Bald. in l. 1. C. de iure aureor. annul. & dicit Fran. Patritius in lib. de Regno, & Regni institutione, titul. 18. Quod vetustissimi Poetæ Hesiodus in primis multis in rebus Reges similes Diis faciunt, & in hoc præcipue, quod cum maxima ipsi quotidie mortalibus elargiantur, paruo thure, tenuique hostia contenti sunt: sic Reges magna dando, parua etiam accipiendo, lætari debent. Parthorum Reges sine munere nemo adire poterat, hoc iniquum admodum extitisset, nisi parua quæque munera læto animo accepissent. Atqui, sicut Numinæ, non aurum neque argentum ab hominibus volunt, sed sinceram mentem, liberamque voluntatem, sic etiam Reges satis esse ducant, si cives bene animati in eos sunt, dictis audiunt, & mandatis prompto animo obsequuntur. Hec ille. Illosque sacros sanctos appellat. idem Patritius. cod. lib. tit. 5. in f. e. & ideo Persæ suos Reges vt Deos venerabantur. Idem Patritius lib. 1. tit. 7. de Regno & Regni institutione.

**Q**uarta consideratio. Ex veritate etiæ multum laudantur Principes: quoniam, vt ait Fran. Patritius lib. 4. tit. 1. de Regno & Regni institu. Socrates, vir sapiens

tissimus, Veritatem id esse dicebat, sicut illa nec crescit, nec minuitur, sic Virtus semper eadem inuenitur: & quia numeros suos habet, plena omni tempore ac perfecta existit. Veritati enim, ut dicit, omnia consonant, ut in fidibus, & cantu, in quibus siquid dissonat, harmonia omnis perueritur: sic Veritas ipsa paruo nonnunquam iudicio ostenditur: nec diutius potest sub vanitatis inuolero latere. Falsa enim veris, & coccinata semper se ipsa indicant. Hinc, ut ibi dicitur, Isocrates Regem suum moneret, ut veritatem ante omnina colat, idque manifestissime semper & indissimilatate agat: adeo, ut cuncti cognoscant iniuriato potius Regi, quam priuatis omnibus iuratis fidem adhibendam esse. Dicit tamen Benedicti in sua repet. c. Ragn. in ver. sef. 3. n. 43. de testam. quod hodie Principes promissionem etiam iuratam non verentur tergiuersari, vbi multum exclamat contra tales. Et etiam Franciscus Patritius in loco supra alleg. multum inuehit contra mendaces Principes. Sed cum non assumpserunt, nisi materiam laudis, gloriae & honoris, non inuenendi de mendacibus, ad eundem te ibi remitto. Dicit etiam Bernar. de Bustis in 2. part. sui R. ar. serm. 24. part. 2. liuera F. Quod primum documentum, quod dat Principibus, est documentum obseruationis, scil. veritatis, ut nunquam dicant falsitatem. Inquit enim Sa piens. Prover. 16. Non deret P. i. c. p. em labium mendax. & Pro. 20. Veritas & misericordia custodiunt.

**Q**uinta cosideratio. Cum iustitia sit maior ex quatuor virtutibus Cardinalibus, ex quibus Principes magis laudantur, cum inter omnes virtutes cardinales iustitia teneat Principatum. Adeo, quod Arist. in 5. Eth. in ipsa assertit omnes virtutes contineri. Quæ quidem virtus necessaria est nostræ salutis; ut ostendit Theologii in 4. distin. 46. Quam autem sit utilis, ostendit Salomon: Sap. 5. Iustitia in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum. & Psal. 31. habetur: In memoria eterna erit iustus, ab auditione mala non timebit: & habetur Proverb. 1. Abominationis est Domino vita impia, qui autem sequitur iustitiam, diligitur ab eod. & Act. 10. dicitur: Acceptus est Deo, quicunque iustitiam operatur. Et de utilitate illius, & laude, dixi in rubric. Des iustices & droitz d'icelles, in consuetudinibus Ducatus Burgund. vbi dixi dixi iustitiam de celo ortam, secundum quod habetur Psal. 64. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Vnde, ut refert Franciscus Patricius in lib. de Regno, lib. 8. m. 1. Nigidius, cognomento Figulus, Philosophus peregregius, & in Astronomia Scientia, Romanorum peritissimus, cum de Poeratum fragmentis, quæ in signo celo singuntur, scriberet, ait ad aspectum Bootis, inter Leonem & Libram Virginem esse, quæ iustitia siue æquitas appellatur. Addit præterea hanc à mortalibus recessisse, & ad superos reuocasse, ut quæ solita esset in hominum cœtu versari, eisque præcipere, ne à recto atque honesto discederent: quibus monitis donec paruerunt. Ex quibus satis demonstratur: Quod iustitia cœlestis virtus esse demonstratur: & hoc satis ostendit Homerus, cum ait, Reges discipulos summi Regis Louis esse, à quo iustitiam, in primis ediscant, quam deinde inter mortales obseruent, & eam omni studio, omnique diligentia teneantur. Plato etiam Philosophorum summus, Iustitiam bonorum omnium maximum esse, ait, à Deo hominibus datum. Proinde Deum ipsum Iustitiae authorem, causam ac principium multis in locis assertit, & præcipue in libris de Repub. & etiam de Leob. quod etiam assertit Patritius, vbi supra; cuius, ut differit, duæ sunt partes: Deum pietate omni honorare, & homine diligere uti fratrem. & uul. seq. in quatuor iusticias di-

## P A R S

uidit, scilicet Diuinam, Naturalem, Ciuilem & Iudicialem, de quibus ibi per eum, cum satis habeatur, videti potest.

Sed magis ad speciem descendendo, de iustitia Principum; Diuideam in duas partes seu species, in seueritatem, scilicet, & liberalitatem: ut habetur in moralibus dogmate Philosophorum. Est autem seueritas virtus debito supplicio coercens iniuriam. 45. dist. c. disciplina, ver. moueri. 23. q. 3. c. prodeß. Dica alibi, de liberalitate vero dicam infra, in consideratione 8. hui. u. partis.

Quæ quidem iustitia maxime est in Principe necessaria, cum per eam regnet Reges: ut habetur in epistola, inter claras. C. de sum. Trin. & habetur Esa. 31. Ecce, in iustitia regnabit Rex, & Principes eius præerunt. Proprium enim Regis officium est facere iudicium, & iustitiam. 23. q. 5. Regis est. Vnde dicitur 3. Reg. 10. de Salomone: Constitui te Regem, ut faceres iudicium & iustitiam: & honor Regis iustitiam diligui. Et habetur Sap. 6. Audite Reges, & intelligite, & discite iudices siniū terræ. Et, ut dicit Macrob. lib. 10. Iustitia est vnicuique servata, quod suū est. l. 1. ff. de in. & iur. not. in proam. Decreto: & de ea veniunt Concordia, Innocētia, Amicitia, Pietas, Religio, Affectionis, Humilitas, ex quibus omnibus laudantur Principes: & inter cæteros Principes, semper Reges Franciæ laudati fuerunt ex iustitia, & ex ipsius iustitiae statu, ut in 7. part. bunes libri ponam. Vbi ponitur hierarchicus status iustitiae totius regni Franciæ, qui cæteros omnes excellit in institutione partium, parliamentorum, & cæterorum officiariorum Franciæ supremorum, & aliorum inferiorum, de quibus infra aliquid dicam. Et quia super cæteros seculi huius Principes dilexit iustitiam, & iniquitatem odio habuit, vnxit cum Deus suus oleo letitiæ præ consortibus suis, Psal. 44. Ex quo maximam meretur gloriam, iuxta dictum Ciceronis, l. 2. de officiis. Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiae fungatur officiis.

Secundo iustitia ostenditur Regum Francorum ex Regionum stipendiorum cuiilibet sufficientium imperiabilis assignatione, quæ Reges Franciæ semper fecit anteire, ut in eis vertificetur, quod scribitur in l. nemo. C. de of. magist. officior. Cum nihil rationabilius, quam ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire. Certum enim est, quod stipendia, quæ à Rege nostro capiunt singulis annis sui officiarij in suo Regno, ascendunt ad summam ducentarum millium librarum Turonen. & secundum G. Benedicti ascendere valent ad viginti & centum mille libras Turonen. & ultra, præster statu suæ domus, & armatae militiae: de quibus infra dicam in 6. part. & 9.

Tertio; quoniam licet Papa solus & Imperator de causa propria, & non aliis inferior cognoscant c. cum venissent. de iud. & leg. proxime. ff. de hu que in testam. del. tamen Reges Fraciæ iudicio suorum officiariorum, nedum curiarum Parlamenti, sed etiam senescalorum, seu balliuorum suorum spose se submiserunt, & quod iudicatum est contra se, efficaciter equi permitunt & patiuntur, iudicatoque obedientiunt; imo illud propriis patentibus literis mandant. Facit c. cap. nos si copenter. 2. q. 7. & l. est recepsum. ff. de re iurisd. omn. iud. Ad instat Romanorum & Spartanorum Regum, qui tribunos plebis, seu ephoros, id est, magistratus eligant ad moderadam Regiam potestatem, qui de causis Regum & Consulum loco Regum existentium cognoscibant, illorumque potestatem moderabantur, prout narrat Valerius lib. 4. tit. de moderatione omnibus ut refert G. Benedicti in sua repetit. cap. Regnum in verb. & uxorem nomine Adelasiam, numer. 598. 599. 600. vijne

usque ad num. 603. de testam. Vbi prædicta dixit inferendo, quod sic pariter salubri exemplo supradictorum Reges Christianissimi semper moderatione vni sunt. Et ut ibi dicit: Virtus suos habet numeros, ut iustitia diuidatur in sex partes, scilicet in religione, pietate, gratiam, fidem, vindicationem, & obseruationem. Quæ dotes præcipuae Regum immoderationem suæ potestatis considerantes, quod faciles motus mens generosa caput, ut dicit Ouid. & etia Salustius in Iugurthino: plerunque (inquit) Regis voluntates ut vehementes sic mobiles sepe ipsa sibi aduersa. Vnde opus fuit moderatione, quæ tanta extitit apud Reges Franciæ: ut ex ordinatione plurium Regum, ac verbali præcepto officiariis Franciæ sepius tuisset iniunctum literas Regias judicialiter & publice posse impugnari de nullitate ac subreptione, & ut tales per Iudices quibus diriguntur, posse declarari, etiam de inciuitate & iniquitate, & ira in omnibus curiis Franciæ seruatur, in sequendo ordinationem Regis Caroli VII. super hoc editam in ordine 78. incip. Item & que souentes fois plusieurs obriennent de nous ou nos chancelliers. Et idem ordinauerat Philippus VI. eius prædecessor, de qua meminit Aufrius in suo tracta. o. dñ. tunc. de rescriptis. c. quia sepe contingit. Quæ quidem sunt multum laudanda in rege Franciæ; quia de iure communi, vbi rescripta non sunt falsa, nec subreptitia, nec contra bonum Reipublicæ, licet iniquitatem contineant, non possunt de iniquitate impugnari coram Iudice inferiori, sed debet Index rescribere Principi, e. si quando. de rescripti. tamen in Regno Franciæ possunt etiam de iniquitate coram inferiori, cui ditiguntur, redargui, & inciulia declarari. Et hoc est quod dicebat Cassiod. loquendo de Cancellario Regis: Pro æquitate, inquit, seruanda, nobis quoque patimur contradici: De quo idem Benedicti in dicta repet. in d. verb. & uxorem, in fine secunde de cōfessionis.

Ex quibus prædictis tanta Regum Franciæ fama intemerata iustitia per vniuersum orbem euolauit, quod plures eisdem non subditi, etiam infideles eorum iudicio se submiserunt, ut in eis verificatum sit, quod de gloriose Scipione Africano concludit Plutarchus, quod tanta est virtutis vis & tam magna apud omnes gentes, cum non solum bonos, sed etiam improbos ad le amandum alliciat: quod exemplum fuit in pluribus Francorum Regibus compertum, qui si acceptare voluerint extraneas nationes, regerent in eos consentientes, præsertim in personam Dagoberti Regis Franciæ huius nominis primi, de quo Guagrinus l.3. c.3. sic de Duce Sabaudiæ, qui Francorum Regis iudicio sponte se submisit, consuluit Bald. in tercia parte Consiliorum, consi. 218. incipient. penita veria, flexisque genibus loquar, &c. Vbi ponitur tenor submissionis. Quod consilium videndum est, cum sit pulcherrimum. Et adeo semper apud Francos Reges cultus iustitia acceptus & gratus fuit, & speratur perpetuo vigere, quod de ipso Christianissimo Rege dicere verisimiliter possumus, quod per Psalmistam dictum fuit. Pl. 95. Iudicabit orbem terra in æquitate, & populos in veritate sua. & iterum Psalm. 96. Iudicabit orbem terrarum in iustitia. Et sequitur retributio, Psalm. 54. Propter veritatem tuam & iustitiam deducat te mirabiliter dextra tua. Quoniam notorie videamus Francorum Reges supra omnes Principes terræ exaltatos, ut verificatum fuerit eis, quod Cicero lib. 3. de officiis dicit. Qui veram gloriam adipisci vult, iustitia fungatur officium, quoniam, ut dicit Seneca lib. de quatuor virtutibus: Iustitia est diuina lex & vinculum societatis humanae, quisquis hanc desiderat sellari, Deum prius amet, ut

ametur à Deo, quod in Francis Regibus vidistis adimplatum. Quibus recte & iuste appropriari poterat illud, & pariter eorum subditis, quod de Rege iustissimo scribitur: Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra diriges. Sed timeo, quod hodie non sit verificatum illud, de quo habetur per Aug. de 12. abusionum gradibus, cuius dictum retuli in rubrica, Desinistres & droites d'icelles, in initio in consuetudinibus nostris, ducatus Burgund. vbi scripsi per contrarium quid operetur iniustitia. Quod cum non sit meæ intentionis, in hoc meo opere aliiquid tangere, aut parum, nisi de his, quæ tangunt laudem, gloriam, & honorem, ideo nihil aliud dico. Sed ibi etiam dixi, quod iustitia est quædam turris fortissima, triangularis quodam triangulo contenta. Unus angulus est honeste vivere, aliis, alterum non ledere, tertius, ius suum cuique tribuere. Cuius quidem iustitia sex sunt partes principales, seu lapides, ut ibi dixi, ideo non repeto, & satis declarantur in locis ibi per me allegatis: de quibus etiam facit mentionem Benedicti in loco hic ante alleg.

Bernardus vero in sermone 4. de aduerem, assignat alias partes iustitiae, vbi ait: quod iustitia est virtus, quod suum est unicuique tribuens superiori, æquali, & inferiori. Superiori enim debetur obedientia, & reverentia, scilicet, Prælato & Principi de hoc 23. dist. per tot. Æquali siue pari consilium & auxilium, ut consilio erudiatur ignorantia, auxilio iuuetur infirmitas, secundum illud 2. Corinth. 12. Quis infirmatur, ego non infirmor? Inferiori debetur custodia & disciplina, scilicet ut non regnet in eo peccatum, & ut dignos fructus penitentie faciat. 47. dist. c. omnes. quibus omnibus debet adiungi rectum iudicium, quæ septem possunt significati per septem columnas, quas excidit Sapientia in domo, quam ædificavit Prouer. II. prout ibi dem exponit Bernardus.

Et non immerito, si Principes ex iustitia laudentur, & gloriam consequantur: quoniam Aug. libr. 7. de ciuitate Dei c. 12. Sapientum sententiam recitans, concludit hoc verissimum esse, Republicam, cuius Princeps est iustus secundum Luc. de Pen. in l. quicunque in 3. & 4. col. C. de omni agro deferro. & cuius commissionem habet à Deo, in Aut. vs dff. re. res iudices. n. prim. colla. 9. Ad cuius etiam utilitatem respicere debet, in Autib: ut Iudices sine quoquo suffra. colla. 2. & eius sustentationem. in l. constitutio C. quam debet cunctis præponere. Bald. in auther. de hereditib. & F. cidia. in 2. col. colla. 1. sine iustitia conseruari non posse, nec regi. Et ut ait Macrob. lib. 1. de somnio Scipionis: sine iustitia non solum Respublica, sed nec exiguis hominum cœtus, nec quidem parua dormus constabit. Et ut ait Cyprianus lib. 12. de abusoribus. Iustitia Regis est pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum; & merito; Nam Respublica per iustitiam tempore pacis & belli optimè gubernatur, ut habetur in proœmio Inst. Per iustitiam namque mali terroristur, & boni conseruantur. l. capitulo. §. famosos & l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. Nam per ipsam cum punitur unus malus, reliquis inquitur metus, & isto modo pax & tranquillitas conseruantur, l. 1. C. ad leg. l. ul. repetund. l. diuus. ff. de custod. & exhib. reor. dixi in consuetud. nostris ducat. Burgun. in d. rub. Desinistres.

Ex hac iustitia maximam etiam gloriam consecutus est Traianus. Vnde Heliandus ingestis Romanorum narrat; Quod cum ascendisset equum ad bellum prefecturus, quædam vidua apprehenso pede eius miserabiliter, lugens, sibi feci iustitiam petiit, de

his, qui filium eius bonum, & innocentem occiderant, dicens: Tu (inquit) Auguste imperas, & ego tam atrocem iniuriam patior. Cui Imperator: Tibi satisfaciam cum rediero. Cui illa dicit: quid si non redieris? Successor. (Inquit) meus tibi satisfaciatur. Et illa: Quid tibi prodest, si alius bene fecerit, tu mihi debitor es secundum meritum recipiendus, & frus utique est nolle reddere quod debetur, successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebitur, te non liberavit iustitia aliena, & bene agetur cum successore tuo, si se liberauerit. His verbis vietus Imperator, descendit statim de equo, & causam exaudiuit prætentia ter, & condigna satisfactione Viduam contolatus est. Et inde statua Traiani in foro posita fuit, repræsentans quomodo in expeditione positus viduam liberavit, & in Senatu exclamatum fuit: Non alter felicior Augusto: nec n.e ior Traiano. Vnde & de eodem legitur, quod cum filius eius equitaret in duro equo, ex eius pedibus filius cuiusdam viduæ interfactus est, & ideo eidem viduæ ei conquerenti, filium suum pro filio illius viduæ mortuo tradidit & hereditatem cum eo. Ille Traianus, Hispanus fuit clementissimus & iustissimus, sed quia paganus, damnatus erat. Vnde magister Gregorius diu post mortem Traiani de iustitia eius & pietate, quæ est pars iustitiae, atiens, oravit pro anima eius, ante altare beati Greg. & ex priuilegio singulare, & inaudito, oratione eius, libertata est anima Traiani de inferno: de quo testis est totus mundus secundum Damasc. ut scribitur in Legenda beati Greg. Facit de eo mentionem Luc. de Pen. in l. 2. m. 3. eccl. m. C. de exact. trib. lib. 10. 10. Fab. in proœmio Inst. Bened. in reper. cap. Rayn. in verb. & uxorem nomine Adelasiæ. num. 602. de testam.

Vlque adeo iustitia in Rege laudanda est, ita quod melius est regi iusto Rege seu Principe, quam iusta legge, cum ipse in singulis causis iudicat secundum equitatem, quæ sibi videtur, vt not. Bart. & post eum Pan. in leg. præsenti. in sui initio per illum text. C. de his qui ad eccl. confug. Nam ipse est summum ius, & lex viva seu animata in terris, dicit tex. in auth. de consulibus. circa fi. & ibi gloss. in verb. legem, hoc expresse not. collat. 4. Et ipse solus iudicat de causa à iure non definita, vt infra ista parte scribitur in consideratione, in qua specialia solis Principibus competentia describuntur. vers. 69. Et de hoc vide Coriscum de potestate Regia. q. 6. 7.

In quibus consistat iustitia Regis, ponit Cyprianus de 12. abusionibus, dicens: Iustitia vero Regis est neminem iniuste per potentiam opprimere: sive acceptance personarum inter se, & proximum suum iuste adiudicare aduenis & pupillis, & viduis defensor esse, coh. bere fura, adulteria, & omnem moxiam punire. 23. quest. 5. c. Regum, &c. Rex debet iniquos de primere, & bonos exaltare, impudicos vero & histrio nes non nutrit. ad hoc 86. dist. cap. donare. Impios de terra perdere, patricidas & peccantes vivere non sinere, prædict. c. Rex debet Ecclesiam defendere. d. c. Regum. pauperes eleemosynis alete. 68. dist. c. non satis. &c. pacce. dist. c. de fœni. l. c. quam nobis. Iustos super regni negotia constituere, & senes sapientes, & sobrios consiliarios habere. l. q. c. c. estote. Magorum & aliarū Pythonissarum superstitionibus non intendere. 26. q. 6. c. nec mirum. & l. 23. & 4. eiusdem causa. iracundiam suam differre. 11. quest. 2. c. iustum cum apud, & c. illa. & c. summa. patriam fortiter & iuste contra aduersarios descendere. 23. qu. 2. c. iustum. cum c. sequ. & quest. in ea. fortitudo. & qu. 8. c. ut pridem. & q. l. c. militare. & c. noti. & per omnia in Deum confidere, vt Psal. 124. Qui confidunt in Domino, &c. de conse. dist. 1. c. omnis Christianus. prosperitatibus animi non eleuari, sicut fecit Na-

buchodonosor Rex de pan. dist. 1. c. voluisse. ver. N. buchodonoso. Cuncta aduersantia patienter tollere 23. q. 1. & l. & c. paratus fidem Catho. in dominum habere. q. 6. dist. Et. c. si Imperator. l. inter claras. C. de iur. 11. filios suos non sine impie agere. 23. q. 5. c. ca. R. v. certis horis orationi insistere, vt Rex David Ps. 118. Septics in die laudem d. xi tibi Domino, &c. 1. de celeb. missar. & ante horas congruas non gustare cibum. Et subdit Cypr. Hæc regni prosperitatem in pfecti faciunt, & Regem ad cœlestia Regna deducunt, sermonem accusantium inuestigare: quoniam, vt habetur Proverb. Gloria Dei est celare verbum, & gloria Regum inuestigare sermonem.

**S**exta consideratio. Multum laudantur Principes ex splendore seu clementia: quoniam, vt dicit Iodocus Clithoneus l. tract. de nobilit. qui hac virtute insignes floruerunt, perpetua celebrantur laude, nullaque ætate obsoletet eorum gloria, maxime quæ innata est Principi. monente. C. in mil. : on pessimi. lib. 12. q. quoniam vero. in auth. de exhib. reis col. 5. Dominus enim constituit Moysen super populum, cum esset super omnes mitissimus. Num. 12. & 3. Reg. 20. Et habebetur F. & c. quod Reges Israël clementes erant: vt dicit: Volui potenter requiri abutus magnitudine, sed clementia & bonitate gubernare subiectos. & Esa. 16. Emitte agnum domine dominatorem terra. Et de Christo habetur Matthei 20. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, Clementia enim, pietas, misericordia, mansuetudo, humilitas, modestia, dilectio, benevolentia, preciosa sunt monilia Regis maiestatis. Hinc Demosthenes ad Alexand. Nihil inquit, habes rex vel fortuna tua melius, quam ut velit servare plurimos.

Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, ac admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quam ut saltem conferas hominibus, vel dando si eguerint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgendo si supplicauerint. Cum enim vincamur à Diis in omni munere, sola clementia est, quæ nobis Deos reddit æquale. facit h. Imperialis. C. de imp. Tulius quoque lib. 1. de offic. Nil (inquit) Laudabilis tu, il magna & præclaro viro dignus placabilitate & clementia. Quoniam ut Poëta, Sola Deo equal clementia. Nam si egregium est hostem abiecere, non minus ratiōne laudabile infelicit scire misereri: quoniam, vt dicitur Proverb. 20. Misericordia & veritas sustinunt Regem, & roboretur clementia: thronus illius bonitatem & Principi populi confirmat. Proverb. 16. Clementia Regis quæ si imber serotinus: sicut imber temporaneus est, & c. vt ibi, & habetur Proverb. 11. Clementia preparabit vitam, operari malorum mortem. Et Senec. lib. 1. de clementia ad Nero. Magni certe animi est placidum esse, tranquillum & iniurias atque oppressiones semper dispicere: Muliebre atrem est furere in ira. Nam de Cælare legitur, quod omnium memoriam habebat, præterquam iniuriarum reminisci. Patiter Octavianus detrahentibus ei in ciuitate libera, liberas debere esse linguas, respondebat. Et cu in testem produceretur, libenter obiectus etiam contra personam suam tolerabat, nec contra obijcitem mouebatur. Hæc recitat Benedicti in reper. cap. Reg. in verb. duas habens filias. num. 89. de testam. Et dicit Beroaldus in tract. de felicitate. Clementia est prima dos Regum, autore Vopisco. Hinc apud Claudianum Theodosius Honorio filio salubriter præcipiens: Sit pax in principiis. Nam cu inveniatur omni in nere, sola Deos equal clementia nobis. Et, vt dicit, videtur opifex rerum ac patens natura demonstrasse clementia insigne Principibus potissimum conuenire, quæ Regem

zum sine aculeo exarmatum esse voluit, vel si spiculum dedit, eo tamen vni noluit: sic etiam debent esse Principes, ut dicit Beroaldus, quem videoas. Ideo Imperator dicit se clementem, in *Aub. de trien. & semis. & consideremus. col. 3.*

Lucas vero de Pen. in *leg. monente. C. qui milit. non polunt. lib. 12.* ponit duodecim exempla, ex quibus docet, quomodo clementia est multum laudanda in Principe, & etiam scripsit de clementia in *I. tuos. C. de suscep. & arc. i. Plin. lib. 7.* clementiam Cæsaris commendat, ut habetur in officina Textoris in verb. clementes & humani, ubi numerat 36. qui de clementia & humanitate laudantur. & videatur etiam clementia Roman. per Valer. h. 5 u. d. hum. & clementia. ponit Bernard. de Bustis in sua 2. par. Rosary, sermone. 24. part. 2. litera R. lib. 4. docens, uin. commendat etiam & multum laudat Albertus in *sua mrg ritapoetica. 2. par. tr. 1. ex 5. lib. Valerij.* Et etiam ex pietate laudatur, cum congruat Principi, quod subiectos debet diligere, ut coniunctos, inio ut filios; est enim communis pater omnium, ut in *Aub.* negre *vivum quod ex dote ad finem collar. 8.* ut dicit Lucas de Penn. in *I. 1. C. de thesauris. li. 10.* Et de h. iusmodi dilectione Principum in subditos, ponit Bernardi. de Bustis in *I. part. sus Rosary, sermone 24. part. 2. in Litera L.* Et, ut dicit ibi Lucas de Pen. Benignitas debet esse in principe, quæ est ut sol in cœlo, quæ multam seruanda est in correctione. 23. q. 3. c. quod Christu. c. h. 1. 45. dicit. Et amplissime demonstratur ex quadam mirabili & singulari Epistola Ignatij, missa ad Tymophylam monacham inserta in libris Dionysij, de divinis nominibus, quam videoas, cum questio fuerit de benignitate. In signum enim clementie Reges vnguntur, ut sint alii clementiores & dulciores, notatur in *cap. I. de sacra vñet.* Et plures ponit Benedicti in *sua repre. cap. Raynus. i. in verb. condidit. nu. 57. 58. & 59. de testam.* quem videoas & Iodocum Clémentoum in *traet. suo, de vera nobilitate. ca. 14.* ubi ait nobilibus iracundiam vitandam esse, & clementiam colendam.

**S**eptima consideratio, principes etiam laudantur ex affabilitate, & ex facilitate adeundi seu admissionis. Quoniam interrogatus Agesilaus quo pacto gloriam quis inter mortales consequatur? Respon. optima dixerit, nec non pulcherrima factitauerit. Pulcherrimum autem cum primis est, & in principe longe speciosissimum, exhibere se omib[us] obuium & facilem: audire benigne, & comiter, desideria adeundum. Nam, ut dicit Clémentius in *traet. de vera nobilitate. c. 12.* Nihil enim æque animos hominum devinit, gratiamque ducit & allicit, atque motum facilitas, moderatio animi, æquabilitas, humanitas, & in omnes affabilitas. Enimvero, hæc subditorum mentes astringit in superiorum amore: facitque, ut eos reverentur, colant ac obseruent, afficianturque in ipsos amore singulari. Ex hac adeundi facilitate miro præconio Pompeius magnus extollitur à Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panegyrista admissionum facilitatem: de quo dixi supra in *I. part. in 26. consideratione, ubi de salutatione fit mentio.* Hoc iurisconsulti in Proconsule ac Praelide, veluti officium necessarium depositum: ut scil. omnium desideria audiant, & in adeundo se faciles præbeant. *leg. nec quicquam. 9. obseruare. ff. de offic. procons. & leg.* Et, ut refert Beroaldus in *suo libello de optimo f. s. Philipp. Macedonum Regem olim adiuvit anus paupercula rogans, ut causam audire vellat, qui, cum respondisset, ociosum se non esse: exclamauit anus: Etsi unne regnes? tanquam imperare non debet, qui adeuntes adire coactimur.*

Verbum hoc demiratus Philippus, & illam audiuit diligenter, ceteris deinceps præstigit se facilem. Huius affabilitatis, & facilis admissionis, nobis est etiam exemplo Alexander Magnus, suis milibus summopere dilectus, quia humanus & affabilis erat.

Plura exempla e diuerso, quo modo nocuerunt difficiles aditus & superba responda scribunt Beroaldus & Clémentius, ubi supra. Ex quibus lucide apparet, quod princeps debet obsecrare illud. *Ecccl. 32. in prin. Rectorem te posuerunt, noli extolliri, esto in illis, quasi unus ex ipsis.* Et illud domini nostri documentum euangelicum. Nolite in sublime tolli.

**O**ctava consideratio. Principes etiam ex liberalitate laudantur, & commendantur, quæ multum conuenit principi. *leo. cum multa. C. de bonis que lib.* Ut enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum: & dicit F. Patritius *iii. 9. l. b. 4.* de Regno & Regni institutione: quod liberalitas summopere principem commendat. Hoc dicit Bald. in *I. legaris. in fi. C. ad I. F.* sed quod proprium principis est, quod debet esse liberalis & gratiolus. *I. i. in fi. C. de ead. tollend. l. s. quis rogatus. s. v. l. ff. ad Trebell.* & huiusmodi liberalitate in principes ponit Bernardinus de Bustis in *2. parte sus Rosary, serm. 14. secunda parte. Litera I.* Facit quod habetur Proverb. 22. Gloriam & honorem acquirit, qui d. u. munera. *o. 18.* Dignum boniuis dilatari viam eius, ut principes ha. in ei facit. Imo donare, quod est liberalitatis laudatur, etiā si non præstet. ut facit text. in *leg. cedere. s. munus. ff. de verb. sign.* ut dicit Lucas de Pen. in *leg. vnic. C. de calce. omnium palas. peccat. lib. 12.* Et Artaxerxes Xerxis filius aiebat. beneficium addere longe magis regale, quam auferre.

Et hæc liberalitas viguit in Tito Imperatore, ad quem nemo accedebat postulandi gratia, sine re aut spe habendi. Et interrogatus ab amicis, cur plura polliceretur, quam præstare posset. Respondit: quoniam non oportet quenquam à facie & sermone principis tristem recedere. Et recordatus super eam, quod nihil tota die illa dedisset, dixit: *Hunc diem perdidit.* Et, ut ait Seneca *lib. 2. de benefic. Quid Alex. cuidam petenti vnum denarium, ciuitateni dedit: ille vero dicit, tantam domini non conuenire fortunæ suæ: cui Alex. Non quero, inquit, quid te accipere oporteat, sed quid me dare.* Et de eodem narrat Seneca epist. 4. quod respondit cuidam ciuitati, diuidium omnium suarum rerum eidem promittenti: *Eo, inquit, propenso veni in Asiam, non quod acciperem id, quod dedisset, sed ut haberetis id, quod reliquissim.* Et de his liberalitatibus Alexandri, ponit Io. Lupus in *sua reprobribus, de don. inter virum & ux. s. 9.* ubi ample de liberalitatibus nobilium.

**N**ona consideratio. Etiam laudem, gloriam, & honorum consequuntur ex magnanimitate, & magnificencia. text. est in *I. i. Cod. de iheros. lib. 10. b. 1. & imperatoria magnanimitatis videatur peruenire libera lucas postulando.* & ibi Lucas de Penna, qui ponit differentiam inter magnanimitatem & magnificenciam: cum magnanimitas sit in honore, magnificencia in expensis. Vel magnanimitas sit in aggratione, magnificencia in consummatione. Et dicit Luc. de Pen. in *leg. 1. C. de veteraris. lib. 12.* quod in principe magnificencia circa duodecim præcipue versatur, quæ ibi ponit & de huiusmodi magnanimitate & magnificencia ample Aristoteles q. Ethicor. cap. 2. & 3. ubi multum commendat & laudat principem magnanimum: & plura per sanctum Thomam secunda secunda de magnanimitate. Et per Aggidū de regnione Principum.

c.24 quod incipit, amatores. & c.19. hæc enim virtus solis Regibus ac Principibus conuenit, vt dicit Franciscus Patricius in suo libr. de Regno & Reani institu. lib. 7. tit. 10. vbi etiam de magnificencia: & quomodo Cæsar & Porcena fuerint laudati de magnificencia.

**D**ecima consideratio. Principes laudem, gloriam, & honorem consequuntur ex sapientia, que maxime requiritur in principe. leg. oen. C. de his, quibus ut indignis. ibi; ne princeps philosophia plenus. & habetur Ecclesi. 10. Principatus sensati stabilis erit, Rex autem insipiens perdit populum suum. Qualis enim est rector ciuitatis, tales habitantes in ea, Ecclesi. 10. Salomon enim ad regendum populum non diuitias, non dies multos, sed sapientiam postulavit. 3. Reg. Et de Christo dicitur Ieremie 22. Et regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iustitiam & iudicium in terra. Nunquid Abraham, qui fuit pater multarum gentium, peritus fuit in omni sapientia Ægyptorum? A. 7.6. Nunquid David habuit sapientiam sicut Dei? 2 Reg. 14. caput. Nam regale opus est, sapere & dijudicare, vt ait Tullius lib. 1. de divinis. & refert Iacobus in suo sophologo Sapientie. lib. 1. c. 2. vbi narrat multos Reges, qui dilexerunt sapientiam: & ibi maxime de Alexandro, qui eruditus fuit ab Aristotele: de quo amplius dicam infra in 10. horas libri i partem, in 1. consideratio 10. Et refert etia Ant Flo. in suo chronic. part. 5. tit. 16. c. 2. §. 5. quod Olfredus Rex Anglie, iam duodenus, expets omnis literaturæ erat, vt ibidem de eo habetur plene, & ibi multum commendatur propter eius literaturam, per quam magis, quam viribus Regnum suum optime rexerit. Et vt dicit Arist. in Ethicus. Nemo iuvenes eligit in Duces: quia non constat eos esse prudentes, & ideo dicit Sapiens, Ecclesi. 10. Væ tibi terra, cuius Rex est puer. & dicit Boetius de consolatione in 2. & Val. 1. 7. tit. de sapienter dictis aut factis. & recitat Benedicti in sua rep. c. Rayn. in ver. duas habens filius. nu. 120. de testim. in additione, Platonem dicentem beatas esse ciuitates, si aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur: & vt inquit Seneca, seculum esse aureum, si sapientes regnarent. Ideo Sup. 6. dicitur: Concupiscentia sapientie deducet ad Regnum perpetuum. Si ergo dilectum in senibus & iacebris, o Reges populi, diligite sapientiam, & in perpetuum regnetis: diligite lumen sapientie, omnes qui praestitis populis. Multitudo enim sapientum, est sanitas orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum est. Ex predictis Bernardinus de Bustis in loco supra alleg. in litera H. dat documentum Principibus, vt sint sagaces: ex quo dicendum est, quod in huiusmodi sapientia laudari debent. Ad quæ faciat, quæ dicit Lucas de Pen. in Romanes. de decur. lib. 10. in 12. capl vbi dicit: Impossibile est enim, vt salubriter disponat Principatum, qui non agit consilio sapientum. Ecclesi. 9. Et Polycratius lib. 5. c. 6. de his pauca dicenda sunt, cum pauci tales repe- riuntur. Legitur enim in Polycr. lib. 4. quod Traianus Rex Romanorū hortatus est Regem Francorum, vt filios suos liberalibus disciplinis instrui procuraret, dicens, quod Rex illiteratus, quasi asinus coronatus:

Et ideo Principes debent habere in honore doctores & non ignoratos: quoniam, vt ait Pogius in epistola ad Nicolaum quintum: Vbi doctrinam cessant exercitia, ibi nullum inter doctores atque indoctos discrimen viget. Vbi nullus virtuti locus, nulla studiorum ratio habetur. Vitia ibi regnant, torpescunt ingenia: principatus & Regna decidant, rerumque omnium dominetur confusio necesse est, & prouenit talis ruina: quia Imperia & damnationes, sanguinem sequuntur & virtutes, vt dicit Benedicti in sua repet. c.

Raynulius. in verb. condidit. 1. num. 34. de testament.

Et sapientia in Regibus, est multum necessaria, quoniam, vt ait Vegetius lib. 1. de re milit. Nullus, inquit, est, cui sapientia conueniat magis quam Principi, cuius doctrina omnibus deber prodebet subiectis. Nam, vt inquit Polycrat. lib. 4. & 7. Sapientia fecit Romanos dominati. & ibi plura dicit Iacobus in suo Sophologo sapientie, lib. 1. c. 5. Dicam infra: 10. par. quomodo scientia & sapientia sit necessaria, utilis & laudabilis.

**V**Ndecima consideratio. Principes multum laudantur, & gloriam, & honorem consequuntur ex castitate, & continentia. Cum, vt ait Imperator in 1. si qua illustris. C. ad Orfie. Illustribus enim castitatis obseruatio præcipuum debitum est: Imo Imperator pudicitiam temper esse colendam censuit. Hinc, per illum rex. Ioan. And. in c. si. de filia presbyter. quod non valeret dispensatio facta per Papam, cum nato ex coniugato nobili & soluta nobili, nisi de nobilitate fieret mentio, per Fel. in c. postulasti. in 4. col. de re script. Nam pudicitiam & castitatem præ oculis habuit Abimelech, Palestiniotus Rex; quia visa pulchritudine Rebeccæ iocantis cum Isaac viro suo, præcepit omni populo, dicens: Qui terigerit hominis eius uxorem, in nocte morietur. Genes. 26.

Hannibal Carthaginensium Dux inuidissimus, qui, vt Trogus refert, nunquam inter innumeratas captiuas miræ pulchritudinis puellas, castitatem perdit.

Et Marc. Claudius Marcellus, Romanorum consul, se te Augustus. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 6. ante captiam Urbem Syracusarum, eius ruinam fleuit, & priusquam ciuitas inuaderetur, edicto perpetuo constituit, ne quis corpus liberum violaret.

Et Alexander, vt Vegetius lib. 2. de continentia. Alexandri narrat, licet diues & potentissimus Rex esset, cum ei pulcherrima virgo oblata fuisset, cuidam tamen nobili sponsata, illam non alpexit, sed cum domino ad virum suum remisit.

Sic etiam Scipio Africanus, alterius Scipionis filius, vt Valerius tradit lib. 4. de abstinentia, & continentia, cum in Hispanias profectus esset, capta Carthagine, virginem quandam speciosam captiuam, vt etiam Luius dicit, Iponso genero concessit, puellæque pretium dotis nomine condonauit, vbi prius omnē carnis voluptatem, è castris amouerat, ita, quod duo scotorum millia leguntur ab eius tuc exercitu abiisse. vt idem refert Val. 1. 2. de disciplina militari. & dicam infra in 7. par. Id idem Totilam, ferociissimum Regem Gothorum fecisse, cum Romanam vastaret, vt nulla quæ ingenua mulier, virgo vel nupta, aut vidua foret, violaretur, præcepisse, idque seuere custodiuisse recitat Ant. Flot. in historia 2. par. tit. 1. c. 5. hæc dicit Benedicti in d. sua repet. c. Raynul. in verb. cuidam Petro tradiderunt. nu. 71. & 72. & ibi videatur, quid etiam enierat Principibus effeminatis. Quæ cum non sit materia nostra; quia tantum ea, quæ ad laudem attingunt dicere intendo & non alia, ad ibi dicta te remitto.

Et non solum Principes laudantur ex huiusmodi continentia carnali, sed etiam ex continentia gulae, avaritiae, & ambitionis, & superbitæ, vt de continentia gulae dicitur de Alexandro lib. 4. Vegeti de re militari, quod in itinere ambulans cum amicis, accepto pane veloci solitus erat. Item legitur de Scipione Æmiliano. Et Catonem fuisse contentum eodem vino, quo remiges sue serui remigantes. Et de Arubolo Rego Barbarorum, qui deuicit Romanos, legitur fuisse contentum, quod ante noctem non requiecebat, de nocte surgere solitus erat, & in crepusculo ad cœnam vacabat,

bat, ut ibi Vegetius, qui narrat de aliis, quem vide.

Et in gestis Romanorum legimus, quod Caesar erat minimi cibi atque vulgaris, & tantum vesciebatur loco & tempore, quo stomachus desiderabat.

David etiam concupitam, quam effudit 2. Reg. 23.

& 41. dist. c. delicie.

Et Alexander, qui cum in aquosam terram & insulam potum inuenire minime poterat, siti laborabat, cum suo exercitu fugiens aquam inuentam a Cohino milite, inaurata galea oblatam, volenti plus Regi, quam sibi etiam sicuti consilere, effudit, ne bibente coram alij magis sitent: laudavit tamen, & remuneravit militis benevolentiam.

Ex quibus paret, quod antiqui Principes non querebant lauta vel pretiosa alimenta, nec epulis, vel commissationibus vacabant, 44. dist. c. confessiones. 9. 1. de confec. distin. 5. cap. ne tales. 16. dist. n. per totum. & 35. distin. 9. 6.

Ede continentia a cupiditate avaritiae ipsa etiam viguit in Principibus ex qua laudati fuerunt. Vnde narrat Valerius lib. 3. Cum Scipio accusaretur apud sen. Ro. de pecunia, respondit: cum toram Africam vestrae potestati subincerem, nihil ex ea quod meum dicetur præter cognomen retuli. Et iterum addidit, non me Punicus, id est, Africanus, nec fratrem meum Asiaticus gaziæ avarum reddiderunt.

Narrat etiam Valerius lib. 4. de praedicta continentia Principum, vbi ait de Marco Curio, qui fuit norma frugalitatis. Cum enim legati Sannensem venissent ad eum in agresti scamino afflentem foco, atque in catino cenantem, & magnum pondus auti attrahentes, & benignis verbis invitassent ut auto vti vellet: Vultum risu dissoluit, dicens: Supernacue enim, ne dicam in epro, aurum obulugis: dicit Scipio, Marci Curium malle locupletibus imperare, quam ipsam sibi locupletiem. Atque istud, vi preciosum, na male homini non ex cogitatum munus referat, & memento me nec acie vinci, nec pecuria corrumpi no. Hæc ille. Et ibi ponit alia de eo, & de Fabricio Lucinio, & de pluribus, quos vide. Sed multum facit quod dicit Tal. lib. 2. offic. Nullum vitium deteius avaritia, præfertim in Principibus Rempublicam gubernantibus, ut refert Lucas de Penn. in leg. professes. C. de muneri- bus purissimorum. lib. 11.

Dodecima consideratio. Principes laudantur ex fortitudine, quæ est vna ex quatuor virtutibus cardinalibus habens in se donum fortitudinis & præcepta, ut resistatur hostibus, ut formido sit, habet plures partes potentiales, de quibus habetur ample in trg. venia. C. de metropoli. Beruo. lib. 11. vbi ample ponit de septem virtutibus: quarum tres sunt Theologicae, scilicet fides, spes & charitas: & aliae quatuor sunt Cardinales, scilicet iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Et istae sunt multum in Principe necessariae, & ex his laudantur, & honorantur, ut dixi de aliquibus, & dicam infra. Ettantam hic tetigi & tango ea, quæ faciunt ad laudem, & honorem Principum, cum hic sit locus de his, quæ concernunt alias virtutes non maxime necessarias, licet tamen omnes viles videantur. Luc. de Pen. in d. lvnica. C. de metropoli Beruo. Vnum tamen aduentendum est, quod latius infra suo loco 17. par. discutietur de huiusmodi virtute fortitudinis, quæ multum necessaria est in militibus: & etiam temperantia, quæ est alia virtus Cardinalis: Ideo aliter hic non insisto; & etiam quia satis in discursu huius partis tangam ponendo alias laudes & honores principum.

Et de temperantia, quomodo sit necessaria in prin-

cipe, & non declinet in virtutis excessum, id est, ad dextram & sinistram, & non per abrupta vitorum à via virtutis deviet, optime differit Polycra. 1. b. 4. c. 9. vbi dicit, quod iniuriam non admittit, & v. de Ægidium de re compone principum 1. 2. de temperant. cap. 15. Et de huiusmodi fortitudine vide Martinum magistrum, qui tractatum vnum fecit de fortitudine fatis amplum, ad quem recurre.

**D**eeimacertia consideratio. Etiam principes ex fiducia gloriam & honorem consequuntur. Quoniam nihil est, quod lumine clariori præfulget, quam recta fides in principe. Inter claras. C. de sum. trin. & veat. Tul. lib. 1. offic. Neque enim illa res vehementius Rempublicam continet, & est fundamentum iustitiae. Quoniam, vbi non est fana fides, ibi non potest esse iustitia. c. vbi 24. qu. 1. & dicit Lat. de Pen. 1. quatuor. C. de ponder. & aurum illat. libr. 10. quod fides præfertur prudentie, & ibi multum ample commendat fidem: & dicit text. in cap. in qualibet. 23. qu. est. 8. quod Rempublicam magis quam ludores corporales gubernat, ut dicit Luc. de Pen. in l. probatio. 13. C. de diversis officiis. lib. 12. vbi ponit multiplices effectus fidei. Fran. vero Patricius in lib. de Rege & Regno institutiones. 1. 8. 10. 20. in principio dicit, quod fides in principe tanto splendore fulget, ut sine ea omnes Regum ac principum virtutes obsecutiores fiant: Ab ea singulæ sic lumen accipiunt, ut a sole luna, sydera ac stellæ omnes. Vnde, ut dicit, prudentia, sine fide, vanus ac mendax esset, & vasta quedam versutaque calliditas, tempestantia tristis ac verecunda. Quid laudis famæ aut gloriae princeps habere potest, qui vanus mendax aut infidus est: quid turpis aut grauius, quam fidem fallere, promissi non præstare, conuentisque noui manere? Vnde refert de Sexto Pompeio, quod cum cœnantiibus in naui apud Puteulos Antonio & Octavio, apud Sextum Pompeium Magni Pompeij filium, qui tunc conciliati societatem inuenerat, Menodorus Pompeianæ classis presestus, per internuncium Pompeio significauit, tunc tempestivum esse, patentis ac fratri iniurias vleisci: quod si occasionem laetare velleret, se operari daturum, ut è nauibus evadat nemo. Cui Pompeius, refer. inquit, Menodoro sine me id facere licet, qui iam peierare co[n]fuerit: mihi autem nefas esset, qui fidem fallere nescio. quæ quidem vox & decora fuit, Magni Pompeij filio digna.

Parmenoni quoque suadenti quidpiam Alexandros, quod præter fidem ac decorum esset, respondit: Face rem ita quidem si Parmeno esset, verum Alexander neutquam licet. nec id iniuria dicebat Alexander. Noverat enim vir animi tam excelsi, qui sibi orbem terrarum pollicetur, nihil esse posse, quod magis gloriam suam obsecutorem redderet, quam si promissa fidem aliqua ex parte falleret. hæc Patricius ibi: Et ibi ponit de fide Romanorum, & de infidelitate aliquorum, quæ vide. Textor etiam in sua officia ponit fideliſſimos. & ibi ponit paucos: suo loco inter alios ponit Attilium Regulum, qui maluit ad supplicium redire, quam datam Carthaginensibus fidem violare. De quo etiam Benedicti in dicta sua repet. capit. Raynul. in verbis farnementum. 3. nu. 18. de testament. de quo etiam in l. postlimi. ius. in g. captiuit. ff. de capti. & postlim. reuersi. & etiam Silius, lib. 6.

Seranum claram nomen in regia proles.

Ois longum semper fama gliscere per aum,

In fidis fernare fidem memorabere F. & L.

Et non est mirandum, si Textor ponat paucos fideliſſimos: quoniam hæc virtus est valde cara & valde rara. vnde Proverb. 11. Virtus fidem quis inuenies? &

*1. ad Corinth. 4.* hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, queritur, inquam, & vix inuenitur. Tempore enim Christi inter duodecim Apostolorum inuenitus est unus infidelis & alij fideles fuerunt: hodie vero duodecim, & plus inueniuntur infideles; quam inuenitur unus fidelis. Huic virtuti committit dominus bonorum suorum dispensacionem, *Math. 24. Q. is putas, et fidelis seruus, & prudens?* Et huic virtuti dat Deus gloriam suam, *Math. 25. Quia super paucos fusti fidelis, misericordia in gaudium domini ius.* Et etiam huic virtuti dat Deus augmentum gratiarum, *Luce 19. Euge serue bone & fidelis; quia in modo tuo fuisse fidelis, eris super decem cunctas.* In sequendo stylum Textoris, propter paucitatem talium, pauca dicam.

Et talis fides, maxime in Principibus est seruanda, quando est cum iuramento, prout seruauit Alexander (contra tamen eius velle) prout narrat Valerius. Qui cum iret ad dissipandam ciuitatem nomine Lampsacum, obuiam habuit Anaximenes, preceptorum suum: quod verens Alexander, quod pro ciuitate eum interpellaret, iuramento praevenit, dicens se non facturum quod petiisset: quod videns Anaximenes postulauit, vt prælibatam ciuitatem destrueret. Quod audiens Alexander sua paci reliquit: quod hodie non faciunt principes. Sed quia meæ intentionis est poneare laudes illorum, & non malefacta nec vitia, videatur de hoc Gal. Bened. in sua repetu. c. Raynou. in ver. testamentum. 3. u. 42. & 43. de testam.

**D**ecimaquarta consideratio. Ex tribus virtutibus fuit laudatus, & adhuc apud omnes laudatur Principatus Romanorum: ex quibus etiam omnia comprehendendi possunt, ex quibus Principes possunt laudari, quæ sunt scil. sincerus amor pro patria, traditio legum sanctissima, & morum benevolentia. Nam, vt ait Aug. 3. lib. de ciuitate Dei. plures causæ, ex quibus Romani clauerunt, primus & ex eis tanquam mercedem condignam dominium meruerunt. Hinc dicitur 28. q. 1. §. ex his. Romani virtutibus promeruerunt Imperium: sed inter illas post supradictas, quas declarauimus, tantum ponimus tres, quæ multas ex prædictis comprehendunt, quæ omnia faciebant ad honorem, laudem, & gloriam consequendam.

Quantum ad primum, patet ex exemplis Romanorum. Quoniam tota eorum intentio erat in regimine ipsorum, & administratione dominij, ad conservandam Rem publicam, ut eiusdem consulenter præfectibus. Vnde Augustinus de ciuitate Dei, d. lib. 5. cap. 6. & 7. inducens verba Salustij de bello Catilinæ, sententiam Catonis in dicto libro contentam de virtutibus Romanorum veterum attulit: vnde *Res publica diuina prouidentia facta est magna*, dicens: Nolite, inquit Cato, maiores nostros armis Rem publicam magnam fecisse: si ita quidem esset, multo pulcherrimam nos haberemus, quippe sociorum atque ciuium, præterea armorum, & equorum maior copia est nobis, quam ipsis: sed alia sunt, quæ virtus magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, auimus, in consulendo liber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his, non habemus luxuriam, & auaritiam publice: egestatem, opulentiam, laudamus diuitias: sed quimus inertiam, inter bonos & malos nullum disertum: omnia virtutis præmia ambitio possidet, ut ærarium efficit locuples; res priuatæ egebant, nunc econtra.

Et hinc sincerus amor pro Republica fuit apud Romanos, quod Romani pauperes erant in rebus priuatis, ut utilitatibus publicis conuleretur, ut narrat idem August. d. 5. lib. cap. 18. de Lucio Valerio defuncto in

suo consulatu, qui adeo pauper fuit, ut nummis à populo collectis eius sepultura curaretur.

Consimile narrat Vegetius de re militari. de Attilio Regulo, qui cum summis rebus præfuisset, adeo pauper fuit, ut coniugem liberisque in agello colligant, qui ab uno villico colebatur.

Item suos non patiebantur filios præfici, nisi possent proficere: ut legitur de Attilio, qui noluit, quod filius suus eligeretur Imperator post eum, dicendo, principatum deberi meritis, & non sanguine: prout nec etiam fecit Moyses, quod facere potuisset, c. Moyes. 8. quest. 1.

Vilitatem & salutem Reipublicæ propriæ vitæ preponerent, prout narrat Aurelius August. ib. 1. de ciuitate Dei, cap. 15. & Tull. de officiis. lib. 1. 2. 3. Quod cum Marcus Regulus esset ductus à Carthaginensibus, & missus Romani sub iuramento redeundi, pro commutatione captiuorum: Ille Romam veniens, in senatum venit; & captiuos reddi, vel commutari negavit esse utile, quo ad adolescentes, & boni Duxes, ipse autem senectate confectus. Et cum retineretur à propinquis, & amicis, redire maluit, magis quam hosti fideli d. itam frangere. Nam secundum Augustin. fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est. 24. q. 2. c. nol. Quod quomodo intelligatur, notatur ibi, & in clem. Rom. §. porro, de iure uran. & per Alexan. in l. 1. ff. de dol. Nam graue est fidei fallere. l. 1. ff. de const. pecunia. Narrat etiam idem August. lib. 18. de ciuitate Dei, c. 18. & Tull. in l. b. de Senat. de Theodoro Rege Atheniensi. Cum enim instaret bellum inter Athenenses, & Pelopon. & accepissent in responsis, & illi essent victores, quorum Dux occideretur, hoc audiens Theodorus, in habitu pauperis transiit ad hostes, & que obiecit eis, necem per iugum prouocando. Maluit enim mori dum viuicerent sui, quam viuere sub superatis. Seruauit autem iste Theodorus verbum Domini, sed non propter Deum. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut ponat animam suam pro amicis suis. Ioan. 15. & 16. 3. Ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus nostris animam nostram ponere, & 1. M. ezech. 9. Moriamur in virtute propter fratres nostros. Sed qualiter hoc intelligatur, habetur 6. q. 1. §. hoc tunc. De hoc etiam de pæn. d. 2. c. qui vult facere. & c. si quis tanquam. &c., vt ait Tull. lib. 2. offi. Et scientia Platonis, fuerunt duo præcepta volentibus proficere reipublicæ, seu prodefensionem, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quæcumque agant, ad illam referant oblii ciunodorum suorum. ad hoc. 8. qu. 1. c. sunt in ecclesia. Alterum ut totum corpus reipublicæ tueantur, ne dum partem aliquam tueantur, ut quæcumque agant, ad illam referant, oblii ciunodorum suorum, reliquias deserant. Et ideo Aug. cod. lib. narrat de Marco Curtio, qui se armato equo insidente in abruptum terræ hiatum præcipitem dedit, ut pestilentia cessaret ab urbe. Idem de Marco Regulo, qui consulendo saluti urbis, à Carthaginensibus est occisus.

Nec pariter parcerant filii pro republica, prout narrat Valerius lib. 5. & Aug. lib. 5. de ciuitate Dei, ca. 18. De Bruto, qui filios comprehensos, pro tribunali virgis cædi, & post ad palum religatos, securi percuti iussit: quia dominationem Tarquinij à se expulsam, reducere voluerunt. Exiit enim patrem, ut ageret consuleret: orbatusque filiis, quam publicæ vindictæ decise maluit, de quo poeta laudator ait:

natosque poster nona bella morentes,  
Ad pœnam, pulchra pro libertate locabunt.  
In felix, uti cunque ferent ea facta minores.

Sed

Sed etsi sequenti consolatus est infelicem, sic dico.

Vicit amor patria laudumque immensa cupido.

De qua immensa cupidine laudis dixi supra in princ.

Narrat etiam idem August. vbi supra de Torquato, qui filium non quia contra partiam, sed etiam pro patria pugnabat: quia tamen contra imperium suum, licet viciisset, occidit, ut plus mali in exemplo contempti imperij, quam gloria occisi hostis esset: sumens in hoc exemplum à Saul Rege, qui Jonathan filium suum, qui contra hostes strenuissime dimicarat, quia contra edictum suum fecerat, de non comedendo fauum mellis, causa necessitatis comedit, etiam ignoranter, & ignorans edictum patris, occidere voluit, nisi populus obstitisset. *t. Reg. 14. c. 32. n. 2. §. Item oppositur. ver. Ionathas. facit etiam pro hoc 23. q. 5. can. si audieris. Deuter. 16. capit. disciplina. dicitur. q. 45. ibi: ite, & redite. & Exod. 32.*

Narrat etiam ibi Augustin. multa alia exempla de laude Romanorum, ratione auctoris, quem habebant in Republicam. Ex quibus sic concludit, Talibus inquit, dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis esse dignas, prout & dicendum est de quolibet domino, & Principatu, maxime nostro, vbi tot miranda Deus Regibus nostris concessit, ut dixi & dicam.

Secunda ratio, ex quo Romani dominia, & principatus habuerunt, fuit traditio legum, sanctorum per ora Principum diuinitus promulgatarum. *l. leges sa- tristissime. C. de legibus. 16. q. 3. cap. nemo. ad conservandum vinumque in sua iustitia. Vnde. vt dicit Augustin. l. 18. de ciuitate. Dei. c. 22. quod Deo placuit, or- bem terrarum per Romanos debellare, & in unam so- cietatem Reipublicae legum perductum, longe lateque parare. Vnde idem Augustin. in 5. lib. ca. 15. dicit: Quod quia Romani avaritiae restiterunt, consuluerunt patriæ consilio suo libero, neque delicto secundum le- ges, neque libidini obnoxij, sed his omnibus artibus, tanquam vera via, nisi sunt ad honores, imperium, & gloriam: honorati sunt in omnibus fere gentibus im- perij sui, leges imposuerunt multis gentibus, hodie- que literis, & historia glorioli sunt pene in omnibus. Ex traditione autem legum, & iusticie administratio- ne, quanto tempore viguerit Regnum Francie, ex Chronicis satis dixi ante, & dicam infra, & inter alia Regna mudi, ut dixi, semper in eo plus viguit iustitia.*

Quanta autem iustitia viguerit apud Romanos, sa- tis appareat in Paulo, Cæsare in appellante, de quo Fe- stus Praeses ait: *Cum essem Iero-solymis, adierunt me Principes & seniores, postulantes aduersus Paulum damnationem: Ad quos respondi, quia non est Romanus consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is accusatur, presentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat, ad ablienda crimina. ut habetur Act. 25. & c. si in adiutorium. 10. & in pluribus aliis chronicis, quas longum, & fastidiosum esset recitatu, quoniam iam haec pars sit satis onerata.*

Tertia ratio, propter quam Romanii laudem & glo- riā meruerunt: fuit morum benevolentia in conser- vando amicitiam. Est autem secundum Senecam ani- mus hominis generofus, qui magis suauitate verbi, & operis ducitur, quam rigiditate trahatur. Hoc autem fuit proprium Romanis. Præcipua laus in eis erat, Parcere subiectis, & debellare superbos: & accepta iniuria ignoscere malebant quam persequi, ut dicit August. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 6. & propter eorum

morum strenuitatem, Iudæi confederati sunt cum eis *t. Maccab. 8. & refert August. plura exempla de benignitate morum Romanorum in d. cap. 6. supra allegato.*

Ex quibus debent etiam aduertere Principes Chri- stiani, quod si Romani, qui non verum Deum cole- bant, ex talibus laudem, & gloriam meruerunt, quod si praedicta habeant, quod non solum gloriam huma- nam, quæ sunt merces Romanorum, ut habetur per August. *l. de ciuitate. Dei. c. 15. sed etiam mercedem san- ctorum, quæ alia est, habebant. v. d. l. c. 16. ut etiam dixi supra in quarto consideratione.*

**D**ecimaquinta consideratio. Reges, & Principes, etiam ex lata gente, gloriam consequuntur, ut habetur *t. quæ. 4. c. ecclesia. §. hic itaque. Nam gloria Regis in lata gente; quoniam quanto quis maioribus præstet; tanto maior ipse, & honestior est, in *Auth. de defensione civitatis. §. nos iovatur, colum. 3. & quanto maiora quis tractat: tanto maior est. de conser. d. 5. c. de his vero. Ille etiam Greg. in moralibus, & Salustius in *Iu- gurthino*, maximam gloriam in maximo Imperio purauere, ut declarat Lucas de Pen. in *l. 2. in 3. colum. C. de dignitate. l. 12.* Et facit quod dicit idem Luc. de Pen. in *l. 2. in 2. colum. C. de his qui sponte mun. publ. l. 12.* & dicit text. in *Aub. co. Petrus. q. 4. de dignit. §. volu- minis, quod præmium dignitatis est habere subiectos. & in §. generaliter. dicit gloss. not. nobiliorum propter subiectos, & probat hoc Baptista Cacialupus in *suo consilio, de præcedentia & prominentia monachorum, & canonorum regularium, in 18. col. ver. nec per vos. vide infra in 3. considerat. sequen.****

Aduerte tamen, quod Princeps non potest esse sine multis, ut in *l. omniu. n. in princ.* & ibi notatur in verb: *inter tot. C. de testam.*

**D**ecimasexta consideratio. Honor Regis & Prin- cipis in pace subditorum constitutus; quoniam, ut ait Cassiodorus *l. 1. epistolarum, ep. 8. 22.* decet apicis regalis curam generaliter custodire concordiam: quoniam ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. Quid enim est, quod Principem melius prædicet, quam quietus populus, concors, sanatus, & tota Respublica morum honestate vestita: & *l. 2. epist. 29.* etiam inquit, *Regnantis est, gloria subditorum, ociosa tranquillitas, & l. 2. epist. 39.* dicit, Principis opinio- nem longe lateque distentat subditorum custodita tranquillitas & *lib. 5. epist. 29.* Quies suauissima populi, & dispositio tranquilla Regionum, preconium pro- batur esse regnantium Anchise quoque dicit filio suo *Aeneas*, ut refert Virg. 6. *Aeneid.*

*Ha tibi erunt artes pacisque imponere morem.*

Et Principes semper eam commendare debent, se- cundum quod fecit Federicus Imperator, in *tit. de pa- ce tenenda.* Sed amplissime per Bald. in *suo commento super tit. de pace Constantias, in gloss. fin.* vbi multa iura allegat.

Dicitur tamen communiter, quod sunt tres bona matres, quæ generant tres pessimos filios, veritas sci- licet odium parit, nimia familiaritas contemptum, & pax vitium, seu ocium: Ex quo vitium dicitur etiam, quod communitas generat discordiam, ut est text. in *l. sum pater. §. dulcissimis. in ff. de lega. 3.*

De laude pacis ample videatur per Bernardin. de Bustis in *sermo. 34. sua 2. partis sui Rosary. priuilegia pacis ponit Anton. Corsetus in *traet. suo de potestate regia*: vbi ponit tractat, particularem de priuilegiis pa- cis. Est autem pax, ut inquit Propheta Isa. 32. *cap. opus iustitiae, & dicit Bald. in proemio Gregoriano in 3. colo-* quod pax est animi tranquillitas naturam seruans: &*

temperantiam non relinquent. secundum vero Aug.  
in lib. de serm. ne Domini in monte , sic diffinitur : Est  
serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cor-  
dis, vinculum amoris, consortium charitatis. Haec si-  
multates tollit, bella compescit, ias comprimit, su-  
perbos calcat, humiles amat, discordias sedat. iniuri-  
cos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, ne-  
scit inflari. Hanc qui accepit, teneat, qui perdidit, re-  
petat, qui amisit, acquirat. Sine tamen iustitia admittitur  
administratione, pax resistere nequit, vnde S. pten. 18. c. 1. In  
disponenda concordia, est lex iustitia. Vnde de ad-  
ventu domini nostri Iesu Christi scriptum est. Psalm.  
61. Oritur in diebus eius iustitia, & abundabit pax.  
Ideo dicitur Psal. 84. iustitia & pax oscularae sunt. Sex  
modis causatur pax, & sex causae prohibent eam, per  
G le Rouille, in suo compendio iustitiae. c. 25. de paci. Et  
remedio pacis reformatur, quod clade bellica turbatum  
est. text. in c. 13. 4. quast. & dicitur: Odia pax pullus,  
colum pax rursum amorem.

**D**ecimaseptima consideratio. Etiam Principes te-  
porales huius seculi, maiorem gloriam, honori-  
ficentiam, & excellētiā apud creatorē habere non  
possunt, quam si per eos ecclesiārum dispersarū po-  
tuerit societas restaurari, tex. in c. sicut excellentiam.  
23. quest. 4. & etiam scriptum est in c. si. 96. dist. Boni  
Principis esse; & religiosi ecclesiās contritas atque  
concisās restaurate: nouisque ædificate. Imo etiam  
potest Rex reparare ecclesiās, in negligentiam sacer-  
dotum ex propriis redditibus ecclesiās, exemplo Ioiā-  
dīs Israēlītē Regis, qui negligentias videns sacerdotū,  
captis redditibus templi, autoritate sua ipsum reparati  
fecit. 4. Regum 12. § 22. c. § 2. Paral. 1. 4. Cogere enim  
& facere reparare ecclesiās & religionem excipi, est  
missi fori, pertinens nedum ad Pontifices, sed etiam  
Principes seculares, per tex. in l. hereditas. in fin. ff. de  
pecc. heret. facit l. sicut aliquam ades sacras ff. de offe.  
p. oon. Vbi hoc? Principem pertinet, & suos maio-  
tes officiarios, quales sunt Consules, qui apud nos  
sunt gubernatores pauperium, & prefecti prætorio, id  
est, praesidentes in Parlamento, principem represen-  
tantes. Exterea dicit tex. in c. 1. ne sede vacante. quod  
Rex eu proceribas Regni multum potest & operatur  
circa statū ecclesiātē reformandum. Hibemus etiā text.  
apertum in c. filii, vel. enonciis. 16. qn. 8. vbi Prælati  
dissipantibus bona ecclesiā audiri potest dignitas Re-  
gia. Ita dicit, & tenet Bened. in sua rep. c. Rayo. in ver. b.  
ff. ab/g, liber. more rerur. de fidei. subl. v. 34. n. 35. de ref.

Ex quibus dictis potest sustinere, quod Rex noster  
Christianissimus potuit facere reformationes mona-  
steriorum, tam monachorum, quam monialium, in  
suo regno etiam exemptorum, & exemplarum de cō-  
silio, & consensu suorum prælatorum Regni, etiam  
absque autoritate summī Pontificis. Fuerunt tamen in  
huiusmodi reformationibus multi abusus, qui non  
fuerunt de voluntate & scientia Christianissimi Regis  
nostri. Et utinam esset mihi data facultas scribendi ea,  
quæ hic possent scribi, vt ceteris cederet in exemplū,  
sed distinguenda sunt tempora: Et sic, uno tempore  
una lex est bona, quæ non est alio, vt dicit Bald. in l.  
vñica. m. pñne. C. de cad. toll. ita uno tempore scribēda  
essent aliqua, quæ alio tempore scribi non possunt.  
Cum, vt dicit Bal. ibi, sicut Medicus obseruat tempora,  
ita Jurisperitus; quia uno die dat vnam medicinam,  
alio die aliam, &c. vide eundem ibi. Sed ecclesiastici  
Iudices, & Prælati debent adiutare, ne, si videant  
etiam tempus bene dispositam ad faciendum ea, quæ  
in eorum voluntate habent, diuertant à veritate, & re-  
cta prosecutione iurium eorum: & ne ea, quæ facere

debent per eorum iurisdictiones spirituales, attentent  
facere per potentiam secularem. Quoniam si pro va-  
rietate temporum veritas immutetur, inuenta oppor-  
tunitate resecura est potius, quam obscuranda. text.  
est in c. illa aurem 12. distin.

**D**ecimaoctaua consideratio. Principes & Reges  
laudantur ex pulchritudine. cum, vt ait Strabo.  
ac sua orbis, l. 15. Indi, qui Catheam incolunt adeo  
pulchritudinem excoluerunt, vt Regem eligerent, qui  
forma præ ceteris præstaret, & ceterorum esset pul-  
cherrimus. Et idem Strab. l. 17. scribit, Æthiopes Re-  
gem constituere solitos, qui forma eleganti ceteros  
excelleret. Et hoc imitantes naturam, quæ Apes etiam  
docuit Reges sibi diligere insignis formæ, dissimilis-  
que ceteris, tum magnitudine, tum nitore, vt testis  
est Plin. h. naturalis histor. 11. c. 21. ss. fin. & Columella  
lib. 9. ca. 10. Etiam Basilius Magnus in Exameron. 8.  
vbi de apibus loqueus, à natura, inquit, principatum  
omnium obtinet magnitudine. forma, mansuetudine,  
ceteris omnibus antecellens. Et, vt dicit Cæpolla in  
traci. te Imp. melum eligendo. char. pe. n. 10. concl. in  
dubio eligendus est pulchrior in Imperatorem exer-  
citus, & dixi infra in 9. part. 7. consider. Neq; imme-  
rito, quoniam plenisq; gentibus in corporum maiestate,  
& dignitate veneratio est, & reuerentia, magnorum  
que operum non alios capaces putant, quam quos  
specie eximia & egregia donare natura dignata est: vt  
scribit Curt. l. b. 5. Et Proculus Lycius philos. in com-  
men. quis in Alcib. Plato is de anima, & demoni scrip-  
psit: Ita pulchritudinem estimauit, & tanti fecit, vt iu-  
stitia anteferret. & multis cōprobat, omne pulchrum  
à natura esse bonum: omne vero turpe, malum. Con-  
stat enim pulchrum esse amabile sua natura: quando-  
quidem, & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudi-  
nis imaginem serens, est amabilis, primoque aspectu  
animos ad se mouet. Et pulchrum dicitur, sive quid  
prouocat animos, sive quia perimulcat intuentes, cer-  
te secundum naturam est amabile. Quapropter, & a-  
mor ad pulchrum dicitur amantem ducere. Quicquid  
autem est amabile, est appetibile. Omne vero appeti-  
bile, est & bonum, sive reuera bonum, sive apparet,  
& consequenter, omne pulchrum bonum. Item omne  
pulchrum preciosum, vt inquit Maximus Titius Pla-  
tonicus. ser. 11. vbi etiam dicit, quod pulchrum est, id  
neque exitiosum vñquam, neque lubricum, neq; fla-  
gitium aliquod efficit, neque quenquam ad infortu-  
nium ducit, aut ad calamitatē deducit, neque in pœ-  
nitentiam definit, & si amabile sit, pulchru esse oportet.  
Et subiungit: Et si vñquam pulchrum versatur in  
terra, non alibi magis id, quam in homine pulcherrimo  
intelligens: simoque cunctorum terrestrium corporum  
particulae anima ipsam, nulbris affinis cernere licet.  
Et in viuēsam Platonicī omnes diffiniunt pulchritu-  
dinem esse gratiam quandam viuacem & spiritua-  
lem Dei radio illustrante, angelo primum infusam,  
inde, & animus hominum corporumque figuris, &  
vocabus. Quæ per rationem, viuim, auditum animos  
nostros mouet atque delectat, delectando rapit, ra-  
piendo ardenti inflamat honore. Decor enim cor-  
poris, confert ad felicitatem in hoc mundo secundum  
Bald in pœam. ff. m ver. b. Flouius, in add. Et tantu-  
m existimat pulchritudo, quod si iuuenis formosus nu-  
bat mulieri nobili, & diuiti, sed tamen rugosæ, aut alia  
turpi, licet sit pauper, & inops, nō dicitur mulier  
nubere indigno, cū mulieris nobilitas, & diuinitatum  
copia, cum forma viri compensari debeant, per nota-  
ta in similī per Bal. in c. super eo. 10. second. de refib. dixi  
infra in 11. par. Apuleius quoq; lib. 2. de magia, ait etiā

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

211

Virginem formosam, & si sit oppido pauper, abunde  
tamen esse dotatam. Affer enim ad matutum nouam  
animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimen-  
tum. unde Ouid. consonat, *Dos est sua forma puer-  
la. hæc Cælius lib. antiqu. 10. 7. c. 7.*

**D**icitur nona consideratio. Docet Bald. in can. in-  
delle clu. col. fin. de iure vir. quod honos Regis aug-  
mentum per dignitates subditorum, & sit status Regis magis  
potes, & magis honorabilis, & timendus, facit tex.  
in Authen. consti. que de dignis. 9. generaliter autem. coll.  
6. dixi supra in 3. consti. precedent. & infra in consti. ut in e.  
videtur quod Rex Hispanie, que est 37. Maxime ad decus  
Regis, & Regni spectat, plures habere vasallos & fide-  
les, qui ei personaliter seruant, potius quam redditus  
feudorum manu sua percipere, & militibus conducti-  
tiis erogare: quorum non par est fidelitas nobilium  
vasallorum fidelitati, quia et plurimum, qui pecunia  
redimuntur, in necessitate deficiunt. Vnde cum Ale-  
xander Magnus tali mercato viceret, & multos pecu-  
nia, & donis sibi acquireret subditos, fuit a Philippo  
cius patre de hoc increparus in scriptis, ut refert Valer.  
*ib. 7. iii. de sapienter dillis & factis. vbi inquit, quæ  
probabilis epist. qua Alex. quarundam benevolentia,  
& seruitium largitione ad se attrahere conatus sit, in-  
duxit, ut eos fideles tibi futuros existimares, quos pecu-  
nia ad amorem tuum cōpulisses? A charitate istud  
probatur, scilicet amor & benevolētia, quæ inter Princi-  
peis, & vasallos suos consistit ratione feudi, & fide-  
litatis, & non quod pecunia redimatur, qua cessante,  
amor esse delisteret, ut dicit G. Benedicti in sua repert.  
*c. Raynur. in verb. & uxorem nomine Adelasiam. in ma-  
teria successoria ab intest. n. 859.* Hinc dicit Bald. in d.  
9. generaliter, quod Principi licitum est infideclare Du-  
catus & Comitatus suis subiectis, ut eidem auxilium  
præstent contra hostes: dummodo non infideclare ultra  
modum consuetum aliorum Regum. Alienare tamen  
non potest, nec iura Regni, nec ea quæ cōtendunt cō-  
tra honorem Coronæ, alias ea attentare dicitur vnuin  
pecus, ut dicit ibi Baldus, qui parificat iura regni, &  
honore Coronæ, quod dicit esse menti tenendum. Et  
hoc casu, si alienatio sit contra honorem Coronæ, aut  
in perniciem Reip. quoniam, ut inquit, quia facta ho-  
sti. non tenet, immo nec iuramentum in talibus est ser-  
uandum, notatur in l. 1. 9. non fuit. ff. de doto. quoniam  
in malis promissionibus, fidem non seruabis, ut dicit  
Præpositus in c. ius militare. 1. colum. 1. dicit. dom. meus Ias.  
l. 1. in prin. ff. de iure vir. & Archid. in c. volens. 22. quæst. 2.  
Et facit in terminis talium alienationum. text. in d.  
cap. intellecto, qui dicit, alienationem factam per Re-  
gem contra honorem Coronæ, & contra primum iu-  
ramentum factum in sua coronatione, etiam cum iu-  
ramento non tenet, nec valet. Faciunt quæ dicta sunt  
supra in prima parte, in 4. conclus. ver. in oppositum. us-  
que ad fin.*

Hinc non indecenti ordine tractati posset dubium:  
An valuerit alienatio facta per Regem nostrum Fran-  
cisum, seu dominum Ludouicam de Sabaudia eius  
matrem, de ducatu Burgundi. & comitatu Flandriæ?  
Quilicet sint de corona Regni, & de paritate Franciæ,  
tamen ita tractauerant cum Catolo Austriaco in Im-  
peratorem electo, quod eos in rotum abdicabant à  
corona, etiam nullo iure superioritatis reseruato.  
Quod, an fieri potuerit, viderit, quod non, ex deduc-  
tis per Guillielm. Benedicti in sua solenniorep. cap. Ray-  
nur. in verb. & uxorem nomine Adelasiam. in secunda  
decis. num. 466. vbi fit mentio de tractat. de Bertignaco,  
etiam in verb. in eodem testamento relinquens, t. n. 131. ex-  
tra de testam. & per Ioan. Igneum in sua rep. l. domina-

tiones. C. de donis. Et forte alibi sparsim dicam, cum  
temporis opportunitas nunc non patiatur, semestre-  
que opus ex hac re compilati posset.

**V**igesima consideratio. Ex leueritate laudantur  
Principes, & honorantur; quoniam secundum  
Tull. 2. Rhetor. corur. Seueritas est, per quam iudicia-  
ria potestas, vel vindicta, in aliquem districtus exer-  
cetur. Hæc perutilis est Reipublicæ. Nam bene ope-  
rans nulli parcit. 8. Polm. ut dicit Tullius 1. Officior.  
Ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut ad-  
hibeat cura causa leueritas, sine qua ciuitas administrari  
non potest. Nam maiori interdum est roboris, deli-  
ctorum iniurias, quam legum æquitas, ut in Auth. ut  
non hanc ignoratio. in prin. colum. 5. Tanta est etiam in  
Republika de morum varietate diversitas, ut nemo va-  
leat leges defendere, nisi terror videatur aliqua tem-  
perate, dicit Cassiod. 12. vari. 1. um epist. a. 3. & August.  
23. q. 5. car. prodest. in prin. Ministerio leueritatis quies-  
nostria adiuuatur. Ex quibus dicitur, quod ad repar-  
ationem Reipublicæ conquassata expedit potius leue-  
ritas, quam remissio. Quoniam ex leueritate solus of-  
fenditur, qui punitur, ex remissione offenditur Lex;  
Rex & Grex, immo omnis res. Per lenitatem Rex con-  
temnitur, lex despicio, & grex inscit: Et per gra-  
uitatem & leueritatem Rex honoratur, lex saluatur,  
grex seruatur. Ita dicit Lucas de Penna in 1. 5. C. de his,  
qui ex publica collatione illatas sunt non u. arpan. lib. 10.

**V**igesima prima consideratio. Gloriosum est opti-  
mo Principi habere rationem studiorum, & in  
suis verbis constituere gymnasia literatoria, ac asyl-  
ium (ut ita dicam utendo verbis Beroaldi, in suo tra. El-  
de fratre) doctrinatum patrificare, quo agminatim  
vndique conueniant in alij genere eruditio candidati:  
quibus curæ est linguam eloquio, animum disciplinis excolete. Hoc nimis beneficentissimi Princi-  
pis beneficium amplissimum est ac laudabile institu-  
tum, honorem habere dicendi magistris, dignita-  
tem emolumenataque sapientiae doctribus impartiri.  
Est enim, ut inquit eleganter Symmachus, hoc speci-  
men florentis Reipublicæ, ut disciplinatum processo-  
ribus præmia opulenta pendantur. Hinc Traianum o-  
mnes scriptores merito laudant, quod ingenuas artes  
earumque processores in complexu, oculis & auribus  
habuerit, quod studia humanitatis professi apud eum  
fauorabiles extiterint, denique: quod sub ipso spiri-  
tu & sanguinem, & patriam studia ceperint. Quo-  
niam vero lunt studia necessaria, ponit Iodocus Cli-  
ethouelis in suo an. th. hero. lib. 2. cap. 29. & 30. vbi in-  
uchit contra Lutherum studia, & gymnasia repro-  
bantem.

**V**igesima secunda consideratio. Honorantur in  
hoc Principes; quia coronantur maxime Reges,  
quibus datur corona pro gloria, seu Victoria glorie,  
notatur in l. 1. C. de Athletis. lib. 10. Nec debet Rex se  
sine diadema, id est, corona autem regem nominare.  
not. Luc. de Penn. in l. 1. vnic. C. de reis postul. lib. 10. vbi  
dicit, quod diadema, sive corona non tribuit regnum,  
sed est signum honoris, & designat plenitudinem Imperij  
non tamen tribuit imperium. Et corona Regi,  
quæ olim erat in vnu, erat magni pretiosus, puta vnius:  
alteri ex auro, & gemmis preciosissimis, & vocabatur  
diadema 2. R. 12. in c. fin. tulit David diadema regis  
eorum de capite eius pondo auti talentum habens &  
gemmas preciosissimas, & impositum erat super Da-  
vid. & idem Paralip. 20. Et hanc coronam auream port-  
abant etiam reginæ. Ester. 7. coronam auream portas  
in capite. Et ut infra dicunt, Reges Franciæ, & reginæ  
Franciæ coronis aureis coronatur gemmis preciosissi-

sumis ornatis, inter quas debent esse duodecim lapides preciosi. Et aurea esse debet corona Regis, ut sicut aurum preciosius & grauius, & splendidius ceteris metallis est, quæ omnia ex terra sumuntur: sic rex gratuitate mortum, splendore vita ac preciositate intellectus cunctos homines tenet excellere: neque enim est Rex, qui non per se sufficiens est, ac omnibus superexcelsus. *Eihi ex quo ergo infertur, quod corona solum Regi virtuoso debetur.* *I. fin. C. de statuis, & iugis. l. C. de Metrop. Beryto. lib. ii.*

Et ad huius significationem & demonstrationem, quod ultra alias margaritas, & lapides preciosos, qui in corona ponuntur, debent apponi 12. lapides preciosi.

Primo enim in summitate ipsius diadematis debet ponni Sardius rubrae terræ speciem habens, quo monetur aliis sublimior esse in ratione loci, quo ponitur, id est, in regio solio præcipue dignitatis, sui tamen terrestrietas agnoscere, cum terre sit filius Adam, & ad terram itutus.

Alij vero lapides suis locis collocantur, secundum ordinem, scilicet primo Topazius lapis nimium pretiosus, qui omnium colores lapidum in se habet: quo monet debet princeps seu rex omnes in se habere virtutes. Reges enim illi solum dici merentur, qui se & alios virtutum plenitudine regunt. *12. q. 1. c. 10. dno sunt.*

Deinde Smaragdus, qui preciosissimus lapis est, adeo viridis, ut omnium herbarum virorem superet, & facies aspicientium reddat videntes: per quem designatur vera iustitia, qui semper in eo debet esse virentior, sicut Christus iuxta Malach. q. *Vobis impenitus nomen meum orietur sol iustitia.* ut interim vireat, quod etiam aspicientes sibi subditos potissimum magistratus faciat esse iustos. Hæc virtus in Regib. debet esse præcipue, quoniam secundum Arist. & Alex. Iustitia regnantis utilior est subiectis, quam fertilitas temporis: dixi supra in *S. consider. huius 5. part.* & de mala iustitia Regis quomodo nocet, vide ibi, & per Lucam de Pen. *in leg. iudices. C. de dignit. lib. 12. & de Smaragdo habetur in l. pediculis. §. den. ff. de auro & arg. leg.*

Iaspis etiam in corona Regis debet apponi, & est coloris viridis, sed terrestris: & licet sit parum pretiosus, tamen designat in principe, quod debet procurare pabula subditis, quæ à terra proueniunt, & per viriditatem ipsius designantur, famemque repellat.

Chrysoprasus, qui aurei & viridis est coloris, hoc monetur sapientia intendere, quæ designatur auro, & viriditate Catholicæ fidei ad cœlestem patriam aspirare.

Calcedonius, qui fortissimus est natura, quamvis modicum pretiosus, hoc instruitur, ut in observatione iustitiae ac totius regiminis sit fortissimus: ne frangatur in aduersis, ne erigatur in prosperis. Habet enim ipse lapis in colore similitudinem lucernæ pallentis, quo monetur, ut anima eius sit referta prudentia, & vita sanctitate conspicua, ut sicuti lucerna lucens in obscuro lumine aliis præbet, sic Rex in consilio, quod in obscuro, id est, in secreto, agendum est sibi assistentes illuminare tenetur. In hoc monetur, ut sit fortis per substantiam, prudens per colorem. Nam prudenter latet in anima prius, quam in corpore exteriori exercetur.

Hyacinthus est, qui similis est aquæ, solis radio perfusa, quo mouetur per aquam, ut in cunctis temperatu incedat: per solis radios, ut diuinus illuminatus effulgeat: & sic hic lapis monet principem, seu Regem

debere esse temperatum, & habere debere temperantiam, quæ est una ex quatuor virtutibus cardinalibus, de qua habetur in *L. unica. Cod. de metropolis. Beryto. lib. ii.*

Amethystus, hic trib. coloribus purpureo, violaceo, & roseo decoratur: Hoc monetur per purpuram, ut onus Regis dignitatis attendat, postquam soli sibi purpurea prærogatiua vendicavit. *I. imperient. C. de vestibus oloberis, lib. 12.* per violam, quæ herba est satis humilis, pulcherrimum tamen florem, & iucundum odorem exhibens: Hoc instruitur, ut florem morum Regalium odoremque famæ, seu vita laudabilis indesinenter ostendat. Per roseum suadetur, quod tanta charitate flammescat: ut usque ad effusionem sanguinis pro iustitia, & turba seu populo, & suis fidelibus non lentescat.

Beryllus, hic viridem & pallentem colorem habet, quo dirigitur æternorum contemplationi inhærente: ut ita curam subiectorum habeat: quod plerunque nimia laborum solicitudine redeat cum expediens fuerit, ad pallorem.

Chrysolithus, qui velut aurum fulget, quasdam fere scincillas ardentes emittens: Hoc monetur luce sapientie resplendere suasque virtutes atque sententias cum verbo exhortationis, & exemplo actionis in subiectos effundere, & in cunctis bonis operibus omnes sibi subditos prælettum magistratus similes sui facere. Nā facilius est (si dici fas est) errare naturam, quam principem sui dissimilem formare posse Rempublicam, dicit Cassiodorus in *variarum Epist. 12.*

De Chrysolitho, Smaragdo & Amethysto habetur *ff. de auro & arg. leg. l. & si non sunt. §. prouenimus.*

Sardonyx, compotitus ex sardio & onyce, cuius pretiosior subtrus est niger, medio rubicundus, superiorius candidus, & ita sardonyx appellatur in *l. fin. §. species. ff. de publican.* Vel alias sardonica dicitur, ut habetur in *leg. diuum Atrianum. ff. de bonis damnar.* Hoc docetur rex, ut per humilitatem sit niger, id est stœra similis, vel humilius per candores, id est, per virtutes irradieatur: per ruborem inflammetur, ut si necesse fuerit charitatis officio pro iustitia debito sanguinem quoque fundat.

Sapphirus, de quo habetur, & de aliquib. ex supradictis in *l. fin. §. Duci quoque M. m. c. & Commodus. ver. species. ff. de publicanis.* Ultimo loco vocandus est. Qui licet non sit multum pretiosus, in ministerio, tamen est valde præclarus. Hic colorem habet aeternum aliis lapidibus in nullo participans: hic dicitur gerentem reddere castum, ad quod reges debent nimium anhelare, non se libidinis ventilatio volutate; unde plerunque sequitur offensa Dei, & decuratio vita. Huius colore monetur sic se regimine implicare, ut postquam ie populo in sanctis, iuxta sibi debitum exhibet cœlestia, nihilo minus mente petat. Iuxta Apostolum dicente: *Nostra autem conservatio in cœlis est.* Exemplo Moysis, qui post sui debitum quod populo temporaliter exhibebat, ingressus tabernaculum, diuinæ contemplationi vacabat, *extra de renunc. cap. n. si. & nec putes. prope fin.* Hæc omnia dicit Lucas de Penna in rubr. de auro coronario. lib. 10. *C. vbi sic ponit prædictos 12. lapides eo modo, ut dictum est.*

Sed de Sapphiro, & eius natura, & quid denotet, dicam latius infra ista part. in *31. consid. de rege Fratricie.*

Aduerte; Quia etiam in veteri Testamento rationale summi sacerdotis Israel 12. lapides preciosos, quatuor distinctis ordinibus significat, quod Pontifex, cuius exemplo esset rex, quatuor principales debet habere

habere virtutes, scilicet iustitiam, sortitudinem, prudenciam, & temperantiam: in singulis autem ordinib. habebat tres lapides significans, quod Pontifex in primo debet habere fidem, spem & charitatem. In secundo modestiam, mansuetudinem, & benignitatem. In tertio pacem, misericordiam, & largitatem. In quanto vigilantiam, solitudinem, & longanimitatem. Per lapides enim preciosos figurantur virtutes, iuxta illud: *Alij adstant aurum & argentum, & lapides preciosos.* Ira notat Achid. in c. qui Ecclesiasticis. 36. diff. & videatur Exod. 28. vbi dicitur: *In rationali summi sacerdotu crunt quatuor ordines.* In primo versu erit *Lapis sardius, topazius, & smaragdus.* In secundo carbunculus, saphirus, & iaspis. In tertio ligurius, athates, & amethystus. In quarto chrysolitus, onychinus & beryllus. Inclusi erunt auro per ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israel duodecim nominibus, &c. Et de virtutibus supradictis, quomodo ex his honorantur reges & principes, satis supra dixi, maxime de his, ex quibus magis laudantur & honorantur.

Et proprio hæc coronæ dicuntur triumphales, & sunt aureæ, & mittuntur Imperatoribus ob honorem triu-  
phi, ut dixit Textor Niueus, in sua Officina in e. dieu-  
s coronas & in e. seq. scribit triumphatores, qui de di-  
uersis regibus & populis triumpharunt de quibus dif-  
fuse supra in l. par. in 36. consl.

Et aduerte; Quoniam, ut dicit idem Lucas de Pen-  
ta in d. r. ub. C. de auro coronari, 'ib. 10. tale diadema  
regi, cum construiatur, imponendam est. Nec non &  
liber legis in manu eius. 2. Paral. 23. c. Eduxerunt filium  
Regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntque in  
manu eius tenendam legem, & constituerunt eum re-  
gem, & hoc per sacerdotes Leuiticæ tribus. *Dente.* 17.  
& ut inquit Luc. in loco ante alleg. Rex in coronatione  
prius examinatur, demum inungitur, benedicitur,  
consecrat. text. in c. venerabilem. ibi: est enim extra  
de electi. & ibi Innoc. & alij.

Per hæc excellentia Regiæ potestatis descendere ad Christo significatur, ut ipse regnet cum Christo. & in populo Christiano, ut ait sanctus Thomas de Aquino in 3. part. sue summae q. 80. art. 3. Et sicut Episcopus in capite ac manibus cumunctione debita consecratur: ex quo ea, quæ spectant ad solum ordinem intelligitur consecutus, ut not. in c. pen. exir. de conf. eccles. vel auctorita & Rex in brachio, vel humero, seu armis inungitur, & benedicitur. *unica. de facie utili. vir. unde in veteri.* Et hoc iustum est, quod ea, quæ sunt præcipua Regiæ dignitatis, intelligatur ex potestate, seu concessione divina assecutus: & etiam ex hoc confortur sibi gratia, & virtutis argumentum. Nam cor eius ad prudentiam & cōstantiam dilatatur. *i. de confec.* *diss. 5.* Augetur etiam in eo gratia fortitudinis contra hostes extrinsecos puta vitia, *c. art. diss. 2.* Ideo inugitur, ut potestas in eo plenior ex Dei benedictione descendat, iuxta illud Eze. 9. Factus est principatus super humerum eius: & d. vers. vi. de in veteri. Vnde ratione tantæ dignitatis in eo existentis dici potest illud, quod habetur *diss. 40. c. non nos.* Quis enim sanctu dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desinet bona acquisita per meritum sufficiunt quæ loci prædecessore testantur. Aut enim claros ad hoc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Ideo inquit S. Tho. in opusculo de regimine principum lib. 2. in fin. Omnes reges foliciti ad reuerentiam Dñi habuerunt felicem exitum: qui autem neglexerunt, fuerunt infelices, de quibus aliquid antedictum est.

Diversas cotonarum species describit ipse Luc. d.  
tabr. quæ olim erant apud Roman. puta athletarum,

oleaginea, laurea, graminea, quernea, mirthaea, palmea, frondea, hederalis, & populea, & quibus dabantur. De quibus in i. parte in 32. considerat. ver. 2. conclus. e. dixi.

**V**igilate itia consideratio. In sceptro etiam honoratur rex, quod signat iustitiam. c. Constantinus. 96. stylab. ; conferentes ei etiam imperialia / o. piras &c. Regum. 23. q. 5. vbi dicit text. in. fi. Ipsius autem Principibus fidem & reverentiam seruati oportet, & in d. c. Constantinus. scribunt signa, quibus honorantur principes, & per Anton. Collet. in eratt. mo de pot. ad Regis. q. 31. puta in principatu, dominatione, potestate, dignitate, gloria, vigore, honorificentia, & iurisdictione super interioribus, in possessionibus, diuitijs, lata gente ducarum Regionum & nationum: in palatio, in diadematate, corona, sceptro, chlamyde purpurea, tunica coccinea, & alijs indumentis, quæ Principem decent, & in diversorum ordinum officialibus sibi servientibus, & alia huiusmodi. Et quomodo sceptrum datat Regibus, & sacerdotibus differit. August. Datus, in falso orationib. oratione 38. l. b. 3. vbi etiam dicit, quod virga datur Principibus.

**V** Igelimaquatra consideratio. Principes in multis  
ultra alios à iure honorantur & priuilegiantur:  
Quippe multa iuta eis competunt, & sunt reseruata in  
vim regalia & superioritatis, quæ alijs nomine quibus  
& singulis possent diuersæ considerationes fieri, sed  
ut omnia, aut saltē maiorem partem priuilegiorum  
corundem comprehendere possim, istam tantum con-  
siderationem pro his describam Principum priuile-  
gia continentem: maxime Regalia, & quæ princi-  
pibus competent ratione excellentiæ dignitatis co-  
rum.

1. Habetur in titulo, quæ sunt regal. in usibus feudo-  
rum, quod Principes habent plura iura ultra alia in  
subditos, ut sunt Arimandiæ, quod exponitur per ali-  
quos, quod est ius faciendi fieri arima, ut Ariben. de ar-  
mis. coll. 6. & C. de fabricer. sec. lib. 11. Vel ut alij volunt,  
sunt litora, quæ sunt publica & regalia, ut dicit An-  
dreas de Isen. quo ad defensionem, & protectionem,  
ut prohibeat ibi fieri quicquam si viuis litoris & pu-  
blicus impediatur, i. iura. ff. de acq. rer. dem. &c. g. ista-  
ra. Inst. de rer. divisi.

2. Sunt viæ publicæ de regalibus. ut dicitur tex. in pr. & I. de Iser. in d. int. que sunt regalia, ideo tenentur principes vias publicas tenere tutas, & defendere ab oppressionibus. Ex quo cognitio delictorum commissorum in vijs publicis spectat ad officiarios Regios: cum ipse viæ publicæ sint de regalib. & idem dicatis de portu armorum, ut dixi in commento nostro super consuetudinibus duca:tius Burgun. in rubr. Des iustices. circa fieri aduertendum est, m. 101.

3. Flumina nauigabilia, & quomodo scribit in d.rie.  
Io.de Her. Et intellige de vectigali fluminum, quod a-  
pud nos dicitur pedagium.

4. Portus, id est, redditus, seu vestigia: portus, hoc est, redditus, qui prouenit ex his, quæ in portu vel ex portu vehuntur: quia sunt publica vestigalia stricto modo, i. in patrimonio Regis vel Cæsaris, vel ciuitatis, quando sunt ciuitatum. i. i. *per publica. ff. de verb. rer. sign.* Et multæ ciuitates habent ista ex privilegio: utrum aerem cum praecedenti prescribi possint contra principem, vide eundem de Istein. *in d. tu. in verb. ff. enna. paucobiblia.*

5. Ripe lca sunt de iuribus regalibus , hoc est , redi-  
tus , & prouentus ex ripis percepti . Et ipse And dicit  
hac supradicta principes usurpasserunt : sed cum sit de his  
textis , sto illi , quicquid dixerint , qui male sentiuntur

de fide, volentes aliter interpretari Euangeliū, quam  
debeat intelligi.

6. Vestigalia, hoc est, octaua pars eius, quod vehi-  
tū, vel venditū solui debet. *tex. in l. a præstatione.* &  
*l. à legatis. C. de vestig. vt sese in tota Francia, ubi o-  
ctaua de vino venali fisco debetur. Et sunt octonarij,  
hoc est firmarij, & constituti ad hoc, qui octauas re-  
cipiunt, quo verbo vitutē rex. *in d. l. legatis.**

7. Ius faciendi, & eundem monetam, competit cui-  
libet Regi in regno suo, vt est rex. *in d. ii. que sunt re-  
galias.* & ibi Andreas de Isen. *tex. in c. quanto. ibi patris*  
*eius conservare monetae.* ibi not. *in verb. defraudar-  
ia.* & ibi *in tex. alia sub nomine patri sui moneta cu-  
datur.* & ibi gl. *in verb. patris extra de iure in.*

8. Multarum & pœnatum compendia, hoc est lu-  
cra competitū iure speciali principibus. *text. est et-  
iam in l. mali. et m. C. de modo multar.* Hodie vero et-  
iam hæc iura competitū nobilibus in Gallia, haben-  
tibus iurisdictionem, vt dixi ample *in commendo no-  
stro super consuetud. Ducatus Burgund. iii. Des con-  
fiscations. §. 1. per iurum.*

9. Bona vacantia competitū Principibus, vt est in  
multis casib; de quibus habetur *in leg. l. & 2 ff. de iu-  
re fisci.* & *in m. de bonis vacatis. lib. 10. C.* Et dixi in  
loco ante alleg. & vide per eundem de Isen. *in d. ii. que*  
*sunt regal.*

10. Principibus competunt bona eorum, quæ ab in-  
dignis auferuntur, nisi specialiter aliquibus conceda-  
tur. *ff. & C. de his quib. vt indig.*

11. Competunt principibus bona contrahentium in-  
cessitas nuptias. *l. qui contra. C. de incr. nupt.*

12. Competunt principibus bona condemnatorum  
& proscriptorum, secundum quod in nouis constitu-  
tionibus cauetur, etiam habetur *in m. de horis pro-  
scrip. seu damnat. C.* quod quomodo intelligendum  
sit, scribit And. de Isen. *in d. ii. que sunt regalia. in verb.*  
*condemnatorum.*

13. Competunt argariatum, perangariatum, plau-  
strotum & nauium pœstations. *vt ead. m. que sunt re-  
galias.* Et hic possunt fieri quatuor specialia, secun-  
dum quod sunt quatuor iura, quæ competitū principi-  
bus, de quibus recurre ad ipsum de Isen. *in dicto  
loc. o.*

14. Competunt principibus indicendi seu superin-  
dicandi extraordinariam collationem ad felicissimam  
eius exercitus expeditionem. Et pro certo ista habent  
magnam declarationem, & indigerent uno voluntine  
integro ad expositionem omnium extraordinariarum  
collationum, quæ sunt per principes. De quibus dixi  
*in tractatu meo de m. etib;.* Et nunc noī aliud de  
his refricare, quoniam satis superque est apud nos  
practicatum, nec esset bonum de novo aliquid ultra  
adiuuenire: & vide aliquid per eundem de Isenia d.  
ii. ver. & *extraordinaria collat.* Dixi etiam aliqua *in  
commendo nostro super consue.* *Ducatus Burg. iii. Des  
iustices. §. 4. cu us invenimus est. Le droit des endire, &c.* Et  
aduerte, quod ipse solus Princeps imponit superindictum *l. 2. C. de superindict.* *lib. 10.*

15. Competit principibus potestas faciendi seu con-  
stituendi magistratus ad iustitiam exercendam & ex-  
pediendam. Quia lege Regia populus Romanus trans-  
futuris hanc potestarem in principe. *l. 1. in prin. ff. de  
constit. prin. in §. sed & quod Principi. in prin. Inst. de iu-  
re nat. gent. & civil. l. 2. n. circa initium. ibi; regimenter  
Reipublice ad Imperatores translatis. ff. de offic. prefest.  
prefect. & in l. 1. §. cum enim. C. de veteri iure enucleando.  
Princeps enim est iudex iudicium, in Auct. constitutio.  
que de dignitate. & c. §. 1. col. 6. &c; ut dicit Bald. in g.*

*quæ dicatur Dux, Marchio, Comes, in ver. à Principe.*  
omnes magistratus & dignitates à principe profundi-  
& deriuantur tanquam a fonte; quia in eo sunt om-  
nes dignitatum thesauri reconditi: & dixi infra *ver.*  
*61. in prima co. sed. 7. part. ver. in princeps tamen.* & vi-  
de de materia per ipsum Andreas de Isen. *in d. iii. qua*  
*sunt regal. in ver. potestas constitutendorum. & seq.*

16. Argentaria competitū principibus, & intellige  
de quolibet metallo, vt declarat Andreas *in dict. m. in  
verb. argentiaria.* Et quantum solui debeat fisca de me-  
tallo, habetur *in l. 1. & 3. C. ac metall. & metallis, & pro-  
cur. metall. lib. 11.*

17. Competit principibus solum habere palatia in  
civitatibus, & tantum proprie domus principum. quæ  
solis principibus competitū. *vt in d. ii. que sunt regal.*  
& ibi ipse de Isen. de his & excellētia illorum. & in-  
fra *in vlt. part. in 77. consed. dictum est.*

18. Principibus solis competitū redditus pœstationum  
& salinarum. *vt est text. m. d. tit. que sunt regal.* de cuius  
materiæ intellecto ipse Andreas ibi explicat *in verb.*  
*reditus pœstationum.*

19. Ipsilon etiam competitū bona committentium cri-  
men lese maiestatis, in quos committitur tale cri-  
men, *vt est tex. in d. ii.* & ibi Andreas *in verb.* & bona  
committentium crimen lese maiestatis. & *in l. quisquis.*  
*C. ad leg. Iul. m. 10. ff.*

20. Competit dimidium thesauri inuenti in loco  
Cæsariorum non data opera, vel loco religioso: si data o-  
pera totum ad principe pertinet. *tex. in loco sepe al-  
legato.* & ibi ipse Andreas. & dixi *in Commercariis no-  
stris super consuet. Ducatus Burg. iii. Des iustices. §. 1.*  
*in gl. espause. ver. sed c. & c. consulariurur.*

21. Princeps in hoc priuilegiatur & honoratur, quod  
non tenetur seruare ordinem iudiciatum, *vt habetur*  
per Felin. *in c. m. cur. sc. ext. de res jud.* & *in c. ad petitorum.*  
*ext. de accus.* ita dicit Jacobinus de S. Georg. *in  
tract. feud. in verb. Princeps. in prima specialitate P. in-  
cipis.* & per do. mecum Ias. *in l. certum. colum. pen. Cod.*  
*unde legitimi.*

22. Princeps in hoc honoratur & priuilegiatur ultra  
alios, quod potest adire hereditatem per procuratorem:  
quod non potest privatus. *l. pupillu. alias incipit,*  
*per procuratorem. ff. de aeq. bared.* & hoc vult Bart. ibi.  
& Bald. *in l. 1. C. qui adnu.*

23. In hoc honoratur Princeps, quod ipse creat ta-  
belliones, & statuit, quod eorum scripturæ fides ad-  
hibetur, *vt habetur in l. generali. C. de tabell. lib. 10.*  
per Innocen. & alios *in cap. c. P. tabellio. extra,* de  
fide instru. *in m. de inscr. edu. §. restat.* Sed utrum tales  
tabelliones habeant iurisdictionem vide Andream  
de Isen. *in m. que sunt regal. in v. s. feud. in verb. ad iu-  
sticiam expedientiam.*

24. Solus Princeps erat aduocatus, aut concedit po-  
testatem curandi aegros, *vt voluit Luc. de Pen. in l. co-  
tra publicam. ver. 10. C. de re milit. l. h. 12.* vbi dicit de  
hac esse constitutionem in Regno Siciliæ, vbi fuit  
Consiliarius: & (vt credo) Cancellarius Regis Siciliæ.  
Bonum pro certo esset, vt ita obseruaretur apud nos,  
sic, quod medici non possent exercere eorum aitem.  
sive speciali licentia (vt ita loquat) Princeps, propter  
multa inconvenientia, quæ ex imperitia plurimum pro-  
ueniunt. Et in qualibet ciuitate saltem deberent ap-  
probari in præsentia officiariorum Regiorum.

25. Solus Princeps approbat medicos, & dat eis po-  
testatem curandi aegros, *vt voluit Luc. de Pen. in l. co-  
tra publicam. ver. 10. C. de re milit. l. h. 12.* vbi dicit de  
hac esse constitutionem in Regno Siciliæ, vbi fuit  
Consiliarius: & (vt credo) Cancellarius Regis Siciliæ.  
Bonum pro certo esset, vt ita obseruaretur apud nos,  
sic, quod medici non possent exercere eorum aitem.  
sive speciali licentia (vt ita loquat) Princeps, propter  
multa inconvenientia, quæ ex imperitia plurimum pro-  
ueniunt. Et in qualibet ciuitate saltem deberent ap-  
probari in præsentia officiariorum Regiorum.

26. Solus Princeps restituit ad sanam. *l. 1. §. de qua-*  
*f. de*

ff. de postul. per Bart. & alios in l. infamem. ff. de public. iudic. Luc. de Pen. in d. l. contra. in 26. priuile. Et notant Canonistæ in c. cum test. extra de sent. & re iud. vbi Felin. & quomodo, vide Lucam de Pen. in d. l. contra. verb. 27. cap. de re milit. dicam infra verb. 33. Et dixi in Commentariis nostris super consuet. duratus Burgun. tit. Des iustices. S. 5. in gl. S'il n'a grace. ver. resit. numer. 7. & ibi etiam patet, quod non solum restituunt ad famam, sed etiam dat gratiam ad vitam.

27. Solus Princeps vniuersalem legem condere potest. l. si. §. pen. & si. C. de legib. ipse enim supra ius est ac solutus legibus. l. princeps. ff. de legibus.

28 Solus Princeps legum dubiam vel inter æquitatem & iuris rigorem interpretatur. l. l. C. de legib. & per Luc. de Pen. in l. l. 11. verb. interpretandi. C. de professor. qui in urbe. l. 11. Et etia à testamentum voluntatis interpretatur Princeps ut dicit Bald. in l. cum pud. C. de communii seruo manum. vt tenet Franc. Lucani in tract. de priuileg. fisci.

29. Soli Principi licitum est egredi vires libelli, vt dicit Ant. de Bar. in c. h. et H. l. extra de simon. a. Pan. in c. cum f. p. extra de con'e. f. in fi. 2. col. Vbi dicit, quod si reus fateatur defectum iuris sui, & tamè actor nihil probauit, si causa ventilatur coram inferiore à Principe, reus erit absoluendus. Si vero ventilatur coram Principe, ex eadem instantia siue noia petitione poterit priuare tecum, q. u. confusus est defectu iuris. alleg. Spec. in tit. de act. & pen. §. super actionib. vers. sed quid si reus. Iacobinus de S. Georgio in d. tract. de feudis in verb. princeps. in quinta specialitate principis. addit Bald. in repet. l. E. milius. colum. 18. ff. de minoribus. vbi dicit, quod Princeps de plenitudine potestatis potest supplicare circa libellam ex causis sibi notis. Quia coram Principe non attenditur ineptitudo libelli; & potius attenditur causa, quam conclusio; sed coram delegato attenditur conclusio; & ita intelligitur quod not. Inn. c. super literis, extra de rescript.

30. Princeps mutat substantiam, quantum ad inducta per ius civile. l. l. in prin. Cod. de ret. uxori. act. gloss. singularis in cap. 1. de capillis monach. Franc. Curtius consil. 40. colum. 19.

31. Instantia in curia Principis non currit, faciunt quæ dicit Fel. in c. causis extra, de re iud.

32. Solus Princeps ratificat id, quod ipso iure nullum est. l. adoptio. l. 2. ff. de adoptio. l. 2. ff. de rebus corum. & c. quippe. 3. q. 5. & vide infra ver. 77.

33. Solus Princeps de inhabili facit habilem. l. quida consulebat. ff. de re iud. & de indigno facit dignum. in Auth. quib. mod. natur. effi. sui. §. discretio. col. 7. Fran. Cur. consil. 49. col. 45. vbi plene.

34. Honoratur in hoc Princeps; quoniam in eo omnis poena est arbitratia, vt dicit Bald. in l. cunctos populos. in lect. ordinaria, circa 8. col. C. de summa Trinit.

35. Solus Princeps facit gratiam iurisfundi l. fi. in prin. ff. ad munit. not. Luc. de Pen. in la. C. qui milit. possit. vel non. lib. 22.

36. Solus Princeps approbat militem, ad ipsumque spectat & pertinet assumere ad aliquem numerum vel limitem custodiendum. l. neminem. Cod. de re milit. lib. 12. & Luc. de Pen. in dict. l. l. Cod. qui mil. poss. & vt dicit, hoc patet i. Regum. 14. in fine. dum dicitur: Nam, quemcumque viderat Saul, virum fortem & aptum ad primum, sociabat eum sibi. dicit tamen text. Ierem. ultim. quod Princeps militæ probat tyrones: vbi circa finem dicitur: de ciuitate tulit, & c. scribam Princeps militum, qui probat tyrones. Sic enim Abraham approbat & numerauit expeditiones vernaculos suos 318. G. n. 14. qui erant habiles ad militiam, vt habetur

in l. si militi. in fine ff. de castri. pec.

37. Licet gelta per falsum procuratorem possint ratificari per dominum, vt habetur in l. h. et C. de iudic. Tamen gelta per fallum procuratorem in audience Principis non possunt ratificari per dominum. ita dicit Bald. in l. falsus. colum. prima. cap. de furtis. allegat nota per Innocentium in cap. ex parte decani. extra de scriptus.

38. Princeps potest iudicare secundum conscientiam; vt dicit Bart. in l. 1. in fin. C. ut que defunct aduoc. partium. & c. Felin. in c. causis. col. 2. extra de re iud. do. meus Ias. in l. fine nostrum. ff. de in litem iur. Barbat. cons. 24. in 2. vol. col. 1. Franciscus Lucani in tract. de priuileg. fisci. priuileg. 139. & dixi infra in 7. part. in 3. confid. ver. octauum effectum addit.

39. Solus Princeps concedit immunitatem à munere publico, vt habetur in l. unica. Cod. de his. qui à Princeps vacati. accep. lib. 10. & l. immunitates. C. de agricolt. & censit.

40. Solus Princeps immunitatem tribuit à tributis. l. Reg. 17. vbi dicitur: Et dicit David: unusquispiam de Israel, qui percuferit Goliam, dirabit Rex diuini magni, & filiam suam dabit, & domum patri eius faciet absque tributo in Israel. Nam & pluribus ciuitatibus Imperatores remisere tributa. l. l. & si. ff. de censib. de quo Luc. de Pen. in l. medicos. post gl. in verb. muneri. Cod. de profess. & medici lib. 10.

41. Si Princeps comminatur vasallo sub poena indignationis, p. ticipiendo sibi aliquod iustum, si ipse vasallus non obediat illa verba, sub poena indignationis important, quod poterit eum priuare feudo. ita tenet Bald. in c. 1. y. porro. in tit. que si prima causa benefic. amitti. in usibus feudi. vbi dicit: Quod quando in literis Apostolis apponuntur ista verba, indignationem Petri & Pauli, & beatorum Apostolorum se nouerint incursores: talia verba comminatoria important, quod inobedientes possunt priuari eorum beneficiis. Et de ista poena indignationis loquitur idem in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & in Authen. statuimus. in q. de quastione Flandrensi. C. de episc. & cler. vbi videtur velle quod ille, qui incurrit indignationem superioris, potest puniri arbitrio ipsius superioris, allegat Iacobin. de S. Georg. in d. verb. Princeps. in 9. specialitate. tex. in l. 2. ibi: indignationem nostri nominis sustinebit. Cod. de petit. honestatis. lib. 10.

42. Citatus à Princeps etiam die fetiata tenetur copacere, vt dicit Bart. in l. 2. §. 5. quasi in fi. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Quoniam (vt inquit) fetiae sunt de iure civili, cui Princeps derogare potest, l. digna vox. & ibi not. in gl. l. C. de legib. l. Princeps. legibus est solutus. ff. eod. vide infra ver. 120.

43. Princeps committit causes suas, cui vult. l. l. & 2. C. vbi causa fiscales. not. Innoc. in c. ex parte. extra de verb. signific.

44. Solus Princeps potest iubere seu concedere, vt alicui salarium de iuribus Reipublicæ tribuatur. text. in l. unica. C. de præb. sal. lib. 10.

45. Princeps, quod vult fieri, habetur pro facto. leg. apud eum. ff. de manum, vt comprobat Luc. de Pen. in d. l. contra. in 17. priuilegio. C. de re milit. lib. 12.

46. Solus Princeps remittit poenam merenti, leg. ad bestias. ff. de paen. & §. plane. ibi: nam quod ob meritum indulxit alicui. & ibi gloss. Instit. de iure nat. & vide infra ver. 136.

47. Solus Princeps potest augere poenam à lege statutam, vt est tex. in d. §. plane. ibi: vel sicut poenam irrogavit. iur. Ela glo. in d. verb. irroganti. Et hoc sine causa: quoniam cum causa potest etiam inferior augere; vt

dixi in *Commentarijs nostris super consuet. ducatus Bur. et. Des iustices.* §. 5. in gl. Al. arbitrage. Sed his sola voluntas principis (que habetur pro causa) sufficit, ut dicit *Luc.de Penna in leg.contra. versio. 27. C.de re milit. lib. 12.*

43. Solus princeps instituit noua vestigalia, eg. 3. C. de vestigib.c.in novam. extra de censib. notant doct. in c.super quibusdam. extra de verb.sgn. Et idem de tributis, muneribus & collectis. 1.3. C. de annona & tributis. lib. 10. dixi hic ante in 14. p. iurislegio.

49. Solus Princeps restituit iure dispensat super natalibus. l. qui in provincia. ff. de rit.nupt. leg. queru. ff. de natalib. restit. l. imperiales. §. itaque. C. de nuptius. Et ius aureorum annulorum tribuit. 1. & 2. C. de iure aureo. annul. a) natal. est. & ibi Bald. in l. 1. numerat quedam specialia seu priuilegia principum. @ in L.rescripta. C. sicontra ius vel vni. publ.

50. Solus Princeps legitimat illegitimos, in *Anthen. quibus med.nat.eff. sui.* illud tamen. ut si quis ergo filius. ibi. hoc agat per nosrum rescriptum. coll. 7. Imo etiam filium proprium tamquam subditum. c. per venerabilem §. videbatur. ver. misuper. extra quis filii sint legu. ita dicit & tenet *Luc.de Pen.* in d.1. contra. C. de re milit. vers. 28. Et quod Rex Franc. solus in suo Regno legitimat, scribit Iac. Bonaldi in suo Panegyrico, una cum opera lo. à Terra Rubra impresso.

51. Ipse solus Princeps cum dignitatibus donatione omnem maculam abstergit. tex. in d.1. imperiali. §. similes. C. de nupt.

52. Ipse solus potest transferre milites de uno numero ad alium. tex. in d.1. contra publicam utilitat. m. ibi, nisi hoc angusta. C. de re milit. l. 12. Quoniam ut dicit ibi tex. honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque conuenit deuenire.

53. Ipse solus potest auferre ius alterius. l. quare ff. de natal. restit. notant Doct. in l. fin. s. contra ius vel vni. publ. Et solus potest rem priuati date militibus. l. item si verberatum. §. 1. ff. de res vend. & plene *Luc.de Pen.* in l. fi. ver. donau. u. C. de locati. prædator. cuius. lib. 10. sed hoc est de plenitudine potestatis. secundum Bald. in l. 2. col. 6. ver. item nota. C. de seruit. @ aqua. dixi infra ver. 132.

54. Ipse solus potest dare committatum & remeatum ab exilio l. relegat. in s. ff. de paen. & restituit in integrum per viam gratiae aduersus sententias criminales l. diu. ibi. vel eorum pena inminuta est, vel in integrum restitutio concessa est, quod dunt axas a principibus fieri potest. ff. de paen. Et dixi plene in *commentariis nostris super consuet. ducatus Burgundia. iit. Des iustices.* §. 5. in gloss. S'il n'a erace.

55. Solutus à militia, propter delictam, id est, remotus sine speciali autoritate principis non resumit nec ad eadem admittitur. l. 2. C. de divers. offici. l. 12. facit si quis ex grege. C. de cohortalib. cod. l. que l. expresse faciunt, quod priuati dignitate vel officio sine expressa licentia principis rehabilitari non possint.

56. Solius est principis de plenitudine potestatis revocare per se factum, ut dicit Bal. in l. 2. col. 6. ver. item nota. C. de seruit. @ aqua. Ita dicit Fel. in c. nouit. col. 9. in s. extra de iud. vbi scilicet regulam, quando Princeps potest revocare priuilegium per eum concessum vel non, ad quem recurre. In dubio tamen Princeps non presumitur ut plenitudine potestatis, ut dicit dominus meus Ias. in l. quinquag. colum. 2. C. de testa. milit.

57. Solis principibus competit autoritas belli incendi, & sola autoritas in bello gerendo est in principi. l. amica. C. ut amor. vs. se in se principi interdilectus su

lib. 1. & in cap. quid culpatur. 23. q. 1. ibi: *Ordo autem iste naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendo belli autoritas atque consilium penes principes sit & ibi gloss. in verb.princeps.*

58. Solus princeps magnas dignitates confert. l. probatorias. Cod. de diversis officiis. lib. 12. & vide infra in vers. 61.

59. Disputare de autoritate principis incurrit crimen sacrilegij. l. 2. C. de criminis sacrileg. & an dignus sit quem ipse elegerit. d. 1. 2. & ibi g. 6. & l. resti. tenuenda. in s. ibi: num qui nobis digni iudicati sunt. cum ibi notatum in gl. vlt. C. de aduoc. diversi. iudic.

60. Solus princeps liberat à curiali fortuna, l. s. C. de decur. l. 10.

61. Nullus assumitur ad officium principis etiam si sit apparitor, sine literis probatoriis principis, de leg. probatorias. C. de diversis officiis. l. 12. Alexander. consi. suo 107. in 7. vol. Et istae litteræ signari debent manu propria principis, ut dicit ibi text. Quod hodie apud nos in Gallia non obseruatur, sed sufficit, ut signetur uno ex quatuor Secretariis præceptionum, de quibus in 6. par. dixi in 11. consider. & sunt signillate sigillo Regio, quod est penes Cancellarium: & in his ex communione obseruantia & stylo Regni requiritur sigillum, alias fides eis non adhiberetur, etiam si essent signatae manu Regia, eo: quia ita se haberet consuetudo, ut dixi in *commentariis nostris super consuetud. ducatus Burgund. in conclusione.* v. vli. gl. Et aduertendum est, quod actus non dicitur perfectus, nisi quando appositorum est sigillum in talibus apponi solitum, ut dicit lo. Riminal. in l. pacta nouissima. in s. G. de pactu.

Sed redeundo, unde digressi fuerimus, hic se offert casus, in quo necessaria est scriptura etiam authentica, ut patet ex text. in d.1. probatorias. ibi: sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscripsi, & nostro arbitrio praestandis. & quod dignitates & officia confirmantur & concedantur per literas. tex. est in l. filius fam. instie. quib. modis ius patrie potest. soluit. & ibi not. Ang. per illa verba, imperialibus codicilli præstit. alios 28. casus scribit gl. in verb. in scriptis. in ca. i. de censib. in 7. Quinque alios vide per d. meum Ias. in l. mon. solum. §. moree. colum. 11. ff. de noui oper. nunciat. & vide alios per eundem do. meu in l. cum proponas. C. de pad. Vbi dicit quod omnibus casibus, in quibus requiritur scriptura, si probetur, potest probari per testes. Adde alium in clericatura, ut dixi in *Commentariis nostris super consuet. ducatus Burgund. tit. des iustices.* §. 6. in glo. Sont creuz. ver. additio, & c. ibi: clericatus debet. & in probatione capellaniatus hoanotis, qui debet probari per scripturam, vbi dixi. Alius est casus in extranear. iniuncta. de elect. in exterrantibus communibus, scilicet in Prælatis habentibus prouisiones à sede Apostolica, qui non possunt se in illis intromittere sine literis Apostolicis. Ex quo videtur, quod literæ beneficij in Prælatis habentur loco tituli. Quod an sit verum in omnibus beneficiis, vide per Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. par. 7. 22. vbi discutit, an in collatione beneficij requiritur scriptura. Et licet videatur concludere, quod non: ego tamen dixi & consului in contingentia facti de Præpositura Ecclesiæ collegiate nostre dominæ Heduen. quod in collatione beneficij requiritur scriptura: nunc pendet processus, postea videbitur consilium.

62. Nemo potest dicere principi, cur ita facis, ut habetur Ecclesi. 43. & in c. in memoriam. 19. distin. d. meus Ias. pluram ad hoc allegat. in l. rescripta. col. 1. C. si contra ius vel utilitat. public. v. in l. 1. ff. de const. prin. vbi etiam dicitur, quod apud eum est pro ratione voluntas.

facit gl. in verb. inuestiuit. in cap. proposuit. extra de cons. preben. & in cap. si grato se. in verb. à Romano. de re-script. in 6. l. regatis. in gl. fin. ff. de paen. & in l. i. §. pri-  
oritatem in verb. ratu. ff. de postulan. & §. sed & quod prin-  
cipi placuit. Inſtit. de iure natur. & l. non omnium, que à  
maioribus. ff. de legib. facit cap. in memoriam. in princ. & l.  
profexiu. circa prin. ff. qui & à quibus manumisit lib. vbi  
dicitur, sufficit ita scriptum esse, quamvis illud durum  
sit. vide infra. ver. 15 & ver. 208.

63. Solus princeps reuocat bene statuta per predeces-  
sores, not. Archi. n. c. ita dominus. §. hec autem. 19. di-  
ſſiu.

64. Solus Princeps tollit priuilegia concessa per  
quemvis. l. i. §. l. C. & in lib. 10. Et si non sint clau-  
ſa in corpore iuris, sufficit clausula generalis, non ob-  
stante lege vel consuetudine, vt dicit Federicus de Se-  
nis in consil. 47. incip. habita super causa predicta colla-  
tio. Paul. de Caſtr. in l. i. ff. de constit. princip. & in l. si mihi  
& tibi. ff. de leg. l. Imo. in l. licitatio. §. parum. in fin. ff. de  
publican. Si tamen sint scripta in corpore iuris, non  
sufficit clausula generalis, *in obitate*, sed requiritur  
quod de eis fiat in specie mentio. §. si aus vero. ubi  
Bald. in 2. confit. C. & est text. in l. decurionib. in princ. ibi:  
non praedictatura quacunque generalitate pragmatica. &  
ibid. gloss. 1. C. de silentiar. lib. 12. Alexand. consil. 101. incip.  
vixi exemplu. colum. 2. in l. volum. cum pluribus aliis al-  
legatis per dom. meum Ias. in l. i. colum. ult. ff. de constit.  
princip. & per Fel. in cap. 1. colum. 8. in 5. fallentia. ibi: u-  
num in proposito. extra. de rescript. Imo. in consil. 107. vide  
eundem Ias. in l. sunt certi. C. de testam. milit. colum. pe-  
nult. Imo eriam priuilegium per eum concessum tol-  
lit scienter faciens contra illud c. *suborta*. extra de re-  
iud.

65. Solus princeps imponit vel mandat imponi poenam  
capitalem alicui ex principalibus vel decurionibus  
alicuius ciuitatis l. aus fratre. §. decurionibus. ff.  
de paen.

66. Solus princeps inuito patre liberat filium à pa-  
tria potestate. l. si. C. de consil. lib. 12. & in Authent.  
confutatu, que de dignitatibus. in princ. col. 6.

67. Solus princeps cognoscit de causa, præscriptione  
temporis non obstante. l. 2. §. si. ff. si libert. i. gen. eff. dic.  
Et quomodo & quando princeps tollat præscriptionem,  
scripti in commentariis nostris *uper consuetud.*  
*ducam Burgund.* in fin. §. pen. ver. sed quero nunquid,  
&c. 68 Solus princeps cognoscit de innocentia alicuius  
post latam in eum sententiam, etiam sine appellatione  
vel in integrum restitutione l. i. in fin. ff. de qua-  
stion.

69. Solus princeps causam, que non inuenitur legi-  
bus diffinita, diffinit, prout sibi videtur. l. cum de nouo.  
C. de legib. l. itaque. ff. de fideicom. libert.

70. Solus princeps tutoriem ante finitam tutelam ab-  
soluit ab ea. l. idem. §. sunt ff. de excus. tutor. Et idem si  
adsumit vnum peritum tutorem vel curatorem alicuius  
in consiliarium suum. l. iuri p. r. os. ff. eo. de quo di-  
xi 13. consil. 7. par. ver. addo alium effectum.

71. A solo principe tanquam à capite in omnes ve-  
lut Reip. membra bonorum & potestatum munera  
diffunduntur. c. ita dominus. 19. dif. c. fundamenta. §. i.  
de electio. lib. 6. Ab eius enim potestate omnes alicie  
progrediuntur: dicit Luc. de Pen. 1. l. contra ver. 67. de  
remitt. l. 12. Et vide hic ante ver. 15. & infra ista parte  
in 35. considerar.

72. Princeps soli Deo de peccato habet reddere ra-  
tionem. c. totam de paenit. dif. 3. Soli enim celo debet  
innocentia rationem, c. aliorum. 9. a. 3. sic non potest  
cogitare iudicio alicuius, & potest excipere dicen-  
do: Dominus est, qui me iudicat. ita Barb. in c. cum ve-

nissent. colum. 4. extra de iudic.

73. Solus princeps potest ferre sententiam suam sine  
scriptura. ita dicit Alber. de Rosa. in Anth. nisi breuo-  
res. C. de sentent. & interl. omn. iudic.

74. Solus princeps restituit in integrum ad famam (di-  
xi supra hic ante ver. 26.) ad primos iuratales, ad ordi-  
nem proprium & ad honores, l. i. Cod. de sen. passis.  
Quod est verum, si simpliciter ad hoc, & expresse re-  
stituit, alias autem, si solum indulgentiam facit, infamiam  
non tollit. l. indulgentia. C. de generali abolit. l. cum  
patre. C. de sententiam passis & restitut. l. cum tutor. & l.  
generaliter. c. eod. tit. notatur. in c. cum te. in glo. fin. extra  
de sent. & re iul. & in l. i. §. an autem. verb. pro qua. in  
verb. eximi. ff. de postul. Et iulus ipse Princeps propter  
honorem domus suæ concedit abolitionem genera-  
lem in criminibus & alieni specialem. Et facit ut  
quod erat vindicandum, alias transeat impunitum. l. si  
interveniet. ff. ad Turpil. & l. seq. in fi. & l. 2. & fi. C. de ge-  
nerali ablatu. Intellige tamen, quod remittit infamiam, id est, infamie pœnam, ut sic infamia sibi oppo-  
ni non possit, & hoc modo dicitur demi pœna; tamen  
culpa perennis erit d. l. ff. que incipit, in du gentia. &  
ibi noi. Talis enim infamia dicitur hominem vrete &  
in eum infigere notam, id est, cicatricem. Que quantum  
ad rei veritatem nulla medicina sanatur. text. in  
l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. Ideo in text. illo dicitur:  
Nec imperiali seu speciali quidem rescripto notam eli-  
dere. seu ertere mereatur. concordat text. in l. fin. in fine. C.  
arbur. in eis. quasi dicat Principem non posse infamiam  
tolle, sed fingere ipsius non esse infamem.  
Quoniam huiusmodi criminis & infames semper  
habent vulneris cicatricem. c. ventum. circa inutum. l.  
g. i. c. quia. Eſi pœnitentiant, remanet tamen macula, que  
per pœnitentiam non deletur. c. illud. §. dif. ca. si quis om-  
inem. 2. q. 3. ca. Euphemius. §. i. & ibi glo. in verb. infamiam.  
2. qu. 3. & not. in ca. per tuas in ver. debilitarent. extra de  
simon.

75. Solus Princeps obligacionem pignoram, que nul-  
la est, roborat per rescriptum suum, l. 2. in fi. ff. de rebus  
eorum qui sub tutela, &c.

76. Solus Princeps transactionem, que nulla erat, ut  
sit aliqua, vel ut non retractetur, validat. ca. l. extra de  
transa. & c. veniens. in glo. in verb. confirmatam. e. tit. vi-  
de supra ver. 32.

77. Solus ipse Princeps, id quod alias de iure non te-  
net, re integra non existente, confirmat, ca. quia loan-  
nes. 12. quae. 5. vide hic ante ver. 32.

78. Solus Princeps tollit potestatem domini, quam  
habet in seruum. que est de iure gentium l. penul. & e.  
fin. Cod. qui milit. poss. vel non. lib. 12.

79. Solus Princeps facit, ut per adoptionem homo  
liber transeat in alterius potestatem l. i. §. ultim. ff. de  
adoption. & hoc per rescriptum suum.

80. Solus Princeps contra libertatem iam conce-  
ſam; dat beneficium in integrum restitutionis. l. i. si de  
minorb. & ibi ample notatur. & in l. i. in verb. reuoca-  
ri. Cod. si aduersus. liberi.

81. Licet in integrum restitutio petita aduersus sen-  
tentiam, non debeat pendente tali iudicio sententiam  
executioni maudari. l. si cognito. C. de trans. tamen fal-  
lit, quando postulatur restitutio in integrum aduersus  
sententiam Princepis; quia tunc non cessabit manus e-  
xecutoria. c. suscitata extr. de integr. restit. & ita vult Bald.  
in leg. unica. C. in integr. restit. postul. ne quid noui fiat.  
& idem Bald. in d. leg. si causa cognita.

82. Princeps potest contrahere compaternitatem per  
procuratorem, vt dicit Bald. in l. vnta. §. ne autem. col.  
3. Cod. de cad. toll. Et an ipsa compaternitas possit per  
procuratorem contrahi, scribit ample Angel. de

Aretin.in 9. illud. Illud. Infl. de nuptiis.

83. Quando quis se submittit gratia, & misericordia Principis, per talia verba non videtur contulisse abolutum arbitrium in ipsum Principem, sed debet benigno tractari ab eo; quia verba debent intelligi ciuitate. Ita dicit Ang. in l. si cui. ff. de seruit. ut. ge nerale. allegat text. Inn. in c. veniens. extra de renunciatio. facit quod habetur in c. sive eo. iii. Guido Papae g. 495. Alex. co. f. 70. colum. pen. in 5. vol.

84. Solus Princeps concedit veniam etatis, l. i. q. 2. C. de his qui veniam etatis imper.

85. Ipse solus Princeps apponit decretum in arrogationibus. l. 2. ff. de adopt.

86. Solus Princeps interponit decretum super emancipatione infantis. l. iubens. C. de emancipat. liber.

87. Solus Princeps potest facere statuta super lite pendente, & non inferior. in Anth. ut cum de appellat. cognosc. & c. in princip. colum. 8. notatur per Canonistas in cap. si. extra vi. la. pend.

88. Solus Princeps libere delegat merum & mistum imperium. leg. unic. in fin. C. que pro sua turis. ina. dare. &c.

89. Principis potentia supplet omnem defectum solennitatis, text est in leg. omisum. in prime. & ibi notatur per dominum meum Iason. post alios. C. de testam. vide infra vers. 124.

90. Ipse solus designat insulam deportatis a praeside. vt habetur in Lillian. 8. qui uniuersas. ff. de offi. presid.

91. Princeps solo verbo creare potest quem doctorum, vt dicit Angel. in leg. i. Cod. de sentent. passis. Ad istud propositum audi alias dominum meum & praecoprem meum dominum Iason referentem se vidisse semel (cum fungeretur officio legationis apud Maximilianum electum in Imperatorem) quandam, qui voluit doctorati in Medicina ab ipso Imperatore: & cum ipsi Imperatori presentatus fuisset genibus flexis, ait illi Imperator Maximilianus: Ego doctor in legib. quod audiens talis, dixit: Seren. ff. Imperator, voluntor doctorari in medicina. Et statim respondit idem Imperator: & in medicina. & sic in utroque scibili fuit doctor, & non sine causa; quoniam tantum sciebat de uno, sicut de altero.

92. Quando Princeps aduocat ad se causam, nullus inferior iudex debeat esse ita audax, vt se intromittat de illa causa. ita dicit Bald. in cap. ut nostrum. extr. de appellat. notatur per doctor. i. cap. cum M. Ferrar. in fin. extra de confit. Ex quomodo, & qualiter debeat ad se aduocare causam, declarat Bald. post Innocent. in dict. cap. vi. nostrum. & idem Bald. etiam de aduocatione cause per cognitionem Principis in rebus. de pac. iur. firmanda. 8. ad hoc. in 3. column. de v. lib. Feud. & Calcan. consil. 8. colum. 12. Dixi aliquid in commentarius nostris super consuetudinibus ducatus Burgund. in Rubr. Des iustices. circa finem ver. unde quarti posset. & c. num. 98. & sequen. & numer. 101. versic. & ideo pro tertio. & in dict. rubr. 8. 5. gl. S'il n'a grace. versic. penult. incip. additio.

93. Princeps contractui celebrato in magnum damnum sui Principatus non tenetur stare. Ita dicit Alberi. in l. 1. ff. de offic. procur. Casar. & Baldus in cap. intellecto. extra de iure iur. & hic infra dixi in 36. considerat. curus initium est. docet Baldus in c. &c.

94. Si Princeps compellat aliquem, ad emendum bona alicuius, puta Scapronij: talis compulsionis Principis excusat emptorem a mala fide, ita quod poterit rem illam prescribere, quantumcunque sciat illam esse alienam: ita dicit Nicolaus de Neap. in l. nouissime. ver. quod enim & per illum textum. ff. quod saiso tutore auctore oestum esse dicetur. Quod est notandum ad limita-

tionem eorum, quae habetur in c. fin. extr. de prescript. & c. possessor. de reg. iur. lib. 6.

95. Licet inferior a Princepe non possit aliquem cogere ad pacem, seu concordiam, sed bene hortari; tamen Princeps, quando partes diu litigauerunt, potest eas cogere ad pacem & concordiam. Primum dictum probator in l. furti. 8. qui iussus. & ibi gloss. in verb. cui iussu. ibi: Videtur tamen contra: quia nec Ordinarius potest subere transfigere, sed hortari. & ibi Bart. ff. de his qui nos. infam. secundum dictum probatur ex his, quae decidit Panormitanus in ca. cum inter R. seniorem. extra de elect. & vide Corletum de priuilegiis pacis. versic. 59. incip. Rex seu princeps.

96. Licet in criminalibus sententia debeat statim mandari executioni, vt habetur in l. cum reis. C. de pena. ca. sicut. 2. q. 1. tamen si princeps ita seu furore ductus, ferret contra aliquem sententiam capitalem, non erit statim exequenda, sed differenda per 30. dies. Ita est text. multum singularis in l. si vindicare. Cod. de partis. & dicit dom. meus Iason. in l. puniri. C. si contra me vel visus. publ. Quod sanctus fecit hanc legem constitui, & fuit sanct. Ambrosi. & vide etiam gloss. unicam in c. cum apud Thessaloniam. 11. quaest. 3. vbi enumerat casus, in quibus differtur executio sententie capitalis, quod etiam recenset Cepolla in suis canticis came- la. dixi in commentario nostris super consuetudin. ducatus Burgund. tit. Des iustices. 9. 5. in glo. S'il n'a grace. versic. sunt alii casus. cum tribus seq. numero 124.

97. Solus Princeps remouet Officialem, quem ipsi probauit l. 2. Cod. de agentib. in rebus. lib. 12. Item ipsi Princeps potest minuere numerum suorum Officiariorum, vt dixi in d. commentariis nostris in ead. rubric. des iustices. ver. additio. aduerte. nu. 97. vide infra. versic. 189.

98. Solus Princeps prorogat bimestre aut trimestre tempus ad inueniendum pecuniam, ad quam fisco quis tenetur. l. in fraudem. 8. fiscalibus. in fin. ff. de sure fisci.

99. Princeps est Patronus Ecclesiarum Cathedra- lium, & Metropolitanarum & maiorum sui Regni. notant Archidiac. Praeposit. Dominicus & Ioann. de Turecrem. in ca. leonis. G. 3. dist. Bald. in cap. quoniam. de iudic. in fine. Marti. Laudenfis in tract. de Principib. art. 74. & Coretus de potestate Regia. quaest. 34.

100. Promissio facta per Principem sine causa prae- sumitur facta in dubio ex causa donationis: quia proprium Principis est donare. c. 1. extra de dona. Quod tamen intellige, nisi ex tali presumpta donatione e- normiter laderetur, vt notatur per Innocent. & Ioan. Andr. in cap. grandi. de supplen. negl. Prelat. Qui autem in privato habetur in l. 2. §. circa. ff. de dolimали & meru ex- ceptio. & in l. Tito. ff. de verb. obl. & per Canonistas in cap. si cautio. extra de fide instrum.

101. Persona ignominiosa non debet stare cotam principe. Ita dicit text. in l. 2. §. ignominie. 2. & ibi Angelus. ff. de his qui not. infam.

102. In hoc honorantur principes, & subditi tenen- tur eis iurare obedientiam. gl. optima in l. non viden- tur data. 8. qui iussu. & in leg. velle non creditur. ff. de reg. iure iur. Mart. Laudenfis in tract. de principibus. art. 19.

103. Princeps in hoc priuilegiatur, quod licet non appelletur, nisi de inferiori ad superiori, text. in Anth. de appellatio. & infra quae tempore. §. illo videlicet. collat. 4. Tamen de ipso male informato ad eudem bene informandum de veritate licitum est appellare. l. 1. in fine. C. de appell. Facit quod not. Bald. in fin. dictio- tie. de relatio. Martinus Laudenfis in d. tra. 43. & Fran- ciscus Lucanus de Parma in tra. de prin. ff. et. prinileg.

139. Suppetit in hoc exemplum, quod refert Cælius *lib. antiquarum lect. 12. ca. 4.* dum ait: *Machetas causam agebat apud Philippum: intendebat is minus eis, quam dicerentur, dormitabat que interim.* Mox aduersus Machetam pronunciauit. At ille vociferans, & rei indignitate intonans altius: prouoco, inquit. Tum Philippus iam vigilantior, sed & commotior; & oto serio: Ad quem obsecro te; Et Machetas. Ad te, inquit, sed vigilantem intendenteremque. At is excitatior etiam, & ad se amplius rediens cum audisset iniuria aff. Et nunc Machetam, non resedit quidem iudicium, sed iniunctam ipse exsoluit multam. Facit; quia à Papa male informato, ad ipsum bene informandum bene appellatur. *i. apostolica. & cap. sententiam. 35. quest. 9. cum apud 11. 4. cap. cum ex literis de integr. resti. extra.* Et peccaret Papa, sitalem appellationem non admitteret; iustitiam enim denegaret ad hoc notatur per doct. in *cap. consultationibus de officio deleg.* Cardinalis clement. *pastoralis de re iudic.*

104. Epistola missa per Principem habet vim legis in omnibus causis, text. & ibi Angel. in *l. item veniunt. 5. pen. ff. de petitio. hared.* Quod dictum Angeli declaratur per notata in *l. 2. Cod. de legib. & in leg. nemo. Cod. de sent. & interloc. omn. iud.* Mart. Laudensis in *d. tract. art. 58.*

105. Licet Imperator aut alius Princeps non recognoscas superiorum, non habeat ordinem, potest tamen officium subdiaconatus Ep. scopo ministrando exercere, gloss. vlt. in *c. Valentianus. 63. diffin.* Martinus Laudensis *art. 83. diu. tractatus.*

106. Contractui roborato per iuramentum nominis Principis nota potest contraueniri haec incursione infamiae, text. in *l. si quis maior. 9. fin. C. de transact.*

107. Pro Principe presumitur, quod est bonus & iustus: proinde rescripta eius sunt secundum iusticiam intelligenda. Bald. in *l. ff. de consil. princ. p.* Ideo voluntas Principis in dubio presumitur esse talis, qualis esse debet de iure, vt not. Bald. in *cap. ex facto. in 4. notab. ff. de vulg. & pup. & c. licet in corrigendis. de offici. ordin. & in preludis feudor. in 14. colum. & in l. omnes populi. colum. 16. ff. de iust. & iur.* Imo plus etiam, si Princeps scribat cum clausula motu proprio, eius intentio non presumitur, quod aliquis graueretur, vel iniuriari patiatur, secundum Bald. in *cap. ad aures. de rescr. Panor. in ca. 1. colum. 13. de re iud.* Canoniste in *cap. causam. 2. de testib.* Imo ad hoc fortius dicit gloss. solennis, quæ est tercia in ordine, in *c. 19. partiu. 23. quest.* quod verba in rescriptis posita debemus conformare à equitat, licet etiam verba non patientur, & ibi plura ad hoc iusta adducuntur, sequitur Olæt. *consil. 208. incip. quælio est per priuilegium. & c. ad fin. ita dom. meus Iaf. in l. iustitia. colum. 1. ff. de iustit.* & iur. & idem in *leg. causas. colum. 2. C. de transact.* & in *l. fin. colum. 5. de const. Princip.*

Et quod in Principe presumatur iusta causa, vide ample Curtium *consil. 20. & quomodo illud intelligatur. colum. 5. & consil. 49. in 19. 20. & 21. colum. vbi scribit an contrarium probari possit: & quod in Principe presumatur iustitia seu iusta causa, vide Hippol. de Marsi, *suo 6. quod limitat, nisi rescribat ad postulationem partis.* Quia magis presumitur ad impunitatem postulantis: ita intelligit predicta quando rescribit generaliter, vel motu proprio. Et talis presumitur intentio Principis, qualis legis & rationis naturalis. Bal. in *c. 1. in tit. apud quem, vel quos controversia feudi defin.* refert Cælius in *lib. antiquarum lect. 12. c. 46. in fin.**

Antigoni illud memorabile. Nam asserente, quædam esse Regibus honesta omnia & iusta: per Iouen, inquit, sed barbaris: Nobis vero, ea modo honesta, quæ

honestæ, & iusta, quæ iusta: & illud possumus, quod de iure possimus, c. *l. stud. 11. quest. 1. & c. facit. 22. quest. 2.* Nec enim quis dicitur posse, quod honeste non potest, & salua dignitate. text. in *l. Nepos Preculo. ff. de verb. & rer. signif.*

108. Portæ & muri ciuitatum seu municipiorum habitari non possunt sine permissione Principis. text. est in *l. fin. ff. ne quid in loco sacro fiat.* refert Mart. Lauden. in *tract. de Princip. artic. 251.*

109. Prædia Principis data in emphyteusim, non solunt extraordinarias protestationes seu superind. Et a. text. in *l. priuata.* & ibi gl. 1. 1. *Cod. de excusat. mune. lib. 10.* Quod dicit Martin. Laudensis in *tract. de fisco. art. 9. esse notandum*, vide infra ver. 193.

110. Licet ad interrumpendam præscriptionem, requitur saltem citatio partis, vt habetur in *l. cum notissimi. in princip.* & ibi gl. in *verb. saltem. C. de prescr. 30. vel. 40. ann.* tamen hoc fallit in Principe, in quo sola sua protestatio interrumpit præscriptionem. notatur per Canonistas in *cap. mih. l prodest. extra de prescript.* Martin. Laudensis in *tract. de Princip. artic. 141.*

111. Licet testimonium vnius Notarii sit præstantius, quam alterius, qui non esset Notarius, vt not. Bald. in *Auct. sed cum testator. circa 3. colum. C. ad leg. Falcid.* tamen testimonium Principis plus valeret, dummodo non ageret de facto suo. Ita dicit Andreas de Isernia in *c. p. servum. s. 11. quo tempore miles. in vñib. fendl.* & post cum ita tenet Iacobin. de S. Georg. in *l. fin. tracta. feudorum. in ver. Princeps. in 38. specialitate.* & Mart. Laud. in *tract. de Princip. artic. 469.*

112. Licet coram inferiore à Principe non sufficiat facere solam narrationem facti in libello, sed sit opus conclusione, vt notant omnes Doctor. in *l. edua. C. de ede id.* tamen coram Principe sola facti narratio sine conclusione sufficit. Ita dicit Aug. in *l. omnium. in prin. C. de testam.*

113. Supplicatione Principi porrecta, & oblata, si obtineatur rescriptum, habetur ac si lis contestata fuisset: vt habetur in *l. 1. & 2. c. quando libell. Principi datum, &c. & ibi dom. meus Iason dicit illud tantum habere locum in Principe non recognoscente superiorum.*

114. Quando Princeps vendit aliquam rem, emptor illius est statim securus, nec ab ipso aut alio potest res ipsa euinci. Sed dominus rei venditæ infra quadriennium, habet regressum contra Principem seu fiscum. Libene à Zenone. & Lannes. C. de quadrien. prescr. quam tamen legem limitat septem limitationibus Iacobinus de S. Georgio in *l. no tract. de feudis. in verb. Princeps. in quarta specialitate Principis.* & vide etiam limitationes ad illam legem per Felin. in *c. cum olim. colum. 3. de sent. & re iudic.* & per eundem Felin. in *c. qua in ecclesiistarum. colum. 23. extra de constitut.*

115. Licet partes de iure possint renunciare feniis; tamen si feriæ sint introductæ in fauorem Principis, puta propter victoriam contra hostes, vel quia sit sibi natus filius, non possunt partes renunciare. gl. in *verb. ob necessitates. in clem. 1. ep. te verb. sign.* ita refert Martin. Laud. in *d. suo tract. de Princip. artic. 310.* Ideo videatur, quod illa die, quo (vt platinum fit) apud nos ex ordinatione & mandato Principis sunt processiones generales (vt ita loquat) seu pompæ pro victoria Principis, vel, pro orando pro ipso, non possunt partes etiam de eorum consensu facere actus iuridictionales.

116. Princeps in hoc etiam honoratur, quod ei omniam in debet, & expectandus est in ciuitatibus cum lucunda receptione: & debet honorari in sua rece-

ptione. Nam tota ciuitas Hierusalem exiit obuiare Iesu, scideruntque ramos de arboribus, dicentes & clamantes: Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, ut scribitur *Math. 21. Marc. 11. Iac. 19. & Ioh. 12.* Et dicit, qua iugeditur, debent milites adesse barba tonsa, & ueste pulcherrima, & decora. *I. Reg. 19.* in medio teste Vincentio Cigault, in tract. suo de bello Italico, in 4. regali. ver. viii. Et dixi in commento nostro sive per consuetudinib. *Ducatus Burgundie, uniuersitas Des iustices, articulo quarto, in glossa prima, versiculis additio, item etiam additio.* Et, quod obuiandum sit Principi etiam cum psalterio, tympano, tibia & cithara, clamaendo, *Vivat Rex*, & manera sunt offrenda, scribitur clare de Saule, prim. *Regum, decimo capite.*

**117.** Magis est obediendum Principi, quam patri. Quia Princeps est anima Reipublicæ, & sic patræ, cui potius parere debet filius, quam patri, ut ample dicit Alber. de Rosate, in *lige volunt. ff. de iustitia & in re.* & aliquid vide per dominum meum Iasonem in *lege 1. & fin. ff. cod. iii.*

**118.** Si potens opprimit aliquem, oppressus debet recurrere ad Principem, ut dicit Cyri. in *l. absente.* *C. de accus.* & refert Martin. Laudensis in *suo tratt. de Princip. art. 404.* Hinc pro tuitione subditorum Principes habent suas saluas guardias, quæ imperantur à Principibus ab his, qui timunt laedi, & offendit in corpore, vel in bonis. De quibus scripti in *lege alleg. nostro commento in rubr. des iustices, circa fin. ver. secundus est. ibi;* Et ideo pro tercio, ubi scripsi, quomodo ista saluaguardia Principis est in tantum priuilegiata, quod trahit ad se totam cauam, & vide infra ver. 169. & plenius, ver. 195.

Et talis securitas alteri, de tribus modis conceditur uno modo, per personæ publicæ adhibitionem, *aro. l. 2. & si. C. de ergo. mil. annon.*

Secundo modo, per tituli appositionem, id est, per signa, aut flores lili, vni palo vel arbori affixos, ut toto titulo, *ut nemo priuatus titulos predi. C. faciunt notata per Bartholom in lege sanctum. ff. de rerum diffusione.*

Tertio modo, per promissionem & iuramentum, quod nil mali faciet ei, qui timet sibi de illo, *l. presenti. ibi; de sua conscientia. C. de his qui ad eccles. config. in Auth. de monachis. ff. si vero intra triennium. ibi;* debe-re injure quod nihil mali faciet. & hoc fit per traditionem byzreti, nasiterij, aut alterius rei similis, in manu eius, à quo timentur verbena, aut iniuria huiusmodi: tamen traditio non obseruatur apud nos, sed hoc fit præhabito iuramento, per iudicem ab eo (qui dicit sibi timere) quod illum timeat, atque timet: & tunc à indice præcipietur sibi sub pena asardi, seu mortis: aut arbitraria, secundum communem usum, & obseruantiam diuersorum magistratum, & etiam locorum, ne illi habeat de cætero iniuriari verbo, neque facto: prout etiam recitat Iacobus Bonaldi in *suo Panegyrico impresso post opus Ioannis de Terra-rube.*

**119.** Principes honorantur à suis vasallis & subditis, maxime in quatuor casibus, in quibus Princeps habet ius indicendi suos vasallos, ultra casus suprapositos, ut dicit Spec. in *tit. de feudis. §. quoniam. ver. non quod vasalli committunt, &c. in antepenult. col. vbi primo scribit, quod tenentur conferre pro exercitu Imperatoris (hoc est cum Dominus vocatur per Regem aut Imperatorem ad bellum) secundum qualitatem & quantitatem rei feudalnis, quam à Principe*

tenent, & recognoscunt. Alia scripsi in *commentariis nostris super consuetudinibus. Ducatus Burgundie, titulo Des iustices, articulo quarto, in glossa prima.* Se vide Gulielmum Benedicti in *sua repet. e. Rayn. in vzb. q. uxorem nomine Adslasiam. in quarta decisione, numero quingentesimo quinquagesimo quarto extra, de restamento, & in dicta decisione inserit, quomodo talia imponi possint per Principes.*

Sed quia, ut dicit Specul. in *loco ante alleg.* Vasalli tenentur etiam pro redemptione domini ab hostibus capti, iuxta hoc quæsi posset, an Christianissimus Rex noster Francicus, pro sua redemptione, aut suorum filiorum nunc obsidum, pro redemptione eorum patris, possit indicere subsidium in Ecclesiasticos, & Nobiles sui Regni? Quo ad Ecclesiasticos, expeditum est à nobis distis *commentariis, in loco supra allegato.*

Sed quo ad Nobiles, videndum esset, an Princeps possit etiam eis indicere subsidium pro prædicta redemptione, prout hoc anno Domini 1527 fecit. Sed revocatum fuit in dubium, an potuerit: & multi dicebant, quod non eo, quia nobilitas præbet immunitatem & excusationem à munieribus, collectis, taliis indictis, seu minieribus, ut tenet Ande de Isernia, in *tit. que sunt regal. in verb. q. in coram, unum præstationem, column. 2. Iacobinus de S. Georg in tract. suo feudorum column per. in princ. Imo licet immunitis alijs à collectis, & taliis non excusat tempore belli & necessitatis, ut dicit Dominus meus Iason in *lege si ex toto. in principio. columnna secunda. & sequenti. ff. de leg. i.**

Nobiles tamen excusantur, etiam tempore belli, cum seruire debeant personaliter in bello, & non debent duplice onere grauari, pro eadem re, *arg. l. Tuta cum testamento. §. qui inuita. ff. de leg. 2. l. nauis. §. cum autem. & §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de iust. & leg. pen. ff. de dote præleg.* Ita, quod Nobiles, & vasalli non debent etiam tempore guerræ, subuenire domino de pecunia: ita tenet Ioan. de Anania in *cor. suo 7. incip. viss. & ponderaris his, que narrantur in themate. col. 3. per tex. in tit. si de fendo defunderit. contentio sit inter Dominum. & cognatos vasall. §. licet. in 2. responso.* Et est bona ratio, quia isto casu militat ratio duplicitis grauaminis; cum eo tempore, & casu domino seruire teneantur in persona sua. Limitat tamen illud dictum suum Io. de Asia, in uno casu, puta, si est magna necessitas, vel dominus sit in evidenti periculo propter bellum, & vasallus sit diues, tunc tenetur subuenire domino de pecunia: ita dicit teneri, & concludi per Iacob Ardizo, in *summa fendo. tit. quonodo neq. fendo. perda. §. item queritur. ver. item quer. refert & sequitur dominus meus Iason in d. l. si ex toto, in princ. coll. pen. in fin. ff. de legat.*

Ex his videtur concludendum, quod nobiles Franciæ non potuerunt indici pro subsidio redemptionis Regis, aut suorum filiorum. Sed si nondum factum est, consularem, quod non fieret: sed ex quo factum est, opinor non esse erratum in hoc, & quod Nobiles non possunt conqueri.

Cum primo ad tollendam consuetudinem, quam possunt allegare in his, obstat id, quod tempore Ioannis Regis Franciæ captiui, in Anglia factum fuit, cum esset quæstio de eius redemptione: quoniam conclusum fuit in Parlamento Parisiensi (vbi Carolus Delphinus Franciæ, Primores Regni, & plures alij conuocati erant) quod etiam Nobiles collectantur & indicarentur, etiam pro eorum parte, ut reci-

recitat Gaguin in *Chronice Francie lib. 19. cap. 1.* cum ait: Hic nobis (inquit) optima factu vila sumit. si à clero atque nobilitate decima & lemis omnium prouentuum anni vnius exigatur, & reliqua. Quæ sententia confirmata est, ut tandem patet in his de scriptis, dum ait: De subsidio quidem pecuniarior, atque militum copiis (ita ut supra memorau) sanctum est. Et idem etiam refert ibi post longa verba, ut Clerus decimam, Nobilitas ex centum libratorum annuo prouentu solidos centum penderet, &c. Imo ipse Ioan. ante eius captiuitatem, subsidium in tota Gallia acceperat: ut idem refert in *princ. d. c. 1. fol. 1.* ubi inquit: Nec fuit quispiam in omni Francie Regno annuum, vel ex suis operis, vel prouentibus; censum percipiens, qui cogendo stipendio non coattribueret.

Eriam, ut ante dictum est, istud est de iure, quod domines potest vasallos suos collectare, etiam Nobiles, & tenentes in feudum ab eo, quando urget magna necessitas, & talis, quæ non posset supportari per alios subditos: puta, quando est ita magna pecuniarum summa imponenda, & contribuenda, quod possidentes allodialia, & bona ruralia, non possent (aut non sine maximo discriminme aut scandalo) in totum supportare onus; tunc etiam licitum est imponere, & indicere bona feudalia, ut satis probant ante dicta.

Maxime pro illo anno, in quo non seruunt personaliter, nec prælantur pro Principe, & Republica: ut hoc anno, & a pluribus annis retroactis, nullum servitium præstiterunt Regi nostro Nobiles Francie (saltē sumptibus eorum.) Quoniam, licet multi prælia sequantur, & in diuersis locis, non tamen hæc agunt ut coæcli ratione feudi, & tanquam vasalli, sed tanquam stipendiati à Rege, prout sunt plures alij extranci.

Faciunt & plura alia, quæ adduci possent pro hac parte de scripta per Luc. de Pen. in *l. f. C. de mancip. & color. patrimon. lib. 1.* ubi probat, quod tam diu durat priuilegium, quamdiu durat in priuilegiato illud, propter quod priuilegium est indultum.

Et certum est, quiam Nobiles Francie, in majori parte habentes altam iustitiam, habeant iura indi cendi in quatuor casibus suos subditos: hoc tamen non est de iure, sed ex consuetudine immemoriali & præcripta, & per superiorum tolerata, & approbata ex priuilegio ipsius Principis: & cum talia habeat ex priuilegio Principis, qui ea potius sibi referuare debueret, & non concedere inferioribus, ideo non debent ægide ferre Nobiles, si semel casus aliquis ex quatuor prædictis Principi euenerit, ad eidem succurrentum contribueret, prout ipsi tenentur, ut tenet Specul. in casu præallegato, qui loquitur de vasallis, & non de aliis. Vide quæ dixi infra in octaua parte, in quadraginta oœtaua consideratione, cuius iudicium est, nobilitas in hoc honoratur, &c.

110. Nulla lex potest coactare Curias Principum, quoad ferias, quin possint quolibet tempore ius reddere. secundum Specul. *iii. de ferias. §. princeps circa finem. ver. item nos. & pro hoc alleg. l. present. in princ. ibi: presentanea constituta. Cod. de his qui ad eccles. confug.* Et per hoc infert, quod valet consuetudo Curiae Regis Francie, ut tempore Parliamentorum omnibus diebus, etiam feriatis, reddatur ius: maxime venientibus à longinquis partibus, ut citius expediantur. Et ita refert & sequitur Martinus Lauden. in *tractatu de Princip. articulo quadragesimoquarto.* Quod tamen intelligerem, quoties vsus seu casus exegerit, ut utrū verbis dict. leg. presenti. Vide ante versiculum quadraginta secundum:

121. Præfertur Princeps in emptione metallorum. *l. i. C. de metallis. lib. ii. dixi in Commentariis nostris, in consuetudin. Ducatus Burgundia, titulo, De Retraictis. in Rubr.*

122. Princeps potest mandare suo Officiali, ut sic iudicet vel pronunciet, ut dicit Baldus in *l. i. in v. Cod. quomodo & quando index.* Dicit tamen Martinus Lauden. in *d. tract. artic. 405.* quod Princeps cauere debet, ne quid iniustum mandet, pro quo allegat *cap. 1. de re ind. lib. 6.*

123. Ad solum Principem spectat creare Comites Palatinos cum potestate, quod possim legitime illegitimos, & creare tabelliones. Ita dicit Baldus in *l. rescripta. C. de precib. Imper. offer.*

124. Vbi est Princeps non præsumitur dolus. Bartol. in simili in *l. i. C. de prediis decur. seu curial. lib. ii.* Vbi dicit, quod vbi est interpositum Iudicis decre tuum, ibi præsumitur dolus abesse. Bald. in *l. rescript. C. de precib. Imper. offerend. alleg. l. probatorias. C. de diuers. off. lib. 12. vbi gl. in verb. dolu. vbi expresse notat, quod nullus dolus potest committi cum Princepe, nec ambitio. alleg. l. i. f. ad leg. Iul. de ambitu. Nec desicere solemnitas. *l. omnium. in prin. Cod. de testam.* dixi hic ante vers. 89.*

125. Vbi est Princeps, ibi est securitas, & nulla formido, nisi vana, quæ non patrocinatur formidolosa. Ita sunt verba Bald. in *l. i. C. de his, quæ per met. iudic. non. appell.*

Hinc videmus palatia Principum importare taleni securitatem, ut offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur: & istud obseruatur in omnibus palatiis, etiam summi Pontificis; qui tamen præ aliis misericordia uti debet. Et vidi Bononia tempore Iulij Papæ, cum exercitus Christianissimi Regis Francorum Ludouici XII. capta Bononia, & dicto Iulio libere restituta, recessisset: ibi plures Galli remorati sunt pro obtinendis certis dispensationibus concessis per ipsum Iulium in recompensam seruitiorum. Et ipse ibi remansit à festo sancti Martini hyemalis, ad Epiphaniam Domini subsequentem, in prosecutione Cardinalatus Domini Ludouici D'Amboise, fratri germani, Illustris Domini, Domini Caroli Ambasiaci Magni Magistri Francie Locumtenentis Generalis in Italia, pro ipso Rege Ludouico, cuius eram tunc Auditor seu Magister Requestarum: & hac occasione facilis accessus mihi patebat ad ipsum Iulium. Et inter alios, cum remansisset ibi quidam Gallus, ex comititia Domini de la Pallice, qui alapam dederat cuidam in palatio Papæ, & statim fuit captus à birrieriis, & ductus ad Præpositum, qui ex mandato Papæ illum force suspendi facere volebat, & nisi pro certo cito ad Papam accurrisset, pro obtinenda eius gratia, suspensus fuisset solum pro illa alapa, eo quia dicebat in suo Palatio omnem securitatem debere esse.

Et non solum palatum tali gaudet priuilegio, sed etiam confinia palati, ut per plura tenet & comprimit Alber. in *l. præsenti. Cod. de his qui ad eccles. confug.* Vbi dicit ita communiter obseruari. Ex quo infero, quemadmodum nemo potest portare arma ad palatum Principis, textus in *l. de pace tenenda. §. sigis rustici.* In sententia, nec in confinibus Palati, seu in portis, & prope. Et ita judicauerunt Domini de Parlemento Parisiensi, contra quendam tonsorem, & alios qui contra Grauille Admirallum Francie arma portauerant in exitu palati Parisiensis, ex quo condemnati fuerunt ad emendam honorabilem, & banniti.

126. Solus Princeps potest remissionem pœnae facere post sententiam distinctiuanam, ut dicit Baldus in cap. as si cleric. de iudic. facit l. i. §. ultimo. ff. de quest. Vide hic ante verit. 46. potest etiam solus dare licentia n tollendi corpora condemnatorum, à furcis, ut dixi in *commentaria nostris super consuetudine Ducatus Burgund. tit. Des iustices, artic. 5. in gloss. de principe. vers. 1. in fine.*

127. Adsistentes Principi consequuntur & dignitatem, & nobilitatem, & immunitatem, ut infra dicitur in proxima parte, circa finem, vbi multa priuilegia curialium seu aulicorum describuntur. & in 8. par. in 19. c. s. f. dicitur, cuius initium est: *Adherentes lateri Principis. &c. & per Francicum de Patma. in suo tract. de pr. u. leg.*

139. Vbi inter cetera dicit, quod ratione excellente Principis medicus Principis dicitur fungi dignitate Principis, qui etiam æquiparatur Comitis<sup>1. i. Cad.</sup> de Comibus & Archibarris. lib. 12. Cum alias esse medicum, non sit dignitas, cum interdam obstetrici æquiparatur text. in l. s. duob. §. s. fin autem. C. comm. de legat. & in c. 4. s. in gloss. secund. 1. 1. 1. 1. 1. 1. Et ibi ipse Franciscus, eubiculatus Principum curialibus & negotiatoribus, qui propter excellentiam Principis immunitatem cosequatur, de quibus in d. proxima parte dixi.

128. Cùm Princeps ex certa scientia posset tollere omnia pedagia Nobilibus, quæ acquisuerunt ex consuetudine: quia potest derogare cuilibet consuetudini cum clausula, ex certa scientia, malo magis posset illa moderari, & taxare, propter immoderatas extortiones; quæ fiunt. Ista sunt verba Bald. in c. fin. in vñ. chart. extra de const. Et ex hac ultima ratione, dicere. Vnum, quod maleum laudarem, si fieret à Princeps (quod facere posset) ut infinitas parvas iurisditiones, quas habent plutes domicelli reuocaret: cum optime faceret, propter infinitas; & immoderatas extortiones, nec dicam cruciationes, quæ exercentur per huinsinodi domicellos, tales iurisditiones habentes erga suos subditos, in exigendis & emendis, seu multis ex paruis, & minimis rebus: Quod an fieri dixi possit, dixi in *Commentariis nostris super consuet. Ducat. Burgund. in tit. Des iustices, c. 1. vers. unde nemo. nn. 94.*

129. Rex potest dare filiis suis etiam non emancipatis propter autoritatem Regiam. Baldus in cap. 1. §. item sacramenta. in titul. de pace iuram. firmam. Et sic l. 2. C. de inoff. donat. non habet locum in Princepe. Corsei. de Potestate Regia. q. 6.

130. Prodigorem Principis, reuelate & manifestare debemus, l. Metrodorum. ff. d. & c. 1. s. Andreas de Iternia in cap. 1. §. prætereasi vasillus, per illum text. in tit. qua fuit prima causa benef. anuttend. Ita sed satis ample declaratur per Bartolum, in l. virum. ff. ad legem Corneliam de sicut. & per Felin. in cap. 1. de offic. del. vbi ample Panorm. in c. 1. de rest. spol. & Paulum de Cast. in l. fin. C. de inst. & subst. sub condit. factu. vbi tenet opin. Bartol. in d. l. utrum.

131. Princeps habet hoc præiudicium, ut permutationem facere possit cum Ecclesia de rebus immobilibus Ecclesiæ, licet non sit nec intendatur utilitas Ecclesiæ, dummodo non intendatur præiudicium, cap. 1. de res. oeru. in 6. & in aliis fecus: quia in quounque contractu cum Ecclesia celebrato attenditur utilitas Ecclesiæ, alias non valet, cap. tua. extra de his, que fiunt à Prel. &c. Ita dicit Ant de Butr. in l. c. 1. quem refert Martin. Laudensis in d. tract. de principib. nn. 5. 46.

132. Solus Princeps potest apponere clausulam, de

plenitudine potestatis. Baldus in commento suo super tract. de pace Constantia. 9. vasalli nostri, in ver. libellaria, circa fin. Et ex hoc inferitur, quod licet ipse Princeps creauerit Comitem Palatinum cum potestate, quod possit legitimare illegitimos: Tamen ille Comes Palatinus non possit legitimate in præiudicium filiorum legitimorum, nec aliorum, quibus esset iam insquestitum, quia est speciale priuilegium Principis, ut de plenitudine potestatis possit ius unius auferre, & dare alteri. dixi supra vers. 53. & tenet Bald. in proemio decret. col. 2. in media. & hanc potestatem in dubio non intelligitur transtulisse in Comitem Palatinum. Oportet ergo, quod specialiter fieret mentio in concessione de tali potestate, ita dicit notabiliter Bald. in leg. 2. col. mibi 6. ver. Item, nota, quod si Papa. &c. C. de seru. & aqua. & istud refert. & sequitur Iacobus de Sancto Georgio in d. tract. suo de feudis, in 48. Specialitate. Et quid sit plenitudo potestatis, & quod tamen à Deo concedatur, vide Bald. in loco arte alleg.

133. Princeps non subiicitur alicui necessitati, cap. 2. de arbitr. lib. 6. & per Alexandr. consil. 80. incep. viso, & diligenter anim. aduerso, column. nona, in primo volumen, & consil. 12. cuius initium est diligenter viso, in 2. volumine, dominus meus Ias. in lege nemo potest, col. 8. ff. de legat. 1. Et Franciscus Curtius in consil. suo, in cap. 2. assulitus habens casra. col. 1. Ideo dicit Bald. in l. C. de seru. & aqua. col. 6. ver. item nota, ibi: dicitur enim tribus modis aliquid liberum, quod in Princepe est fides libertatis, & quod potest preferre æquum magis æquo, & minus bonum majori bono: quod probat Franciscus Curtius Senior, consil. 49. cuius initium est, recolende memoria, column. 12.

134. Princeps potest ferre sententiam non conformem libello, ut dicit Bartol. in l. AE. vñ. c. 1. s. ff. de minoribus 25. a. 1. s. & ibi reddit rationem dicens, quod Imperator, ut finem litibus imponat, potest hoc facere veritate inspecta potius, quam rigorositate, & idem tenet Alex. in l. viciam. col. 1. ff. si cert. pet.

135. Princeps potest tollere leges positivas, quia non subiicitur illis, sed illa ipsi, cap. 2. extra de concess. præben. Alex. consil. suo, 2. colu. 5. ver. comprobatur in 1. vol. ideo dicit Bald. in 11. de alienatione feudi. quod Deus subiicit principi leges, & nulla lex eius celititudini immuni potest de quo per Felin. in c. 1. s. 7. ver. 4. fin. extra de const. Curtius consil. 42. in 9. colum. & vide supra versi. ul. 62. & per Bildum in proemio Gregoriano, in 2. col. ver. & add. quod notatur in proemio sexti.

136. Princeps potest esse index in causa propria, sed non inferior, qui recognoit superiorum, l. p. ex me ff. de his quæ in testam. delen. l. & hoc Tyberius Caesar. ff. de hered. insit. Optimus & clarus textus in cap. nunc autem 12. distin. notatur per Innoc. in c. cum venisset. post gl. extra de iudic. & ibi ample per Barb. Et quod Princeps non recognoscit superiorum, possit notatur per Bald. in c. 1. in tit. de inuestit. in marit. facta. & in l. fin. ff. de rer. dinis. & per Bald. in l. vñ. a. C. ne quin in sua causa iudicet. & de materia vide Fel. in c. 1. col. 4. in 2. notat. de probat. Alex. & post eum dom. meus Ias. in l. qui iurisdictionem præf. ff. de iurisd. omn. iud. Alex. consil. 1. col. 4. in 5. vol. & consil. 24. in 2. vol. Aut. de Prato veteri in consilii Barbatiz, in fi. 1. vol.

137. Princeps potest rescindere sententia, quæ trahit in rem iudicata, ut tenet Panor. in cap. quadragesim, c. quarto. col. 2. extra de accus. dum tamen dicat, non obstante tali sententia, ut dicit gl. vñica. in l. fin. C. sent. rescindit non posse. notatur in cap. ion. nulli. in §. 1. in ver. fecerint. extra de rescr. &c. ut dicit Angel. in l. 1. C. de sent. passis. potest vñico verbo sententias inferiorum cassare.

138. Princeps potest exigere iuramentum fidelitatis ab Episcopis tenentibus feuda ab eo. c. verum. extra de foro comp. notat Panor. in c. venuens. ex. de accus. Corletus de potestate Regia. 7. 54. & Ioan. Ferrault in priu. Regni Francorum. in 10. ornat. Quomodo autem personae Ecclesiastice tenentur ad fidelitatem, obedientiam, & reuerentiam Principi seculari: & an possint, & quomodo, committere crimen læse maiestatis in eum, & puniri possint, scribant ample Io. le Terrarubea, in libro de vinea Ecclesie, & ibi Glossator in 5. artic. tertio tractatu, vbi ponuntur 18. onclus.

139. Licet in contractibus regulariter non habeat ocum ius acerecendi. l. simb. & T. uos. ff. de verb. bbl. In donatione tamen, facta à supremo Principe habet locum ius acerecendi. l. unica. C. si liberalit. imper. socius sine herede deceff. lib. 10. Cynus in l. 9. sc. C. quando non petenti. partes. &c. & M. Laudensis in tract. de Princip. art. 297. vbi dicit, quod ius acerecendi habet locum in iurisdictione ordinaria non delegata, ut dicit Bald. in d. l. v. n. C. p. 20. non peten. Et in hoc articulo Iacobinus de S. Georg in tract. de feudis. in verb. Principis. 8. 51. p. 20. a nate disputat, nunquid hoc procedat in feudo cōcessio à Principe duobus in eodem instrumento, & coniunctum: & concludit, quod sic.

140. Princeps transfert dominium sine traditione: quia non subiicitur legibus exigentibus traditionem: vt dicit Aug. in l. officium. l. de res ver. Alex. conf. 3. in c. ex his. col. penult. n. 5. vol. dominus meus Iason in l. tradicionibus. C. de p. actis. Purpuratus in Imperium. num. 8. q. ff. de iur. omn. iud.

141. Ex praecedenti articulo infero, quod si Princeps donat, vel vendit rem duobus diuerso tempore, & si secundo emptori seu donatario rem tradidit: tamen primus, cui res non fuit tradita, erit potior: & ita limitatur l. quoties. Cod. de res vnu. non habere locum in Princeps, prout eam sic limitat dom. meus Iason in d. l. quor. et al. l. 8. Ludouicus Ro. conf. 288. in c. circa premissum dubium. & hoc est: quia prima concessio Princeps est p. aferenda secundæ, etiam facta cum clauſula, notu proprio, nisi clauſula, non obſtante con- ceſſione alteri facta, ut dicit Bar. in l. 1. C. de l. c. 7. predi- dor. civil. vel his. l. 1. 11. Faciunt & plura alia, quæ ad- ducit ad istud propositum Iacobinus de S. Georg in suo tract. de seu l. 1. 1. ver. princeps. 1. 52. peculiariitate, vbi adducit ad istud propositum 8. decisiones. Sed cum eo conclude, quod istud est veram in priuilegiis per eum concessis: sed in contractibus p̄fsumitur contrahere de iure communio, nisi expresse dicatur, quod intendit transferre dominium, sine traditione: quod facere potest lex. vt in l. vlt. 8. pen. & 101. g. off. in ver. sine. & in ver. donata. C. de iac. eccl.

142. Princeps potest retrahere ab Episcopatu Episcopum promotum ad Episcopatum per simoniam, prout etiamsi committisset crimen læse maiestatis, vi videtur esse tex. in l. si quenquam. C. de ep. & cle.

143. Causa spiritualis potest committi principi per summum pontificem, licet Princeps sit laicus: vt ca. praeier. §. verum. in gl. ducib. in fi. 32. dist. & in c. 7. idem in gl. pricipimus. 9. 4. dist. & c. bene quidem. 96. dist. & in c. Mennam. in verb. arbitr. 2. 7. 4. & in c. decernimus in verb. non presum. & ibi dist. extra de iud. Dixi in commentarius nostris super consuetudinibus ducatus Burgund. tit. Des iustices. artic. 5. in gloss. Si l'na grace. ver. fallit ista regula. n. 48. & eod. t. art. 4. in gloss. sur ses hommes. ver. nunquid autem. circa fin. Ioannes de Selua

in tract. suo de beneficio. in part. 2. q. 3. col. 5. & in eadem par. q. 23. vbi ample, & in ea par. q. 19. col. 2.

144. Omnis contractus celebratus cum principe habet naturam bonæ fidei contractu. Ita dicit Bal. in suo commento super tractatu pacis Constantie. §. sententie quoque. vcrf. qua vero, in dicto verbo. Curtius col. 49. in 73. colum.

145. Quando seruitum debet fieri personæ Principis, nō debet fieri per substitutum: Bal. in c. 1. §. mutus. col. si. in 1. Episc. vel Abbat. in vñ feud. nisi de voluntate Principis. l. si quia ex corpore. C. de muri. lib. II.

146. Donatio facta priuato in Principem non indiget insinuatione. tex. in A. ab. item. C. d. de don. & in Auth. ut non sicut pignorationes. §. 2. alias §. aliud quoque. col. 5.

147. Supremus Princeps de potestatis plenitudine potest auferre feudum vasallo: si tamen ita faciat, tenetur ei ad interesse: & ideo si Papa auferat beneficium alicui sine causa, debet ei prouidere de alio eū simili beneficio. Ita dicit Bald. in c. . in c. ad hoc. & est sub tit. de altidisi. in vñ. q. sed ipse Bal. posuit sub tit. de pace iuramento firmanda, & seruanda, in vñ. feud. & idem Bald. in cap. 1. §. cum autem. super verb. cambum, de controuersi. inuest. alias si de inuestitura feudi controverſi. i. fuerit, dicit, quod Princeps potest accipere vtile dominium vasall., & date sibi directum, & sic permutare dominium directum cum utili. Et quomodo Papa possit priuare Episcopum Episcopatu suoyide fel. in cap. que in eccl. sc. col. 14. xii. de constitut.

148. Princeps omnem dilationem potest abbreviare, etiam sine causa, ita dicunt ret. de Anc. & Ioan. de Linol. in c. ex ore fedentis. extra de his que sunt à majori parte Capit. mouentur per illum text. iuncto c. 2. de conc. ff. preb. & notatur per Batt. & alios in l. 2. de re ind.

149. Princeps in suo territorio potest creare nouam dignitatem. Ita tenet Andreas de Isernia in c. 1. §. si quis de manu. pen. col. in d. tit. de controuersi. inuest. alias si de inuestitura feudi controuersi, & c. Luc. de Penna in l. contra. C. de re mil. in 7. priuileg. lib. 22. & in leg. unica. C. de metropoli Beryto. lib. 11. & dixi in commentarius nostris super consue. duca. Burg. in rub. Des iustices, circa finem. versi. unde nemo. num. 96. scilicet, quod Princeps nona officia creare potest.

150. Palatia Princeps non sunt parietibus & adiunctis priuatorum coarctanda. text. in l. quis. cun. in princ. ibi: quod priuatorum non est parietibus coarctandū. hoc est constringendum. C. de operib. public. facit ca. nulla. & ibi gl. 12. q. 1.

151. Licet regulariter quis non possit stipulari alteri, text. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. ob. & in §. alteri. In st. de iniurib. stipul. tamen hoc fallit in supremo Princeps, vt voluit gloss. notabilis in proemiu decretalium. in verb. seruus seruorum.

152. Princeps potest facere de ciue forensim propter suum delictum, vt dicit Bald. in l. si quis filium. C. de lib. praeier.

153. Licet regulariter donatio facta per patrem, filio in potestate existenti non valeat. l. 1. & 2. C. de in offic. don. tamen hoc fallit in Rego, seu Princeps donante filio in potestate: quia talis donatio valet, dummodo exprimat se donare velle autoritate Regia. Ita Bal. in c. 1. §. item sacramenta. col. msi. pen. ibi. secundus virum Rex, & c. in ill. de pace iuram. firm. & seruanda. & pro hoc allegat in arg. l. honorū. C. qui admittit ad bon. p. off. poss. Et Curtius in conf. 65. c. 1. 6. vbi ample.

154. Princeps donans aliquas res filiofamilias, in illis pater non habet vsum fructu. tex. in l. cum multa. C. de bonis que lib. refert Iacobinus de S. Georgio in sua tract. de feud. in verb. Princeps in pen. specialitate.

155. Autoritas Principis dat causam, ut presumatur bona fides. Bald. in l. i. C. de fortis.

156. Solus princeps deportatum, aut in metallum damnatum, ex sua lege priuat iure ciuili sibi alias competenti, ut scilicet non succedat libertis, parentibus & libertis: quem si restituit, omnia in eum reintegrare censetur. l. i. in ff. de bon. poss. contra tab. l. fine. in prin. ff. de iure patron. l. 2. 8. si deportatus. ff. de bonis liber. l. ad successionem. ff. de interd. & releg.

157. Solus princeps per suum decretum ligat ignorantess. l. de concess. prab. in 6. notatur per Arch. in c. si Apostolica. de preb. cod. lib.

158. Princeps de plenitudine potestatis (cui contradicti non potest) potest tollere citationem secundum Host. & Io. Andr. in c. nostra. de proc. Bald. in l. fi. ver. opponitur. C. de fructib. & h. expen. Imo absque clausula de plenitudine potestatis aliqua causa subsistente potest tollere citationem. gl. in l. antep. quæ incipit: si Reipubl. ff. ex quib. c. in. maiores. Curtius col. 49. vbi ample.

159. Princeps dissicilibus finem imponit. tex. in au. b. de instrum. caus. & side. in §. quia rigitur. coll. 6. & factum pro non facto haberi facit. c. us qui fine. ext. & c. sponsal. maritim. & scilicet pro non scito clem. l. de concess. prab. & constitutioiem ante obseruatam facit haberi pro infecta. glo. in clem. l. in verb. pro infecti. l. de immur. Eccl. vt dicit Franciscus Curt. consil. 49. colum. 19. Quod tamen ultimū non opponit regno vero, quia hoc solo priuatur Deus, quod facta infecta haberi non possunt. tex. in l. in bello. §. facta. ff. de capta. & postli. reuers. & in c. prasentia. extr. de probatio. Quia ad præteritum non est potentia. & facit text. in l. un. ita. in prin. & sib. gl. in verb. restitu. C. de rapt. virgin. & in c. si P. aut. 23. 4. 5.

160. I. viuinatio in labiis Regis est, & in iudicio non errabit c. or eius. Pro. 16. Nutu enim Dei agere presumitur. Curt. cons. 48. col. 21. Et ideo tanta est eius celitudo, quod non potest ei imponi lex in suo Regno. vt dicit & Curt. in co. 1. 65. col. 6. ad si .. maxime in Regno Fran corum, qui super omnes Reges est: quia tanquam ste. lla matutina in medio nebule meridionalis immine t. & cum ipse sit in Regno suo, tanquam quidam corpo ralis Deus, verba sunt Bald. in c. 1. §. fi. in fin. de prohib. Jeudi. atie fer Feder in usib. fend. Sicut dicitur de Papa. qui obtinet vicem Dei viuentis in terris. can. inter ha. chircum. de pœn. dist. 3.

161. Sicut menti. ti Deo, vel Papæ sacrilegium est, vt in c. serpens. in mœ. io c. ibi gl. in verb. quod Deo. de pœn. dist. 1. ita & mentiri Principi, vt dicit Luc. de Penna in l. contra. colum. 5. C. de re milit. lib. 12. Et ibi scribit, quod magna est potestas Regia, E. dr. 3. c. 9. Quoniam omnia præcellit. Et qui scrutator est maiestatis, opprimitur à gloria, Prover. 5.

162. Princeps habet iura in subditos, de quibus habetur l. Reg. 8. c. vbi scribitur: Et Ius Regi, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, faciesque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituer sibi tribunos, & centuriones, & garrotes agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armori & curru suorum, & filias quoque vestras faciet sibi unguenarias & focarinias, & penificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliuera optima tollit, & dabit seruis suis, & plura alia quæ sequuntur, &c. Et ut dicit ibi Nicolaus de Lyra, Princeps habet hac iura tempore

necessitatis iure diuino. ut refert Lucas de Penna in l. 2. C. de quibus munieribus vel prælat. nemtri licet se excusare. l. 10. vbi tandem concludit, quod Princeps potest imponere collectam, etiam clericis tempore necessitatibus. & ita etiam tenet Guilliel. Bened. in sua repet. capite Raynuius, in verbo & uxorem nomine Adelasiæ. numer. 136. extra de testam. Maxime (vt dicunt) quando tenent terras & possessiones: & in hoc non faciunt dubium. Pro quo facit tex. iuriis diuini. l. Reg. 8. c. supra alleg. cum in ordine sequatur textus, scilicet, Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, in quibus etiam comprehenduntur clerici, cum Deus loqueretur ad populum Israel per os Samuelis prophetæ, qui petebat Regem sibi dari, ex quo comprehenduntur clerici, cum continentur appellatione populi, ut est textus in can. fin. qui incipit: si farie 65. dist. 1. Ex quibus satis appetet de intribus Reg. in quibus honorati, & priuilegiari debent ultra alios, & ex his elicio aliud priuilegium sequens.

163. Princeps etiam pro necessitatibus suis potest imponere collectam super viris Ecclesiasticis pro rebus eorum temporalibus, ut ample scripti in Commentariis nostris super consuetudinibus Ducatus Burg. tit. Des iustices. §. 4. in gloss. l. vers. Aduerte tamen, vsque ad finem illue g. vbi in mentio de Bonifaciana, quam Rex Francicus hodie regnans, voluit executioni demandare anno Domini 1522. vt ibi dixi.

164. Reges habent predicta Regalia, & ita seruat totus mundus, vt dicit Bald. in l. 3. C. ad Treb. ita etiam dicit Iacob. de S. Georg. in suo tract. feudorum in 58. specialitate. Immo etiam habent imperium, & dici possunt Imperatores, vt dicit tex. in l. Reg. 8. c. cu inquit: Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis, &c. Et de Rege nostro Franciæ, quod sit Imperator in suo Regno, Corserus in suo tract. de potestate Regia. 9. 45. Et dicitur infra in ista par. in 30. consid. quæ de excellentia Regis Franciæ scribitur: Etiam Principes perpetui habent iura imperij. dixi in Commentariis nostris, super conclusione consuetudinum ducatus Burg. in verb. nous auons. & in titul. Des successions des Bastards. art. 3. in gl. & ab intest. vers. nunquid Rex Francia, &c. Aduerte tamen, quod Comites, & alij Principes inferiores à Regibus non possunt habere talia iura Regalia, etiam ex concessione supremi Principis, vt tenet in terminis Luc. de Pen in l. contra. col. 7. C. de re milit. l. 12. Imo non potest Princeps talia iura inferiori concedere, vt dicit Luc. de Pen. in l. an Repub. C. de nre Rep. l. 11. Ideo si reperiantur inferiores à Principe supremo, habentes talia iura, possunt eis inhiberi per supremum Principem: cum talia habeant per usurpationem, quæ non est in hoc toleranda, nec videntur posse prescribere ea, cum sint incapaces talium iurium: cum incapacitas respectu personæ reddat eam inhabilem ad præscribendum, vt dixi in Commentariis nostris super consuet. ducatus Burgund. tit. Des iustices. art. 2. in gloss. & la preua. ver. contra. &c. vide etiam Bal. co. 2. 202. in 2. par. vbi ponit, An Regalia ab inferiore Principe prescribi possint.

165. Principi non est maius dicendum. Exod. 22. dicitur: Principi populi tui non maledices. & in l. unica. G. si quis Imperatur maledicet. & glo. rubricaria. C. de præpos. labor. lib. 12.

166. Princeps dicitur maritus Republicæ, iuxta illud Lucani Poetæ in 2. vbi patet: ubique maritus. Nam sicut inter virum & uxorem matrimonium carnale contrahitur & matrimonium, sic inter principem & Republicam matrimonium morale,

& politi-

& politicum. Item sicut inter Ecclesiæ & Prælatum matrimonium spirituale contabitur, & diuinum. cap. scire. 7. quest. 1. quan ipse Prelates caste regere debet. c. scut. 21. 7. 2. Ita Princeps in Repub. & Resp. in Principi: vnde Ecclesia comparatur congregatiōnī hominum politice in 3. par. sue sc̄m. S. Thom. quest. 110. artic. 1. & Papa est quasi Rex in Regno propter plenitudinem potestatis. ead. q. art. 3. & Princeps dicitur. cap. corpora de con. eccl. distin. 1. facit in cap. 17. b. 7. quest. 1. vbi comparantur Rex, Imperator, & Episcopus. Ita sicut vir est caput uxoris, uxor vero corpus virti. c. si quis. 38. 7. 1. & c. manifestum. §. ex præmissis. 33. question. 5 Ita Princeps caput Reipublicæ, & Republica eius corpus, secundum Plutarch. in hist. Traiani. Ita dicit Lucas de Pen. integr. quamcumque. colum. 2. C. de omni agro deser. lib. 11. & in l. nenui Cod. de consul. lib. 12.

197. Licet non sit licitum baptizare pueros (casu necessitatis secluso) in camenis, filii tamen Regum & Principum possunt in aulis vel camenis baptizari. tex. in cem. unica. §. 1. de baptism. & eius effectu, & ibi Cardinalis. & Ioannes de Monthelon in suo promptuario iurū, in verb. Princeps. in gloss. multi.

168. Ad tolum Principi spectat conferre honorem, & licet honor sit præmium virtutis; est tamen arbitrio Principis, cui & quando conferre placuerit. vt dicit Luc. de Pen. in l. nemini. C. de consil. 1. 12. dixi. hic ante in 1. part. in 4. consideratione.

169. Princeps est Dominus omnium rerum sui Regni. l. bene à Zenone. circa princ. ibi: cum omnia principis esse intelligent. & ibi glossa in verb. omnia. Cod. de quadr. præse. Quid quomodo intelligatur, scripsi in nostris Commentariis ad consuetudines ducit. Burgund. Desfiedz. artic. 4. in gl. apres ledit hommage. versi. nunquid autem Rex. & vide Corset. in tract. de potestate Regia. q. 19. vide sup. ver. 118.

170. Licet de iure quid non valeat, si tamen Princeps de facto mandat seruati, petinde est acsi de iure valeret quo ad iubditos, vt tenet & probat Albertic. in leg. cunctis populus. Cod. de sun. trini. dixi in dict. Commentarius nostris. titu. Des droict. & appartenances à gens mariez. art. 1. gloss. ne aussi par testament. versi. 1.

171. Princeps potest facere, quod privilegium suum, aut aliorum sit ius commune, quo ad omnes. nor. in leg. fin. Cod. de iure dom. in imper. & in l. Cæsar. ff. de publican. dixi in dictu nostro commentar. tit. Des iustices. artic. 4. in glo. sur ses hommes. versi. quia hic ante, num. 65.

172. Princeps potest facere, quod munera, quæ sunt extraordinaria, sint ordinaria: vt tenet Galderinus consil. 7. in rubr. de const. & in const. 2. in rub. de cen. & dixi in dictis nostris comment. & art. ante alleg. in gloss. indice, in fin.

173. Veniens contra præceptum Principis, peccat mortaliter, vt notant doctores in cap. cum controver. extra de iure iur. dixi in dictu comment. tit. Des droict. & appartenances. & c. in glo. suppose. versi. & istam partem. Et. Et Principi obediendum est sub pena peccati mortalis. cap. 1. de maio. & ohe. & in tit. Des iustices, art. 8. in gl. congé & licence. versi. ult. est videndum. & Corset. in tract. de potestate Regia. q. 33.

174. Princeps præsumit scire consuetudines multum vulgatas: ita dicit Bald. in l. 2. in fin. C. que sit longa consuet. & ita dicit Iac. de S. Georg. in tract. de feudi. in ver. Princeps. in 45. speci illata. etiam dicit Alexand. consil. 45. in 5. vol. quod Princeps præsumit scire vulgatos usus.

175. Princeps potest dare rescriptum reparationis, desertonis, appellationis, cum clausula, non obstante, vel cum alia clausula æquipollente, ex qua appareat

de præcisa intentione Principis. Ita dicit Bald. in l. impetrata. circa fin. C. sent. rescind. non poss.

176. In omnī actu etiam in iuramento intelligitur excepta autoritas Principis & superioris: & hoc multis comprobat D. meus Ias. in l. fin. ff. qui iuristi cogad quem recutre. melius Corset. in tract. de potest. Regia. q. 27.

17. Principes possunt conferre beneficia ex priuilegio Apostolico. Corset. tract. suo de potestate Regia. q. 1. Ioan. de Selua in tract. suo de beneficiis. in 2. part. in quest. 23. circa prin. & per totum. vbi dicit, quod Rex Francie iure Regali, & ex priuilegio confert præbendas sede Episcopali vacante, maxime in Ecclesia Caenotensi, & Specul. in terminis de Rege Francie, in ut. de legato. §. nunc tractemus. ver. sed nūquid legatus. vbi dicit, quod Rex Francie habet ius vendicandi Regalia in quibusdam Ecclesiis sui Regni vacantibus; quia habet collationem beneficiorum ad illas spestantium, & illo tempore vacationes etiam temporalia illarum Ecclesiastum recipit: & quæ sunt illæ terribit Ias. Bonaud in sua panegyrico descripto post opus in de Ter. arubea, vbi ample ponit de istis iuribus regalibus.

178. Literæ germinatæ Principis habent vim & effectum motus proprii. Bald. in l. ne damosa. & ibi D. meus Ias. de precib. imper. offer. & Corset. in d. fin. tract. de potestate Regia. quest. 16. vbi ponit tract. de germinatis.

179. Principes non recognoscentes superiorē: vt sunt Papæ, Imperator, Reges Francie & Hispaniæ sunt superillustres. alij vero illustres. Corset. in d. tract. qu. 23. vide infra in 7. 7. part. in 2. const. ver. 2. & c. saltem remissione: & in 3. consideratione seq. vbi effectus & priuilegia illustrium describuntur.

180. A sententiis Principum appellati non potest, vt dicit Bald. in l. 1. in fin. verb. ultim. not. ff. de offic. præfecti pretorio. & in c. cum venissent. col. 2. extra, de eo qui mutetur in poss. causa rei seruand. Corset. in d. tractat. quest. 23.

181. Omnes Reges dicuntur clerici. vt dicit Corset. in d. suo tract. de potestate regia. q. 40.

182. Princeps est lex animata in terris, vt est text. in autb. de consil. circa fin. & ibi expresse notatur in verbo, legem. col. 4. & in Autben. quib. modu natur. effig. legit. §. sat iugur licentia. col. 6. & gloss. fin. in leg. more. ff. de iuris. omn. indic. Dixi in commentariis nostris ad consuetudines ducatus Burgun. etc. Des iustices. art. 5. in glo. S'il n'a grace, versi. hic est ergo. num. 14. & Corset. de potestate reg. q. 45. Franc. Curi. consil. 35.

183. Nomina Regnum & Principum debent apponi in instrumentis, secundum S. ec. in tit. de instrum. edit. §. 2. cuius initium est breuiter. ver. sic. 2. incip. sunt autem. & ver. pos. diem. & c. & Pan. in c. 1. in prin. col. 3. extra de fid. instru. vt in Autb. vt preponatur nomen Imperat. docum. c. & quod ibi not. in gl. 4. vide Corset. in tract. de potestate regia. q. 46.

184. Ad Reges & Principes spectat custodia Ecclesiastum saltem maiorum sui Regi vacantium, & hoc iure regalæ, argum. cap. generali. de electio. in 6. Ita dicit Se tenet Ia. de Selua in suo tract. beneficiali: in 2. part. quest. 23. colum. 8. circa fin. & Corset. in dict. tract. quest. 56.

185. Soli verbo Principis propter excellentiam dignitatis Natur. & nobilitatis. 9. des. facit cle. literis, de prob. & c. si Papæ. de prim. lib. 6. Quod, quomodo apud nos intelligitur, scripsit Cosmas Guymier in his Comment. super sublatione cle. literis. de probation. & Corse. in d. suo tract. quest. 88. & dixi super concordatis in d. tit. de sublat. cle. literis.

186. Sententia Principis potest per eius scriptaram

suo sigillo sigillatum probari, etiam si lata ad eius vtilitatem, vt tener Petrus de Bellapertica, quem refert ibi Bald. in *l. exemplo, circa fin. C. de probat.* ita etiam tenet referendo Bald. Corset. in *dell. ract. q. 47.* Quoniam, vt dicit, ex quo potest pro se indicare, vt dictum est: ergo est etiam p[ro]p[ter]e indicatum sigillo suo approbare, argu. proxime. de his, quae in test. dei.

187. Verbū Principis debet esse firmissimum, vt tenet Innoc. in *ca. ad apostolica. extra de sent. & re iud.* in ore enim Principum debet esse firmior veritas: vt dicit Franc. Cart. cons. suo 45. in 74. col.

188. Illud quod dependet à sola voluntate Principis dicitur apud nos possibile. Solet ad hoc allegati text. in *l. apud Julianum. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. 4. in princip. ff. de fideicom. liber.* Quod quomodo intelligatur, vide Jacobinum de S. Georg. in *suo tractat. de foud. in verbō Princeps, n. 44. speciālitate.* Quæ cum non mihi videantur bene ad hoc adaptari, non insisto.

189. Solus Princeps potest diminuere numerum officiariorum, vt dicunt Bartol. & Jacob. Rebuffi. in *leg. comperimus. C. de prox. sacer. sciri. libr. 12.* Bald. consil. 337. in *l. part. in c. pridie enim consului.* in *l. & 2. col. dummodo non afferat preiudicium officiariis iam electis, vt dixi in Comment. nostris super consuet. ducat. Burgund. in rubr. Des iustices. in gl. & droit. vers. addi. Aduerte etiam, quia Princeps. vide supra vers. 97.*

190. Restauratio murorum ciuitatis destructarum non potest fieri inconsulto Principe, vt est text. in *l. sacra. 9. viii. ff. de rerum. diuis. & ibi gl. in verb. reficere.* Dicit idem in constructione Ias. Rebus. in *l. restauracioni. & ibi gl. i. C. de diuer. prad. libr. 11.* Bart. in *d. l. sacra & in l. opiss. ff. de operibus publ.* & idem Rebus. ybi supra scribit, quomodo solent concedi in Franciæ ciuitatibus certæ impositiones pro reparacione murorum. Et quomodo circa hoc debent attendere Principes, vide Luc. de Pen. in *l. restauracioni.*

191. Pro te Ecclesiastica potest cognoscere Princeps: quia peculiari studio Principis debet defendi res Ecclesiæ. Istud not. arg. *l. conuersi. C. de foudis res priuata.* lib. ii. quod argument. multis est incognitum, vt dicit ibi Iac. Rebuffi.

192. Licet accipiens tem in Emphyteusi à privato, teneatur ad tributa præterita. *l. Imperatore. ff. de publici. n. tamen si accipiat ab officiali Principis, non teneatur ad præterita. l. hi ques. C. de fundis res priuatae. lib. 11. Iac. Rebuffi. allegans alia iura.*

193. Emphyteutæ Principis non debent pro munericib. extraordinariis fatigari, & sic quis non debet duplixi onere prægrauari. Ita est tex. & ibi Iac. Rebuffi. in *l. patrim. C. de coll. fund. patrimon. & emphyt. l. i. 1.* Quod ut ibi dicit, facit in vineis, pro quartam fructu seu vi- no soluitur quartum Principi, & etiam salinis, pro quartum fructu soluitur certa quota Principi, debeant esse immitines à solutione aliarum indictionum, vt patet ibi: & dixi hic ante *vers. 109.* quod Emphyteutæ Principis non soluunt superindictum, vt etiam tenet Franc. Lucan. in *tract. de priu. fisc.*

194. In electionibus Prælatorum debet requiri consensus Principis, ita quod si non præstet assensum, nō debet electio confirmari text est singularis in *c. Adri. 63. dist. Panor. in c. sacros. c. cum terra.* & cap. quod scitur de elec. & in *c. de consuer.* Imo potest introduci consuetudo, quod non valeat electio, donc mors Prælati fuerit Principi nunciata; & fuerit requisitus consensus Regis de procedendo ad nouam electionem: & si fieret confirmatio est cassanda, c. Abb. el. 2. & ibi gl. 18. q. 2. ita quod si eligatur suspectus Principi, potest appellare. vt dicit Bald. in *d. casius.* & autem con-

firmationem potest opponere, si dubitat de proditio- ne patriæ, vel revelatione iecratorum, vt dicunt præ- fati doct. dictis iuribus & Innoc. in *c. super his. de ac- cul. ita dicit lo. Perrault. in priu. Regni Francorum. in 9. priu. & etiam Guymier in *suo comment. super decret. Basili.* in *tit. de elect. 9. veruntamen. in ver. Pontifex.* & Ioan. de Selua in *suo tract. benef. in 2. part. quest. 23. col. 6. ver. 2. prædicta concl. & c. cum sequent.**

195. Ad solum Principem spectat dare custodiam siue saluam Guardiam, vt videtur facere text. in *leg. ultim. que incip. cum sape, & ibi lo. de Plat. de Rege Fran- corum. Cod. de erogat. nullis. annone. lib. 12.* & hoc maxime cum salua Guardia generali. Cum nulli liceat genera- liter loqui, nisi Principi, vt dicit Bald. in *comment. pa- cies Constantia. c. i. versi. dispensationem.* Etiam; quia tales saluæ guardiæ fundantur pro æquitate generali seruanda, & sic soli Principi reseruanda, argum. l. 1. *Cod. de legibus.* Et in hoc cognitione seu coactio iudicibus Principum reseruantur. *l. 2. Cod. ut nemo pri- uatus iii. predius. &c.* Et licet inferiores à Principe debent aliquas saluaguardias, illæ sunt speciales, & de certa persona, aut de certa re, & cum aliquibus requisi- tis, de quibus per Ioan. Ferrault in *d. tract. de priu. Regni Francorum,* in 16. oris. quibus non subiiciuntur saluæ guardiæ generales Principum: vide hic ante versi. 118.

196. Nulla communitas etiam bursam communem habens, potest se congregare, & pro sua ciuitatis utilitate disponere siue expressa licentia Principis obtenta. Ita dicit lo. Fab. acutissimus doct. & praticus Fraciæ in *9. uniuersitatis. Inst. de ver. diuis.* qui dicit istud obseruari in Regno Franciæ. Ad prædicta facit, quod dicit Bart. in *l. fin. ff. de colleg. scis.* & in *l. C. de metrop. Beryto. libr. 11.* ubi dicit communitates ciuitatum non posse se ipsas diuidere in plures sine licentia eius, cui subfunt facit text. & quæ ibi notan. in *c. cum tem- pore. extra de urbu. not. Felin. in c. dilecti. extra de ma- io. & obed. & do. meus Ias. in *l. debitorem pationibus. C. de pact.* Quoniam de facili possent fieri illicite con- ventiones. Bartol. in *l. auctor. ff. emrat. hab.* Ex quibus monopulia sequuntur & seditiones, vt ibi ex quo se- quitur Regni quandoque lectio, seu diuisio. Dixi satis ample in *comment. nostris super consuet. ducatus Burgund.* tit. ultra art. 6. incip. gens de poete, &c.*

197. Non est orandum coram Principe seculari, nisi cum habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, mente distincta & attenta, verbisque compotis, vt recitat Alber. de Fer. in *tract. de hor. can. di- cen.* & ample declaravit Guymier in *suo comment. decre. Basili.* in *tit. quomodo diuinum officium sit celebrandum.* 198. Princeps potest facere numerare populum suum, vt habetur de Rege David, 2. Reg. 24. cap. qui fecit nu- merare populum Israel, vt sciret numerum eius. & habetur Luc. 2. in *princ.* quod exiuit editum à Cæsa- re Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, de quo meminit gloss. in *ver. descriptio. in l. 1. C. de epochis pu- blicis.*

199. Securitas data à Principe quo ad debita, non ex- tenditur ad debitum suum, & sic ad debitum sui fisci, nisi expresse dicatur in securitate, vt habetur in *Auct. de mard. Princeps. ff. publicorum. collat. 3.* vt tenet Franc. Lucani de Patm. in *tract. de iure fisc.* in 3. part. art. 32. al- legat duo consilia: vnum Bald. alterum Angeli, quæ non potui revoluendo volumina inuenire. Facit istud pro istis quinquennialibus aut dilatoriis ad annum, quæ impellantur à Principe, vt non extendantur ad debita Principum concedentium talia rescri- pra. & etiam dicit Gui. Papa. quæption. 420. quod non im-

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

217

non impedit executionem sententiæ Parlamenti. Ego tamen vidi in curia Parlamenti Burg. fuisse alias imperata: & interminata per curiam contra arrestum illius.

200. Soluens Cameratio seu Thesaurario Principis, non liberatur, nisi in quantum Camerarius aut Thesaurarius Principis est soluendo. notatur per Iac. Reb. in l. securitates. C. de suscep. propensis & arcariis. lib. 10.

201. Ponens signa Principis in domo sua, vel bonis, videtur illa incorporare dominio Principis secundum Bart. in l. facultas. C. de iure fisc. lib. 10. alias illa l. incip. defensionis facultas. vide supra in l. part. vbi tractatur de insignibus & armis, in 17. conclusio.

202. Conservator priuilegiorum alicuius, non potest esse de suis subditis, nisi sit Rex, vt est text. in cap. hac constitutione, de off. c. de iec. in 6.

203. Priuilegium concessum per Papam, quod quis excommunicari, interdici vel suspendi non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi sit Rex: quia tunc tale priuilegium extenditur etiam ad Reges, vt est text. in cap. ne aliqui. de priuilegiis in 6.

204. Soli Principi competit portare vestes deauratas oloberas, seu forte declarata: l. 1. l. vellera. & l. temperen. C. de vestib. oloberis. lib. 11. dixi alibi. & idem de ornamentis equorum, in quibus non debent apponi hyacinthi, margarite & smaragdi, nisi in stenis equestribus & sellis Principum: vt est in text. nulli licere in frenis & equestribus! cito. & c. lib. 10. 11.

205. Cor Regis in manu Dei est; & quocunque voluerit inclinabit illud, vt habetur Proverb. 21. & est text. in epistola inter claras. C. de summa Trinit.

206. Rex qui iudicat pauperes in veritate, thronus eius in aeternum firmabitur, vt scribitur Proverb. 21.

207. Reges honorandi, quoniam, vt habetur l. Petri 2. cap. Deum timere, Regem honorificate, in licitis & honestis obediendo: vt habetur in cap. si dominus. & in c. Julianus. & in ca. qui omnipotentem. l. 9. 3. Nam, vt ait Paulus ad Roman. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

208. Et ultimo, nunc in his pedem figendo, nec omnia sit nostra cura recensere, sed aliquis oculos & curiosus indagator alios casus post me addat, est, quod Principis magna est potestas & prærogativa, & quod ipse facit, nos facere debemus. cap. in c. causis. de sent. & re iud. notat in c. 1. de tempore ordin. in 5. & magna est eius potentia Esdræ 3. ca. 4. dicitur enim, Rex super omnia præcellit, est dominator eorum, & quocunque dixerit illis, faciunt, & verbum Regis non prætereunt, & omne quod voluerit, faciet, & sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest, cur ita facis? Ecclesi. 8. Quid plura? Temerarium est maiestatem Regiam velle terminis limitare, iuxta illud Proverb. 25. Secrator maiestatis opprimitur à gloria. Hæc dicit Lucas de Penna in l. contra, colum. 4. in fine. C. de re mis. lib. 12. vide hic ante ver. 12. potest enim mutare quadrata rotundis. Hosti. Ioan. Andr. & post eos Barba. & alij in cap. cum venissent. extra de iudic. Franc. Curt. consil. suo 49. in 19. col. vbi multa scribit & allegat de potestate Principis. Et de eius excellentia, & multis casibus supra enumeratis, dixi ista parte, 25. considerat. Iple enim est omnia, & super omnia, & princeps facit ut Dens. Bald. in cap. 1. de noua forma fidelis. habet enim coeleste arbitrium. l. 1. C. de summa Trinit. & side Cathol. Est enim index ordinarius ordinatorium, & legatus Dei, teste Curtio in d. consil. colum. 21. Dixi hic ante. Principes etenim ministri Dei sunt. cap. licet. de foro comp. & Principes

Romanorum Divi vocabantur, secundum S. Thom. lib. 2. cap. 6. de regimine Principum. & in multis legibus sic inscribuntur. Franciscus de Parma in suo tract. de priuilegiis. sicut in 1. part. artic. 137. Et, vt testis est Cælius l. antiqu. leg. 11. c. 67. notum est, vt Reges & Imperatores petinde ac Diū haberentur, colerenturque ex vi benefica, aut præclaro inuento. Vnde Cæsar apud Romanos primus viuensque Dei nomen est sortitus: sed eiusdem filius Augustus, ne Dominum quidem se dici patiebatur; est enim hoc Dei cognomen. Et ex Appiani Alexandrini historia constat, templo Iulio Cæsari veluti Deo publicis statuta decretis, atque insuper commune ipsi clementiæque conditum unum. Lylandro item, sed primo Graecorum templâ fuisse erecta. Cyro mortalium primo adorationis cultum fuisse delatum, scribit Arrianus. Quam humilitatem Persæ postea seruauit & Medi. Quando, vt Curtio etiam credimus, inter Deos recensuere Reges tanquam maiestas imperij salutis sit tutela. Porro cum legimus fastigium Imperatorij decretum, intellige, vt ait Cælius, d'gnitatem, hunc fastigio celsiorem, aut templum fastigio inclytem, vel etiam consecrationem.

Sed quia Principes multum priuilegiantur in suis fiscis: non esset forte absurdum, hic inserere priuilegia filii: sed quia ample describuntur à Francisco Lucano de Parma, in suo tract. de priuilegiis. fisc. vbi 140. fisci priuilegia enumerat: Ideo non repeto, sed ad illum (l') et corrupte impressum) recurro.

Si vero velis scire & accumulate multos casus sedi Apostolicæ referatos, & in quibus solus Papa absolvit, vide primo Hostien. in sum. de sent. excomm. §. 5. in princ. vbi enumerat 30. casus. Secundo per Ioan. And. in dict. 11. de sent. excomm. a. eos qui. lib. 6. vbi recenset 32. casus. Tertio, sunt alij 16. casus Papæ specialiter reservati, quos ipse Ioan. Andr. scribit in elem. 1. in verb. excommunicationis; eodem tit. & vide Iohan. de Selua in tract. suo beneficiali. in 2. part. q. 3. 62. casus ponit soli Papæ competentes.

**V**igesimaquinta consideratio. Rex seu Princeps etiam consequitur gloriam & laudem in construendo civitatem, si eligat Regionem temperatam; quia multum confert ad sanitatem, & longam vitam, animositatem, & ciuilem vitam. Sed nimis calida facit vigore ingenio, & deficere sanguine; frigida autem è conuerso. Ita dicit S. Thom. in opusculo de regimine Principum, ad Regem Cypri, 13. libro 2. Vnde Homerus appellat Reges ornatores populorum. Hinc dicit Bezoard. in opere de felicitate (vt opinatur) Principis officium sit ornatae ciuitates, & ornatau cultuque magnifico se præbere monstrabilem. Maximum (vt ait) haud dubie ornamentum est, & ornatissimo Principe dignissimum extructio ædificiorum. Olim gloriatus est Augustus se vibem marmoream relinquere, quam lateritiam accepisset. Et, vt inquit, in laudem Domitianæ dictum est, autumat Plutarchus, ædificare gaudens. Aeneus Martius quartus Romanorum Rex, ædificator cum laude nominatur. Ideo Christianissimus Rex noster Franciscus, huius nominis primus, ob oppidum à paucis annis ab eo constructum in Normania, quod Franciam à suo nomine nominari voluit: & ibi est portus matis mirabilis, & multum Regioni conueniens, laudandus est, & magnam gloriam consecutus est. Majorem tamen consequetur, si ciuitatem nostram Heduen. antiquam restauraret, & in pristinum statum reduceret: Quod eidem persuadere conatus sum in oratione, quam coram eo ha-

bui in suo iucundo aduentu & aditu huiuscemodum civitatis, anno Domini 1521.

**V**igesimasexta consideratio. Honor Principis multum exaltandus est, quando sicut pro utilitate publica potest Rex capere bona cum pretij solutio[n]e, ut ample scribit Luc[as] de Pen. in l.2. col.2. in mediis. lib. quod autem C. ut rusticani ad null. obseq. deuoc. h[ab]et. Ita & fortius pro honore suu[m] celitudinis bona ipsa capere, aliquie concedere potest, quibus premium intra quadriennium se soluturum pollicetur. l. fin. C. de quadrienn. prescrisp. Imo etiam rigor iniustus propter honorem Principis sustinetur; quoniam etiam pro honore iudicij, seu eorum, quae aguntur in iudicio etiam iniquitas toleratur. l. elegans. §. quis post. ff. de cond. indeb. Fortius pro honore Principis, qui iudices constituit. & facit l. cum plures. §. i. ff. de adiunct. sic & alias sustinetur iniquitas in causa, in quo non tanta subest ratio æquitatis & honoris Reipub. vt in l. cum eo. ff. de p[ro]p[ri]et. Honor enim publicus publico commodo præferendus est. Cod. de iustit. & fabr. etiam si cum honore severitas misceatur, l. m. s. §. sec. ff. de adult. Quinimo in dolo esse præsumitur, qui commodum præfert honoris. l. Julian. ff. si quis omisit a causa testam. ita dicit Lucas de Pen. in l. pred. Cod. de locat. pred. cuius vel fiscal. column. 8. ver. 24. lib. 11.

**V**igesimaseptima consideratio. Imperator inter omnes Principes seculares mundi videtur esse primus, cuius magna est authoritas & præeminentia, cum sit Vicarius Dei in temporalibus. Bal. in l.1. C. de iure aureo. anno 10. & Pontifex appellatur: notatur in ca. de capitulis. 10. i. ist. n. lib. Cat. in cle. 2. de iure. Sanctissimus enim dicitur & Nobilissimus tex. in l. quæris. ff. de natalib. resu[n]t. & nil ei honorificentius, quam si dicatur filius Ecclesiæ. c. convenientior. ad fin. 23. q. 8. & Christianissimus appellatur Epistola, inter claras. C. de summativ. Et supremus omnium dicitur l. pen. & ibi Bal. C. de bonis que l. h. Sed non Regis Franciæ. Specul. in de app. 1. q. 3. post prim. dicam infra. nec Regis Hispaniæ. c. Adriani. 63. dist. 11. & Card. in cle. 1. in prin. de iure. Omnes vero alios Reges coronate debet glos. in c. in apibus. 6. q. 1. Dominus enim est & superior omnium provinciarum. d. c. Adriani. & omnium rerum. c. quo iure 80. 2. lib. c. convenientior. 13. q. 8. & l. bene a Zenone. in prin. C. de quadrienn. prescri. Cat. in cle. 1. de sum. i. glo. in c. per venerabil[em]. de ele. & etiam Iudeorum, l. Iudei. C. de Indiais. Et nulla civitas quantumcunque præscribat merum imperiu[m], etiam reteruata Imperatori potest excutere iugum subiectiōnis, quo minus eum recognoscet. Panorm. in c. cum non licet. col. fin. de prescr. & contra Senarū ciuitatem. Decius co. fil. 307. col. 2. ver. respondet. adducens Ang. in l. hac autem. ff. de seruit. vrba. pred. dicit: quod iurisdictio & imperiu[m] possunt præscribi cumulatiue cum Imperatore, sed non priuatiue, vt quis ab eo sit liber, quod an si verum de Rege Franciæ, infra patebit. Et etiam est superior regum. c. in apib. 7. q. 1. & omnium nationum. c. volumus. qua[est] 1. & totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. quod an sit verum, dicam in cons[erv] seq. Solutus est enim legibus Princeps. ff. de leg. b. & est supra ius ciuile. c. præposuit. extra de conce[ss]ionib[us]. quod tollere potest, not. in c. que in Ecclesiarum de cons[erv]atione. & in l. fin. Cod. si contra ius vel utilit. public. Minister enim Dei dicitur, & seruus. Bal. in Auth. habita. in 6. nota. C. ne filius pro patre. Et lex animata in terris, text. in Auth. de consulib. circafin. colum. 3. & in Auth. quibus modis natura. effic. legi. §. igitur lucentia. colum. 6. & gl. in l. quæris. ff. de iuris d. omn. iud. Spec.

in ti. deferitis. 1. §. in fi. Solo verbo illi creditur. 97. dist. El. cap. nobilissim. us. Etiam in facto proprio sine die & consule. Bald. in leg. ex his. in ult. colum. Cod. de testam. milie. Et etiam dicitur Philosophia plenus, vt dicit tex. in l. cum Syllanianum. Cod. de his quibus ut in dig. & ibi dominus meus Iason. Quæ omnia dici possunt de quolibet summo Principe, vt de rege nostro. Et omnes iurisdictions derivantur ab eo, sicut à fonte. Bald. in cap. 1. in l. notabil. tit. q[ua]s dicitur Dux, Marchio, Comes, de quo per dom. meum Ias. in l.1. colum. 1. Cod. de summa iuris. Serenissimus etiam nuncupatur. ad quod facit cap. S. Salustiana. 63. dist. El. at l.1. Cod. ut nemini l. ceat in emptio. Specie. lib. 13. Et de celitudine & maiestate Imperiali est text. in fin. C. de consulib. 12. lib. 12. & de celitudine. in §. 1. Inflit. quibus mundus eius patria potest. solus. & videatur in c. solute. in suprascriptione & nigro: vbi intitulatur illusterrimus & præcellens: & de eius sublimitate videatur ibi. Præest enim vanuersæ ditioni, quæ videt ascendentem & descendenter solem, & quæ ex utraque lacere est, vt dicit text. in Auth. vi. omnes obediunt iud. pron. §. h[ab]eo. c. s[er]vantes. in prin. col. 5. Et est Doamnus orientis, occidentis, meridiei, & septentrionis. Bal. cons. 350. l. 3. & dicit Barb. co. 1. 38. in l. vol. a. car. 24. li. 2. quod licet sint aliqui Principes & Reges, qui in eorum territorio æquiparantur Imperatori, vt de rege Franciæ: vt infra patebit; tamen nullus esse videtur, qui tanto titulo sit honestadus, sicut Imperator: quod non asserit Bald. in 4. cons. 356. nec Barb. in cons. suo 3. 1. in 2. vol. & dicit Barb. in c. verum. de for. con. per. in fin. quod non credit, quod leges apponentes præcipua prærogativa Imperialis culminis extendantur ad regem: quoniam, vt dicit Imperator æquiparatur Deo. l. q[ua]s maior. C. de transalt. & ideo dicit Bal. quod illa lex non habet locum in rege, vt dicit ibi Barb. quod credere esse verum de regibus recognoscientibus Imperatorem in superiorum; secus vero de Rege nostro Francorum, qui est monarca in suo regno, vt infra dicam.

Et licet omnes alij Principes una tantum corona coronentur, tamen Imperator tripli coronatur, notatur in cle. 1. de iure. & ibi gloss. dicit, quod prima est ferrea, quam recipit ab Archiepiscopo Coloniensi Aquiligrani eiusdem diœcesis: ferrum autem fortitudinem designat, qua vincere debet rebellis, & infideles conculcare.

Secunda est argentea, quam ingressus in Italiam recipit ab Archiepiscopo Mediolanensi in villa Modicensi eiusdem diœcesis: tamen Henricus recepit illam Mediolani in Ecclesia sancti Ambrosij. Argentum autem mundiciam & claritatem significat, & ipsum Principem taleni esse debere, est contrarietas in hoc, vt statim dicam, quia aliqui dicunt: quod prima est argentea, & secunda ferrea.

Tertia est de puro auro, qua coronatur per Papam in Ecclesia S. Petri ad altare S. Mauritij, & designat aurum, quod omnibus metallis est excellentius, ipsum Imperatorem aliis Regibus & Principibus in potentatu & iustitia excellentiorem esse debete.

Sic olim in his tribus metallis dabantur Romanis tributa, vnde fuit indicatio, quæ est terminus 15. ann. continens tria lustra, & quodlibet lustrum continet terminum 5. ann. vt probatur in l. utrum queritur. §. qui impletio. ff. locuti. Et indicatio dicta est; eo quia in singulis 15. annis indicebantur tributa Romanis. Nam in primis 5. annis indicacionis dabantur Romanis tributa in ferro pro armis, in secundis argentum pro stipen-

stipendiariis, in tertii autum pro Republica, & de hoc l. vnic. in cap. fin. Cod. de Iustin. Codice confirm. & glo. in Auctb. ut preponatur nomen Imperat. in ver. indicatio-  
ni. volum. 5. Pan. & Card. Flor. dictus Zabarella in cap. in-  
ter dlectos. in gl. inductione. extra de fid. inst. vbi dicunt,  
quod ad similitudinem huius dantur tres Coronæ  
Imperatori.

Et cum corona imponatur capiti propter honorē,  
vt dicit Bart. in l. sed & reprobari. in 2. col. in prin. in vers.  
Ray. ff. de excu. tut. inducit ff. de excu. tut. in lectura Nea-  
poli. Non tamen ita clare loquitur. melius facit rex. in  
l. unica. C. de athesis. li. 10. vbi dicit corona, id est. glo-  
ria victoriae. & facit l. commotiss. ff. de re iud. & qui-  
libet Rex ratione vnius Regni tantum habet vnam;  
Imperator vero tres; ideo a maiestate honoris etiam  
eadem maior honor debetur, quam ceteris Principi-  
bus.

Et de huiusmodi tribus coronis aliter scribit, & di-  
cit Alb. in 'uo D ct on. in ver. corona. vbi dicit, quod  
Imperator accipit tres coronas ad denotandum tria,  
qua debent esse in eo. Primum; quia, in quantum est  
rex vniuersi orbis, debet habere putitatem conscientie,  
honestatis & continentiae. Nam sicut refert Tul-  
lus, cum Pericles & Sophocles Philosophi colloque-  
rentur, contigit puerum iuuenem inde transire, cuius  
pulchritudinem laudauit Pericles, & ait Sophocles:  
*O Pericles non solum pretori manu a pecunie luco, sed*  
*etiam oculos a libidinoso aspectu coniuentes esse debent.*  
Et ideo Imperator primo corona argentea coro-  
natur, qua continentiam notat. Secundo debet Im-  
perator habere virtutem & conscientiam. Vnde Salo-  
mon Eccles. 7. Noli querere fieri iudex in prouincia,  
nisi valeas virtute dissumpere iniquitates. & ideo fer-  
rea corona coronatur, quod est durissimum metallū,  
& omnia domat. Tertio debet habere scientiam &  
prudentiam discernendi bonum à malo: & ideo, corona-  
tur tercia corona aurea. Vnde Salomon: *D. seruo tuo*  
*or decile, ut scias discernere inter bonum & malum.*  
Sicut enim metallum aurum est preciosius omnibus: ita  
etiam & scientia preciosior est omnibus, quae possunt  
considerari. Et ille corona indubitate processerant  
ad similitudinem Saluatoris nostri qui fuit rex vni-  
uersalis. & ideo sacra Scriptura eum dicit coronatum  
tribus coronis. Zech. 14. 5. Sumes, inquit, argentum, &  
pones in capite Iesu. De corona ferrea figura est in  
Sedechia, qui fecit sibi coronam ferream & mitram  
ornatam de quo habetur l. Rec. capit. 22. Fecit quoque  
sibi Sedechias filius Chanana cornua ferrea, & 2. Pa-  
ratyp. cap. 18. Sedechias vero filius Chanana fecit sibi  
cornua ferrea. De corona aurea habetur Apoca. 43.  
Vidi, inquit, supra nubem similem filio hominis, ha-  
bentem in capite suo coronam auream. Hanc coro-  
nam autem & figuram reperimus in Aarō, vt Eccl.  
45. Et proprie corona aurea dicitur diadema, vt not.  
gio. n. clem. 1. de iure iur. faciens differentiam inter cor-  
onam & diadema: de quo etiam vide per Ioan. de  
Plata in proem. Institut. Idem Aib. in dicto loco dicit  
se inuenisse in quodam sermonе in festo S. Steph. hoc  
modo, videlicet Imperator recipit tres coronas., pri-  
mam in Alemania, ab Archiepiscopo Argentino, &  
est argentea: & quando dat ei Archiepiscopus, dicit,  
quod Imperator in anima sua & corpore suo debet  
esse purus & mundus, sicut argentum, quod est purum  
inter alia metallalia. Secundam recipit in Mediolano ab  
Archiepiscopo Mediolani in Ecclesia Cathedrali, &  
est corona ferrea, & recipit eam genu flexo: & dicit ei  
Archiepiscopus: Istam coronam mihi defendes: non  
intelligens de illa corona materiali, sed quia, sicut fer-

rum est metallum, de quo fiunt infiniti labores, & est  
durissimum & fortissimum metallum; Ita Imperator  
debet esse paratus ad sustinendum omnem laborem  
corporalem pro posse, & constans debet esse in iusti-  
tia exhibenda, maxime pupillis, & viduis, & miserabi-  
libus personis. Tertiam coronam recipit Romæ à  
summo Pontifice vel ab alio eius vices gerente, & est  
aurea: & quando Papa ponit sibi supra caput, dicit: E-  
sto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vi-  
tæ, Apocal. 2. Et ista designat fidelitatem & pruden-  
tiā sciendi discernere bonum à malo. Dicit tamen  
Host. qui est inter Cardinales primus, habet ex priuilegio  
ius coronandi Imperatorem. Et ideo, vt vide-  
mus, cum tres habeat coronas, honorandus est ultra  
alios Principes & Reges huius seculi, qui tantum ha-  
bent vnam, scil. vnius Regni: quia habens duo Regna,  
potest habere duas coronas, vt dicit Alb.

Cum ergo Rex Hispaniæ habeat septem Regna, vi-  
detur, quod habere debeat septem coronas, & sic  
quod maiorem gloriam habere debeat: cum corona,  
seu diadema, detur pro gloria, vt dicit Luc. de Pen. in  
leg. temperant. C. de vest. b. w. olob. & auratu, li. 11. dicam  
infra ista part. in 35. consit.

**V**igesima octava consideratio. Videndum est, an  
Imperator sit Dominus totius mundi, ita quod  
etiam Reges Franciæ & Hispaniæ sint illi inferiores,  
& sic, an sit maior totius orbis. Et in hac considera-  
tione, recitabo opiniones sequentes, & adducam ra-  
tiones hinc inde, vt intelligantur, ea quae hinc ante  
dicta sunt de Imperatore.

Prima opinio est Itatorum, qui tenent, quod Impe-  
rator est Dominus totius orbis, maximus glossatorum:  
vi est gloss. in l. bene à Zenone. Cod. de quadrienn. prescrip-  
tio. gloss. in cap. per venerabilem, qui filii sunt legit. gloss.  
in cap. super specula. extra de priuile. gloss. in cap. apibus 7:  
que filii. gloss. in cap. Adrianus G3. dist. gloss. in c. venerabil-  
tem de elect. gloss. in c. conuenior. 23. q. 8. gloss. in c. furura.  
12. q. 1. gl. in c. si Imperat. 96. dist. gloss. in cap. vls. 50. dist.  
facit text. in l. deprecatio. fil. ad l. Rho. de tactu. & in l. bene  
à Zenone. C. de quadrienn. prescr. facit text. in l. cum multa.  
C. de bon. que lib. vbi dicitur summus superior. facit text.  
in l. 2. C. de offic. prefect. prescr. Africa. in prin. c. ibi: Et om-  
nia qualunque in partibus Hispania vel Gallia Francorum  
aguntur. facit text. in l. si duas. 9. 1. ver. vniuerso autem or-  
bi conueniens est, cuius subiectum est capitulum hoc. ff. de  
excusat. tut. facit text. in l. 1. ver. nobis orbis. C. de rapt. vir-  
gin. facit text. in extra uag. ad reprimendam. ibi: omnia esse  
Principis.

Hanc opinionem sequuntur Canonistæ, videlicet  
Hostiens. Ioan. Andr. & Anton. de But. in dict. cap. per ve-  
nerabilem, qui filii sunt legit. Card. Zaba. in cap. pastora. de  
sent. de re iudic. Andreas Siculus in cap. nouit. de iudic.  
idem Hostiens. in sum. de officia ordi: 9. 1. ver. si. sed & Im-  
perator.

Hanc etiam opinionem tenuit Bart. & omnes Itali,  
& Ultramontani in l. 1. C. de sam. trin. & fide Cath. Bul-  
ga. & Alb. in d. l. bene à Zenone. C. de quadrienn. prescr. &  
Mattinus ibi dicit etiam quo ad proprietatem, quod  
dicit esse verum coronam Federico Imperatore, quod  
Bulgar. negavit, vnde successit illud: *Bulgaria dicit a-  
quum: sed Mattinus habuit equum.* & cum Martino te-  
nuit Bart. etiam in leg. 1. 9. per hanc ff. de rei vend. idem in  
extra uag. ad reprimendum in verbo, totius. ibi: omnia esse  
Principis. idem in l. si duas. 9. grammatici. per illum text.  
in verbi. vniuerso. ff. de excusat. tutto. idem gl. & Bil. in c. de  
pace uiram. firmam coll. 10. vbi plus dicit Bald. Quid cum  
Rex Franciæ sit de competentiis in l. 2. C. de offici. pref.  
prefr. Afric. quod peccant Francigenæ & multi alij  
Reges, qui ex coniunctudine dicunt, se non esse sub-  
ditos Imperio: sed Dominus Bald. non bene dicit

& ignorauit veritatem in hoc casu, ut statim dicetur, idem tenet Bart. in l. boles, col. 2. ff. de captiuis & postli- reuers. vbi dicit non agnoscens veritatem in hoc casu, & errans notorie, & in terminis iuris, & in vera iuris dispositione, quod forte si quis diceret Imperatorem non esse Dominum & Monarcham totius orbis, quod esset haereticus: quia diceret contra determinationem Ecclesiæ videlicet contra textrum Euang. Exiuit editum à Cæsare, vt describeretur uniuersus orbis, Luc. 2. Quod ita Christus, vt populus, recognouit Imperatorem, vt dominum. Idem not. Ang. Aet. in leg. 1. ff. à quibus app. non licet & in §. 1. in expeditione gl. in ver. Romanor. Inst. de patria potest. Sed in hoc omnes erraverunt. & non intellexerunt, quomodo sit capiendum istud verbum, *Vniuersus O-bis*; quia debet intelligi cum restrictione, scilicet subiectus populo Rom. & Imperatori, ut infra dicam. Quia si assumetur uniuersaliter, genere uniuersali & generalissimo, esset fallissimum; cum nunquam uniuersus orbis generaliter fuerit subditus Imperio. Et etiam Bart. assumpsit istud verbum, *Harenicus*, nimis generaliter, quia pro tam simplici casu non debet dici quis haereticus; cum istud non sit contra decem precepta Decalogi, nec contra symbolum.

Et si hoc dicunt iura Imperatorum, affirmant de scipis, quod alij non dicunt, ad quod alij Principes non consenserunt nec fuerunt vocati. Istam eandem opin. etiam tenent fere omnes, qui scripserunt moderno tempore, in L. 1. C. de sum. tri. & fid. Cath. & inter alios ibi D. meus Ias. qui videtur tenere istam, sed salua (etiam eius pace) erravit, & hoc maxime; quia tunc temporis erat subditus Duci Mediolanen. qui dicit se esse subditum Imperatori, cum quo Dux ipse habebat confederationem, maxime cum Maximiliano Imperatore, qui tunc pretendebat auxilium ab ipso Imperatore contra Ludouicum XII. Francorum Regem, qui præterdebat dictum ducatum Mediol. contra Ludouicum Sforiam, quem dictus Ludouicus XII. expulit à dicto ducatu, & illum in Franciā adduxit captiuum, vbi mortuus est. ita quod dictus Ludovicus postitus est ipso ducatu, & post eum Franciscus I. Francorum Rex eius successor, maritus Claudiæ Reginæ filia dicti Ludo. & timuisset forte ipse do. Ias. aliquid scribere contra Imp. ne forte Dux Mediol. ægre tulisset: Sed alias credo, quod nisi fuisset timor predictus, dixisset veritatem: & licet postmodum fuerit stipendiatus sub Rege nostro, & potuissest pro eo multa dicere; tamen tacuit motus priore amicitia.

Praedictam etiam opin. tenuerunt Cyn. Bal. Paul. de Castro. & Sal. in d. l. 1. & Nicol. de Neapoli in dict. leg. si duas. 5. j. ff. de excus. tur. Eadem opin. tenet Bartol. in l. fin. per illum text. Cod. in quibus causis coloni censibus, lib. 11. & eandem tenuit Berthach. in suo tract. de solutione vetigalium in 2. par. Eadem tenet Bartol. in proem. fforum. & Bald. in leg. 1. in princip. ff. de offic. praefecti urb. Old. in confit. suo 69. incip. consuevit dubitari. Bald. in leg. cum multa per illum text. Cod. de bon. qua liber. & in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Eadem etiam tenet Ioan. de Imo. in l. infamem. circa fin. ff. de publici iudic. vbi dicit, quod aliqui sunt Reges, qui non recognoscunt superiorem: de quibus in cap. per venerabilem. extra, qui sibi sunt legit. quod dicit verum esse de facto, quare videntur magis delinquentes: & idem Ioan. de Imo. in l. Imperatores in prin. ff. de app. & Angel. in l. si retentus seruus. ff. de leg. 1.

Alia est opinio contraria, quam doctores Citramontani tenuerunt, videlicet quod Imperator non quam fuit Dominus totius orbis: & ita tenuerunt Jacob. de Rauen. Pet. & Ioan. Fabri in d. l. 1. C. de summa

trinit. & in l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. prescript. & l. 1. C. de sum. trin. & fid. Cath. vbi adducit testimonia antiquarum scripturarum veteris, & novi testamenti, ad probandum, quod fuit tuus alij, qui habuerunt dominia omni tempore, ut ferunt, & hoc iure diuino, humano & civili probatur.

Et primo, videndo de iure diuino, quod testamentum vetus continet: Quoniam in veteri testamento non reperitur inuentum fuisse imperium, sed solum initium habuisse tempore, quo populus Romanus in eum transstulit potestate. l. 2. ff. & orig. iur. Vnde Deus, qui cuncta creauerat, vt habetur 2. cap. Gen. secundum vetus testamentum, Dominus erat omnis. Vnde Psalm. 23. dicitur; Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo. Ipse enim à principio per seipsum rexit & iurisdictionem exercuit; sicut factor rem suam gubernat & regit, & homini dedit præcepta & prohibiciones, Gen. 2. & ipsis transgredientibus pœnam imponit, Gen. 2. & 4. c. quia expulit eos à paradyso, & per se puniuit Lamech. Gen. 4. & 5. multos alios etiam, & hoc ante dicunt. Inn. Host. Io. And. & Abb. in c. licet ex suscep. extra de foro cōpe. & sic Deus rexit mundum per seipsum usque ad Noe.

Tamen; quia propter hominem tanta creauerat Gen. 2. 1. in pecudum. ff. de vsu. ex ipsi homini concessit, vt habetur Psal. 133. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum. Et quia communio patit discordiam. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. voluit occupanti concederetur, vt habetur Deut. 13. c. vbi dicitur: *Quamcumque terram calcauerit pes tuus, tua sit.* & à lege ista promissa fuerunt Regna, vt appareat in David, Saul, & Salomone, & pluribus aliis approbatis à Deo, vt habetur in c. 1. de sacr. vñt. §. unde in veteri. & 1. Reg. 18. c. vbi enumerantur aliqui Reges vñeti mandato Domini. Et dicitur Proph. 9. ca. per me Reges regnant. & in epist. inter clar. os. Cod. de summatriinit. & Psalm. 71. Deus iudicium tuum Regi da. & per libros Regum per totum fit mentio de Regibus.

Ex quibus constat, quod dignitas Regalis potius saltus prius est introducta à Deo, quam Imperium, cum illo tempore nulla mentio esset de Imperio & Imperatore, vt dixi in consuetudinibus nostris ducatus Burgund. in proem. inglo. du sanct. empire. & merito, si nulla tunc fieret mentio de Imperatore, cum nullum adhuc esset Imperium, sed postea, per multa tempora & post nouam legem, id est, post testamentum nouum incepit, cum tempore testamenti non adhuc non fiat mentio de Imperio. bene fit mentio de Regibus, cum habeatur. 1. Pet. 2. c. Deum colite, Regem honorificate. & illud; Subditi estote omnipotenti, sicut Regi tanquam præcellenti, & Ducibus ab eo missis. vt extra de maior. & obed. cap. solita. Imo per Cæstum omnes monarchia fuerunt destructæ & reprobatae. Fuit ille lapis sine manibus abscessus, qui statuam percussit in pedibus & contrivit: per quam statuam aliquæ quatuor monarchiae figurantur, scilicet Assyriorum, quæ fuit prima, & dictum fuit Regnum Babylonicum; quod fuit orientale & sub Rege Nino primo introductum. Alij sub Belo, tempore Tharæ patris Abrahæ, & ab illo tempore non desit, nec intercedit nomen Regum, vt testatur Iedocus Chlichtoueu in suo libro de officio Regio. c. 2. Alij sub Neimothi venatore robusto, qui dictus fuit venator, id est Tyrannus, sub quo fuit principium Regni Babylonici, vt habetur Gen. 10.

Et de Assyriis translata est ad Medos, & Persas sub Cyro, & Dario, vt habetur ample Danielis 5. Et hoc propter superbiam Balthasar Regis, & iniustitiam; & qui vas auro in templo Ierusalem accepta fue-

runt per Nabuchodonosor, in quo Balthasar eius filius Rex babit in conuiuio. Et à Persis in Græcos sub Alexand. Magno. Et à Græcis translatum est ad Romanos sub Octauiano Magno: quod dominium demum subiugatum est, & subditum Christo. Et illis temporibus viuum essent Reges, & Principes apud alias nationes. dicit Archiepiscopus Floren. in 3. part. sua. sum. lib. 22. cap. 5. §. 14. ignotum esse apud eum saltem, sed apud Historiographos non est ignotum, cum tempore Nini primi Regis Assyriorum, Aegeus erat Rex in Sicyonia, de quo meminit Philippus Bergomensis in suo supplemento Chron. lib. 2. & August. de cunctate Dni. lib. 8. sic dicens: *Sicyoniarum Regnum admodum parvum.* & tale Regnum peruenit ad Athenienses his temporibus.

Etiam Hispaniarum Regnum ortum habuit à Thubal Iaphet, seu Phaleæ filio, testante Isidoro, ut refert idem Philippus Berg. eod. lib.

Hoc eodem tempore, fuit Zoroastes artis Magicæ inuentor, primus Bactrianorum Rex, teste eodem Philippo loco quo supra. Erant & plura alia Regna, ut Boemorum, Scytharum, Thessalorum, Ægyptiorum, & Amazonum fœminarum usque ad tempora Alexandri.

Fuit & Idumæa Regio, quæ habuit Regem, & Ogyptus in Attica provincia Achaæ Rex.

Hoc tempore fuit Regnum Francorum, ut habetur per eundem Philippum, lib. 4.

Et erant tunc temporis Reges in Iudea, ut Saul, David, Solomon à Deo approbati, ut videri potest ample in libris Regum.

Erant etiam Reges in Lydia, quorum Regnum habuit finem tempore initij Persarum Regni, ut refert ibi idem Philip.

Erat etiam tunc temporis principatus Heduorum, quorum ciuitas principalis erat Augustudunum, qui nulli subiiciebantur: de quibus ample Iulius Cæsar in suis commentariis.

Ex quibus constat, & ex his, quæ videri possunt per supradictos, quod usque ad tempora Alexandri illa prima monarchia non fuit universalis.

Et duravit hoc Imperium, seu illa Monarchia 1240. annis secundum August. lib. 4. de cunctate Dni. sed ut habetur Gen. 10. illo tempore non erat Monarchia; quia terræ fuerunt diuise iacet filios Noe.

Tempore vero Cyri Darij primi Regis Persarum, qui habuit secundam monarchiam, erant plures alii Reges apud alias nationes. Nam talis Monarchia duravit ducentis triginta annis sub nouem Regibus, quibus temporibus fuerunt multa alia: ut Romæ Lucius Tarquinius Prisci Tarquinij Regis filius, qui Rex fuit apud Romanos, & regnauit annis 25.

Balthasar, Chaldaeorum Rex, Zorobabel apud Iudeos Princeps his temporibus fuit, & tempore Darij etiam nono anno Regni sui erant Reges Romanii, qui tunc exacti fuerunt, & consules creati: qui rexerunt Romanos usque ad annum nonum post exactos Reges. Quo tempore fuit instituta dignitas dictaturæ: & post illam fuit facta electio decem virorum, apud quos fuit imperium Romanum.

Fuit & temporibus prædictæ monarchie Persarum Regnum Atheniensium, & tempore Darij, cognométo Notus, Alcibiades Atheniensium Imperator: etiam post eum Xenophon, & Horesches, tertius Maced. Rex, & Amyntas 15. Macedonum Rex.

Fuerunt etiam his temporibus multa dominia, & Regna, de quibus per eundem Philippum Bergomensem in suo supplemento chronic. lib. 5.

Ex quo constat, quod licet Persæ & Medi, obtinuerint principaledominium, non tamen uniuersale: & istud satis demonstratur ex dictis Danielis 5.

Tempore vero primi Regis Græcorum, qui fuit Alexander, in quem translatum fuit Regnum Persarum, hec se nominari fecerit terrarum Regem, & mundi Principem, non tamen fuit universalis. Cum suo tempore Pyrrhus fuerit Rex Epitotarum, Brutus Rex Anglorum, & Suardus Rex Francorum: de quibus meminuit idem Philip. Bergom. 1.6. sui supplementi Chronic. art. De quo tamen Suardo non facit mentionem Gaguinus in Chronicis Francie, nec eum inter Reges Francorum nominat.

Erat & his temporibus Brennus Gallorum Senones. Dux, qui totam Asiam habegit: Ita quod Reges Asiae, lacessiti ingenti pecunia, pacem mercati fuere. Ptolemæus vero Macedoniae Rex aulus illi occurrere, vixit, & multis vulneribus sauciatus captus est.

Fuit & illo tempore Insubrum Regnum.

Sed Regnum Alexandri post eius motum, fuit in duodecim partes diuisum, anno mundi ante Christi aduentum 312. ut habetur lib. 1. Michælaor. in prin. tempore cuius fuerunt & multa alia Regna, multæ dominationes, & Principatus: ut videri potest ex dictis ipsius Philippi end. lib. 6. Maxime Regnum Syriorum, Regnum Asiae, & in Macedonia erat Cassander, Antipati filius Rex unus.

Quo tempore etiam Romani Samnitibus imperabant. Tatentini veto, & Carthaginensi. tunc etiam Principes habebant. Cum essent potentes, & bellum gererent in Romanos, & Romani in eos. His etiam temporibus fuit Regnum Parthorum, cuius Regni fuit primus Rex Artaces, & secundus Arsaces eius filius.

Eodem vero tempore erant Reges in Ægypto, & etiam in Asia, & Syria, & plures alii Principatus, & dominationes, de quibus supra dictum est, quæ non erant extinte, ut erant in Anglia & Francia Reges; in Macedonia, & Iudea. Et ista duo Regna, scilicet Macedonum, & Ægyptiorum post Alexandrum, fueront per multa tempora simul, & eodem tempore diuersa, post Alexandrum Magnum, tempore cuius erant plura, ut supra dictum est. Fuerunt etiam pro maiori parte temporis usque ad Imperium Romanum, & tempore Octauiani Imperatoris. Et duravit Regnum Macedonum annis sexcenta quadraginta quatuor, sed his temporibus fuerunt multa alia dominia, multi denique Reges, ut supra dictum est, usque ad Octauianum: Imo iam incepsum erat Regnum Romanorum, quod mutatum fuerat in Consules, Dictatores, deinde & Decemviro, postmodum & Consules iterum, usque ad tempora Octauiani.

Ex quibus constat, quod per hæc tempora illa Monarchia non fuit universalis, quicquid voluerint dicere domini Legistæ Ultramontani, & Archiepiscopus Florent. in loco supra allego, qui non viderat nec legerat Chtonic. historiographorum: quoniam, ut dicit, ignotum est sibi tempore prædictorum Regnum alias nationes habuisse Reges. Et ex his constat, prædicta Regna, dominationes, & Imperia originem habuisse à violentia, ut petulchis examinat Petrus Bertrandus, huius nostræ ciuitatis, & diecesis Heduensis. Cardinalis Episcopus in suo tractat. de origine iuris soli. in 1. questione.

Tempore vero Octauiani Imperatoris, in que plures dicunt translatum fuisse Imperium, credo, quod

in hoc est error; quia Caius Iulius Cæsar, qui fuit ante eum, quinquagesimo primo ann. ante Christi adventum, fuit Imperator Romanus; qui Imperio Europæ tantum positus fuit, ut refert idem Philippus Bergomens. n. 7. Et cum in Græciam traieceret, vniuersi Orientales Reges ad eum conuenierant, & tempore ipsius Iulij Cæsar, Imperium Romanum initium habuit, & non fuit dictas Rex Romanorum, sed Cæsar. Hinc est, quod non dicebantur Reges, quod id nominis Romanis ostiosum esset, sed Cæsares appellati sunt: quo tempore non reperitur, quod plura alia regna Principatus & dominationes, de quibus supra, facient subiecta Imperio. Immo tempore suo, erant multæ dominationes in Gallia de quibus per eum ea fuisse Convenit. Nec reperitur, quod tenuerit Galliam integraliter, ut infra dicam: nec Hispaniam, & Græciam, nec regnum Macedonicum, Parthorum Syriæ, & alia, de quibus supra in totum, maxime fine controvenerint, & bello: Quoniam tam brevi tempore, quo imperauit, tot Regna obtinere non potuisset. Cum tempore adepti Imperij, quod fuit anno quadragesimo octavo ante adventum Christi, tantum vixerit quinque annis, & sic mortuus est ante Christi adventum, anno quinquagesimo primo: Quo tempore incepit regnare Octavianus, & imperauit per annos quinquaaginta lex, mentes iez: quo tempore erant multi Reges, & Principes, multæ etiam dominia & principatus quæ non subiiciebantur Imperio Romano, de quibus infra.

Tempore cuius etiam Marcus Antonius Asiam, Pontum, & Orientem tenuit.

In Germania etiam Isliam, & Varianam cladem perpessus fuit.

Hoc tempore etiam regnabat Christus, cui data erat potestas in celo & in terra.

Regnabat etiam tunc Herodes Rex Hebreorum, qui Mariannem reginam uxorem suam occidi iussit, quod accusata fuisset, quod ad Octavianum effigiem suum transmisisset, ut in sui desiderium provocaret, & usque ad illum diem non defecerunt Principes Iudeis. Tempus quippe erat, ut veniret ille, cui promissum erat, quo modo promissum est testamento, ut ipse esset exspectatio gentium, cessavit corum vivatio, hoc est, imperium: quia ex Danielis sententia Sanctus Sanctorum venerat. Et ideo Herodem alienigenam habuerunt. Cui postea successit Herodes Antipas Herodis filius: & Archilao è regno pullo, Iudeorum regnum in quatuor tetrarchias, id est, partes dissimilis est. Et huic Galilea obuenit, quæ est regni Iudeorum quarta pars. Post quos successit Agrippina Germanici coniux, regina Iudeorum, & post eum Agrippa magnus, Aristobuli filius, qui tunc habuit fratrem nomine Herodem Chalcidis Regem.

Et tempore, quo regnare incepit (fuit anno ante Christi adventum 21.) & Burgundionum regnum initium habuit post Christi adventum anno 35. Quod non habuit finem, nisi post Christum 488. & sic nec tempore Octaviani erat Monarcha vniuersalis.

Plates etiam tunc temporis erant Principes in Gallia, de quibus infra dicam, quando capiam Imperium à tempore Iulij Cæsar, & etiam in Hispania, & Africa, de quibus supra. De quorum annihilatione, & extincione non constat, si hoc fuisset factum, esset ex violentia, & rapina, non ex debito modo.

Quod quidem Imperium; quia per violentiam erat occupatum, & propter eorum iniusticias fuit subiugatum & subditum Christo, ut habetur in visione Daniel. 2. cap. signatum per lapideam statuam illam

in puluerem redigentem; & hoc dignum fuit; quia dignum est, quod propter iniustias Regum, & diversos dolos Regnum de gente in gentem transferatur, Eccles. 10. cap. & ostentum est Octavianus Imperatori per Sybillam Tyburtinam, die qua natus est Christus dominus dominantium, ut dicit idem Archiepiscopus Florent. in loco hic ante. Et factum est regnum huius mundi Domini nostri Iesu Christi: cum, ut habetur Apoc. 11. cap. sibi enim data est omnis potestas in celo & in terra, M. ubi vlt. cap. ut impleatur illud Ezech. Factam eos generem unam, & erit unus Rex omnibus imperans, & non erunt ultra due operes. unde Gl. Dan. 2. dicit, quod sicut à principio nihil fortius Imperio Rom. sic in fine nihil debilius inuenitur.

Et ex his constat, nunquam ante Christi adventum fuisse aliquem de iure Monarcham, & dominum vniuersi orbis: cum, ut dictum est supra, fuerint pluragna, etiam à Deo permitti, & instituta, ut de Rege David, Salomonæ: & sic de aliis. Nec licuit Imperatori ea sibi appropriate, prohibente lege naturali, & divina, quæ habet: quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. M. u. b. 7. & in præcepto Decreto. Nec licuit eis transgredi terminos, quos posuerunt patres antiqui, Prover. 22. c. in fin. & in præceptis decalogi. Non concupisces rem proximi tui. Exod. 20. in quo omnis rapina & violentia proibetur, & 4. 2. 5. & gen.

Et prædicta faciunt, quod de iure divino non reperitur imperium fuisse institutum, prout regna, & sic quod nunquam Imperium ante Christi adventum habuerit vniuersale dominium totius orbis.

Immo etiam Imperium Christi nunquam fuit vniuersale quo ad temporalitatem, cum ipsem dixerit: Regnum meum non est de hoc mundo. Ioh. 18. & suo tempore fuerunt Principes, ut Octavianus, & Tyberius, sub quo passus est, & voluerit eorum iura intacta seruari, dicens: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo: Mat. 22. & Luc. 20.

Et tunc temporis erant plures Principes in Gallia, Asia, Africa, Burgundia, Italia, Hispania, etiam in Chalcedone: & Iudea. Et statim post incepit esse regnum Burgundionum, ut iam dictum est supra, videlicet anno Christi 35. ut refert idem Philip. Bergom. hb. 8.

Eiam Scythæ ab alieno Imperio aut intacti, aut invicti manserunt. Carium Regem Persarum à Scythia turpi sumptione fuga. Cyrum, cum omni exercita trucidarunt. Alexandri Magni ducem, cum copiis vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuerere, non sensere arma.

De iure humano, siue naturali, adhuc minus. Quia illud ius erat commune omnibus animalibus rationabilibus & irrationabilibus, & omnia erant communia: ut l. 1. ff. de iust. & iure. §. ius naturale. & 1. dist. c. ius naturale. Et de iure gentium, quod etiam naturale vocatur. Inst. de rerum iuriis. §. singulorum. per occupationem dominia sunt distincta, & regna condita, l. ex hoc iure. ff. de iust. c. ius.

Et sic constat, quod iure illo naturali, seu iure gentium, soluti erant Reges, cum non dicat imperium, nec tunc erant Imperatores, ut ante dictum est: Reges tamen erant Imperatores, cum dicit text. l. Reg. 8. co. Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis notandum verbum, imperaturus. Ex quo quilibet Rex potest hoc respectu dici Imperator.

De iure vero ciuili dicit Albert. in loco supra alleg. quod duplex est proprium, scil. proprium cuiuscunq; ciuitatis, ut in locis populi. ff. de iust. & iure. Aliud est proprium ius ciuale Romanorum per excellentiam. & sed quoties. Inst. de iure natur. Et tunc sic, si ius ciuitatum

uitatum vel provinciarum consideremus, multæ ciuitates, & provinciae non subsunt Imperia. Nam, ut dicit, in Hispania, ut dicunt docto. in cap. causam. te secund. extra qui sibi sunt loci. & Nicol. de Vbald. in tractat. de successione. ab inter. 111. hact. vers. ultimus modus legitimandæ. Quicunque allegaret legem rigorosam Imperatoris, capite punitur. Veneti vero, & multi alij, non sequant iura Imperatorum, nec etiam Galli, & Franci: quia non subiectiuntur legibus Imperatorum, nec eas allegant, nisi in quantum falcantur ratione, & non alias, ut dicit Bal. in l. nemo. C. de sententia. & interloc. omn. iudic.

Sivero consideramus Ius civile Romanorum, & isto possemus nos de facili expedire: quia non est credendum illis, quorum repellentur actores. c. fraternitas, de heretice. r. licet ex quadam. de testa. l. mathemat. C. de epif. audien. Et non plus creditur mortuæ voci, quam viua: sed leges sunt mortuæ voces Principis, ipse autem est vox viua, in Auth. de consul. b. 9. f. coll. 4. Cum itaque populo Romano non esset credendum in facto proprio, ut l. n. lli. ff. de res. ergo nec credendum est eorum legibus vel scripturis.

Et conclusio, tenet Albe. loco, quo supra, quod nunquam Imperator fuit dominus totius orbis. Et hoc etiam tenetur a multis, maxime ab omnibus Doctor. Aurelianensis. & Citramontanis, contra sententiam glossarum iuris civilis, & canonici. Hac etiam opinionem tenuerunt Jacob. de Rauenna, Petrus & Ioan. Fabri in d. l. C. de sum. Triv. ex fide c. sub. in l. hene & Zeno. C. de quadr. præsc. per colorem etiam in proem. flor. quos secuti sunt Raphael Fulg. Guill. de Castellio, & Bernar. de Castillio, in d. l. supra alleg. Et istam opinionem tenet Card. Zabari. in c. venerabilis. b. verum. in 2. col. extra de cœll. vbi dicit, quod in hac materia multa ingenia laborauerunt, i. uestigando initium Monarchia terrestris, & prodierunt pluriui libri de Monarchia: nulla tamen disputatio potest esse minus vtilis. Constat enim, ut dicit, quod imperium partim acquisitum fuit Romanis vi armorum, & sic etiam in alijs Regnis, qui habuerunt Monarchiam, ut fuit Assyria, quod dicitur Babylonicum. Item Macedonum, quod floruit sub Alexandro. Item Carthaginense, quod maxime viguit tempore Hannibal, ut in Tito Luio, de secundo bello Punico. Hec tamen Regna præter Romanorum dicuntur Monarchia, non quia aliquod istorum fuerit generale ad totum orbem, sed ad magnam partem, etiam Romani nunquam habuerunt totum, sed fere totum, dicit Zabari. ibi.

Et, ut dicit Albe. hanc opinionem tenendo, legibus eorum sunt conuincendi, arg. tex. in cap. qat. sincera. 45. dif. Nam Imperator non est mundi dominus: quoniam secundum legem Imperatorum, qui dicit se dominum de iure gentium, vel ciuili, habet hoc probate. l. in rem actio. ff. de rei vendic.

Imperatores duas solas causas dominij allegat. Quia scilicet habuit à populo Romano: vel quia per iustum bellum occupauit ab hostibus Imperij. ff. de capiunt. & postlim. reuersi. l. postliminium. & l. hostes.

Sed ad primum respondetur, quod populus non potuit plus in eum transferre, quam habuerit. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Sed ne habuit dominium super alias nationes, ut supra dictum est, & demonstratum fuit, & ad hæc infra demonstrabitur: ergo nec ipse, quod populus non habuit. Et si populus Roma, allegaret se habuisse, incumberet ei probatio: tamen onus probationis assumendo, constat satis fuisse probatum ex supradictis & infra adhuc per Chronic. Romanorum justificabitur: tamen contra hoc sic potest

clarissime probari.

Notorium est enim, quod ciuitas Romana edificata fuit per Romulum & Rhenum fratres: notatur in l. 1. ff. de orig. ur. in prim. & notatur in l. fin. ff. de rerum diuis. & habetur etiam in Chronicis lib. 3. prædicti Philippi Bergomeus. Quo quidem tempore erant multa Regna, de quibus ibi plenissime: quo quidem tempore, ut ibi claram est, & supra satis demonstratum fuit, Romani non dominabantur toti orbi, immo etiam minimæ parti orbis: & tunc habebant solum Reges, & sic eorum Regnum erat distinctum illo iure ciuili, quod dictum est supra: & tantum iurisdictiōem habuerunt, cum locum aedificauerunt, ut in §. si vero forsan. in Authent. de quatuore. colum. 6. Vnde populus ille, pro prædicto Regis expellendo, videntur contrasse de iram provocasse. 7. quæstio. 1. cap. denique. & sic nec dominium, nec iurisdictiōem de iure habuerunt. Nam ius dicitur, quod iustum est. 1. disting. cap. in natura. & per vim, & violentiam ab initio sedes alienas occupauerunt. Notat Innoc. in cap. super his. de v. 1a. Ita quod propter vilitatem initij, connubia fuerunt eis a Sabinis, Albanis & confinitimis partibus denegata. Quos cum hoc nouisset Romulus, fixit se velle ludere ludos, idque publicare fecit: quia nouitate affecti populi vicini, ut noui populi spectaculum viderent, asciuerunt ductis uxoribus, & filiabus, quas cū tenerent, rapuerunt: Exinde ortum bellum in Albanos, quos suæ citioni addiderunt, & paulatim auctis viribus propriqua dominia usurpare coepernot: nec præscriptione se iuuare possunt, cum semper malam fidem habuerunt, tam ipsi, quam habentes causam ab eis: & de violentia eorum constat per iura, que sunt certa. & hæc ignorantia. ff. de iuris, & factis. ignor. Ideo est ignorantia iuris, quæ eos no exculpat. 1. nunguam. ff. de v. ap. ff. de iuris ignorantia. ff. de iuris & factis ignorantia.

Et adhuc prædicta opinio Citramontanorum probatur ultra prædicta, nunc reassumēdo Monarchiam; quæ fuit à tempore Iulij Cæsaris usque ad tempora hodierna, demōstrando, quod temp̄ fuit ut alij Principes, Reges & Dominationes, per vniuersum orbem in pluribus, & diversis partibus mundi. Maxime tempore illorum, qui dixerunt seipso mundi dominos, & faciendo in hoc casu fundamentum pro opinione contraria a Iulio Cæsare, qui primus Imperator, & nomen tale sibi assumpit. Eo quod Romanis imperabat, ut tradunt historiographi: de quo gl. in l. 1. ff. ad leg. l. ul. de admetter. aliquid tentit, vbi dicit, Iulium Cæsarem auunculum Gaij Augusti, fuisse primum Imperatorem: cum ante tantum dominium habent Romanii, ut dictum est, per rapinam usurpatum, & in sua origine per vim, violentiam, & rapinam inchoatum. Ex quo ergo initium, seu origo noctae possessionis de iure inspiciēdā sit, h. clam possidere. in prim. ff. de aca. poss. l. nam origo. ff. quod ut aut c. am. Quæ cū sit vitiosa, nūqua prodest violento. l. auerstatiem. C. unde v. l. si qua loc. C. de fundis & salib. reis don. l. h. 11. Et maxime etiam de iure Canonico. c. fin. &c. vigilanti. extra de prescrip. in leg. poss. ff. de reg. in 6. & reg. peccatum. eod. iit. Quia temp̄ requirit bona fides, etiam li. delicti titulus, & sit tempus immemoriale. c. 1. de praescr. ir. 6. in l. v. 1. C. de v. sc. 10. transfor. Ita quod tale vitium traxit ad successores. l. au. vitium. ff. de diuer. & temp. praescr. l. Pomponius. in princ. ff. de acq. poss. 5. fin. Inffite. de v. c. l. hares ff. de v. sc. Ideo, cum noui potuerit primus, senectet Romulus, terras & dominia per eum rapta, ut dictum est, nec etiam Iulius Cæsar, ut dixi, & dicam statim ideo, nec eorum successores.

Ex quo licuit ipoliatis recuperare, & ut iure suo & successoribus, & sic de iure gentium, hoc licuit Iulio Cæsari. *i.e. ex hoc iure*. licuit & Gallis suo tempore: qui etiam quasi ab inicio Vrbis conditæ, fere totam Italiam, etiam usque Romanam, ipsa euersa, deimptio Capitolio, prout refert Titus Livius. *n. quarto, 1. decadus.* & Iustinius *lib. 24.* qui etiam Imperium Romanum per multos annos tenuerunt. Ita quod fuerunt septem aut octo Reges Fracie Imperatores Romanorum, cum à Principio de Græcis translatum fuerit in Francos, videlicet in Carolina Magnum, quod fuit anno Christo 806. usque ad Conradum primum, successorem Ludouici tertij, in Imperio Gallorum: Quia omnes Reges Fracie tenuerunt imperium Romanum, usque ad annum Domini 910. quo tempore fuerit translatum imperium in Germanos. Quo quidem tempore semper erat alius Imperator in Græcia, qui dicebatur Imperator Constantinopolitanus.

Et maius argumentum, quod potest esse, est de Iulio Cæsare: qui dicit se Gallias deuicisse, quod non est verum in totum: Cum semper Aluernia, Britania, & plures aliae ciuitates supra Ligerem flumen existentes ( quæ suos duces habebant ) nunquam sine continuis quæceteris paruerunt Romanis, ut constat ex *Chronica historiographorum*: ut etiam dicit Oldradus *conf. sun. 69.* incipiens. *confusus dubius.* Imperatores Romani nunquam fuerunt in pacifica possessione orbis: cum de his, ut supra dictum est, nunquam gauisi fuerint pacifice.

Vnde, sub Valentiniano, vniuersa Gallia defecit. Exinde, coacti sunt Romani viuere, contenti sedibus suis & legibus, nec existimauerunt deinceps alias nationes deuincere, nisi media virtute Gallica: ut factis patet ex chronicis: quæ quidem etiam alleganda sunt decisionibus causatum, & credendum est illis etiam in iudicio, ut dicunt Bal. & Anto. de Bart. *in c. inter dilectos. extra de fide instrum. gloss. in verb. transflus.* *in c. venerabilem. de elect. gloss. 1. circa medium. in c. litteris. extra de in integ. rest. Bart. in l. 1. col. 6.* & ibi dominus Iason & alij. *ff. ji cert. petat. gl. & Geminian. in c. placuit 16. dist. & l. 2. & Geminian. in c. in nomine Domini. 22. dist. & gl. 3. & Geminian. in c. 1. 27. distin. & idem Geminian. in c. absit. 20. dist. & glos. in proœm. ff. 9. hac autem tria in verb. verbibus.*

Et idem de libris historiarum, quo ad facta antiqua. Geminianus *in c. quamvis ante fin. 21. dist. Felic.* *in c. cum causa. extra de probat. & in d. c. inter dilectos. in 8. colum. extra de fide instrum.*

Si igitur ex predictis, propter vim illatam populis Gallis, debeant dicere se dominos, prout dixi supra, post Innoc. *in d. c. super his. in fine. extra de voto, & voti redem.* clarum est, quod ille titulus eis nihil optulari potest per supradicta.

Nec inuenio alia iura, quæ eis prodelle possint, nec etiam titulos aliquos allegant.

Et ultra prædicta, pro opinione dicentium, & tenetum, nunquam fuisse vniuersalem Monarchiam in mundo, nec Imperatorem unquam fuisse dominum totius orbis: Adduco fundamenta sequentia, quæ faciunt contra illos, maxime, qui se dixerunt dominos totius orbis, prout fecerunt quidam Imperatores, de quibus sunt leges *in libris Digestorum & Codicis.* Primo, tempore Iustiniani, qui quandoque se dixit dominum totius orbis, ut supra dixi *in legibus allegatis, maxime in l. 1. C. de off. pref. rat. Africa.* Nam illud non est verisimile: Cum, ut habetur *in Auth.* ut præponatur nomen Imperatorum. *q. vbi vtitur his verbis: Qui sub Imperio nostro sunt, aut quos nostrum regit Imperium.* &

ibi post: *In quos nos Deus Romanorum supposuit rebus.* & in *s. sed hoc tempore.* *Inst. de his,* qui sunt sui vel alieni iuri. ibi: nulli hominibus, qui sub Imperio nostro sunt. & in *l. 1. C. de sum. trin.* & *fidei cathol.* ibi: quos clementia nostra regit imperium. Quos textus non iuellexerunt, & nimis crudani interpretationem ad illos fecerunt Doctores Ultramontani: qui voluerunt illud verbum relatum ultra suam naturam extendere: cum de natura sua sit restrictiū dictionis præcedentis, notant Doctores in *d. l.*

Tempore vero Theodosiani & Honorij, qui fecerunt *L. mercatores. C. de commerci. & mercatorib.* erant plures non subditi imperio. Et tempore etiam Alexандri IV. Imperatoris, ut satis constat ex *L. omnib. causatione,* que sub Imperio nostro *ff. ad T. rebel.* Et quod plus est, ex chronicis constat, quod tempore Antonini XII. & Comodi, Lucij, Antonini, & Marci Antonini, plures erant nationes non subditi Imperio. Ex quo constat, quod relatio Iuliani, conditoris illius legis deprecationis, non est vera, & quod non est verisimile, quod Imperator ita responderet; quoniam veritas erat in contrarium. Nec etiam est credendum Julianum, cum fuerit male vita, & modice estimationis, & Tyrannus & sic non omni exceptione maior, & vocatus fuit Didius Julianus, qui tyrannice imperauit per aliquem tempus, & pauci cum inter Imperatores enumerauerint: & sic non multum facit illa *L. deprecatio.* cum concinatur dictus Julianus de mendacio: eo, quia tempore Antonini XII. Parthi non erant subditi Imperio, cum Marcus Anto. qui eidem successit, eosdem debellauerit Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas ingenti vultute, vna cum filio Commodo Antoni. superauerit. Tempore cuius Commodo Antoni. Britones non erant subditi Imperio, nec etiam Arabes. Nam illo tempore regnabat Lucius Rex Anglorum.

Et sic constat, quod illis temporibus nunquam aliquis Antoninus fuerit mundi dominus, saltem vniuersalis: quicquid dixit ibi Julianus: ex quo satis respondum est ad illam *L. deprecatio.* & ad omnes leges Iustiniani, & Imperatorum per veritatem in contrarium ad oculum demonstrataam, per chronica historiographorum, ut dictum est,

Ite etiam *d. l. deprecatio.* cum *extraua. ad reprimendum.* laborant codem morbo, quod ab indignato Principe factæ sunt. Prima ab Antonio, propter piratas. Idem, secundum Bar. *in dicta extrauagantiis:* in Henrico, qui indignatus hoc dicit propter Principes, qui terras Imperij occupabant, & maxime propter Robertum Siciliæ Regem, propter quem fuerunt factæ duæ extrauagantes, scilicet *ad reprimendum,* &c., qui sunt rebellis: quæ tamen postea fuerint reuocatae per Clementem IV. *clem. pastoralis. de sent. & reind.* vnde à Principe irato factum non disponit. *L. 1. ff. de const. Princ. s. sed & quod Princip. Inst. de iure nat. L. mercum. s. sed cum prator. ff. quod metus causa.*

Iino quod plus est, ex dictis doctorum prædictarum opinionem tenentium, clare ostenditur contrarietas omnium Imperatorum, & iurisconsultorum: cum Iustinianus *in s. sed si ab hostib.* *Inst. quib. modis ius patria posol.* dicit Imp. Rom. debere habere limites, & fines: si enim Imperator haberet vniuersale dominium ratione sui Imperij non haberet limites, nec essent aliqua limina Imperij, & quæ caperentur de facto, non censerentur redire postliminio, ut patet in *L. à postlimin. s. à prator. ff. de captiuis, & postlimin. reuersis.* & in *L. qm à latronibus. ff. de testam.* & sic cum limina habeat Imperium à limitato loco non orbe, nescio, quomodo dici possit Imperatorem esse dominum orbis.

Et sicut adhuc ultra praedita contra eos leges ipsorum, quæ dicunt Imperatorem, seu populum Romanum habere hostes. l. i. C. de off. præf. prat. Africa. 5. l. in Aut. de hered. & Falc. col. 1. ff. de collat. l. in bello. l. postliminium. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuersis. & ille Rex in d. l. postlim. m. facit multum, in quantum dicit inter nos & omnes liberos populos Regesque moribus & legibus constitutum. & ibi: Regem solum, aut amicum. cum populus, aut Rex liber dicatur, qui nullius alterius populi potestati subiectus est, ut est text. in l. non dubito. ff. de capt. & postlim. reuer. & glo. in d. l. hostes, vbi text. in fine etiam loquitur de Germanis & Parth s hostibus Romanorum, quos antea socios & confederatos appellaverunt, d. l. non dubito. 23. d. l. postliminium. quæ quidem leges postliminium. & hostes. fuerunt conditæ ab Vlpiano, & Paulo iurisconsultis, tempore Alexandri Imperatoris, qui statim regnauit post Antoninos, qui incepserant ann. Christi 154. & fuerunt quinque, aut sex, & finierunt in Bassiano Antonino, & Autelio Antonino, post quos fuit dictus Alexander anno Christi 224.

Et sic constat, quod ille Iulianus, de quo in d. l. de preciso. non dicit veritatem, & per hæc ad illam legem plenissime constat, esse responsum.

Albericus vero, ad illam leg. ulterius respondendo dicit, quod licet Imperator in uno loco dicat se mundi dominum; tamen alibi faciet melius esse, qui non erant Imperio subditi. Alij enim erant hostes, alijs foederati, alijs Reges, alijs amici: vt in d. c. legibus hic arte all. & d. l. mercatores. C. de commerc. & mercat.

Ad c. in apib. facilis est responsio: quia licet dicatur, quod in uno Regno debeat esse Rex, non sequitur, quod non possint esse diuersa Regna: Imo quod plus est, Deus ordinavit à principio plures Reges, & in unoquoque Regno unum Regem. Nec hoc prohibet d. c. in apib. nam unus apis non est Rex omnium apud deum; imo in quolibet vase apum est unus Rex: nec omnes grues de mundo sequuntur unam, sed una congregatio loquitur unam, & alia aliam, & sic in quolibet Regno erit rex, vel in qualibet ciuitate unus rector; quandoque tamen reperitur duos fuisse Imperatores. l. Imperatores. de palt. & l. diu. fratre. ff. de paen. & ita illum text. declarat Io. de Turrect. in d. c. in apib. vbi responderet ad iura pro parte contraria allegata, tenendo etiam quod nunquam fuit Monarchia vniuersalis

Ex quibus constat responsio generalis ad omnia iuris dicentia, quod Imperator est dominus totius orbis, & habet Monarchiam. Est vetum, Orbis scilicet subiectus Romano Imperio; cum tempore, quo translatum fuit Imperium per populum in Principem, translaterint in eum omne imperium, quod habebant in toto orbe. Cum ergo totus orbis vniuersaliter non tunc subiiceretur ipsi populo Romano, sed tatum una pars debet intelligi illam partem esse vniuersaliter illum totum orbem, & non ultra. Quia si extenderet ut ad partes etiam tunc non subditas Imperio, sequerentur tot inconuenientia, quot in mense scribi non possent. Sequeretur enim, quod translatisset in eum plus iuris, quam habuisset: sequeretur etiam, quod potestatem habuissent tollendi ea, quæ de iure diuino erant introducta, vt puta regna, & dominationes: de quibus supra dictum est. Et sic illa generalitas seu vniuersalitas restringitur ad habilitatem. l. eum. ff. de iudic. notarii plene per dom. meum Ias. in l. i. §. nunciat. col. 4. ff. de noui cpe. nunc. Et ne sequatur absurdum, notat Fel. in c. cooncen. col. 6. extra de empli. Absurdum enim esset, & contra iuris dispositionem, quod

populus Romanus transferendo omnem potestatem quam habebat in Principem, plus iuris ei dedisset, quam habuisset: & ideo vniuersalis locutio, seu generalis, debet ad partem mundi subditam Romano Imperio restringi, & non alias partes eidem non subditas extendi, ad uitandum inconuenientia, & absurdum, de quibus supra dictum est, & ne incident in mendacium, quod facerent, vt notorie constat ex omnibus Chronicis mundi. Et etiam ad id, quod est possibile, restringuntur. Flotia. in l. eum. debere ff. de servit. urb. & præd. & non ad impossibile, quod esset hoc casu.

Non obstat ulterius, quod voluerunt dicere multi, tenentes partem contrariam ultra solutiones praeditas ad textus supra allegatos, maxime ad c. conuenior. 23. queſt. 8. vbi dicitur, quod Imperatori licet omnia, & ipsius sunt vniuersa. Quia ultra responsionem, quæ dari potest, quod hoc possit esse verum in suo imperio, & infra fines, & limites sui imperij: non quia ibi dicitur decisio, sed solum erat vna allegatio partis, ut ibi patet.

Et ad c. quo iure. 8. distin. responsio est in promptu: quia ibi loquitur tam de Regibus, quam Imperatoribus. Duo enim sunt (dixit ille tex.) quibus principalius hic mundus regitur, autoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas: nō enim dicit, Imperialis. Vnde nec regularitas orbis quiesceret in eo; quia tunc nec esset opportunum Ecclesiam Dei in sua regularitate quiescere, quæ mundam vniuersalem regit, & sub qua omnis spiritus requiecit, c. ap. solute. de m. 3. obed. in c. conuenior. 23. queſt. 8. in c. si Imperator. 96. dī. qui nec priuilegium à sede Apostolica sibi indultum conferuare potuit. Ideo propter defectu Imperatoris necesse fuit, quod Reges Francie subvenient Ecclesiæ afflictæ: quibus & à Deo hoc donatum est semper. c. b. i. tara. 23. queſt. 8. c. Adriani. 63. dī. Et ideo ille text. in d. c. quo iure. melius intelligi debet de Rege Franciæ, quam de Imperatore, cum plus Reges Franciæ subvenient Ecclesiæ, quam Imperatores, vt supra dixi: & ille text. in d. c. quo iure. non loquitur decisio, & præcile, sed tantum exemplatiue, vt satis ibi confitetur gl.

Et pro responsione l. 2. c. de offic. præfe. prat. Africa. Quæ lex fuit Constantini, quo tempore translatum est Imperium in Gallos, scilicet in Carolum Magnum, de quo ante dixi in terminis illius legis, non probat, quod Imperator fuerit dominus vniuersi orbis, nec quod habuerit vniuersale dominium, imo nec habuerit dominium in Gallia, in his verbis ponderatis ab omnibus timentibus partem contrariam, scilicet in partibus Hispaniæ, & Galliæ, sine Francorum: & nota verbum, In partibus. non enim dicit, quod Galliæ subesset Imperio. Vetus est bene, quod aliquæ partes Galliæ fuerunt tunc iuris Italici, vt patet in l. i. ff. de censib. & quæ forsitan obediebant imperio Romano, vt erat Massilia Narbonen. Viennensis, & illa pars Burgundiæ, quæ Allobrogos attingit, que clauditur Rhodano fluvio, quæ erant de Regno Franciæ, & de facto à Romanis Imperatoribus occupabatur, quæ etiam de facto per Theodobertum Regem Franciæ nepotem ex filio Clotarii Regis recuperatae sunt, & denuo Franciæ regno additæ, & usque ad hæc tempora conservatae.

Vnde ergo bene dicit text. que in p. r. ib. Galliæ, seu Francorum; quia & illæ partes sub Gallia Aquitanicas, vel secundum Plinium Lugdunensi, comprehenduntur, vnde nec per hoc concludit Gallias vniuersas subesse tum imperio.

Ad l. si duos. §. l. d. excus. tut. ibi. V. inuerso orbi conuenientiis est, scilicet subiectum est capitulo. Nisi ille textus nihil

facit, & etiam sunt verba Antonini Pij, de quo in l. de preceatio. tam plures supra alleg. & non sunt ibi decisio posita, sed allegatiue: allegando quandam epistola illius Antonini Pij missam Comiti Asie solum. Et sic ex illa specificatione precedente restringitur illa vniuersalitas, seu generalitas, scilicet vniuerso orbi Asiae, & sic ista vniuersalitas hic limitatur, & distinguitur in illo casu, cum sit ex epistola Antonini Pij scripta comiti Asiae, quod sit de iure, notat dominus meus Ias. in l. si convenerit. c. 21. ff. de iuris. orn. iud. per textum in l. quies. C. familia. e. e. per quem Bald notat ibi, quod verba generalia indefinite prolati recipiunt a verbis specialibus intellectum: & plura alia ad propositorum adducit idem dominus meus Ias. in l. de cetero. & in l. & 2. vol. C. de transact. faciunt, qua dicit Alexa. in cor. s. f. 22. 1. ff. e. in l. vol.

Cum ergo predicta epistola facit solum missa comiti Asiae, non extendetur vniuersalitas sequens ultra districtum commissum dicto Comiti, quia etiam extra territorium ius dicenti non paretur: & cum Comes Asiae solum haberet administrationem in Asia, ut sonant verba, scilicet Comiti Asiae, non extenditur illa vniuersalitas ultra suam administrationem.

Et etiam facit; quia epistola non probat, nec ligat non recipientes, ut satis probat Bar. in l. silius fam. ff. ad Maced. Ex quo ergo non constat, quod alij receperint predictam Epistolam, & tacuerint, non eos ligavit. cum etiam Epistola non probet. notant Bal. & alij in l. non nudis. C. de probat. & etiam satis supra demonstratum est, quod nunquam Antoninus fuerit dominus vniuersi orbis; imo suo tempore erant plures Reges & Principes, qui non erant tunc subditi Rom. Imperio.

Ad dicta Bart. & aliorum dicentium Reges peccare, qui negant Imperatorem esse dominum orbis, & dicentes contrarium, esse haereticos, & etiam eos esse haereticos fundantes se ex dicto L. c. 2. Existit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis, cum hoc non probet necessario, quod ergo Cæsar fuerit dominus vniuersi orbis, prout in veritate regi non erat. Nam non sequitur, exiuit edictum, sicut inest dominus: nec per hoc probatur in Imperatore esse dominium. Non ergo sequeretur: Cum Turca magnus dicat se dominum orbis, quod hoc sic verum: si ppe enim gloriantur domini Priuipes in assumptione titulorum generalium, quos tamen non habent, nec unquam habuerunt, nec in aeternum habebant, ut de illo Turca magno, & satis demonstrandum est in pluribus aliis.

Et etiam vellem scire, quomodo hoc probaretur, quod per hoc quis efficeretur haereticus; nam istud non est nec de preceptis Ecclesiæ, nec de preceptis decalogi, nec de contentis in symbolo, ut supra dixi in prin. diuis. secundi trajectatus: & licet sit in Euangelio, non tamen est ibi preceptum, sed solum narratiue.

Ex quo etiam quod plus est, reperio certarium sive determinatum per summos pontifices, qui dixerunt, & ordinaverunt Regem Franciæ neminem re cognoscere in spiritualibus & temporalibus d. r. per venerabilem. qui filii sunt. legit. qui tex. loquitur de iure & non de facto, quia nunquam summus Pontifex loquitur in facto: sed in iure tantum. gloss. est i. o. p. consultations. in gl. fin. extra de temp. ord. quam glos. in terminis nostris reputat singularem Felin. in ca. cum non licet. extra de prescript. vbi addit, quod illam gl. notat Card. Alexan. in capit. que in eccliarum. in verb. videbatur. extra de constit. & quod illam gl. & interpretationem signat Panormi. in c. nouit. & ibi Fel. extra de consti. &

facit tex. in l. mora. in princ. ff. de iuris. ibi: neque constitutione villa, neque auctoritate iuris questioni decidendi posse, cum sit facti magis, quam iuris. & facit tex. in leg. cum quem in fi. vers. de facto autem consulentib. ff. de iud. Cu tanquam habens omnia iura in scrinio peccatis, numquam de facto loquitur, sed de iure: quod etiam ex pluribus rationibus, ex illo textu ponderari potest, maxime in prin. in vers. in super. ibi: sine iuris alterius lesione. in eo se iurisdictioni nostre subiecte potuit. Ad quæ verba aduertendum est, cum si verū tuisset, quod Rex Franciæ tuisset subiectus in temporalibus Imperatori de iure, non potuisset ipse Rex Franciæ sine magna lesione iuris alterius, scilicet Imperatoris se subiectare aliena jurisdictioni, scilicet Pôficiis, maxime, cu tractaretur de legitimatione filiorum, & consequenter de successione Regni, & alii feudi, quibus debuisset interuenisse auctoritas & consensus specialis ipsius Imperatoris, in istis feudiis maioribus per text. in c. naturalis. vbi omnes notant. si de feudo fuerit controvers. vbi gloss. & omnes Feudista posse eam in usib. feudi. Imo, Papa in talibus in iurisdictione Imperatoris non potest se intromittere, ut tenent omnes Canonistæ in c. ceterorum. de iudic. & Legista in l. Gallus. s. & quid si tantum. ff. de lib. & postib. Et facit text. in l. 2. f. de natal. restituens. per Bald. & Paul. de Cast. in l. 1. C. de iure auro annu. per illum tex. quod tamen intelligi, nisi concerneret materiam peccati. gloss. in c. si duc. extra de appellat. Innoc. in c. licet. extra de for. comp. Abbas in c. nouit. extra de iudic. vel in c. 1. extra de conflut.

Et si dicatur, quod in d. c. per venerabilem. magis tractatur de efficacia & validitate matrimonij, quam de legitimatione filiorum, ex quo poterat ad summum Pontificem spectare cognitio. Cum causæ matrimoniales debeat coram Iudice Ecclesiastico terminari, & per summum Pontificem super talibus est dispensandum, & non per alium. notatur in c. lator. qui fili. sint. leg. & in d. c. per venerabilem. & per Bart. in l. Titia. ff. sol. matr. Ex quo dixerunt quidam, quod Papa potest incidenter filios naturales in temporalibus legitimare, licet non principaliter: quod tamen multi dicunt, non affirmant in d. c. per venerabilem.

Ad predicta respondeatur, quod ille text. loquitur in legitimatione vera & expressa; quia alias non fuisset opus dicere, quod potuerit Rex subiecte se iurisdictioni summi Pontificis; quia si fuisset tantum causa matrimonij, ipso iure iam fuisset subiectus: & ideo lex non loquitur in casu arido, sed viridi, ut patet in l. Arrian. C. de beret. & in casu non dubitabili. l. Labeo. ff. de Carb. edit.

Et etiam, ex quo certum erat matrimonium non fuisse verum, ut ibi dicit text. & gl. in verbo, videbatur. & ideo filii erant naturales tantum, & non legitimati. ex quo requirebatur legitimatio filiorum naturalium ex illo matrimonio, quam Rex petierit, quam poterat facere: non tanquam pater, sed tanquam Princeps cum subditis, ut id latius notatur. Et ideo erat Princeps neminem recognoscens, & non subditus Imperatori: quia si fuisset illi subditus, non potuisset legi timare, quo ad feuda, ut dicunt omnes in d. g. naturales.

Et cum dicatur, quod potuit tanquam Princeps, ergo de iure, cum istud dicatur per summum Pontificem; cu verba illius diriguntur ad ea, quæ de iure fieri possunt, & non ad ea quæ de facto. lex facti. ff. de vuln. & pupi. subst. c. eam te. de rescript. l. fin. C. de restam. milit. l. 2. C. de noxat. & si hoc non intelligetur de iure, sequeretur, quod Papa voluisse sustinere Regem Franciæ contra Imperatorem in his quæ facere non posset,

sic in male gestis, quæ videtur illicita: unde ex eo fonte, ex quo iura prouenient, sequeretur iniuria, quod non est dicendum. Ex quo credo dicendum, quod ille tex. in d.c. 7. et 10. ver. 1. & 2. loquitur de iure, & non de facto, contra gloss. ibi, contra quam etiam tenent Inn. Abb. Fel. & plures alij in d.c. non ut, extra de iude.

Et facit text. in d.c. nouir, extra de iude. pro hujusmodi interpretatione, quod ille text. in d.c. per venerabilem. debeat intelligi de iure & non de facto, secundum gloss. ibi, sic inducendo. Dicit enim ibi tex. non enim inter nos defendo, cuius ad ipsam spectat indicium. loquendo de rege Francie, in quibus verbis facio hoc fundamentum. Si enim Rex Francie habuisset superiorem Imperatorem in temporalibus, non potuisset cognoscere de causa ventente inter ipsum & Regem Anglie: tunc hinc vasallum occasione comitatus Pictaviensis. cum ageretur de causa feudalii, sed debuissest Imperator cognoisse. Et apud quem vel quos questio feudi respondeatur, in vñb. fru. & faciunt quæ dicit Bal. & Iac. de Beluis. & alij in cap. 1. de iusue. in maruum facta. Quod si est questio inter maiores, vt sunt Duces, Comites & Reges, in quibus non potest faciliter habere iudicium, Imperator est iudex, & non alias. c. 1. de lege Curat, n. vii. f. 7. idem Bald. in l. 1. ff. de rerum dñi. Cum ergo ille tex. in d.c. n. m. dicat, quod illa questio fendi debuit determinari per Regem Francie dominium feali, cum ad eum spectet & non ad alium, patet, quod de iure Imperatori non subiacet. Et hoc ibi tenet Panor. duabus rationibus, quas vide, immo nec unquam iugum Imperij suscepit, vt tenet Lucas de Penna, in l. u. 1. C. de color. Palestini, 4. 11.

Ex quo sequitur, quod si Rex Francie non sit illi subditus, quod ipse Imperator non est mundi dominus, quod indabitanter teneo verum ex supradictis & multis aliis rationibus, quæ hic poscent adducis: sed cum ex evidencia rei, & per existentiam aliorum Regnum, quæ semper fuerunt in esse tempore Imperij Romani, dicenda est indubitata, quod nunquam fuit usque ad hec tempora aliquis Imperator, qui fuerit universalis mundi dominus.

Ex quo tamen Romani præ ceteris maiorem dominationem in hoc seculo habuerunt, & exinde nomen Regium odiosum fuisse apud eos, assumptiunt pro eorum Principe post Reges, Consules & Dictatores, nomen Imperatoris. Ideo videtur inter omnes huius mundi Principes ratione illius dignitatis esse primus & ceteris excellentior: non tamen per hoc sequitur, quod sit mundi dominus, & sic quod alij propterea eidem subiiciantur; quoniam nunquam fuit ita ordinatum, neque à Deo, neque eius Vicario, neque ab habentibus potestatem hoc ordinandi seu disponendi.

Potest tamen dici, quod adhuc rex Francie ita potest dici Imperator in suo regno, prout infra dicam, prout Rex Romanorum in suo regno dicitur Imperator: & quod tale Imperium est ita in Rege Francorum, sicut in rege Romanorum. Cum, vt habetur in Chronicis Eusebii, Imperium fuerit translatum de Graecis ad personam Caroli Magni Regis Francorum, & facit 63. 1. p. c. ego Ludouicus. & ibi nat. in vñb. gl. ff. Et virtute istius translationis Carolus Magnus, & sui successores receperunt potestatem imperiale in omnibus regnis, prouinciis & terris: Præsertim occidentalibus, quæ non erant ante tempus dictæ translationis sub potestate dicti Caroli, & etiam petendi & exigeendi a Regibus & Principibus Regnum, prouinciarum, & terrarum huiusmodi subiectiōnem Imperatori debitam: ita quod sicut olim populus Rom.

ius & potestatem transtulit in Imperatorem, vt patet ff. de orig. leg. 2. 9. (ed 6) quod Principi ff. de cōstit. Principi. (leg.). Et postmodum, ex diuisione ipsius Imperij, quæ fuit per Carolum Magnum, Aquitanus solenniter congregatis omnibus prœceribus totius Regni, Ludouicum filium suum Aquitanus Regem cunctorum consilio sibi totius Regni & Imperialis nominis hereditatem sub anno Domini 800. constituit. Impositoque capiti eius diadema Imperatorem & Augustum appellari iussit. Richardum vero nepotem suum filium Pipini filij sui Italiam prefecit & appellari iussit. Post hoc idem Ludouicus, qui Pius est cognominatus, mortuo patre suo generalem conicatum Aquiligrani sub Anno domini 817. habens, filium suum primogenitum Lotharium nominis atque imperij sui constituit, & ceteros Reges appellatos, unum Aquitanum, scilicet Pipinum, alterum Bavarum, scilicet Ludouicum præfecit. Ex quo ex huiusmodi translatione semper remansit potestas Imperialis apud Francos: Imo, primo habuerunt nomen Imperatoris, cum dicto Ludouico fuerit in positum diadema, & Imperator & Augustus ex iussu Caroli Magni vocatus fuerit. Et licet postmodum anno Domini 847. orta fuerit guerra inter tres fratres, videlicet Ludouicum, Carolum & Lotharium, post bellum inter eos habitum, anno præcedenti apud pagum Antissiodoreum, in loco, qui dicitur F. tunis, in quo à nostra parte fuit triuphatum, secundum Eusebium, & Imperium remanserit apud Lotharium, qui appellatus fuit Imperator: tamen potestas Imperialis etiam remansit apud Carolum, qui habuit Regnum occidentale Francorum, à Britannico mari, usque ad Mosam fluvium, & vocatus fuit Rex Gallie: Sed tamen cum potestate Imperiali in suo Regno, quam semper usque nunc exercuit, & adhuc exercet, faciendo ea omnia, quæ Imperator in suo imperio. Ex quo etiam potest dici, quod præscriptio tanti temporis, cuius initij racinoria non extat, in contrarium ei prodest. Dicit tamen Bal. in iii. de probab. fructu aliena. per Frider. 8. 1. col. pen. in fin. quod licet dictus Rex Francie sit super omnes Reges, & quo ad subditos suos sit in Regno tanquam corporalis Deus, non tamen, vt dicit, est alter Imperator.

Sed quia tamen postmodum ab Ecclesia Romana maior dignitas reputatur dignitas Imperatoris, & propter approbationem, quam fecit Ecclesia Romana de imperio, illud transfetendo de Francis, seu Gallis in Germanos, in personam Othonis: de quo legitur in cap. synodo. 64. distinctio. quam Regum, in omnibus locis indifferenter: extra Regnum Francie semper Imperator sedet à dextris & Rex Francie à sinistris, & sic præcedit Regem Francie propter autoritatem & preeminentiam, quam habet ab Ecclesia, exunctione & coronatione, quam recipit ab Ecclesia Romana, ut dictum est, & habetur in c. per venerabilem. extra de elect. & notatur in pluribus locis. De huiusmodi translatione est magna altercatio. Sed cum non sit magna utilitas, & sit iam haec pars satis onerata, me remitto ad tractatum Ioani le Cyri de primogenitura, in 12. q. secundi libri, ubi per 7. aut 8. col.

**V**ulgemanona consideratio. An etiam, si electus in Imperatore nondum sit coronatus, qui ante coronationem dicitur tantum Rex Romanorum, præcedere debeat Regem Francie. Hæc questio fuit hoc anno Domini 1521. in mensis Septembri in oppido Casteli, ubi fuerunt ambascatores & legati Caroli illusterrimi electi in Imperatorem & Regis Hispanorum: inter quos erat nobilis & præstantissimus vir Dominus Mercurinus Cancellarius electi in Imperatorem;

& legati Francisci Christianissimi Regis Franciae: Inter quos erat Nobilis & excellentissimus vir dominus Antonius de Prato, Cancellarius Regis Franciae: inter quos fuit quæstio de præcedentia. Mouebatur prædictus Antonius ea ratione; quia prædictus Carolus, licet fuisset electus in Imperatorem, non tamen erat adhuc vñctus & coronatus, & sic factus erat Rex Romanorum, qui tanquam Rex Romanorum nō vngit, nec coronatur ab Ecclesia: & etiam licet esset Rex Hispanie; tamen, quia non vngit, ideo dictus Cancellarius Franciae debuit præcedere Cancellarium prædicti electi in Imperatorem: eo, quia Rex Franciae erat vñctus & coronatus, prædictus vero electus in Imperatorem, & Rex Hispanorum non erat vñctus, nec coronatus.

Ex parte vero dicti domini Mercurini Cancellarij electi in Imperatorem, multa in contrarium dicebatur, & quod prædictus electus erat vñctus & coronatus ab Archiepiscopo Coloniensi, ad quem pertinet eisdem Regi primam vñctionem & coronationem impendere, prout tenet innoc. in c. venerabilem. extra de elect. dicam plenius.

Decisio huius controversia pendet ex dubio sequenti, videlicet: Nunquid electus in Regem seu in Imperatorem à Principibus habentibus potestatem eligen- di, vel à maiori parte possit statim ex ipsa electione licite nomen Regis assumere, ac bona Regni & Imperii, tanquam habens eandem potestatem, quam Imperator in Italia, & in aliis prouinciis Regno & Imperio subiectis administrare.

Ad istud dubium videtur primo dicendum, quod electus in Imperatorem non potest sibi assumere nomen Regis, nisi per approbationem suam ab Ecclesia factam, quod sic probatur: Examinatio personæ electi in Regem Romanorum, pertinet ad Ecclesiam Romanam. c. venerabilem, §. verum. extra de elect. clem. Romani. ver. si prefatis usque de iure. Et non solum examinatio, imo approbatio & nominatio, ut dicit ibi text. Quæ quidem examinatio non videtur fieri ad alium finem, nisi ut examinata prius persona ipsius, vel saltem persona eiusdem electi, approbetur, ut sic ex tali approbatione demum possit, licet in electis ad dignitates Ecclesiasticas regulariter obseruantur, ut patet in c. nos. extra de elect. & in cap. qu. sicut. eodem. & c. auaricie. eod. in lib. 6. Ergo videtur, quod approbatio electi in Regem Romanorum, etiamsi sit electus à Principibus in concordia, peti debet ab Ecclesia Romana, antequam administraret, nec nomine Imperatoris assumere, ut dicit gl. in d. clem. Romani. in verb. futurus. ibi: Ego enim quem ad hoc alleg. Felin. in c. am te. in 2. col. extra de rescript. vbi ample ponitur materia de electo, quam potestatem habeat ante consecrationem, seu confirmationem.

Secundo, sic: si Rex Romanorum ex electione concordi vel à maiori parte Principum electorum facta posset statim administrare iura & bona Regni imperii, ergo vñctio & coronatio, quæ Regi Romanorum Aquiligrani per Archiepiscopum Coloniensi. & vñctio & coronatio per Archiepiscopum Mediolanen. in villa Modinen. secundario eidem ante vñctionem & coronationem Imperiale consueverunt impendi, ut etiam notat per Ioan. Andr. in d. clem. Romani. videretur superflue & inane, & de nihilo viderentur levire, quod est absurdum & inconveniens, cum tales vñct ones & coronaciones non videntur esse sine rationabili causa inducta.

Tertio sic: Rex Roman. non habet eandem potestatem, quam Imperator, qui non dicitur Imperator, nisi

post vñctionem & coronationem; cum vt habemus in l. bene à Zenone. C. d. quad. p. a script. in si. vbi Imperator non concedit priuilegium ante infulas imperiales suscepas: Per quarum susceptionem intelligimus coronationem Imperiale: & sic videtur, quod Rex Romanorum non habet eandem potestatem, quam postea factus Imperator. & facit text. in l. auct. 2. ff. de excusat. int. quem ad hoc allegat Barba. in cap. eam te. in 2. col. extra de rescript.

Quarto faciunt text. in cap. in nomine Domini. ver. eligatur autem ibi: & futurus 23. d. st. & in c. venerabilem. §. v. erunt. ibi. eligendum in Regem, vel Imperatorem postmodum promouendum. extra de elect. & in c. le. Romani. verb. priusquam de iure. vbi dicitur: Ego enim Rex Romanorum futurus Imperator. Ex quibus omnibus patet, quod primo quis esset Rex, & post modum futuro tempore Imperator, & sic Rex non videtur habere eandem potestatem, quam Imperator: cum Rex prius existens postmodum promouetur in Imperatorem, ut sic aliquid importet plus promovit in Imperatorem, quam in Regem.

Quinto sic probatur: Nam nihil operatur antequam sit. leg. 1. ff. de collat. b. 1. §. si impubris. vbi dicit, præmatura est enim collationis species, cuin adhuc viuat, cuius de bonis quatta debetur. leg. 1. §. cx. hoc rescript. o. j. le vere. i. p. l. q. quoties. ff. de nouatio. Sed Imperator in sua coronatione dicitur oriri, & sic incipere esse. l. omnes. C. de feris. ab: v. ortus imperij protulerunt. q. ior. gl. quæ exponunt: d. e. coronatus. ergo ante hoc dicit Ioan. Andr. in data libri. 6. in gl. quæ incipit, ore debes. Et tribus coronis coronari debet, ut notatur per eum in clem. Romani. elect. & dixi supra.

Sexto probatur sic: Furtiuus est omnis actus & illitus, qui exercetur in te præter voluntatem domini vel custodis, etiamsi exercetur per eum, cui traditio fieri debet. l. si ex stipulatione, ff. de acquirend. profess. nec ex uiva. Cod. de quadrie. p. rescript. sed per Christum B. Petro & successoribus tradita sunt vtriusque Regni gubernacula, cœlestis, scilicet, & terreni. 21. distinctio. c. omnes. 15. questi. 6. c. aliis. & c. nos sanctorum. & c. iuratos. 1. quarto. 4. a. quia prelatus. in princip. & c. Apostolice. de re iud. in 6. Quicunque ergo sine voluntate successoris beati Petri terreni Regni gubernaculum assumit, tem illicitam facit, quod optime probat Innocentius per rationes, in cap. hoc ex suscep. deforo compet. & probatur in dict. cap. Venerabilem. extra quæ filii sint legit. quod etiam probatur. Psalm. 135. vbi dicitur: Qui fecit luminaria magna, Solen in potestatem dier, Lunam & stellas in potestatem noctis. in quo transumptive significatur Sacerdotium & Imperium, ut per solem sacerdotium significetur, per lunam imperium demostretur. cap. solita. extra de maior. obed. Luna autem non lucet, nisi per influentiam Solis; ergo nec Imperator nisi per influentiam à Papa. & cum hoc bene facit, d. l. bene à Zenone. supra in quarto fundamento. allegata in fin dum dicit; Imperiales suscepimus infusa. ut dicatur infusa, quasi influa sive influentia, de quibus infusa habetur in l. si. C. de Iudeis. & in auct. si. vero. C. ut omnes iud. tam ciuil. quam milit. in princ.

Septimo probatur sic: Nullum imperfectum operatur perfecte, alias perfectum ab imperfecto non distinguatur, l. adiicia. §. perfectissime. ff. de adi. edict. Perfectum autem non est, cui aliqua particula deficit. l. cum Syllanianum. C. ad Syllan. Probat Philosophus 5. Metaphys. c. de perfecto. & hoc etiam probat lex, dicens, neque balneum, aut theacrum fecisse intelligitur, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione continet, non dederit. l. si. u. qui quadringenta. §. quedam. ff. ad leg.

*ff. ad leg. Falcid.* Hinc dicit Dom. meus Ies. in leg. si pro fundo. & in l. sub prætextu. 2. & in 2. col. C. de transact. quod imperfectum & nullum idem sunt, sed constat quod ante approbationem, vñctionem & coronationem aliqua pars imperiali dignitati deficit, alioquin esset superflua: quod nemo sanx mentis probauit, vt l. sita quis stipulants. ff. de eucl. l. posthum. ff. de capl. & posthum. reuer. ergo non est perfecta, & sic non potest perfecte imperialia operari, quod posset, si ea quæ sunt iurisdictionis, libere exercecer posset; cum tota sua potestas in hoc consistat.

Octauo probatur sic: Quoties sunt duo gradus successivi adiuicem ordinati existens in ultimonon debet attingere ea, quæ sunt primi, sicut Diaconus ea, quæ sunt Episcopi, vel presbyteri. cap. Diaconus. & c. seq. 93. dist. vni cominißum alias surripiat. l. consulta diuina. C. de testam. Et in electo in Imperatorem est considerare duos gradus. Vnum in quantum est Rex, alterum, in quantum promouendus est Imperator, vt d.c. venerabilem. de etat. & clatus in d.c. in nomine domini. 23. dist. ibi: dilectissimi filii nostri habeant. exultens ergo in proximo gradu scilicet Regis, non usurpabit quæ sunt secundi, scilicet Imperij.

Nono probatur sic Præceps & præmature utitur quis gladio ante efficaciam commissionem eiusdem. Lobsuare. §. ff. de off. proors. arg. leg. 1. de exerc. rei iudic. & quis administrationi impudenter se immiscer ante administrationem decretam. l. o. fin. C. orbur. tutela. & in Auth. n. vi hi qui oblig. habere perhib. res minor. sed sic est, quod uterque gladius est apud Ecclesiam, quod noratur per verba Apostolorum, in quorum persona Ecclesia designatur: Ecce duo gladij hic, scilicet in Ecclesia: Et Christus dicit non superflua esse, sed dicit, sufficit: & ideo cum Petrus gladium exercuit, nequaquam ut abiiceret iussit, sed ut in vaginam conuert eret, quasi exercitium prohibens, non imperium auferens. Exercitium autem Imperatori committritur in approbatione, vñctione & coronatione. arg. ff. de milu. testam. l. ex eo. & l. si T. unus & in Authen. de defens. ciuit. §. interim. coll. 3. ergo ante hanc commissionem administrare non potest.

Decima probatur: Electus ad militiam non prius miles est, quam stigmata receperit, & in numero militum sit descriptus. l. ex eo. & l. si T. unus. ff. de testam. milu. l. 1. sigma. a. C. de fibritensib. lib. 12. Sic etiam Imperator licet sit in Imperatorem electus, donec habeat stigmata & insignia Imperatoris, non debet dici Imperator.

Vndecimo: Nam cum post eius electionem requiratur confirmatio Papæ, & ingressus officij per coronationem, *surbus supra alleg.* Sequitur, quod ante nos habet plenariam potestatem; ergo non potest officium in invitum exercere. l. Pablius. ff. de cond. & demon. in Auth. consilb. cap. hoc autem. coll. 4. & in Auth. de defens. ciuit. §. interim. & leg. post duos. C. de aduo. diuer. iud. & ca. pen. extra de translat. pral.

Duodecimo: Cum, ut ante dictum est, ante confirmationem, consecrationem & vñctionem, non dicatur Imperator, sed tantum Rex Romanorum; ergo potestatem Imperatoris habere non debet: cum carentia nomine carere debent & esse. l. à nullo. C. de f. rite. & ista tria ultima motiva facit Saly. in d.l. bene a Zenone. C. de quadrienn. prescript.

Conteriam tamen opinionem, scil. quod flatum electione facta possit administrare, tenent Bart. Bald. post gloss. & Cyn. in clem. l. bene à Zenone. Bart. in extra. ad reprimendum. in verb. Regibus. & idem Bart. in leg. ex eo. ff. de test. mil. & in leg. sed & reprobari. in princ. de ex-

cus. iuto. & in prima constitutione Digestorum, in fin. princip. gloss. in c. legitimus. 94. dist. Innoc. in l. cum Terra. extra de confit. Collect. in cap. nosti. in fin. & ibi in apostolis. in verific nec Imperat. extra de postular. prala. Pan. in c. venerabilem. extra de elect. Felic. in c. eam te colum. 2. ver. similiter. extra de Reser. Oldr. confit. 168. & confit. 199. Albe. de Rosa. & Saly. in d.l. bene à Zenone. qui mentionut rationibus seqq.

Primo: Quia sicut matrimonium mutuo consensu perficitur. ff. ac reg. sur. leg. impius. cum simili. ita mutuo consensu eligentium, & electi acceptantis, debet dici esse perfectum, & est similitudo bona: Quia sicut maritus uxorem tenet defendere, vt Inst. de ministris. §. 2. patitur. Ira & Imperator Renpublicam in universo, & in particulari, vt in dict. l. bene a Zenone. & Cod. de nono Codice compone. in princip. Sed videtur, quod ista similitudo non sit bona, cum, vt dicit Roffredus Bencuentanus in libellus iuriis Canonici, sub titulo de spos. salibus in 1. cap. Sicut matrimonium per sponsalia initiatum, per verba de praetenti compleetur, & per copulam carnalem consummatum: Ita matrimonium per electionem post consensum initiatum, in confirmatione ratificatur, & in consecratione consummatum. l. 1. c. 5. & ca. inter corporalia. extra de translat. prala. & etiam dicit Lucas de Pen. in l. mulier. in prin. Cod. de incolis. l. 10. quod matrimonium tantum dicitur inchoari per sponsalia, & consummati per copulam carnalem, allegat iusta allegata.

Ex quo inihi videtur dicendum, quod ista similitudo non est sufficiens ad & quiparandum unum ad aliud. ita quod sit verum argumentum, cum etiam si similitudo esset vera, quod non tantum concludit identitatem, nec habet eandem rationem: & ideo non vallet argumentum. Panor. in cap. quod nam frequenter. §. fin. in pen. col. extra vi lit. non eon. quasi similitudo non sit commoda, in ratione nihil operatur, vt dicit idem Panor. in ca. cum distellu. in 3. o. ex i. a. de ordine cooni. & ideo cum hic sit alia ratio in matrimonio carnali eo, quia solus conferens facit matrimonium, non concubitus, vt dictum est, & nihil ultra requiritur ad perfectionem, non est hoc casu arguendum ad hunc casum: cum sola electio etiam cum consensu illius non faciat cum Imperatorem, & imo requiritur consecratio vñctio & coronatio, *surbus supra allegatur*, &c.

Secunda ratio Salycet. & aliorum pro hac opin. est talis: Quoniam, vt dicit, eiusdem virtutis & potestatis debet esse electio facta à Princibus Alemaniæ: cuius potestatis & effectus erat electio facta à populo Romano. Cum subrogatum sapiat seu assumat statutam subrogati. l. si eum. §. qui e. curiarum. ff. si qui e. intentionib. l. 1. §. hac actio. ff. si q. is liber esse iuss. Sed electio olim facta populo Rom. acceptatione secuta, erat tantæ potestatis, quod omnem iurisdictionem transferrebat in principem seu Imperatorem. l. 1. §. nouissime. ff. de orig. iur. & §. insue. & postea in Imperatorem. leg. 2. §. Cum enim. Cod. de veteri iure enuel. & leg. 1. ff. de confit. Princeps. ergo & electio facta per illos Principes Alemaniæ subrogata loco populi Romani. cap. ve. verabilem. de elect. idem debet operari & sic sequitur, quod virtute sua electionis præst legi, vt ff. de legeb. leg. Princeps. & C. de legib. l. digna vox. Et per consequens habet potestatem beneficia & privilegia concedendi, & contra iura dispensandi.

Istud Argumentum non militat hoc casu: Cum licet sit verum, quod ex electione facta per populum Romanum omnis iurisdictionis, & potestas, cuius etat peccatis populum Rom. fuerit translata in electum;

non tamen fuit translatum Imperium in eum ; cum tunc nondum esset Imperium saltem specialiter aut specificiter, sed erat solum potestas, quæ fuit translata in Consules, Reges & Dictatores. Qui non fuerunt Imperatores, nec iura Imperij habuerunt, Nisi quia tanquam habens administrationem Regalem etiam dici potest Imperator. 2. Reg. 8. ea. 16: *Iura Regis, qui imperaturus est vobis.* vt supra dixi. Et solum Imperium habuit initium à Deo , ex quo potestas Imperij assumi debet ab eius Vicario; cum eidem omnis potestas data fuerit, vt habetur Matth. 28. ea. Data est ei potestas in cœlo & in terra.

Et etiam illa potestas, quæ erat in populo Rom. nō est in electoribus, cum iurisdictionis integralis esset penes populum, *iuribus supra allegatis;* non sic in electoribus, qui nullam iurisdictionem, nec potestatem Imperij habent, sed solum facultatem eligendi, dict. capi. per venerabilem. &c. *Romanus* supr. ali. g. Et etiam quia dicta potestas, quæ data fuit per populum Roma, non potest extendere effectum suum extra iurisdictionem populi Rom. & quam tunc habebat; cum extra territorium ius dicenti impune non paratur. leg. ff. de iuris d. omn. iud. Et ideo licet Electores habeant illam potestatem, quam habebat populus, non potest attendi, nisi quo ad regnum Romanorum; ex quo, vt videmus, per illam electionem dicitur solum Rex Romanorum: cum vt dicit tex. in locis *supra allegatis*, & postmodum sit futurus Imperator, scilicet per coronationem, vocationem & consecrationem, vt dicunt text. iuris Canonici, & text. iuris ciuilis, scilicet dict. l. bene à Zenone. in fin. ibi: x eo tempore valitura, quod ruit d. anno Imperiales suscepimus inf. das. Et etiam, vt constat *ex iuribus supra allegatis*. Electione, quæ fit simpliciter subrogata in locum alterius electionis, quæ fuit facta per populum, cum in hac sint additæ alii solennitates, & fuerit alio modo limitata, & qualificata: Et ideo cum suis limitationibus deber procedere, vt scilicet per electionem tantum fiat Rex Romanorum, & postmodum per coronationem, vocationem & consecrationem futurus Imperator.

Tertio arguit Salycetus sic : Negari non potest, quin ante coronationem Rex Romanorum appelletur, vt dicit vere *die. ca. venerabilem. de elect. & in c. in nomine Domini.* 23. dis. & si sic, quod Praepositus est ad regendum Roianos, & reipublicam Romanorum, vt in Aulib. vt præpor. nomen Imperi. in versi. max. autore D. & c. coll. 5. Ergo omnem potestatem, quam Reges Romani habebant, habet, & quæ illi facere poterant, potest. d. 3. intro. igitur, &c.

Ad hoc est clara responsio, quod Salycetus satis saturatur, quod non est Imperator, sed solum Rex Rom. ergo parvam habet potestatem: cum Reges Romanorum sint exacti, ita quod nulla potestas penes eos remanserit. l. 1. S. exalt. ff. de orig. iur. Et etiam: quia regnum Romanorum est hodie penes alium, scil. penes summum Pontif. per donationem factam per Constantimum: igitur nullam iurisdictionem habet, & si habet, dicitur tantum habere habitu, & non exercitium: quod idem est ac si nullam iurisdictionem haberet, vt in simili videtur Barb. in cap. noui. in 3. notabili extra de indie. Imo, si fuerit exactum nomen Regum, fieri potuit, cum etiam nomen Imperatoris possit per populum tolli. Quonia, vt dicit Guil. de Gugn. & ibi Barr. qui eum refert, in leg. non ambigetur. ff. de legib. posset hodie adhuc regradare Imperatorem, & eidem collere potestatem regiam: de quo dico, an sit verum, vide Barb. in d. conouit. in 3. col. in 2. notab. exira de indie.

Quarto arguit idem Salycetus sic. Hoc est in Papâ, quod ex iolla electione, acceptatione secuta, omniem habet iurisdictionem extra de elect. e. sp. licet de vitanda. 23. dis. in 16. c. in nomine Domini. ergo & idem in Imperatore. Cum utrumque, scil. Sacerdotium & Imperium Deus de cœlo constituerit, vt in Aulib. quomodo operat Episcopos, in prim. coll. 2. de fid. in str. 6. 1. col. 6. Nec Imperator ullam superiorum cognoscit, sicut nec Papa.

Ad hoc etiam est facilis responsio. Quod cum Imperator se subiecerit iurisdictioni summi Pontificis, in hoc, quod teneatur ab eo consecrari, vngui, & coronari; vt dixi supra; quod Papa est ei superior, & si non in temporalibus, nisi habitu, saltem in spiritualibus: Cuius etiam Imperator est protector quo ad defensionem, cum adiuvare debeat Papam in conseruacione sue iurisdictionis, notatur per Barb. in dict. ea. in 2. notabil., extra de foro compet. & cum acceptat Electionem de se factam per Principes Alemaniæ, cum fiat autoritate summi Pontificis & ex eius dispositione, videtur suam autoritatem approbare: Et ideo si illam approbet in uno, non in alio reprobare potest. Cum, quod approbo, non reproto. Ex quo ergo. Cum in constitutione facta per summum Pontificem sit expresse caurum & statutum, quod ex electione fiat Rex Romanorum, & postmodum Imperator per vocationem, coronationem & consecrationem: sequitur, quod Papa in hoc est eo superior, & sic non est bona argumentatio de uno ad alium. Et licet multi teneant, ex pluribus rationibus, quod licet Imperator quādoque requisierit tales vocationes, & coronationes, & consecrationes; quod tamen non tenetur illas petere & accipere necessario: videtur tamen dicendum contrarium: cum, qui assumit ius aliquod in viam alicuius iuris debet illud in totum approbare, nec potest in eo, in quo ius assumit, approbare, & in alio reprobare; quoniam cum, vt dicit tex. in cap. venerabilem. de elect. & in elemen. Romani. de iure iurian. Principes Alemaniæ habent potestatem eligendi Regem in Imperatorem promouendum: videtur, quod non possunt illum eligere, nisi sub illa conditione, & qualitate eisdem data. Quoniam vnum approbando, scilicet actu Electionis aliud reprobare non possunt, scilicet qualitatem vel conditionem, vt satis facit text. in l. in causa ff. de procurat. & l. Aureliu. 9. idem quasit. ubi Barb. ff. de liber. leg. vbi dicit, quod quis non potest approbare pro parte scripturam, & illa pro parte reprobare. Et infinita ad hoc per Fel. in c. venerabilis. in 6. col. versic. lxx. initiat. 2. extra de except. & in c. Capitulo. in 11. col. extra de refer. per Alex. in conf. 88. in 1. vol. T Rigesima consideratio. Rex Franciæ in suo Regno Imperator dicitur, sic dicit Bal. in l. exemplo. C. de probat. & est tanquam stella matutina in medio nebula meridionalis, vt dicit Bal. in 11. de feuds alienat. per Federic. in ult. col. Sitens corporalis Deus in Regno suo. Bald. in Aulib. hoc amplius. vers. quero. in filius Regis. C. de fidei eterniss. qui lege intellectus regitur, & est apud nos polus antarcticus Bald. in conf. 416. in 1. part. in temporalibus, nullum superiorum recognoscens. c. per venerabilem. exira qui filii sunt legit.

Et licet Bonifacius XIII. per suam constitutionem missam Philippo Pulchro Regi Francorum, declaraverit Regnum Francorum eidem subesse in temporalibus: Tamen Clemens V. eius successor eam reuocauit, prout l'quiet in Extrang. meruit. de qua per Ioan. de Monthelon conciuem & contemporaneum nostrum, in suo Pomptuario iuris, in verb. Gallus, in his verbis: *Vel quis dedit Gallo intelligentiam.* Que verba

verba adaptat ad Regem nostrum Christianissimum, ponens illam extrauagantem in his verbis: *Mernus charifimus, filij nostri Philippi Regis Francorum illustris syneera affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam inegritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt: Mernus in super regnicalarum puritas ac deuotio- nis sinceras, ut tam Regem, quam regnum suuore bene uolo prosequamur.* Hinc est, quod nos Regi & Regno per dissimilationem & declarationem bonæ memorie Bonifacij Papæ VII I. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Nam sanctam, de qua supra, omnes integræ subesse Apostolicæ sedi declaratur, nullum volumus vel intendimus præiudiciū generari, nec quod per illam Rex, Regnum & Regnicola prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanae quam antea existebant: sed omnia intelligentur esse in eo statu, in quo erant ante dissimilationem præfata, tam quantum ad Ecclesiæ, quam etiam ad Regem, Regnum & Regnicolas superioris nominatos.* Ita dicit text. in d. extrauaganti Clem. de priuilegiis, habens immediate Regnum à Deo: cum oleo sancto vngatur super omnes Christianorum Reges, coronam libertatis & gloriæ obtinet. Ita quod super vexilla prima inuictissimi Regis Francorum nemo præsumere debeat honorem. Bald. in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. in usib. feud. & in consil. I. i. volum. Cuius umbra totus mundus regitur. Bald. in c. t. de renanciis. supr. cap. iurisdictionem in suo Regno habens. Franc. Cart. in cons. 49. col. 33. & 34. ibi; non ostenditur. Ant. Corset. in apostillis ad Pan. in c. que Ecclesiæ. in 2. col. extra de const. Ita quod etiam Prælati non possunt confirmari, nisi ab eo laudentur & inuestiantur. c. Adriani. le premier. 63. dist. Nec bona temporalia Clericorum aliis legibus & constitutionibus decidi & determinati, seu subiici, quam suis ordinationibus & constitutionibus. Bald. in c. cum venissent. de eo, qui mittit in possiss. causarei seru. Habens eandem potestatei & maiorem in suo Regno, quam Imperator in Imperio. Card. Alex. in c. I. que sunt regal. in usib. feud. Hinc Monarcha in suo regno dicitur. Soz. cons. suo 77. in 1. col. & cons. suo 175. in 2. col. Qui etiam inter ceteros excellentissimus dicitur. c. excelle. in finis. 10. q. 3. & etiam glorioſissimus nuncupatur. c. hoc quippe. 3. q. 6. Et dixi de aliquibus ex prædictis in co. fuer. nostri Ducatu Burgund. in tit. Dis succ. s. ons des Bastards. §. 3. in gloss. ab intell. ver. nunquid acc. m. Et etiam magnificus dicitur, c. nouit. de offic. deleg. & illustris, c. nouit. de indic. Et qui etiam Christianissimus dicitur, ut habetur in extrauag. Joh. XXII. quæ incipit: prodiens. cuius nominis magna est dignitas promissa à Propheta. Esa. 62. vbi dicitur: *Vocabitur nomine nouo, quo Dominus vocavit eum, & eius corona gloria in nomine Domini, & diadema regni in nomine Domini dabit.* De quo Ignatius Ep. 2. in libris Dionysij ad Magnesianum ex Smyrna. Ita quod nemo alias habet ita pulchrum nomen in iure ad instar Iustiniani Imperatoris, qui etiam Christianiss. di- catus fuit, ut in Epist. inter claras. C. de summa trin. & fide Cathol. Qui est super omnes Reges. Bald. in tit. de prohib. feu. alien. per Federic. §. fin. in pen. 6. & aliquos ex his titulis ponit Iac. Bonandi in suo Panegyrico impressa una cum opere Io. de Terra rubra, vulgo, vinea Ecclesiæ, nuncupato. in 9. & 10. col. vbi ponit priuilegia Regis Franciæ, & etiam in 13. col. dicit; quod licet non sit ex Alemania, eligit tamē potest in Imperatore. Et dicit S. Tho in 4. sentent. d. 8. 19. art. 3. in solut. 2. l. aroam. quod orans pro Regi Franciæ habet centum dies indulgentiarum conciliatum à Clemente, & de- cent ab Iuno. IV. Ex quo laudandum est hoc: cum ita

dicebat esse faciendum Baruch. 1. ibi: *Et orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balibasari filii eius, ut sint dies eorum, sicut dies cœli super terra, &c.*

Habet multa iura & singularia priuilegia, quæ non habent alij Principes: de quibus plene per Io. Ferauldum in suo tract. de uribus & priuilegijs Regni Francorum. quæ consistunt in parte ex sacra uocione cœlitus demissa. Ex aurea flamina, quæ est vexillus Regis, Ex apertis miraculis, quæ Reges Franciæ faciunt etiam ipsis vincentibus sanando infirmos, ex illa infirmate, qua miraculoſe tres Reges, qui adorauerunt Christum, sanant in locis, vbi venerantur: Et dixi in consuetud. nostris Ducatu: *Burgū. in proxim. in verb. Du saint Empire.* & per Ioan. de Selua in suo tract. de benefic. in 2. par. in 22. q. 2. vbi scribit decem priuilegia Regi Franciæ concessa, & amplissime de priuilegiis Regis Franciæ, ipsi soli specialiter concessis. Et quæ solus facere potest, scribit Iacobus Bonandi in suo Panegyrico impresso, una cum opere Ioan. de Terra rubra: vbi inter alia in 18. col. dicit, quod præcedit omnes a- lios Reges Christianos.

Ideo non debet sequi Imperatorem, tanquam non eidem subditissimo si conuenient simul, ambo laterali pergerent, secundum quod recitat alias audiuisse ita fuisse factum Guido Papæ decif. sua. 239. & prout refert Guaginus lib. 10. c. 2. de Carolo Romanorum Imperatore, & Carolo V. Francorū Rege simul trans- euntibus, qui lateraliter per portæ transiuerunt simul: Dicit tamen Guaginus in loco supra allegato, quod Rex Romanorum tunc à dextis sedebat, & deambulabat: Rex vero Fraciæ à sinistris; sed sic est, quod qui sedet à dextris, est in digniori loco, ut infra dicam. Igitur videtur, quod Imperator in digniori loco.

Sed ad hoc potest dici, quod de duobus contendentiis de paritate, qui prætendit maioritatem, non est magnum inconveniens, si simul deambulando detur dextra prætendenti maioritatem per illum, qui prætendit se esse æqualem: Et ideo; quia non solum Imperator pretendit æqualitatem cum rege Franciæ, imo maioritatem: & Rex Franciæ prætendit cum eo æqualitatem potestatis in suo Regno: Ideo nimis si permittit, quod illi detur dextra simul deambulando.

Et adiuete etiam, quod Imperator Sigismundus assi- stens in Parlamento Parisiensi, anno domini 1415. die 15. mensis Ianuarij curia tacete, creauit militem, quod ægre tulit Rex, & eius magnum concilium, sub silentio tamen præterit, ut refert Enguerranus de Monstrelet in suis Chron. vol. 1. c. 155. Sed tamen si ratione, cum prædicta non arguant superioritatem, nec præminentiam, ultra potestate regiam. Cum etiam unus ex parib. Franciæ si ibi tunc adstiterit in absentia Regis creare militem potuisse: cum creatio militis non importet collationem dignitatis; quia militia non est dignitas, ut notatur per dom. meum Ias. in 1. fin. C. de teftam. milir. & dixi intra in 9. part. in 19. consil. vbi di- xi, quod militia non est dignitas, imo miles potest alium militem facere, ut dicit Barr. in 1. 1. in 10. colum. ver. 4. infestur. sibi sed circa prædicta. C. de dignit. lib. 12. & vide Corset. in tract. de potest. ue regia. 9. 80.

**T**rigesimali prima consideratio. Rex Franciæ tan- quam Imperator in suo Regno solus in temporalib. omnibus tam laicis, quam clericis præesse debet. not. per Innoc. in c. nouerunt. de senten. ex commun. Et ibi Bene dicit Panorm. in c. cum verum. in fin. de foro cop. quod Rex præfertur & præsider quibuscumque prælatis fenda tenentibus ab eo, maxime Rex noster Fraciæ, eo, quod oleo sancto uictus est, cœlitus demissio

in persona Clodouci Regis Francorum primi Christiani, medio Clotildis eius uxoris, filiae Regis Burgund. Imo in eo habet locum *c. solita de maior.* & abed. de quo murmurant plares contra Principes huius seculi praecedentes Episcopos & Cardinales ab eis feudatentes.

Et sic est conclusio verissima, quod in suo regno omnes quoque precepit. Imo etiam extra regnum in loco indifferenti omnes, quoque huic mundi regos Christianos praeceperit, cum primus nominetur inter reges Christianos enumeratos per doctores, ut per Alberic. in *ubr. de statu homini.* Anton. Corset. in *transl. de porellate regia, quest. 21, 22.* Boerium in *suo transl. de autoritate & preeminentia sacri mag. & Concilij, in 1. part.* & dicit Bald. in *§. 5. p. pecul. col. de prob. bit. feu. alie. per F. deric.* quod est super omnes reges. Et ita habetur in obseruancia Romæ, & ita fuit alias dictum per multis summos Pontifices, quod legati regis Franciæ præcedere debent omnes & quoque aliquos alios legatos aliorum regum, etiam si sint legati regis Hispaniæ, qui Catholicus dicitur; & merito; cum reges Franciæ Christiani dicantur ad instar Imperatoris, qui sic dicitur *Ecclesia inter claras Cod. de summa Trinit. c. 20. Ecclesi. mra. 97. d. 1. l. 2.* Imo etiam sanctissimus dicitur *l. 3. de metab. refutat.* Et hoc ex multis seruicis sedi Apostolice impensis, ut habetur in pluribus & diuersis locis per Guagrinum, quæ potius laboriosum esset inuenire, quam subtile.

Et licet Reges Franciæ fuerint inuictissimi pugiles pro Ecclesia Dei, Ecclesia Christi, & libertatum veri zelatores: tamen inter cæteros fuerunt duo.

Primus, tempore Stephani Papæ, fuit Pipinus, contra Gasconiam Aquitaniam Duce, sacerdotum proutus sibi usurpatam, & contra Astulphum Longobardorum Regem: quem cum suo exercitu fudit, & dominia per eum occupata in Italia Ecclesias Rom. cuius erant, restituit, illiusque tyrannidem delevit. Et de eo etiam fuerat prophetatum per Ioan. in *Apoc. 14. c. vitra medium, b.*; *Ecce nubem cardine rem,* per quam secundum Lyram ibi intelligitur regnum Franciæ, moribus, & fide pre ceteris candidatum. & saper Pipinum Franciæ regem habentem in capite suo coronam auream; cum reges Franciæ corona aurea coronentur. Et in manu sua, id est, potestate sua falce acutam, id est, exercitus summe bellicolum, per quam Pipinus multas magnas habuit victorias, maxime pro Ecclesia Rom. contra dictum Astulphum regem graui tributo Romanos prementem. Et etiam Bononiæ & Romandiolas Ecclesias Romanæ dedit, ut refert Spec. in *iii. de rescripti. presentat. 9. ver. item quia obtinunt, & insequendo tex. Apocal.* de quo supra. Et alias Angelus, scil. Papa Stephanus, exiuit de templo, sc. Rom Ecclesia, clamans voce magna, id est, deprecans ex magno affectu, ad sedentem super nubem, id est, super Pipinum Regem: mitte falcem tuam, & mere, scil. dirigendo tui exercitus potentiam contra Astulphum tyrannizantem; quia venit hora, ut metatur, id est, ut eius tyrannis per tuam potentiam tollatur; quoniam aruit messis, id est, ipse Astulphus, & exercitus obdurati sunt in iniuste, & misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terra. Quoniam Pipinus valida manu intauit, & mœsauit terram; quia contra Astulphum viriliter pugnauit: & beato Petro redde re compulsa quæcumque sui iuris erant. Hoc ita interpretatus est dictum Apocalypses Nicol. de Lyra in *d. 14. c.* Et de retributione Pipini ponit Guagrin. in suis Chron. lib. 3. cap. 4. quoniam Stephanus eidem, &

suę posteritati benedixit, & eum, qui temeritate aliqua aduersus Francos bella moueret, communione Christiana interdixit.

Alius vero Carolus Magnus Rex, in numerum Sanctorum relatus, qui Ecclesiam auxit, Adrianum & Leonem I V. summos Pontifices ab omnibz tributo, & molestia liberavit. c. *Adrian. & c. in synodo 62. d. 17.* Imperator factus est, eo, quia Imperium primo de Graecia in Francos translatum fuit, & deinde in Germanos: vbi adhuc, secundum gloss. in *cap. ego Ludovicus in fi. 64. d. 17.* & refert Arch. Flo. in *sua sum. in 3. part. tit. 22. §. 14.* & iuxta dictum Alex. maluit se disciplinis antecellere, quam opulentiis. Et quem etiam Iohan. in *Apoc. 14. c.* Ecclesiam liberaturum prævidit, dum dicit: *Et aliis Angelus, s.* Carolus Magnus, exiuit de templo, s. Noniomensi, in quo fuit coronatus, habens & ipse falcem acutam, id est, exercitum fortissimum; imo exercitu patris sui Pipini fortiorum. Et aliis Angelus, s. Papa Adrianus, exiuit de altari: ad quod præmissa celebratione, ut vellet Deus Ecclesiam protegere, venerat, & clamauit voce magna, id est, affectu magno deprecans Carolum, ut ei ferret auxilium. Mitte falcem tuam acutam, i. exercitus tui potentiam, & vindemia Botros, l. Longobardos, eorum auferendo potentiam; quoniam in terræ sunt vñæ eius, id est, Longobardi sunt destructione digni. Et misit Angelus, sc. Carolus Magnus, falcem suam, i. exercitus potentiam, & vindemianuit vineam terræ; scil. auferendo potentiam Longobar. de terra Italæ. Et misit in lacum iræ Dei magnum; quoniam Desiderium regem deduxit captiuum. Et calcatus est locus extra ciuitatem; quia regem cum uxore demisit in exilium extra terram suam. Et exiuit sanguis de corpore occisorum, scil. ex multa Longobar. occisione, quæ terribilis fuit usque ad fræna: quia ex sanguine occisorum fræni militum Caroli fuerunt rubricati, ut in talibus bellis fieri solet, per stadia mille sexcenta. Nam fama huius victoriae Caroli fuit longe lateque diffusa per quatuor orbis partes, ut ait de Lyra in *d. 1. l. 2.* licet gloss. in *c. vene. de elec.* videatur quodammodo dissonare ab huiusmodi declaratione, qua dicitur, imperium fuisse translatum de Graecis in Francos; quia videtur dicere, quod translatum de Graecis in Germanos: sed illud reprehendit Zabar. Cum Carolus fuerit Rex Franciæ, & fuit Imperator ipse, & eius successores Reges Francorum per annos centum tres, & amplius usque ad Astulphum: Cuius tempore, cum Ecclesia oppugnaret à Berengario tyranico, nec Astulphus succurrebat, in subsidium vocauit Othonem Ducem Saxonie, qui ei succurrerit, & ob id per Leonem Papam VIII. constitutus fuit Imperator, & deinde remansit Imperium apud Germanos: Sed ut dicit, primo fuit translatum de Graecis in Francos, in personam Caroli, qui dicebatur Magnus, de cuius statuta vide Vincent. in *suo Spec. Historiali, lib. 15. cap. 1.* & de eius moribus & actibus eodem lib. in *cap. seq.* & per Gusg. in suis Chron. lib. 4. c. 1. vbi plene. Qui etiam feruore fidei Christianæ plurima templa extruxit, & quæ dirupta recognovit, mandauit per locorum sacerdotes restituiri atque restaurari.

Quorum duorum exemplum imitati omnes fore Francorum Reges, qui secuti sunt, magnis atque excellentissimis factis dignitatem fidei Christianæ, & religionis eiusdem confermarunt, atque ampliaverunt: De quibus ample per Io. Ferault. in *suo transl. de trib. regni Francie,* quos plus laboriosum est discutere, quam subtile.

Cum hic Carolus Magnus tantæ amplitudinis & inter-

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

243

integritatis vir fuerit, ut postea neminem patrem, nēdām superiorēm Gallia habuerit: Int̄ alios mihi vi-  
sum fuit, illum non fuisse silentio prætereundum. Ex  
quibus simul collectis potest indubitanter dici, quod  
Rex Franciæ propter eius claritatem, & synceram fi-  
dei devotionem inter omnes Reges mundi est præfe-  
rendus. Eo etiam, quia Regnum Franciæ vñica Eccle-  
sia vñiversalis fuit, & est de quo vaticinatum est Esai.  
5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei: Et  
sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vi-  
neam elestam: & ædificauit turrim in medio eius, &  
torcular extruxit in ea. De quo Ioan. de Terra rubea  
in suo trallat. supra mentionato. & secundum Lyram,  
intelligitur regnum Franciæ esse nubem candidam,  
quam præuidit Ioh. in Apoc. 14. cum sit moribus,  
& fide præ ceteris candidatum ac relucens. Et po-  
test etiam dic̄ ciuitas illa, quam præuidit Io. in Apoc.  
21. cap. vbi ait: Et vide sanctam ciuitatem no-  
uam descendenter de celo, a Deo pararam, sicut spon-  
sam ornaram viro suo, & audius vocem magnum de  
throno dicentem: Ecce tabernaculum Des cum homini-  
bus & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, &  
ipse Deus cum eis erit eorum Dux.

Et etiam; quia Regnum Franciæ super ceteros ob-  
tinet; quod super reges iustitiam administrauerunt, &  
eam dilexerunt, & iniquitatem odio habuerunt, in fu-  
gando & exiliando Indos, & sectas Indorum, &  
hæreticorum. Ideo vñxit eos Deus, præ consortibus  
eorum, ex quo int̄ ceteros Reges huius leculi præ  
dominantur. Quoniam Christianissimus Rex Fran-  
corum int̄ ceteros quoscunque Reges, oleo sancto  
cœlitus demissō, in coronatione Regis Clodouci, pri-  
mi Christiani Regum Francorum: ad instigationem  
Clotildis, eius vxoris, filiæ Regis Burgundorum inu-  
gitur, ut habetur in vita B. Remigij. Cui in Baptismo  
Clodouci, fuit cœlitus demissa phiala, quæ dicitur  
ampulla, plena oleo sancto per columbam. Ex quo  
adhuc hodie Reges Franciæ vnguntur, & sacrantur  
in coronatione: ut refert Guag. in suis chron. lib. 1. quæ  
adhuc est, in abbacia S. Remigij, in ciuitate Rhemensi.  
Et in qua soluit apparuit oleum tempore, quo sunt  
coronandi reges Franciæ: Quo tempore oleum, &  
non alio tempore, appareat; ut est notorium in tota  
Gallia, & sic licet sint alii reges, qui vngantur; non ta-  
tamen oleo cœlitus demissō, ut est rex Franciæ ideo  
præ ceteris preferendus est.

Et adiuite quod sunt tantum quatuor reges, qui vu-  
guntur, scilicet, Ierosolymitanus, Francorum, Anglo-  
rum, & Siculorum, ut habetur in libro censuali Rom.  
Eccl. secundum Alber. de Roi. super gloss. rubr. ff. de stat.  
homini. Alij autem non nisi ex prætilegio, vel con-  
stitutio, hoc ius habent. per Hostiens. & Goff. in  
sum. de sacra vñctio. Arch. ramen in c. 1. quoniam. 10. di-  
stinct. dicit, Quod olim & hodie Principes vngeban-  
tur, & vnguntur, per notata in d. cap. 1. de sacra vñctio.  
Aliar. tamen. in cap. 1. in cuius dicitur Dux, Mar-  
ches, Comes. in 10. colum. ver. qui Reges vñgamur ut qui  
non in vñib[us] feud. dicit, Imperator vngitur, & coro-  
natur tribus coronis, & ceteri quatuor Reges supra  
nominati, scilicet, Ierosolymitanus, Francorum, An-  
glorum, & Siculorum: de quibus fit mentio in iure in  
pluribus locis maxime de Rege Francorum, in locis  
ante allegatis. De Rege vero Angliæ, in cap. nouit. de  
iud. & in cap. non est. extra de sponsal. vbi etiam fit  
mentio de Rege Britanniæ.

Cæteri vero, nec vnguntur, nec coronantur. Qui  
quidem sunt Castellæ siue Hispaniæ, qui hodie ca-  
tholicus dominatur: de quo fit mentio in iure in

cap. quanto de iure iur. Rex Legionis, Portugaliz, A-  
ragonum. Nauarræ, De quibus etiam fit intentio in  
aa nostrum. de iure iur. & in d. cap. quanto. de Rege  
Vincestriz in subscriptione, cap. 1. de probatio. rex Da-  
ciæ, Bohemiz, rex Armeniz, rex Cordubæ, rex Cypriz,  
rex Cornachiz, rex Numianiz, rex Vichoniz, rex Ca-  
tholicus, rex Nauarchiz, rex Colen. rex Mainiz, rex  
Vologamiz, rex Maioticatum, rex Minoricatum, rex  
Poloniæ, rex Scotiz. Et omnes supradictos nominat  
Anton. Corse. in tract. suo de potestate Regis. 14. q. &  
de Rege Scotiz fit mentio in c. clarissimus. C. de con-  
uers. cursing. & in c. vener. bitem. de elect. de rege Vngar-  
iæ habetur in c. 1. et. & in c. non est dicendum. de votis  
& voti redempti. & in c. intellecto, de iure iur. & in c. 1.  
de sacra vñctio. de Rege Gothorum 17. dist. r. consilio:  
§. hinc etiam de Rege Apuliz & Sicilit, habetur in c.  
veritatis. de iure iur. De Rege Stotiz habetur in c. inter  
alia. extra de immunit. Ecclef. & hæc dicit Jacob. Aluar.  
in loco hic ante alleg.

Aduerte tamen; quia fuerūt alia regna, ut regnū Bur-  
gundionū, ut refert Guag. in suis chron. lib. 1. cum dic̄  
Clodoueu regem despontasse Clotildem neptem Gó-  
debaldi regis Burgundoru, & de his fit mentio in iure,  
in 1. Lujuriam. ff. de censu. in canon. se gens Anglo-  
rum. 56. dist. & in c. volumus. 11. q. 1. & Iac. Berg. in suo  
suppl. lib. 8. vbi ponit initium regni Burgun. quod fuit  
in anno Domini post Christum 35. & etiam ib. 9. pa-  
nit finem, qui fuit post Christum anno Domini 488.

Et etiam est regnum Iuetoti, de quo fit mentio per  
Guag. in suis chron. lib. 2. vbi ait: Fuit inter familiariſ-  
sim. Clotarij aulicos, Galtherus Iuetotus Caletus agri  
Rhotoimagen. apprime nobilis, & qui regij cubicula-  
latij primus cultor esset. Hic, pro sua integritate de  
Clotario cum melius meliusque in dies promeretur,  
reliqui aulici inuident, de prauantes quodlibet ab  
eo gestu, nec desistunt donec irritatum illi Clotarium  
petimis susurris efficiunt. Quamobrem iurat Rex se  
hominem necaturum percepta Clotarij indignatione  
Galtherus pugnator illustris cedere Regi irato consti-  
tuit. Igitur de relicta Francia in militiam aduersus re-  
ligionis catholicæ iniamicos pergit, vbi deceim annos  
multis prospere gestis rebus ratus Clotarium simili  
eum tempore mitiore effectum, Romam in primis  
ad Agapitum Pontificem se contulit, à quo ad Clota-  
rium literis impetratis ad eum Suciōne agentem, se  
protinus confert Veneris die, quæ Parasceue dicitur,  
cogitans religiosam Christianis diem ad pietatem si-  
bi profuturam. Verum literis Pontificis acceptis, cum  
Galtheum Clotarius agnouit, veteri ira tanquam te-  
centi liuore percitus, rapto à proximo sibi equite  
gladio, hominem statim intererit. Tam indignata  
insignis atque innocentis hominis necem, religioso  
loco & die, ad Christi passionem recolendam celebri  
Pontifex inæquaniimter fertens, confessum Clota-  
rium reprehendit, monetque iniquissimi facino-  
ris rationem habere, se alioquin excommunicationis  
sententiam subiurum. Agapiti monita reueritus  
rex, capro cura prudentibus consilio, Galtheri hære-  
des, & qui Iuetotum deinceps possiderent, ab omnī  
Francorum Regum dilectione, atque tide liberavit, libe-  
rolque prorsus tote, suo syngrapho, & regni sceptris  
confirmat. Ex quo factum est, ut eius pagi & terræ  
possesto, regem se Iuetoti hactenus, sine controvicia  
nominaret. Id autem anno Christianæ grana 536. ge-  
stum esse, indubia fide inuenio. Hæc Guag. in loco an-  
te allegaro.

Aliud etiam ante fuit regnum Persarum, de quo  
supra dicti nullam faciunt mentionem: de quo se

mentio in l. mercatores C. de commerc. & mercat. Sed istud regnum non est de his, quæ sunt sub registro Romanæ curiæ, quod tamen aliquando fuit Regnum Burgun. cum Burgundij fuerint Christiani ante Gallos, & Francos, per multos annos & vltæ, cum Galli effecti fuerint Christiani, anno Domini 479. post Christum, ut constat ex Iac. Bergom. lib. 9. quando ponit tempus, quo baptizatus fuit Clodoueus post Christianum, qui effectus fui Christianus medio & horatu Clotildis eius uxoris, filiæ Childerici Regis Burgundorum, ut dicit ibi Iacob. Bergomensis. Et de dicto Regno Persarum & pluribus aliis vide Iaco. Bonaldi in suo Panegyrico. 19. col. usque ad 26.

Et, ut plenius declararentur excellentiæ claritates, & præminentia Regis Francorum qui omnes alios antecellit, in sequendo doctrinam Ioan. Ludo. Viuald. in suo opere resili. in trist. de laudibus, et triumphis trium liliborū Francie. & G. Benedict. in sua rep. c. R. syn. in versic. duas habens uxores. à num. 79. usque ad num. 125. de test. Et recitat Enguerranus de Monstrelet, quod anno Domini 1420. cum Rex Francie, & Rex Anglie simul intrarent Parisiensem ciuitatem, Rex Francie equitabat à dextris, & primus osculatus est reliquias sanctorum. Et vide per eundem 101. volum. Croric. ei idem cap. 32. in præ. Dico, quod claritas, nobilitas, & excellentia Regum Francie, ex multis super omnes alios Reges perpendi, & cognosci potest, ultra supetius dicta, maxime ex scuto cœlitus demissio, in quo plura comprehenduntur: Quoniam perseverante usque ad hanc æratem fama valgo dicitur: Quid olim Reges Francie, pro scuto, tribus buffonibus vtebantur; quod tamen non erant sine mysterio: & hoc credo fuisse; eo, quia sicut de natura buffonis est, in quaunque parte terræ sit, semper se collocare in meliori, & in pinguiori loco: Ideo, cum Rex Francie ex uniuersali mundo meliorem pinguiorem, & vtiliorem terram teneat, & habeat, ideo in sequendo naturam buffonis, pro armis assumperant reges Francie ante Christianitatem, tres buffones, habendo respectum ad ea, quæ magis naturaliter conformabantur circa eius natum, in aliquibus. Nunc vero tempore Christianitatis, & à tempore quo Reges Francie effecti fuerunt Christiani, mutata est natura; quia insequendum est id, quod tendit ad finem, & effectum illius Christianitatis, cuius nomen sideim, & protectionem assumpsit: quod Deus aduertens, & volens illi prouidere secundum quod decens erat, postquam Clodoueus Christianus effectus fuit, demissum fuit ē cœlo scutum id, quod Reges Francie nunc gestant, continens tria lilia aurea, quibus subest cœli sereni color, quem asuti Franci dicunt; in quo sunt quatuor consideranda.

*Primo, quod in scuto lilia depinguntur.*

*Secundo, quod depinguntur aurea.*

*Tertio, quod in numero ternario.*

*Quarto, quod in campo coloris sapphiri extenduntur.*

Quo ad primum dicendum est, quod lilia fuerunt à superis multiplici ratione Regibus Francie data.

Primo; quia sicut lilyum plerunque de spinis oritur, inter spinas moratur; & quanto magis spinis pugnatur, tanto vehementius odor eius sentitur: sic Francorum Reges, licet à spinis, & infidelibus originem duxerunt, usque ad tempora præfati Clodouci, qui quatuor Reges prædecessores habuit infideles, videlicet Pharamundum, Clodionem, Merouenum, & Childericum diæti Clodouci patrem; nihilominus, postquam nomen Christi Francis innocentia, tam reuerenter candorem, & odorem, illabata fidei retinuerunt,

vt nil eis dulcior, nil clarior quam gloriam Christianæ gentis extollere.

Secundo; quia lilyum plantam habet rectam, quæ ad unam partem non inclinat nec ad aliam, sed recto tramite tendit ad alta. In quo rectitudo bonorum operum figuratur, iuxta illud: Iustus germinabit sicut lilyum, & florebit in æternum ante dominium. Sic recta animi magnitudinem habere debet, cum nihil honorabilius existat in regia maiestate, quam rectitudo voluntatis; sicut oppositum nihil execrabilius in eo, quam simulatio, aut duplicitas, ut supra dixi in princip. huius partis. Ideo pristini Francorum Reges, duplicitatis vitia nimium horrentes, semper cum animi rectitudine ac cordis integritate, se ipsos Ecclesiæ obsequio præbuerunt: sicut Pipinus pro Stephano antistite contra Astulphum, & Carolus Magnus pro Adriano contra Desiderium Longobardorum Regem, ut supra dixi hac consideratione, ubi de his duabus Regibus dixi.

Tertio; quia inter lilia quiescere, & connescari Christus placitum delectatur. Vnde in Canticis cantorum, lilyum ipse, qui Sapientia diuina est, se nominat. Ego ( inquit ) filius camii, & lilyum connallum, ita quod Spiritus sanctus in persona Ecclesie Cantorum 2. ait, Dilectus es tu, scilicet Christus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Et iterum: Dilectus mens descendit in hortum suum, ut ibi pascatur, & lilya colligit. Anit enim valde Christus & delectatur liliis, id est, personis puris, & mundis à peccato: quia cum sum:na puritas, & mentes puras diligit: sic Reges Christianissimi, semper delectati fuerunt liliis, id est, secum habere & amare personas doctas, & puras, & mandas ab omni peccato, & vicio, veritatem sequentes.

Quarto; quia lilyum sui natura, teste Plin lib. 21. c. 5. est nobilissimum, quod nulla florum excelsitas maior. Caius flos languido semper collo, quasi inclinans, & non sufficiens capitis oneri, fragrat odore acutissimo.

Et etiam Christus, sedens à dextris virtutis Dei in excelsis, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra: Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen haereditavit, ut Apost. ad Heb. 1. Qui tanquam fons humilitatis, cœlos inclinavit, descendens in utero Virginis, humilitatemq; semetipsum, factus obediens usque ad mortem, teste Apost. ad Pohip. 1. & tandem inclinato capite tradidit spiritum, Ich. in. 19. Cuius fragrantia, alijs est odor vita in vitam, alijs vero, odor mortis in mortem.

Sic Rex Francie, cum sit Christus, scilicet, oleo sacro diuinitus emiso, uictus, & sacratus, omnibusque celsior, atque maior, ex quo vocatur Christianissimus, sicut lilyum in se habere debet humilitatem ad audiendum singula, caput inclinatum, nihil de seipso presumens, & odoris suauitatem, per bona & sancta opera, ex quibus bona resultat fama in suauitatem odoris, & non exemplum cuiusquam sceleris. Quia candidum & nitidum semper stat lilyum. Vnde legitur Exod. 25. Quod in candelabro tabernaculi erant lilia ex ipso pendentia, denotans candelabrum Francie, scilicet regem habere debere cogitata verba & opera pura, candida, tanquam lilia: quoniam virtutes sunt & candidæ, & lucidæ, peccata vero, & vicia nigra sunt, & obscura.

Quinto lilia in scuto Regis nostri Christianissimi sunt apposita; quia lilyum multas habet virtutes. Nam, virtute suæ naturæ radix eius, secundum Physicos, valet contra duritieum splenis, & neruorum, maxime sub prunis coctæ, & cum oleo roseo trita, stirras

vsturas ianat, & vulnera cicatrizat, & confert adustionem aquæ calide, cum sit exiccativa, molitiua, abscessiva & consolidativa. Valeatque lilium incisionibus nentorum, & splenis apostemata matutat, & ut omnes teltantur, lilium tumores resoluit, vlcera abstegit, dolores mitigat, venena depeilit, puncturis confert, & succus eius cum melle decoctus, veteribus viceribus medetur. Sic Rex noster Christianiss. (quasi virtute levitatis liliorum pronocatus) ultra modum horrere debet tumorem arrogantiæ, discordiæ, iactantia, inanis gloriae. Apostemata luxuriæ purgare, vsturas auaritiae, & venena inuidie sanare. Et tandem omnes morbidas Reipublicæ ægritudines, contractiones, & (cum opus fuerit) punitione malorum, salubriter curare. Et intuper, totum se conferat ad regias virtutes, ad pietatem, clementiam, misericordiam, mansuetudinem, humilitatem, modestiam, dilectionem, & benevolentiam: quæ preiosa sunt monilia Regiae maiestatis, ut supra hæc parte in 6. c. insit. dictum est. Et quemadmodum lilium (ut dixi) cum oleo roseo tritum vsturas sanat; ita misit Deus lilium cum oleo, ut dictum est, ad denotandam Reges Francie habere potestatem sanandi: vlt iras, prout faciunt: Quidam, ut videmus noroie ipi sanat quoddam vsturas, qui qui in vulgari nostro dicuntur les escuelles, vel alias morbus Regius.

Sexto, ut dicunt dicti Ioh. L. Vnuld. & G. Benedict. in locis ante all. in scuto dicti Regis sunt lilia; quia lilij oleum est resoluum, & aperituum; conuenit etiam dolori capitis, & destillatum in aurem, sedat eius dolorem. Sic Rex Christianiss. in aperto esse debet, & copiam sui facere, aures apertas semper habere, & singulos audire, ut de omnibus informetur, & singulos prouidere possit. Non absentes eidem, faciliter enim recipiant, propriis commodis inhabentes in Reipub. destructionem. Et etiam si non audiatur populus, videtur ei fieri iniuria, & missorum officialium autoritas vilesceret. Vnde Imperator in L. C. de off. vir. Relationes (inquit) omnium, praesertim officiariorum libenter audimus, ne ad ministratorum decetes videatur autoritas, si eorum consulta veluti prophanorum preces à nostris aditis repellamus. Hodie tamen multi Principes susurtonibus; & detractoribus aures prehendit, ab eisque domesticis suis tenentur inclusi, & excæcant, ut nihil veritatis, & eorum, quæ prava geruntur, sciant, & ipsi interim bona hauriant, & substantiam, & interdum personas subditorum perdant: quod alias contingit in hoc Regno Francie, tempore Theodor. Regis Francie, ut refert Guag. lib. 3. cap. 4. de Francorum gestis.

Septimo, Lilia in scuto Regis figurantur: quia diuum, sua virtute saniem & immuniditiam purgar. Quod demonstratur, quod ad Regem pertinet immundicias & labes hæresium & saniem hæreticorum, ac peruersa infidelium dogmata ab Ecclesia Dei diligenter abstergere & repellere. Quia hæresis, fundamentum omnium bonorum subvertit, & plus cæteris peccatis nocet Ecclesie Dei. Estque omnium peccatorum grauissimum, ut ait Thom. 4. sent. 1. t. 13. quæb. 22. per ut. facit tex. in 1. Manichæos. & in Auct. G. 2. avos. C. de heret. Et inde est quod hæretica prauitas appellatur. Huius zelo accensus fuit Carolus Magnus, qui Barbaras gentes, Saxones, Hispanos, Longobardos, cæterosque populos, qui falsos ritus lequebantur, potestatem subegit.

Et etiam Philippus tertius Francorum Rex, qui Petro Aragonu Regi bellū intulit, eo quod variis erroribus

fuerat: ut refert Guil. Benedict. in loco ante cit. 4. o. 1. 83. Octavo, Francorum Regi lilia data sunt; quia lilium sua naturæ virtute, mortuum serpentis, & similiter eius folia, vexationem serpentum cutant, ciasque radices, ut Plin. attestatur d. lib. 21. c. 19. valent contra serpentum ictus. Et secundum Auicen. Lilium confert puncturæ vermium venenosorum, atque scorpionis. Præterea semen eius (ut inquit Dioscor.) potui datum, ad serpentum mortals facit. Ideo ut enarrat G. Benedicti, Reges Francorum ter religionem Christianam à mortu Mahometi, serpentis venenosæ, sanarentur, & restaurauerunt, & his temporibus videmus nostram fidem & religionem Christianam, sanaram esse à mortali pestiferi serpentis Lutheri, qui infinitas hæreses in fide Christiana seminavit, quæ fuerunt extirpatæ à Rege nostro Francisco Christianiss. qui non cessat insidare, ut Clemens summus Pontifex à sua sede eiætus restituatur, quem Carolus Bo. bonius dux exercitus Caroli Austriaci electi in Imperatorem, in vrbe obsederat hoc anno Domini 1517. die 6. Maij. In qua oblidione, ipse Carolus Borbonius interfectus fuit: quia Deus iniustas semper vicitur iras. Ipsa vero Roma, ab Hispanis, & Alemanis tunc depopulata fuit, & ipse Clemens captiua extitit, cum maximo dolore Christianitatis, maxime Gallianæ, quod Rex noster Christianissimus ægre ferens mortuus pia devotione & pro honore sanctæ sedis Apostol. (quam semper Reges Francie venerati sunt, & defensarant) aduersus illius hostes, misit copolum exercituum Francorum in Italiam, ut summus Pontifex in sua sede reponeretur, expellerentur que dicti hostes ab urbe (in qua captiuabatur Papa) & a tota Romania saltum terris sedi Apostolicæ subditis.

Secundo, in scuto Regis, lilia figurantur autem, & non argentea, vel alterius metalli, quibus denotantur octo pulchra documenta ipsis legibus necessaria, propter octo singulares naturas, & effectus auri, quod est metallum excellentius omnibus alijs, ut infra dicam in ult. part. vi. 15. confid. Et ad istud propositum videatur G. Benedicti in d. ib. num. 100. ut que at nr. 107. Vbi dicit, quod primo aurum est coloris optimi, & puritatem quandam ac fulgorem eximium præ cætris metallis habet, & inde dicitur aurum ab aura, id est, splendore, ut ait Isid. lib. etymologiarum, 15. cap. 17. quod repulsus aere plus fulgeat. Naturale enim est, ut splendor metallorum plus fulgeat luce alia repulsus. Vel à similitudine coloris auroræ, nomen traxisse putant. Et aurum in corporib. est sicut Sol inter stellas. Sol autem dicitur dominus stellarum, & lumen eorum ut dixi infra in ult. part. in 8. confid. Sic aurum est Rex corporalium rerum, & mensura omnium. Ex hoc auro prelocatur Rex Christianiss. ad sapientiam acquitendam, quæ auro purior est, & splendidior. Imo omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in compunctu illius Sap. 7. Comparatur enim auro sapientia, ratione puritatis & splendoris, respectu æterni iudicis ut dicit ibi G. Bened & Cælius lib. ant. 1. et. 4. ca. 24. Et aurum pro viris sanctitaris claritate fulgentibus accipitur, ut in c. multis in fin. de penit. t. ist. cl. 2. & pro sapientia: ut in c. principium. loco præalleq. Que sapientia est legi necessaria, ut hic ante scripti in 10. co. 1. et. 2. que viguit in multis Regibus Francie, ut ibi declarat G. illiolum Benedictus.

Secundo, Aurum habet proprietatem laxificandi, quam non habet aurum per alchimiam sophisticatum, secundum Thom. Vnde limatura auri, ut

dicit Avicenna , ingreditur medicinas melancholiz, & lopeciae. Et confert doloribus cordis , ac tremori ipsius. Nec no timori animæ & data cum succo boraginis, auxiliatur syncopizantibus. Ex quo instruitur Rex Christianissimus, quod gaudens sit & latus; quia animi letitia interdum dolores corporis mitigat. Tristitia vero humanae vitæ eximula est, & passio mortificatrix illud Proverb. 17. *Animus gaudens, floridam etiam facit, spiritus tristes desiccat ossa.*

Tertio : quia verum aurum ponderositatem habet, & soliditatem: ideo dicit Arnal. de Villanova in lib. de vino. Vinum extinctionis euri sua soliditate confortat. Et in lib. de natura rerum , dicitur, quod in duplo ponderosius est argento, ære, aut stanno, habetque ex sua soliditate puritatem , & generositatem super omnia metalla: ideo est pretiosius , durabilius , tractabilius, omni tempore tulgens, recreans visum , & ceteros sensus. Ex quo Regi Francie datur salubre documentum, tanquam aureus sit solidus , maturus, secretus & grauis in discutiendis rerum causis, ne leuitate, aut futuro ductus, feratur in præcepis.

Quarto : Quia aurum secundum Physicos temperatus est omni metallo ; vnde virtutes habet mirabiles confortandi cor, stomachum, & ceteros sensus, vt dicit Arnal. de Villanova, in loco hic ante citato. Non quod incorporetur, aut membra nutrit, sed quia alternativa virtute corpus immutat : & ideo confortat; quia asperitate sua detergit superflua. Licet enim aurum calidæ sit naturæ , vt Medici dicunt, tamen eius caliditas est modici excessus, ob quod non locatur in gradu , licet alij locent. Sic Rex Christianissimus quasi aurum erit temperatus , calidus quidem per anorem charitatis & dilectionis erga subditos, exemplo Moysis ; qui Exod. 32. Aut (inquit) dimittite eis hanc noxam, ut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Similiter Apostolus ad Romanos 11. loquens : Optabam ego anathema esse pro fratribus meis. Et hic sincerus amor erga subditos multum profuit Romanis, vt hic ante in 14. consideratione scripsi. Et præ oculis debent illud habere Principes : quoniam, vt ait Seneca: si vis amari am. quia ita decet vivere Principem, vt à subditis diligatur, & sic suos diligit, vt pro ipsis etiam mori non temeat. Sicut Codrus Atheniensium Rex pro victoria populi sui seipsum morti tradidit, vt recitat Valer. Max. 1.5. iii. de pietate erga patriam. Sic etiam Christus pro salute populi sui occisus fuit, & passus est, vt habetur 2. Petri. 2. vnde Princeps ita agendo , à suis mirum in modum diligitur.

Nam Dux, vt dicere solebat Cæsar , qui non laboret, vt militibus charus sit, milites amare nescit. Legitur de Alexandro Magno , qui videns militem Macedonem præ nimia senectute frigore stupefactum, de sede sublimi descendit, & suis manibus eum in sedem posuit, & eo modo fecit, vt à suis diligeretur. Alias Præcepis, qui à suis non diligitur, tanquam tyrannus damnatur, nec securitate ubi est fruetur. Sicut de Dionysio tyranno legitur, cui cum corpus suum iuberet à multis militibus custodiri, Plato dicit, quod , inquit, malum fecisti , vt à tot militibus custodiri habeas? Quapropter dicit Claudia.

*Non sic excubie, non circumstantia tela.*

*Ocum curatur amor.*

Hoc est, qui amat, non indiget custodia. Ob id dicere solebat , Traianus Romanorum Imperator: Talem priuatis Imperatorem esse oportet , quales priuatos sibi optat habere. Hæc inter cetera fecit nondum viros, sed & feminas gloria pollere , regnisque

potiri, vt de Amazonibus, li. 3. de gestis antiquis refat Diodor. dicens, eas omnium subditorum benevolentia iusto æquoque imperio adeptas. Quibus sententiis datur intelligi , quod tota pastoralis cura amore veræ dilectionis ornari debet. Cui vigilantia impedit ad subditorum utilitatem, & consolationem, iuxta illud Ouid.

*Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.*

Regum protectio est, omnibus prodelle, nulli nocere: quod in beluis clare monstratur: Quoniam nūc vivunt apes, quod rege misso, totum dilabitur examen. Et cum sint animalia iracundissima , ac pro corporis capitu pugnacissima , que aculeos in vulnere relinquunt: Rex tamen apum aculeo caret , aut saltē eo non vivit, teste Plinio h. 9. c. sp. 16. Nec volvit illum natura saeum esse, à quo telum detraxit, sed maiestate armatum; quod Regibus & Principibus dignum exemplum est, vt & ipi ab exiguis animalibus discant turbas populorum, sine aculeo levigatis in debitum finem dirigere , & tunc velut aurea lilia, aureæ vero charitatis erunt radiantes.

Quinto, vt ait idem G. Benedict. post Io. Lud. Visualdum, aurum sub malleo non resistit, vt ferrum: nec frangitur, vt vas terrenum: nec resonat, vt cymbalum: sed si malleo percussiatur, cedit , & in omnem partem dilatatur. Et sic in lib. de ver. natura dicitur , licet aurum sit gratiosissimum super omnia metalla , nihilominus est maxime ductibile , & tractabile. Ex quo plura documenta Regis Christiani ostendunt , patientia, hilaritatis, constantia & fortitudinis, que debent vigere in Principe, vt hic ante de pluribus huiusmodi qualitatibus dictum est.

Sexto, quia verum aurum diutius , & durabilius in sua operatione permanet , quam aurum sophisticatum, teste beato Thom. Quoniam aurum sophisticatum non habet alias virtutes, de quibus hic ante: vt dicit Arnal. de Villanova in loco supra alleg. & vt ait Guillel. Bened. Aurum cunctis corporibus nobilius est, rex eorum ac dominus. Quia nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corruptitur, aut minuitur, sed ignis rectificat illud, & humectat , nec id comburunt sulphura, que alia comburunt corpora. Natura quippe, eius, & complexio recta est. Ita quod in eo non est additio, neque diminutio. Et iterum: Aurum in igne positum, non comburitur, sed probatur & purgatur. Nec aurum rubigo villa, nec ærugo, eius bonitatem consumit, pondulve minuit. Ex cuius auri proprietate animali debet Rex Christianus ad perseverantiam diuinæ legis. Quia haec virtus sola, scilicet, perseverantia, meretur coronam, estque unica æterni Regis filia , ac cunctarum virtutum hinc, sine qua Deum nemo videbit. Natura enim (teste Val. li. 3. c. 11. de constantia in prin.) sic comparatur est, vt quisquis se aliquid ordine ac recte mente complexum confidit , vel iam gestum, si obrrectetur, acriter tueatur , vel nondum editum si interpelletur, sine villa cunctatione ad effectum perducat , profecto in vanum bonum agitur, secundum Greg. in moralibus. si ante vitæ terminum deseratur. Et frustra velociter currit, qui priusquam ad metas venerit, desicit: vt reperiatur in c. in cassum de pæn. dicit. Tolle perseverantiam ait Bern. nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam , nec laudem fortitudo: Denique non qui incepit, sed qui vsque in fine perseverauerit, hic saluus erit: vt habetur Matth. 10. & 24. & recitat in cap. non renuntiantur cap. notandum. c. Apost. de pæn. d. f. 2. Quemadmodum incliti Francorum Reges Cath. nunquam in fide defecerunt, vnde Christianissimi nuncupantur Septimo;

# CATALOGI GLORIÆ MUNDI.

247

**Septimo;** Verum aurum ceteris metallis est preciosius, virtutem habens conseruatiuam, nec unquam putreficit, sed putrida resoluta, & corrigit adeo, quod secundum Auicennam, cauterium melius, & velocius sanabile, quod fit ex auro, nec vulnus ex auro factum corruptitur in tumores; Imo virtus factæ ex auro instrumento, meliores sunt, quam ex alio metallo; quia non cauterizantur, nec erysipilantur. At dicit Arnaldus de Villanova in *distillat. de uso*, cap. *incip. viii*: *extinctio iste*, &c. Quod scissura, facta cum eo, non tumescit, & propter suam perennitatem est quasi stella caroli; quoniam ipsum est irapastabile. Et, ut ibi ait, aurum est res arcana perfectissima, temperamentu æquali compositum, mirabili proportione elementarium virtutum, cui de compositione non est simile, & iuuentutem conseruat, & virtutes mineralium perseverare facit in eorum operationibus. Et multi modernorum (*eodem teste*) de nobiliocibus, maxime Pezelatis faciunt bullire petias ami in coquina eorum. Et alij recipiunt in pannellis, cum eleuatiis, & alij in limatura; sicut in confectione, qua dicitur diacameron, in quam intrat veraque auri felicit, & argenti limatura. Et quidam vntuntur tenendo frustum auri in ore, & saliam deglutiendo. Et quidem alij conuertunt in aquam potabilem, & faciunt aurum potabile, & sufficit modica quantitas in vice, & in anno, & est conseruatiuum sanitatis, & prolongatiuum vitae. Et ex hac dignitate auri incitat Rex Christianissimus ad veram humilitatem, qua virtus est aurea, cæterarum virtutum conseruativa, teste Hieronymo, in *Ephes. ad Celanum*, ubi, *humilitas*, inquit, *est præcipua conseruatrix, & quasi quidam custos uirtutum omnium*. Nihilque ita est, quod nos homines gratos esse Deo faciat, quam si vita merito magis humilitate insinuimus. Et Isido. *lib. 3. cap. 49.* Qui rebus virtutis regni potestate, ita se præstare omnibus debet, ut quanto magis honoris celitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet: Quoniam fundementum gloriae est humilitas, ut in primæ parte, in *5. confiterat*, scripsi. Et hoc patet exemplo David, qui de suis meritis non tumuit, sed humilitet se deiiciens dicit, *Vita uocamus, & uerborum apparetur ante Domum*.

Octavo & ultimo, aureis liliis ideo decoratur scutum Regis Francie, quia verum aurum fistulas & hemorrhoidas sanat, vlcera putrida, & terri odoris emendat, corporique humano maxime conguit. Ita, quod in cibo sumptum, iuuat multum, ac viuum, in quo extinxerunt laminæ aureæ candentes, spleneticos iuuat, ut hic ante dixi ex dictis Arnal. de Villanova. Hæc profecto virtus medicinalis auri prouocat regem Christianissimum ad iustitiae amplexum, qua virtus sola magna est, & mater omnium, quos magnos facit. Est enim iustitia virtus confortativa, & corroborativa, qua sui splendore Reges, & regias sedes magnificat. Quibus dictum est, *S. ipse. 1. Diligit iustitiam, qui iudicantis terram*. Vnde Hieronym. inquit: *Iustitia, quasi aurea virtus, curativa est morbi dorum corporis nostrorum: quia puriendo tollit sceleras, & peccata, atque putridas carnes, & scabros, et curando abradit*. Et quomodo ex iustitia Principes laudantur, dixi hic ante in *q. min. consister*. Faciunt quæ dicit G. Benedict. in loco hic ante dicto: ubi ait, quod Rex Francorum de seipso & aliis, ita fecit, & dilexit super iustitiam, & odit iniquitatem, uixit eum Deus oleo iustitiae, præ confortibus suis. Ad quorum differentiam nomen Christianissimum adeptus: Ita, quod propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, deduxit-

eum mirabiliter dextra sua. Cuius sedes in seculum seculi virga directio iis, virga regni sui, *Psal. 44. dixi in antedicta confid.*

Tertio, principaliter in scuto Francorum Regum ante lilia in ternario numero, & non maior, nec minor figurantur. Habet enī hic numerus rationem totalitatis: puta principium, medium & finem. Nam secundum Chronicas etiam gentiles in eorum cultu diuino vrebantur numero tertiaro, ad sacrificationes Deorum, ut habetur *lib. 1. de celo & mundo*, super quo B. Thom. in comment. Sicut (inquit) natura perficit omnia in ternario numero; ita gentiles, qui diuinum instruerunt cultum, volentes Deo tribuere omne, quod perfectum est, attribuunt ei ternarium numerum, in sacrificiis & laudibus ipsorum. Legimus præterea in scripturis sanctis Numerum ternarium, multipliciter consecratum, eo, quod opera mirabiliora Dei in eis facta & ordinata sunt. Vnde si mysterio trium lilyrum Regis Christianiss. explorare quis conetur, tanto magis exubeauit ratio dissetendi, quanto plura mysteria in ternario numero eluescunt.

In primis ergo redolentia lilia, quæ in scuto Regis figurantur, odoramenta catholicæ fidei in beatissima trinitate afferunt, scilicet, quod patri in diuinis attribuitur potentia, filio sapientia, & spiritui sancto clementia. Quæ tria attributa, sicut sanctissimam trinitatem ornant; ita regiam maiestatem magnificant. Que sacraissimæ trinitati debet pro viribus conformari, scilicet, ut sit ex primo clarus potentia patris, ad tyrannos rebellandum, & barbaras gentes ac Turcum perfidiam extinguendum. Secundo, conuenit, ut ortatus existat sapientia filij, in discutiendis rerum causis. Tertio, quod sit clementia plenus, que quanto in eo maior fuerit, tanto in conspectu Dei, & hominum mirabilior & gloriior apparebit.

Secundo, ut ait G. Benedict. principaliter tria lilia, quæ in scuto Regis figurantur, tres substancialis in persona Christi denotant. Sicut enim in diuinis est Trinitas personarum, in essentia & unitate: ita in Christi persona est trinitas essentiarum seu naturatum in unitate personæ, deitas, scilicet, anima, & caro: & sicut in diuinis per diuersas personas non distinguitur essentia: sic in Christo per diuersas naturas non distinguitur persona. Pariter tria lilia, tres Christi natiuitates ostendunt. Prima dicitur, quæ æternaliter nascitur ex patre; secunda, quia nascitur temporaliter ex matre; tertia, quæ in mente nascitur spiritualiter, licet ista bene conueniant Christo; nam nihil faciunt ad propositum, ad denotandum aliquid in rege ex eius natiuitate. Sed dici posset, quod sicut hæc trinitas essentiarum est in Christo; ita trinitas præceptorum iuris, debet esse in Principe pro iustitiae administratione, & complemento, prout tria iuris sunt præcepta, scilicet honeste vivere, alterum non laedere, & ius suum uiciniique triducere. Quæ omnia debent esse in Principe, de quibus in *vl. part. in 36. conf. dixi*. Aut aliter, per illa tria lilia, significatur, scilicet per medium, fides Christiana, per dextrum, clericatus, & per sinistrum, militia:

Tertio, tria lilia, tres potentias animæ rationalis, quæ ad imaginem Dei creata est, *lege si quis metallum. Cod. de pœnis*, patenter ostendunt. Nam sicut Deus est unus in essentia, & Trinus in personis: Sic etiam anima rationalis est una in essentia, & tria in potentia. Quia habet in se memoriam, intellectum & voluntatem. Memoria quidem representat partem, intelligentia filium, & voluntas Spiritum sanctum. Sed hæc in nihilo adaptari possunt artis Rec-

gis, sed attribui deberent tribus modis regendi Romanam publicam qui debent esse in Rege nostro, ut vere sunt in ipso & in eius regno: de quibus infra in *ultima pars*, i. 55. *confid.* scripsi, & quis illorum sit excellens.

Quarto, tria lilia in scuto Regis posita, tres angelorum hierarchias significant, in quarum singulis tres ordines inueniuntur: de quibus ante in 3. p. 11. & per *Iude. lib. 7. Etymo. c. 5.* & in *lib. de sum. bono. c. p. 12.*

Quinto, tria lilia in scuto Regis depicta, tres virtutes Theologales, fidem felicem, spem, & charitatem significant, quae tres virtutes debent esse in Principe. & aliae virtutes ex his denotantur in Principe: de quibus per G. Benedict. in *loc. suo supra sepe allegat.*

Sexto, ut dicit, tria lilia in ipso scuto Regis ordinata, ad tria opera veræ pœnitentiaz nos ire compellant, videlicet, ad contritionem, confessionem, & satisfactionem; sed cum parum quadrant, non insisto.

Septimo, ut ait Benedict. tria lilia Regem Christianiss. ad tria salutifera concilia, in quibus consistit omnis perfectio Christianæ religionis excitant, ut ibi per eum.

Octavo, tria lilia in scuto Regis diuinitus ordinata, tres denotant unitates, quae necessario requirentur ad conseruandam veræ Christianæ religionis dignitatem: de quibus Apost. ad E. 10. 4. Vnus Dominus, una fides, unum Baptisma. Hec tria sunt, quæ verum perhibent testimonium de excellentia fidei Catholicae, unde sunt laudabilia omnia Catholice fidei opera, quæ Rex explete debet, pro sua dignitatibus ac rotius religionis Christianorum salute, nullum maius, nullum honorabilius, nullum denique gratius, Deo offerri potest, quam Barbaras gentes, & Taurorum perfidiam, cæterosque populos, qui fallios ritus ac Deos colunt alienos, expurgare, atque in frena submittere, sub Christi fide, prout talia sancta exercitia apud Francorum Reges semper floruerunt. Ex hoc tertatio numero amplissime laudantur insignia Regis Francie per Ioannem Ludou. Vinaldum in *tradit. de triumphis ac laude trium Ithorum Francie.* ubi laudat numerum ternarium in pluribus, & aliquid scripsi infra in *ult. pars.* i. 37. *confidatione.*

Quarto, principaliter & ultimo, lilia aurea ponuntur in scuto Regis Christianiss. sapphirino, id est, colore sapphiri (qui similis est sereno cælo) conuenientissime depicta, multiplici ratione.

Primo; quia cum rex sit Paronymphus Ecclesie Christi, cuius officium est & semper fuit à tempore Clodouei I. inter Francorum Reges Christiani adaugere cultum diuinum, ac gloriam Christianæ religionis exaltare & magnificare: decentissimum fuit insignia maiestatis sua sereno cælo simile fore, ut sicut ipse Christus (qui est rex Regum & dominus dominatum. *Apoc. 19.*) quodammodo pro scuto habet cælum sidereum miro ac vario astrorum fulgore decoratum) sic Rex Francorum Christianissimus pro gloria Christi scutum gerit nobilissimum, in quo aurea lilia colore sapphiri, quasi astra in sereno cælo affixa, fulgere videntur, ut etiam ex cæli altitudine intelligatur, quanta sit suæ dignitatis sublimitas, tanta est aurem altitudo cæli, quod à mortali homine, non potest mensurari, ut habetur *Ecclesi. 1.* Altitudinem terræ & profundum abyssi, quis dimensus est? quasi dicat nullus. Et ideo sicut cœlum situatum est in loco eminentiori, atque inter omnia corpora, altius eleatum. Ita etiam, ut habetur, *Ez. 1. 5.* promissum est illi, quod esset fundatus in sapphiris, tâquam pater Christianitatis. Cum etiam idem Propheta, ubi supra lo-

quens in persona Christi dixerit: *Ecce, ego sternam per ordinem lapides tuos, & funiabo te in sapphiris,* hoc est, te Christum, & Ecclesiam tuam, & filios tuos, & Ecclesie tuæ protectores, prout est inter alios Rex Christianiss. qui tanquam filius Christi, & pater Christianitatis, habet arma sua fundata in sapphiris. Sic Rex Christianissimus inter omnes seculi huius reges Christianæ religionis, dignitate, potentia, dimitis ac nobilitate est sublimior, atque admirabilior, & ad sustinendam Ecclesiam potentior, & prior.

Secundo, ut inquit G. Benedict. Campus scuti regni nedum cælo, sed etiam sapphito lapidi in colore assimilatur rationibus sequens. Quia sapphirus colore videtur trahere Regem ad cœlestia desideria, per rectam fidem, cum nihil sit, quod lumine clariore præfulget, quam recta fides in Principe. Nam dicit Greg. lib. 18. *moral. cap. 8.* Sapphirum tenete similitudinem coloris aerei, per quod designat appetitum languoris animæ tendentis ad cœlestia. Unde dicit Helimandus; quia Sapphirus cælo sereno similis est, caste portari vult, gemmaque gemmatura, & lapis sanctus dicitur. Ideo, i. lib. 6. *Natura rerum,* dicitur: Qui sapphirum portat expedit, ut fammo studio castitatem seruet: quoniam hic lapis tanto dicitur preciosior & melior, quanto colori cœlesti est similior. Sic Rex Christianiss. tanto magis cœli Deo & Angelis gravior & charior, quanto magis in contemplatione rerum diuinorum fuerit sublimior. Et sic; quantumunque excellat in dignitate, potentia, dimitis, vel abundancia temporalium, nihilominus felicitate prosperatum rerum hujus seculi, non debet corrupti, aut depravari, sed magis ac magis oculos mentis conuerte ad altiora desideria, ad veros honores, ad securas diuitias, ad cœlestes thesauros, ad delectationes aternas, ex quo infert ibi G. Benedict. quod rex suam regiam dignitatem in Christo rege, quem in speculo limpidissimo contemplari debet, ut quod in se primum deprehenderit, corrigat, quod rectum, teneat, quod deforme, componat, quod pulchrum, seruet, quod suum, excusat, quod iniustum, assidua meditatione corraborerit, præcepta diuinæ legis efficaciter impletat, & quid sibi caendum, quidve sectandum sit, agnoscat. Decens quippe est, ut rex se totum in vita & moribus componat: Quia, quanto mirabilius præ cunctis regibus vniuersali orbis excedit honoris dignitate: Ita conuenit, ut cæteros transcedat mentalis sublimitate, & totus sidereus fulgeat maiestate, & subdit ibi G. Benedict. pulchra notatu digna de excellentia sapphiri, de qua inita i. *ult. part. in 90. confid.* dixi.

Tertio, tria lilia in campo sapphirino, aurea depinguntur. Quia sapphirus, aurum hominis plumbum & deuorum elicet ad Deum, atque in bonis firmat, & pacem conciliat. Ita ut inter omnes lapides preciosos dicitur lapis sanctus; quia ad sanctitatem: & deuotionem hominem disponit. Ob id legitur, *Exod. 28. & 29.* Quod Moyses ad preceptum Domini vestem sanctam fecit Aaron summo sacerdoti in gloriam & decorem, in qua inter diuersos lapides preciosos sapphirus conueniat. Sic Ieremias *Thes. 4.* Destructionem Ierusalem, ruinam templi, & sacerdotum recognitans, eorum pulchritudinem assimilauit sapphiron, dicens: *Candidiores Nazareni, riuis, nudiiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiron pulchrioris.* Convenit itaque, ut maiestas regia sit tota siderea, & sapphirina per reverentiam & benevolentiam ad omnia, quæ diuinum cultum concernunt, ut sicut in dignitate & potentia cæteris est eminentior,

nentior, ita expedit, ut in amore rerum diuinatam, sic amicabilior, & consotinior, sicut eius fuerunt prædecessores, h[ic]c Benedicti vbi supra.

Quarto, Sapphirus secundum Atnal. corpus huma-  
num vegetat, ac membra integra conseruat, curat  
dolorē frontis, & sudorem restringit, corpora præ-  
ber integra, bonique coloris, tortiones ventris tollit,  
& omnia vleera cum lacte sanat. Præterea in lib. de  
natura rerum, & de ortu sanitatis, dicitur, in tract. de  
lapidib. cap. 09. quod sapphirus mortbum illum hor-  
ribilem, noli me tangere, appellatum, fugat. Ex quo in-  
struitur Rex Christianiss. ut vigilans sit, & sollicitus,  
ad corpus mysticum, id est, Ecclesiam protegendum.  
Sicut enim in uno corpore multa membra habemus,  
quæ secundum Apost. ad Romanos 12. non eundem  
actum habent; ita multi vnum corpus sumus in  
Christo; hujus autem corporis membra tenetur Rex  
vegetare, ac custodire, ne à lupis voracibus dilace-  
rentur, & ne morbida ægritudine p[er]tressent, ac pau-  
peribus beneficii, suffragia, ac eleemosynas largiri,  
quibus recreatur, tanquam membra corpus conser-  
uat & recreat. Sic conuenit, ut Rex, qui tria lilia in  
sapphiri colore extendit, membra corporis mystici  
dirigat & custodiat, ne deuios sequantur effectus. Hoc  
etiam Benedicti is.

Quinto (ut idem ait) Sapphirus est gemma pre-  
ciola sereno cœlo similis, quæ perculta à radiis solaribus  
ardentes emitit fulgorem. Præterea dicit  
Isido. lib. Erytholog. 16. cap. 9. quod sapphirus pulueres  
habet aureos sparsos. Ex quo hortatur regia maiestas,  
ut sollicita sit gratias Deo reddere in tanto  
cumulo beneficiorum, quia quanto plura à sole iusti-  
tia Christo suscepit beneficia; tanto magis ardentia  
desideria refundere debet in Christum, à quo pro-  
cedunt. Et è conuerso, tanto grauius de ingratitude  
indicabitur omnis homo; quanto magis multiplicatis  
beneficiis, ingratus probabitur extitisse, iuxta  
illud Chrysost. Quarto masora beneficia sunt homini-  
bus constituta; tanto graviora peccantibus parantur iu-  
dicia.

Sexto. Sapphirus est gemma valde delectabilis, læ-  
ta, & pulchra vnde Lapidarius:

*Sapphiri species digitis apifissima regum,  
Egregia & fu'gens, puroque simillima cœlo,  
Vilio est nullo virtutibus atque decoro.  
Hic & Syrites lapis est plerisque vocatus,  
Qui circa Syrites Lybici permixtus arena,  
Fluctibus expulsus feruente freto reperitur.  
Ille sed optimus est, quem tellus Medica gignit.  
Quia tamen assertur nunquam transmittere visum,  
Qua natura parens tanto ditauit honore,  
Vi sacra & merito geminorum gemma vocetur.  
Et qui portat eum, non vlla fraude necatur:  
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.  
Hic lapis, ut perhibent, educit carcere vincitos:  
Obstructasque foras, ac vincula tacta resoluit.  
Fertur & ad pacem bonus effore conciliandam.*

Ex quo instruitur Rex Christianissimus ut delectabiliter, & cum gudio, pulchritudinem ac decentiam Christianæ religionis conseruare velit. Quod & faciunt Reges nostri, & qui in cunctis locis habent iudices ad punienda peccata, maxime blasphemias, quod & facere debent, alias non dicentur veri reges. ut scribit G. Benedicti in loco sepe allegato.

Septimo, in colore Sapphiri extenduntur aucta li-  
lia; quia Sapphirus suo valore & precio vires acuit  
Regis Christianissimi ad cogitandum sumptuosita-  
tem cœlestium ædificiorum. Nam, teste Isidor. vbi  
supra, Sapphirus inter gemmas purpureas computa-

tur, habet pariter excessum valoris inter lapides pre-  
ciosos, ob quod sanctissimus Tobias spiritu elevatus  
videns excellentiam cœlestis patriæ dicit, portas eius  
esse ex sapphito constructas: ut scribitur Tobie 23. Pa-  
riter Ioan. Apocal. 21. ait, fundamenta muri supernæ  
ciuitatis esse ex lapidibus preciosis, inter quos sapphi-  
rus erat secundum fundamentum. Ex quo instruitur  
Rex totus sapphirus, ut omnino inclinetur, & sit  
memor cœlestis patriæ, & excellentissimorum ædi-  
ficiorum supernæ ciuitatis, & sanctæ Ierosalem, de qua  
scriptum est per Prophetam, Psalm. 86. Fundamenta  
eius in montibus sanctis. Et sequitur: Gloriofa dicta  
sunt de te ciuitas Dei.

Octavo & vltimo, scutum Regis Christianissimi in  
sapphiri colore figuratur, Quia sapphirus sua signifi-  
catione eum incitat ad cogitandum non tantum ædi-  
ficia supernæ ciuitatis, sed etiam præminentiam glo-  
riæ æternæ. Nec solam sapphirus significat gloriam  
æternam, verum suo colore animum hominis ad cœ-  
lestia gaudia inclinat. Ratio est (teste eodem G. Be-  
nedicti,) Quia cum omne simile naturaliter appetat  
suum simile, & sapphirus inter omnes gemmas simili-  
lis sit sereno cœlo: vnde Rex sapphoro non conueni-  
ret, nisi ad cœlestia inclinaret, ac superna appeteret.  
Sapphirus etiam in sacra scriptura æternam gloriam  
significare videtur: ut habetur Erod. 24. vbi Moyses,  
Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta de senioribus  
Israel, Deum videunt, sub cuius pedibus erat qua-  
si opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum ser-  
num est. Pariter EZ ch. 10. cap. legitur, quod species  
gloriarum Domini super Cherubin erat quasi lapidis sap-  
phiri: Quæ verba, quomodo intelligantur, scribit in  
dicto loco G. Bened.

Ex quibus tantum concludit: Insignia Regum Franciæ esse excellentiora aliis, cum in eis sint duo colo-  
res nobiliores, Auteus, scilicet & Azurcus: De qui-  
bus dixi ante in 1. part. in 54. & 55. conclus. 38. Et de lau-  
de Sapphiri aliquid scripsi infra ultim. part. in 92. con-  
sideratio.

Non mirum ergo, si Reges Franciæ plura priuilegia  
habeant ultra alios Reges, de quibus ante dixi: & que  
etiam scribit Iacob. Bonaudi in suo panegyrico posito  
post tract. 1. Tobie 1. de Terrarubea, contra rebellis suo-  
rum Regum:

**T**rigesima secunda consideratio. Quilibet Rex seu  
Princeps in suo regno in culmine sedere debet,  
cum Princeps sit regni dominus. I. de precioso. ff. ad L.  
Rhod. de tabl. & regale culmen appellatur. I. bene à Ze-  
none. C. de quadri. precript. c. P. incipit seculi 23. que-  
stio. 5. & culmè appellatur locus altus super omnes gé-  
tes ad curiam suam conuocatus, regnū & terras repre-  
sentantes. & dicitur præcipuum, l. pen. ibi: Vt enim im-  
perialis fortuna omnes supereminet alias: ita oportet  
Principales liberalitates culmen habere præcipuum. C.  
de bon. que lib. Vel Principale dicitur. l. 3. §. fin. autem:  
Cod. de iure domi. impetr. quod dicitur cathedra exi-  
stens in altiori loco; sicut ædificia domus dicitur cul-  
mina, quod culmis reguntur: & in dicto culmine, id  
est, altitudine, sedet Rex supra cathedralm, quæ est alta  
velexcelsa sedes, secundum gloss. n. clem. dudum de se-  
pult. Vel in folio sedere debet, hoc est armario ex uno  
ligno facta, in quo Reges ob corporis sui tutelam se-  
debant, extra de elect. c. quorundam. in princ. & ibi per  
Arch. Et dicitur thronus Græce, quod Latini solium  
dicunt. De quo habetur Gen. 41. ibi: Vno eum solio re-  
gis se procedam. Et est etiam sedes Romani Pont. tan-  
quam excelsa. cap. fundamenta. §. ne autem. in fin. de  
elect. in 6. & glossa in dist. clementi dudum. facit differ-

rentiam inter solium, cathedram & tribunal. & ponit hunc verum:

*Rex solium, doctor cathedram, indexque tribunal  
Possidet, at sedem presul pratorque curule.*

Ecce ista sedes dicitur iedes honoris & iustitiae: de qua in c. multo. q. 40. distinet. Et rex dominus præ excellens in solio alto super omnes Principes sedere debet: cum scriptum sit Proverb. 20. Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. & 1. Reg. 2. 10. *Ei solium gloria teneat.* & 3. Reg. 3. Viuat Rex Salomon, & sedebit super solium. & Es. 9. Super solium David, & super regnum Principis terræ, surrexerunt de solio. Et Job. 36. & Reges in solio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur. & in plerisque aliis locis probari posset. & habetur 1. Reg. 10. vbi de Saulo Rege loquitur, Scetique in medio populi, & altior fuit universo populo ab humero & sursum. Et Princeps dicitur quasi primum locum capiens, secundum gloss. in c. fundamen. s. proinde. de elect. lib. 6. & Lucas de Penna in rubr. C. de Princeps. cog. 1. in reb. h. 12. vbi ample ponit, quis proprie sit Princeps.

Et ut deueniamus ad practicam & ordinem consuetum sedendi, qui multum attendendus est in hoc, cuius consuetudo in hoc multum attendatur. Bald. in c. 47. l. 9. *M. arch. o. in tn. qui fand. dare pess.* videandum est, quod sunt aliquæ congregations in Francia, quæ sunt ordinatio, ut est coronatio regis, & in ista coronatione est datus certus ordo, quo ad illos, qui interesse debent in ipsa coronatione, qui est talis, videlicet quod duodecim pares Franciæ præcedunt omnes alios Principes regni: de quibus infra 43. consider. licet videatur de primogenito Regis, quod omnes quoscumque præcedere debent; quod intelligerem esse verum in aliis actibus, quam in coronatione: Quoniam est dubium, quod tunc non habeatur pro primogenito regni, tanquam natus antequam esset Rex. De eo etiam dicam infra in 41. cons. rat. & de aliis, quos ponam infra in suo ordine, secundum quod debent sedere in dicta conuocatione, ratiendo distinctionem, suis locis de aliis congregationibus extra illam, in quibus seruandus est alius ordo, prout infra dicetur.

**T**rigesimaquarta consideratio. Princepi obtemperandum est, cum generale sit pactum societatis humanae obtemperare Principibus, quæ contra mortales. 8. dist. in sua sum. 14. dist. in l. c. quod culparitur. 23. questio. 1. & dicit Hieron. Principibus, & Poteſtatis bus fidem reuerentiam seruari oportet, & quam qui non exhibuerit, ad Deum premia habere nō poterit; 22. que. 5. c. Reg. e sicut apud Card. facit quod not. in l. fin. C. de exad. mabut. lib. 10. & dicit Apost. ad Tit. 4. Admone illos Principibus & potestatis bus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. & id Romar. 12. Omnis creatura Poteſtatis bus sublimioribus subdita sit, qui autem resistit Poteſtati, Dei ordinationi resistit. Facit quod habetur vbi dicit textus: *O viri num precellunt homines, qui terram & mare obtiner, & omnia quæ in eis sunt: Rex autem super omnia precellit, & dominatur eorum, & omne quodcumque dixerit illis, faciunt.* Et sequitur: *Et omnis plebs & virtutes eum audiant.* Imo etiam sacerdotes primi & secundi ordinis eidem obediunt, cum eis præcipere potest Princeps, ut habetur 4. Reg. 23. lib.; *Ei præcepit Rex Etchie Ponifici & sacerdotibus secundi ordinis.* Imo Principes sacerdotes constituebant iure divino, prout habetur Exod. 28. de Moysi Hebræorum Duce, qui constituit Aaron fratrem suum sacerdotem: & de Iuda Macchab. Duce, qui elegit sacerdotes, qui purgarent sanctas, i. Machab. 4. Immo prælatus electus & confirmatus nō potest administrare, donec perlectis. 63. dist. & in c. Abbates. 18. quas. 2. & per Compostel. in c. quod sicut. de elect. colim. antepen. vers. Principi presentari. prout recitat Henticus in r. nobis. de iure pauper. Et ita obſeruatur in Francia in Hispania, ut dicit Io. Lupus in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor. in princ. in tertia praesidentia. Princeps tamen debet honorare Episcopum, dixi supra in 4. part. in 28. consider. ne.

Papa, nec Rex; Imo quod plus est (vt communiter seget) non est nobilis origine, ex quo debet contenter honore sibi debito, non assumere honorem debitum regibus secularibus, Imperatori, aut Papæ.

Et ut dicit idem de Platea, tantus honor debetur Papæ, quod in pede osculatur, ut dicit gl. in l. 1. C. de domest. lib. 12. & ibi dicit, quod etiam Imperator osculatur in pede, sicut Papa.

Imo etiam, quod plus est, quilibet non admittitur ad salutandum Principem, ut dicit gloss. in l. 1. C. de veteranis. & Ioan. de Plat. in d. l. 1. Cod. de silen. & in l. 1. Cod. de domest. & prore. lib. 12.

Et coram eo est cundum, & illi est obuiam eundum, cum barba tonsa & veste pulcherrima, prout habetur 2. Regum 9. cap. Illique est honor deferendus in introitu ciuitatis, in salutatione, quæ non debet fieri sine munere, ad instar Regis Parthorum, qui salutari non poterat sine munere, ut refert Petr. Candidus in proam. Appiani Alexandr. in principio de bellis.

Imo etiam reverentia debetur Princepi, per quoslibet viros Ecclesiast. ut dicit text. in c. Reg. 23. quas. 5. & c. si apud. pro quo 1. Pet. 2. vbi dicitur, Regem honorificare.

**T**rigesimaquinta consideratio. Princepi obtemperandum est, cum generale sit pactum societatis humanae obtemperare Principibus, quæ contra mortales. 8. dist. in sua sum. 14. dist. in l. c. quod culparitur. 23. questio. 1. & dicit Hieron. Principibus, & Poteſtatis bus fidem reuerentiam seruari oportet, & quam qui non exhibuerit, ad Deum premia habere nō poterit; 22. que. 5. c. Reg. e sicut apud Card. facit quod not. in l. fin. C. de exad. mabut. lib. 10. & dicit Apost. ad Tit. 4. Admone illos Principibus & potestatis bus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. & id Romar. 12. Omnis creatura Poteſtatis bus sublimioribus subdita sit, qui autem resistit Poteſtati, Dei ordinationi resistit. Facit quod habetur vbi dicit textus: *O viri num precellunt homines, qui terram & mare obtiner, & omnia quæ in eis sunt: Rex autem super omnia precellit, & dominatur eorum, & omne quodcumque dixerit illis, faciunt.* Et sequitur: *Et omnis plebs & virtutes eum audiant.* Imo etiam sacerdotes primi & secundi ordinis eidem obediunt, cum eis præcipere potest Princeps, ut habetur 4. Reg. 23. lib.; *Ei præcepit Rex Etchie Ponifici & sacerdotibus secundi ordinis.* Imo Principes sacerdotes constituebant iure divino, prout habetur Exod. 28. de Moysi Hebræorum Duce, qui constituit Aaron fratrem suum sacerdotem: & de Iuda Macchab. Duce, qui elegit sacerdotes, qui purgarent sanctas, i. Machab. 4. Immo prælatus electus & confirmatus nō potest administrare, donec perlectis. 63. dist. & in c. Abbates. 18. quas. 2. & per Compostel. in c. quod sicut. de elect. colim. antepen. vers. Principi presentari. prout recitat Henticus in r. nobis. de iure pauper. Et ita obſeruatur in Francia in Hispania, ut dicit Io. Lupus in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor. in princ. in tertia praesidentia. Princeps tamen debet honorare Episcopum, dixi supra in 4. part. in 28. consider. ne.

**T**rigesimaquinta consideratio. Pro Rege etiam obtemperandum est, exemplo Biruch. 1. cap. qui dicit esse orandum pro rege Nabachodonosor, & Balthasar eius filio: & maxime pro rege Franciæ. Cum etiam ostantes pro eo lucentur centum & decem dies indulgentiarum, dixi ante. Imo in tantum est honorandus Princeps, quod pro conservatione sui honoris toleratur iniurias: & præferendus est honor Princepis commido publico, ut dicit Lucas de Penna, in l. fin.

*l. fin. in 8. & 9. col. C. de loc. præd. ciuii. lib. 11. & in d. l. in 6. col. ponit quædam de potestate eius mirabili ex quo multum honorandus est.*

*Quæ autem sunt iura Regis, & cuiuslibet alterius supremi Principis esset hic inserendum, ut magis cognosceretur præminentia illorum, sed videri potest in iuriis, qui sunt regalibus, & feudis. & per Jacob. de sancto Georgio in tractat. feudorum. verb. Princeps. & de quibus plene ante in 24. consideratione.*

*Quid autem dicimus de iuribus Regis; de quibus habetur, 1. Reg. 8. cap. cum dixerit Deus per vocem Samuelis populo Iura Regis, qui imperaturus est in eis, quod erit tale: Filios vestros tolleret, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursorum quadrigarum suarum: & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & milites segetum, & fabros armorum & currum suorum: Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focatias, & panificas. Agros quoque vestros & vineas & olineta optima tolleret, & dabit seruis suis, sed & segetes vestras & vinearum redditus addecentem.*

*Notandum est aliud verbum, addecimabit, quod est ibi duplicitate positum: quoniam ex hoc videtur, quod Rex habeat ius decimandi, & sic, quod etiam non videntur peccare Nobiles Francie, qui dicunt se habere decimas in feudatas à Rege: cum si Rex habeat potestate in addecimandi; ergo etiam illas dare in fendum.*

*Dicimus soli, quod talia ibi specificata non sunt iura Regis ex diuina institutione introducta, sed magis per Prophetam pronunciata ex eorum tyrannica usurpatione. Qui postquam Reges sunt, ius iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes, subditos opprimentes, & sine causa deprædantes, secundum Andream de Isen. in proœm. f. 1. in titul. de Capit. qui curiam vend. in usibus feudorum.*

*Et ne transcendam materiam nostram, relinquimus deprædationes & exactiones Principum, forte alibi dicam: sed etiam ibi dicit, quod talia possint esse iura Regis ex diuina institutione, quando Rex est in extrema necessitate positus, quod etiam non solum illa, sed maiora faceret, & maiores actiones. Et solum in præsentiarum sufficit mihi, quod G. Benedict. doct. Gallus, illa præuidit, & multum bene descripsit in sua solenni repet. cap. Reginatus, de testam. in ver. condidit. le premier. incipiendo in medio illius usque ad finem amplissime: ad quem semper de his est recurrentum.*

*Et etiam est aduertendum ad illum textum, ibi hoc verbo: Ius regis cuius imperaturus est in eis. Quod quilibet Rex potest dici Imperator per illum textum, qui hoc verbo vultur in R. ge.*

*Et ut semel finiam, à Principe, tanquam à capite in omnes inferiores honorum & Potestatum munera diffunduntur. 19. distinfl. c. ita dominis. c. fundamenta. §. 1. de elect. in tantum, quod lex animata in terris dicitur. text. est in Authent. de consuli. in fin. & in Auth. quib. mod. natur. effig. legit. §. igitur licentia. gloss. in leg. & quia. ff. de iurisdict. omn. iud. Dixi in consuetudi. ub. nostris ducatus Burgun. in tit. des. iustices. §. 5. in gloss. S'il n'a grace, in princip. ibi: hic est ergo: & supra in princip. 52. consider. Et quicquid statuit aut sententiam dando decrevit, pro lege seruat. §. sed & quod Princeps. Instaur. de ure natur. q. n. & eis. Ipse enim sicut est solus legibus solutus, solus legem concedere potest. Princeps. ff. de legione. Et pro dispensatione habetur, quod probatur Princeps voluisse, c. cum nostris,*

*de concess. præben. maxime, vbi ei exponitur defectus quem videt ex expositione, l. quidam consulebat. & ibi Alexand. & alijs, de re iud. l. Vip. ff. de excus. tui. Et sanctio Principis nihil habet imperfectum, l. fina. C. de his quibus ut in digni. Nemo enim potest ei dicere, Cur ita facis? Bald. in proœm. feud. m. 12. column. Et isto dicto sibi adocati in palatiis vtuntur: quod dictum est Spec. in tit. de ligato. §. vnde ostendendum. vers. 89. per tex. in cap. quanvis de pœni. distinfl. 3. ibi: quis tamen audet dicere Dececur hunc parvus? & gloss. ibi, in verb. Deo. Dicit idem in Papa, & ideo idem dicendum in quolibet Principe supremo, cum sit Deus in terris Bald. in Ath. hoc amplius. vers. quaro. an filii Regis. C. de fideicommiss. & dicit Bald. in e. Ecclesia saecula Marie. in princip. c. 1. ut lite videntur. Quod cum Princeps sit causa causarum, non est de eius potestate inquirendum, cum prima causa nulla sit causa. Cum id, quod primum est ante se aliud habere non potest. Hæc & plura alia vide quæ dicit domini. meus Jason in bre.cripta. in 1. column. C. de precib. Imper. offcr. & in leg. 1. ff. de consti. Princeps. vbi ponit quædam, quæ solus potest Princeps, ita quod Principis verbis euileque narrationi, super iebus per se, vel in sua præsentia gestis creditur. Etiam si solus testificetur, per cap. cum à nobis de iei. lib. & quod in his quoque, quæ ante principatum se præsente gesta sint, locum habet gloss. singularis in cap. 1. in verbo statut. de renunciatio. lib. 6. gloss. in cap. Apostolice in verbo: promisissent. de re iudic. libr. 6. Dicit enim Andre. de Isen. in cap. fin. in titul. quo temp. miles. in usio. feudor. quod late examinat ibi Præpos. quod Princeps in re propria testificari non potest. Nulla etiam iuris solennitate Princeps astringitur. l. apud eum. in fin. ff. de manumiss. Imo sola prætentia Principis solemitates iuris supplet, actumque, qui defectu solennium nullus est, instaurat & reponit. leg. adopt. ff. de adopt. l. 2 ff. de rebus corum. gloss. post text. in Au. hent. ut non fiat p. g. orat. collat. 5. facit l. sanctum. §. exceptis cum Auth. ibi posita. C. de donat. Bald. in l. omnium. C. de testam. Ad hæc Princeps iudiciorum ordinem obliterare non tenetur. Sola enim veritatis investigatio coram eo fit, qua cognita diffinit etiam si judicialis ordo vel sit peruersus vel prorsus omnibus causa rāmen cognitione exigitur. Ita Bald. in l. fin. Cod. de legibus. Idem in cap. 1. §. fin. de noua forma fidelit. ad finem. in usib. feudor. & est text. in cap. ad petitionem. ii. si. de acc. sat. Et ideo illud, quod dicit Paulus de Castr. in l. si testam. C. de testam. quod Princeps sine causa cognitione concedere possit, non est intelligendum in his, quibus litis diffinitio exspectatur. Princeps etiam crimen non solum indulget, sed etiam abolet. Andr. de Isen. in titul. que sit prima causa §. graterea. in usio. fendo. Remittit infamiam, & ad honores pristinos omnino restituit. l. 1. §. deinde. le second. ff. de postul. l. fin. Cod. de sent. passis. Remant tamen cicatrix. arg. c. ventum. 1. 7. t. c. illud. 50. distin. arg. l. omnes indices. Cod. de decur. lib. 10. Largiendo magistratum, dignitatem, donando. Imo & tolerando in honoribus incapacitatis maculam abstergit, removet impedimentum. l. imperiales. §. nam omni macula. C. de nupt. Barbarici. ff. de effig. grator. d. Quidam consulebant. ff. de re iud. Imo etiam princeps pœnam meritam sola voluntate remittit. l. 1. C. de desert. lib. 12. de innocentia etiam damnati sine appellatione cognoscit. l. 1. in fin. ff. de quæst. Alia Princepi reseruata ponuntur per Bald. in dict. leg. rescripta. & in leg. 1. Cod. de ure aureor. annul. & de multis casibus & speciabilibus Princepi competentibus dixi supra ista part. 24. confid. vbi iam quædam ex antedictis posuit;*

**T**rigesimasexta consideratio erit. Et licet subiectum Principi Deus leges, an etiam non obligetur ex contractu, ita quod Deus etiam eidem subiecetur contractuum vincula, qui iurisgenerium sunt, in naturalique ratione consistunt: & quod est communis omnium Iurisperitorum doctrina, in l. *Princ. ceps. ff. de de legib. Cyn. Bald. & Doct. in l. digna vox. C. de legib. & in l. 1. de prob. vbi Doct. Carenici, qui ita communiter tenent. D. meus Ias. in l. si iunctates. in 3. colum. ff. si cert. pe- sat. & in l. 1. ff. de pali. Alexan. in consl. 101. in 2. colum. in 1. volum. & id. in l. 1. ff. de conslit. Princ. & in l. si testam- mentum. C. de testam. Felin. in cap. qua in Ecclesiastarum. in 21. co. um. conslit. Barb. in consl. 1. in 4. col. in 1. volum. in 43. tamen colum. dicit calum esse, vbi potest refili- re a contractu: & etiam alium ponit Jacobinus de sancto Georgio in suo tract. feud. in prin. videlicet, quod possit reuocare feudum invito vasallo, alleg. Bald. qui hoc non dicit, nec etiam hoc placet Vdalrico Zalio in repet. l. 2. §. eodem tempore. in gloss. ratum eff. ff. de orig. sur. vbi plura ex predictis dicit, & ibi dicit, quod licet absolute potestate legibus non ligatur, ea tamen potestate abutu non debet. dixi alibi.*

**T**rigesimalēptima consideratio. Videtur, quod Rex Hispaniae sit omnibus aliis Regibus praefendus, cum plura habeat regna sub se, & plures corona: quoniam Rex est Aragonum, Castellæ, Legionis, Rex Granatæ, Rex Maioricarum, Rex Cordubæ, & etiam Catholicus dicitur, Rex Gallicæ, Rex Andalosia: Et sic dicitur habere septem aut octo Regna, & sic septem coronas: ex quo videtur, quod ratione multiplicationis coronarum debeat cæteris Regibus praferri: Sicut videmus, quod ille, qui Marchio & Comes, praefertur Marchionis: cum duo vincula sint fortiora uno. Bald. in l. sed multes, in princ. ff. de excusati- tor. ut etiam in simili dicitur de doctore in utroque iure, qui praecedit doctorem in uno tantum: secundum Bald. in dicto loco: & dicam infra in 10. part. & faciant que supra dixi in hac parte, in 27. consider. in fin. u. cap. Imperator inter omnes Principes. vbi dixi, quod magis honorandus est Imperator, cum tres corona: habeat, quam alii Reges, qui de per se non ha- bent nisi unam. & in 19. consideration. cuius initium est. doc. 1. Bald.

Et etiam qui pluribus praest dicitur maior, ut dixi supra in 1. 2. & 17. 4. 7. & 11. 51. consider. ver. 8. vbi alleget gloss. *Auct. c. 1. 1. 12. vide supra in 2. part. in 4. considerat.* Ex quo cum nobiliss. domina Claudia de Francia, regina Franciæ, sit filia Regis Ludouici XII. & nunc vxor Christianissimi Regis Francisci priuini, debet præcedere dominam Loysiam de Sabaudia matrem prædicti Francisci. primi, cum tantum ex quacunque parte non sit dicta Loysia nisi Ducissa, & ita vidi obseruati hoc anno Domini 1521. in hac ciuitate Heduensi. quoniam semper regina præcedebat matrem, & ponebatur in digniori & altiori loco; & eam sequebatur mater, licet sit maximæ autoritatis apud filium, & maioris autoritatis, quam legatur fuisse quandoque aliqua mater apud filium: Imo etiam excedit autoritatem Veturizæ apud Coriolanum eius filium, de qua infra in seq. confid.

**T**rigesimalēcta consideratio, erit de Rege Angliae: & etiam; quia est etiam Monarcha in suo regno, & ab eius sententia non appellatur; quia præfensus est mitorum Prelatorum sui Regni, ut ff. de offic. prætor. l. 1. proni Bald. in c. cum ven. ff. in 2. colum. extra, de eo qui mutitur in poss. ff. causa rei sernar. Refert & sequitur Felin. in cap. causam, que in 20. colum. fin. extra, de rescript. & per Ioan. Lupi in r. pet. rub. de dor. inter vir. & uxor. qui licet videretur præferendum Regi Hispaniae; quia vngitur, ut supra dictum est; tamen Rex Hispaniae præfertur, ut ante dictum est. De aliis vero Regibus Christianis dic eos esse colloquendos secundum numerum positum in Martiniana: de quo fit mentio per Alber. Rosat. in rub. de statu homin. & dixi supra in plurit. lucis. Et de excellentia plurium regnum vide infra in 12. par. in confid. 56.

**T**rigesimalēnona consideratio. Quoniam mulieres radiis mitorum coruscantur & honorantur. l.

*semine. ff. de senator. in Auth. de consulibus. §. h. ce ita- que, collat. 4. facit l. fin. in princ. C. de incolis. lib. 10.*

Ideo Regina Franciæ, tanquam excellens inter omnes tanquam dilecta illi, qui pascitur inter lilia, cæteros quoquaque huius Regni post Regem præcedere debet, cum etiam ultra quoquaque ratione dignitatis coronam portet, quia nemo alius in regno, præter regem, portare aut deferre potest: immo Regina appellatur. e. dilecti. de arbitris. & in subscriptiōne. cap. cum deuotissimum. 12. quest. 2. Et eadem priuilegia, quæ habet Imperator, habet & Augusta: vt est text. in l. cu- bicularios. C. de prepos. sacri cubi. lib. 12. vbi Lucas de Penna.

Et licet vxor sedere debeat à sinistris, ut habetur *Psalms. 127.* Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Regina in hoc priuilegiatur; quia sedere debet a dextris, ut habetur *Psalms. 44.* Astigit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, &c. Et dicit text. in l. bene a Zionone. C. de quadriuen. prescripti. quod Augusta vtitur eadem prærogativa, qua vtitur Imperator. facit l. j. scia. in fin. cum l. seq. ff. de ure fisci. & plene per Luc. de Penn. in l. 3. Cod. de prepos. acri cubi. lib. 12. vbi dicit, quod etiam ministri Augustæ eodem, quo & ministri Principis priuilegio gaudent. Augusta tamen non gaudet omnibus priuilegiis imperialibus, sed his, quæ nullum præiudicium parant, aut modicum, & tribuitur ei etiam priuilegium in non præstandis vestigibus. l. henr. 10. §. j. scia. ff. de publice. & tribuantur ei priuilegia, quæ conueniunt mulieri, sed non omnia. Vnde non potest condere legem, & similia, quæ tributa sunt Principi solum inspecta eius dignitate. Et faciunt prædicta ad quæstionem, de qua ibi per Lucam, an si regina lædatur, possit in integrum restitui, ut Princeps. Faciunt etiam ad prædicta, quod gratiæ, quæ dantur per reginam in regno in quolibet suo inveniendo aduentu sunt validæ: cum habeat eadem priuilegia, quæ & rex: quod ius habet ex consuetudine in Francia, de qua dixi in consuet. nostris duca. Burgund. titul. Des inf. es. §. 5. in gloss. du Prince.

Aduerte, quod si regina sit filia Ducis aut Comitis, tamen dicitur regina propter dignitatem matris, & si sit filia Regis maioris præminentiae, retinet illam dignitatem, quare habet à patre. Jacob, Rebusi & alij in l. 1. C. de dign. l. 1. 12. vide supra in 2. part. in 4. considerat. Ex quo cum nobiliss. domina Claudia de Francia, regina Franciæ, sit filia Regis Ludouici XII. & nunc vxor Christianissimi Regis Francisci priuini, debet præcedere dominam Loysiam de Sabaudia matrem prædicti Francisci. primi, cum tantum ex quacunque parte non sit dicta Loysia nisi Ducissa, & ita vidi obseruati hoc anno Domini 1521. in hac ciuitate Heduensi. quoniam semper regina præcedebat matrem, & ponebatur in digniori & altiori loco; & eam sequebatur mater, licet sit maximæ autoritatis apud filium, & maioris autoritatis, quam legatur fuisse quandoque aliqua mater apud filium: Imo etiam excedit autoritatem Veturizæ apud Coriolanum eius filium, de qua infra in seq. confid.

**Q**uadraginta consideratio, Mater regis videtur esse cunctis aliis preferenda: cum habetur 3. Reg. 2. cap. positus est thronus matris iuxta thronum regis. prout allegat. Ant. Flor. in part. sua summa, in tit. 15. cap. 20. vbi ponuntur gratiæ priuilegiorum beatæ Mariae §. 15. & dicit rex. in dicto loco, quod rex Salomo fuit in occursum matris suæ venientis ad eum adorauitque eam, & fecit ponit thronum ad dextram suam:

quam: quod credo verum, si regina non adesset, quia si esset præsens, sed eret ad dextram, ut ante dictum est in precedens consideratione. & ita videmus obser-  
gari.

Imo etiam est textus in c. 4. Esdr. e 3. quod concubina regis sedebat ad dextram suam: sed ille textus non est ibi nisi ad denotandum fortitudinem facti mulierum, & non locum eidem debitum, nisi dicatur, quod illo tempore concubinatus erat permittus: non aliter insisto.

Et dicit Spec. in tit. de teste. §. 3. vers. illud quoniam que-  
quod licet matris non sit eadem potest us, quæ est pa-  
tris, tamen eadem esse debet reverentia, honor & pie-  
tas. Et ideo habetur Ex. d. 20. & Deut. 3. Honora pa-  
trrem & matrem, si vis longæus es super terram. Fi-  
lij tamen debent esse subditi matris, sicut habetur ex-  
emplum de Christo, Lyc. 2. Et erat subditus illis. Habe-  
mus & tertio exemplum de Coriolano, qui tantum  
honorauit matrem, quod Romanos & patriam libe-  
rauit precibus matris: de qua per Valerium in lib. 5. in  
rub. de pictore erga parentes. Et de his tribus exemplis  
vide Bergo de Baltis in 2. 7. ir. sui Rosar. in form. 20. in  
1. part. littera M. & vide Prost. vbi dicitur: Et ne di-  
mittas legem matris tuæ, ut addatne gratia capitii tuo,  
& torque colli tuo.

Cleobis & Byton fratres multum matrem hono-  
raverunt, etiam in morte, qui ut sacerdos eam inse-  
quens ad sacrificium curru veheretur, colla dedere iu-  
go loco equorum, ut Argias equo ascenderet. refert  
Cicero libr. Tuscul. quæst. Claudio etiam sic in-  
quit:

*Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres.*

*Quis sua materno collo dedere ergo.*

Videmus tamen in multis, quod non est bonum, semper credere matri: Et ideo, ut refert Guagrin. libr.  
sua 10. vbi loquitur de Rege Ludou. XI. in suo testa-  
mento ordinavit Carolo VIII. eius filio, ne matre in æ-  
cederet: non aliter insisto, dicam infra.

Et etiam habetur de Heliogabalo, cuius mater tan-  
ta venerazione fuit, quod vix credi posset: prout habe-  
tur per Phil. Berg. lib. 8. in verb. Marcus Aurelius, &  
in verb. Semiramis.

**Q**uadraginta prima consideratio. Post Regem &  
Reginam in regno præfertur primogenitus eius  
filius, qui habet dignitatem ratione primogeniturae,  
ex quo sedet à dextris, secundum glo. in cap. quoniam sui.  
7. quæst. 1. & in l. decernimus. Cod. de sacro san. Ecc. c. vbi  
Bald. dicit, quod primogenitus Regis sedet à dextris  
Regis. Et quis sedet ad dextram manum superioris, di-  
citur magis honorari sedente ad sinistram: ut ante di-  
xi in 1. part. in 11. consil. Et in Regno Franciæ dici-  
tur Delphinus: eo, quia Delphinatum habet pro suo  
statu, etiam viuente Rege: Imo etiam viuente Rege  
potest dici Rex per text. & ibi gloss. in cap. fin. 24.  
quæst. 1. & habetur de pace Co. Stannæ in proemio. Fin  
c. Adrianus. 63. distinc. & Bald. in l. in suis. ff. de lib. &  
posthum. per Luc. de Penn. in rub. de auro coronario. in  
rubric. de comitibus confiso. lib. 12. Cardinal. Alexand.  
in capit. 1. quis dicitur Dux. Marchio, &c. in vsib. feu-  
dor. Iacobius de Sanct. Georg. in tratt. suis feudorum,  
in verbo Comites. & per Oldr. cons. 94. incip. eleganter  
circum negotium. Cum etiam, ut habetur 4. Reg. 15. cap.  
Azaria Rege impedito, Ioathan eius filius quamdiu  
pater eius vixerit, Regnum gubernabit, licet minor  
esset: cum postea mortuo patre Rex effectus esset so-  
lum 25. annorum. Et hoc satis patet ex hoc, quod Christus  
in 12. annorum existens, dicit Lyc. 2. capit. in fin. Ne-

scitis quia in his, quæ patris mei sunt oportet me  
esse?

Et quod dignitas, tenet gloss. in c. quoniam periculu-  
sum 7. quæst. 1. & prima dignitas post paternam, ita  
quod filius regis primogenitus habet primam digni-  
tatem, licet primogeniturae post patrem Regem, se-  
cundū Bald. in l. ex hac iure. vers. sexto queritur. ff. de in-  
stit. & iur. Et ad dextram Regis sedere debet, secun-  
dum Bald. in l. decernimus. Cod. de sacro san. Ecc. pro quo  
est textus de Christo filio Dei in Symbolo, quis sedet  
ad dextram patris, & etiam habetur Genes. 25. c. & Ge-  
n. s. 21. noratur per Lucam de Pen. in l. iurones. C. de ty-  
ranib. libr. 12. & P. alii. 10. vbi dicit dominus, scilicet, Deus pater, domino meo, scilicet Christo eius filio:  
sedet à dextris meis tanquam primogenitus. Matt. 1. c.  
in fin. vbi Iesus Christus vocatur primogenitus, eo,  
quia primogenitus sanctificatus fuit, ut habetur Exo.  
13. Sanctifica mihi omnem primogenitum, quod aper-  
tuit vulnam in filiis Israhel. & Lyc. 2. habetur, quod om-  
inne masculinum adapertens valuum, sanctum domi-  
no vocabitur.

Et istud etiam certum est in Regno Franciæ apud  
nos, quod primogenitus filius in Regno præfertur  
quibuscumque suis fratribus, & omnibus aliis Prin-  
cipibus Regni: & hodie in Francia habet dignitatem  
annexam cum primogenitura: quæ dicitur Delphini-  
tus. Et Delphinus vocatur, & ex communis uolu loquē-  
di in Francia, vocatur dominus sine cauda, seu sine  
adiunctione. Secus autem de fratre regis primogeni-  
to quo ad alios, secundo tamen genito quo ad regem,  
ut iusta dicam.

Et licet hic caderet materia ad materiam primoge-  
niturae examinandam: quia tamen iam satis est ex-  
aminata per Martinū de Cæziliis, quam per plurimos  
alios, maxime per quendam nouitium le Cyrier, qui  
plures alios cumulauit nihil de suo addendo: sed so-  
lum dicti aliorum in uno cumulando, se plu nis alieni  
vestiendo, prout ipse de aliis dicit, ex quo de aliis  
silere debebat, cum hoc morbo labore, ut videri po-  
test per expertos in arte: & turpe est doctori, cum  
culpa tedarguit ipsum. Et cum de aliis iudicat, in se-  
fert sententiam. Vide Laet. lib. 1. Antequam mores  
aliorum corrigas, tuos corrige.

**Q**uadraginta secunda consideratio erit, An sicut  
primogenitus præfertur, ita etiam filius primo-  
geniti præferatur secundogenito? & sic sumus in casu  
in Gallia, in quo nepos præcedit auunculum, quæ est  
quæstio magna, & ardua: quæ alias fuit decisæ iudi-  
cio gladiatori, & alias aliter fuit obseruatum in  
Francia.

Et quoniam materia se offert, reperio in hoc dubio  
tres fuisse opiniones.

Prima fuit opinio Ioan. Andr. in additio. ad Specul.  
super rubr. de feudo, en. 5. & Oldr. in cons. suo 223. in cip.  
sunt allegationes. vbi ponuntur eadem fundamen-  
ta, quæ ponuntur per Ioann. Andr. Et sic credo, quod  
prima opinio fuerit Oldradi, cum additiones Ioannis  
Andreae ad Speculum sint de verbo ad verbum in  
suis locis in cons. Oldradi. Et in hac opinionem in-  
clinat Bald. in l. b. 7.1. versi. sed hic queritur, si si in  
C. de oper. liberti. vbi dicit ita fuisse determinatum illi-  
bus diebus in regno Angliae. Idem tenet Cynus in l. im-  
p. rat. C. de nuptia. idem tenet Petr. de Anchastan.  
Card. Zabar. & Panor. in cap. licet de voto. Idem tenet  
Bald. in l. cum in antiquoribus. C. de iure delib. motus  
decem rationibus. Et vbi dicit hanc opin. inualuisse  
in maximis Regnis Francorum, & Angliae. idem  
Bald. in l. ex hoc iure. in 6. quæst. ff. de insl. & iure. vbi

etiam narrat, ita fuisse obseruatum in Regno Anglia, in quo propter nepotem ex primogenito fuit exclusus secundogenitus Princeps de Galles : subiungens ibidem, ita saepe iudicatum fuisse per inclytum Regem Francorum. Idem Bald. in l. si viva, Cod. de bonis m. ir. Paul. de Castr. in l. maximum vitium. Cod. de lib. pr. terit. & in l. is potest. ff. de acquirend. hered. Alber. de Rotate in proem. Digestorum. idem Paul. de Castr. in consil. 161. incip. in praesenti causa. Idem tenet Panor, in consil. suo 85 incip. in praesenti quest. in 1. par. & in consil. 3. in 1. part. Idem tenet Francisc. Aretin. in consil. suo 164. in cap. diligenter, & maturè discussus in decisione secundi dubij. idem tenet Barb. consil. 11. incip. septenter scribitur, in 13. colum. in 2. volum. idem tenet Nicolaus de Vbaldis in tractat. de success. ab intest. 25. colum. Ita etiam tenent Iacob. & Aluarotus, & Praepositus Mediol. in cap. 1. in fin. de feudo Marchie. in usibus feudorum. Idem tenet Petr. de Ancharan. consil. 78. in cap. dicta facili narratio. & in consil. 82. Felin. in 2. prudentiam. de offic. deleg. & in cap. auditu. in 6. colum. extra de prescriptio. idem tenet Ioan. Fabr. in 9. cum filius. versc. sed quid dices. Institut. de hered. quo ab intest. decisi. Capelle Tholosana 433 Ioan. de Anania in consil. 89. Romanus consil. 29. Socinus in consil. suo 252. in 14. colum. ver. ad septimam. in 2. volumen. Et tenet pro hac parte Iacobinus de sancto Georgio in tract. suo feudor. in princ. in verb. quid si Rex. colum. 2. ver. sed pone, &c. versc. Sed pone decebat Rex, &c. vt dicit dominus meus Iesu. in leg. maximum vitium. C. de liber. præterit. Quod Otto Imperator, supra Rhenum apud Treverim existens cum Baronibus, dum haec questione de facto accidisset inter patruum, & nepotem, voluit ea decidi iudicio gladiatorio, in quo nepos vicit: Quod cum existinaretur iudicio Dei processus, ordinatum fuit, vt abinde in antea nepos præferreretur. Prædictam etiam opinionem videtur Nicolaus Boetij in commentariis consuetudinum septena Biturirens. in tit. de testamen. s. 2. Hanc etiam opinionem videtur tenere domina. Ioan. de Montel. concius, & contemporaneus noster in suo Promptuario iuris, in verbo, primogenit. u. vbi dicit hanc opinionem pro nepote esse equiorem, & melioribus rationibus comprobata. Hanc easdem tenet Luc. de Pen. in l. 3. C. de tyro. lib. 12. & in l. 1. C. de priuileg. eorum qui in sacro palatio miluan. lib. 12. Io. Bertachin. in suo repertorio, in verbis, ne pos. vers. ne pos. Regis. Et Miles in suo repertorio, in verbis similis. ver. 1. l. 1. prim. g. m. 1. Hanc etiam opinionem seruat Lycurgus Lacedæmoniorum princeps ac Legislator æquissimus contra seipsum, qui secundogenitus erat: qui pro suo nepote ex fratre primogenito practicauit decidendo, vt refert Philip. Bergom. in suo supplemto Chrome. lib. 4.

Et haec questio fuit etiam nostris temporibus de Comitatu Niueensi inter vxorem dominam de Oruallo, filiam secundogenitam Comitis Niueensis, & filios primogenitæ dicti Comitis, & vxoris domini Gilberti de Cleves, quæ longo tempore durauit: Fuit tamen in curia parlamenti Parisiens. terminata pro nepotibus, vt refert Boeti. in loco supra allegato.

Secunda opinio fuit pro patruo contra nepotem, quam tenent Cyn. & Richardus Malumb. in l. si viva matre, per illum text. C. de Bonis mat. & Bald. more solito sibi contrarius in l. si tutela. 9. si duo. ff. de legit. tut. & Bartol. in authen. post fratres. & ibi Alexand. in additio. C. de legit. hered. And. de Isern. in c. 1. §. præterea. in 2. colum. de prohib. feudi alienat. per Federic. in cap. 1. de success. feud. & in capit. 1. de eo qui sibi & heredib. suu. Imo & Gemina. in cap. grandi. de supplen. negligen. pralato. Cumanus in l. cuni ita. 9. fin. ff. de legat. 2. Franciscus de Aretio in

consilio 103. incip. diligenter, & maturè discussus. Archidiaconus in cap. fin. 24. quest. 1. Salic. in l. si viva matre. M. Lauden. in tractat. de primogenitura. Alexand. in consil. 129. in 5. volumen. & idem Alexand. consil. 125. in 1. volumen. & idem Alexand. in consil. 4. n 4. volum. in cap. ponderatis verbis test. menit. vbi dicit, quod semper secutus est hanc opinionem. tanquam melioribus rationibus probatam, & communem. Et pro ea iudicauit Ecclesia, vt in clem. pastoralis. de re iud. licet Bald. in l. liberti. C. de operis lib. dicar, quod Papa fuit in hoc partialis. Vnde refert, quod licet tunc fuerit pro rege Roberto iudicatum, tamen ipse Rex Robertus cum similibus causa fuissest sibi commissa in ciuitate Auinionem. iudicauit pro nepote coacta patruum, vt etiam refert Paul. & Dom. meus Iesu. in l. 1. maximum vitium. Hanc etiam opin. pro patruo tenuit Oldrad. sibi contrarius contra motum suum, in consil. 99. in cap. circa negotium. Ioan. Fabr. in 9. ceterum. In l. si de l. gen. agn. success. Luc. de Penna in l. neptores. col. 1. cum seq. C. qui numero lib. 8. plenius in l. 1. C. de primogen. eorum qui in sacro p. lati militant. & in l. 1. C. de tyronibus. lib. 12. & in l. si quis. col. 1. ver. 1. faciat. C. de profess. & in d. cis. l. 10. Ita etiam consuluit Petrus de Ancharan. pro hac part. in consil. 68. Ant. de Bat. in consil. 47.

Fuit etiam iudicatum pro patruo contra nepotem in regno Castellæ, cum de ipso esset questione inter secundogenitum, & nepotem ex primogenito. In Regno etiam Francie: Et imperio post Carolum Magnum succedit Ludovicus secundogenitus excluso Bertrando filio Pipini primogeniti: vt refert Guagninus l. 4. c. 2. & habetur in mari historiarum. Sed non mitum: quoniam etiam videamus, quandoque in regno secundogenitum expublis primogenitum, vt refert Guagui. l. 2. in rum. chronic. de Gondoaldo secundogenito Francie, qui Gotranum eius fratrem primogenitum expulit.

Tertia fuit opinio Bald. in l. vi in test. ut. Cod. de suis leg. hered. Quæ videtur esse concordatia duarum præcedentium, qui sic distinguit: Quod aut patruus & sic filius secundogenitus est natus ante nepotem, id est, ante filium primogeniti, & succedit tunc filius secundogenitus, non autem nepos primogenito filio: Aut nepos ex filio primogenito nascitur ante filium secundogenitum patruum suum, quod esse potest quandoque: & tunc si consuetudo est per haec verba, & filius primogenitus succedit, præfertur patruus, & sic filius secundogenitus. At verba consuetudinis non dicunt, quod filius primogenitus, sed dicunt simpliciter, quod primogenitus succedit, & præfertur nepos ex filio primogenito pre mortuo non iure aliquius transmissionis: Quia filius, qui decessit vino patre suo, nihil transmittere potuit ad filium suum, cum quasi cedua non transmittantur, nec incerta. l. unica. §. pro 2. & §. si autem sub conditione. Cod. de caduc. tollend. Si autem non appareat de verbis: tunc natura plus inflabit in filio, quam in nepote, & ita seruatum in rege Roberto secundum Bald. in loco supra altero, qui dicit haec suam distinctionem consuetudinis: Et secundum hanc refert Alexand. in consil. 4. in 4. volumen, semper se consoluisse. Quid in hoc sit dicendum: vide Benedicti in suarepet. cap. Raynul. in verbis. in eodem testamento relinquent. a numer. 188. vsque ad numerum 199. de testib. vbi ponit prædictas tres opiniones.

De iure primogenitura, & quæ priuilegia competent primogenito me remitto ad Martinum de Cazariis dictum Laudensem, in tract. suo de primogenitura, quem

quem postea quidam nouitius le Citer, assumpsit in  
tratt. suo de primogenitura. quem allegauit in fin. pre-  
cedent. considerat. & etiam vide Ioan. de Terra rubea  
in tract. de vites Ecclesiæ, in t. tratt. art. 2. & 4. vbi  
ample.

**Q**uod sedendi quo ad Nobiles & Principes iuxta  
Regem attendi debeat, ut dicit Bald. in c. 1. §. Marchio.  
in ist. le his quis feud. dare possit in visib. feudor. & gene-  
ralis consuetudo in hoc attendatur, ut etiam tenet Fe-  
lin. in cap. 1. auctum. extra de maior. & obediens. & , ut  
dicit. Iste honor appellatur prívilegium: tamen sunt  
alii Principes & Nobiles in Gallia & Francia, qui non  
solum attendunt consuetudinem, imo etiam præten-  
dunt prima loca eisdem deberi ex præminentia & ra-  
tione officiorum, seu dignitatum. Ita, quod etiamsi  
non sicut Principes ratione officiorum, prætendunt  
præcedentiam ante Principes, ut infra dicetur in plu-  
ribus dignitatibus Regni Franciæ, quas primo dicu-  
tiendo dico omnes pares Franciæ esse cæteris Princi-  
pib. Regni præfetendos. Cum, ut ait Guag. lib. 4. ca. 1.  
suum Chrys. sc. Carolus fidei Christianæ charitate  
adductus exercitum in Hispaniam daxit: prius tamen  
quam expeditionem prodaceret. Rem tanto Principe  
ordinat. Et omni præcipua Fraucorum nobilitate  
duodecim selegit, quos secum in militia produceret,  
eos Pares appellans: quia scilicet equali inter se digni-  
tate Regi contiantur perpetuo essent, neque cuius-  
quam nisi Parlamenti tantum senatus iudicio obno-  
xij tenerentur, qui conseruandis item, coronandisque  
Regibus adesseant, & fuerunt tunc instituti in Francia  
duodecim, ad instar duodecim Apostolorum, quos  
Christus in fidei propagationem, consecrationem, &  
perpetuam confirmationem, nec non ad iudicandum  
duodecim tribas Israhel elegerat, secundum Aposto-  
lum ad Ephes. 1. b. 3. Benedictus Deus & pater. &c. Vel  
instar Arualium sacerdotum, quos Romulus primus  
instituit, sequi duodecimum fratrem appellantur inter  
illos, ut ait Plinius lib. 18. cap. 2. Inter quos erant sex  
Ecclesiastici, & sex laici: & ex Ecclesiasticis tres  
Duces, videlicet Archiepiscopus Rheensis, Episco-  
pus Lugdunensis, & Episcopus Lingouensis; & tres  
Comites, scilicet Episcopus Bellouacus, Notionen.  
& Carthalaunensis: & sic etiam ex laicis tres Duces,  
scilicet Burgundia, Normaniæ, & Aquitaniæ Duces.  
& tres Comites, videlicet Flandrensis, Tholosanus, &  
Campanus. Hodiæ vero omnes Ducatus & Comi-  
tatus laicorum sunt uniti coronæ, præter Comitatum  
Flandrensem, qui est in manibus Catoli nunc Regis  
Hispaniæ, & Imperatoris Romani. Guag. tamen in di-  
cto loco, dicit hanc parum institutionem processisse  
ab Athurio Anglorum Rege, ut quidam assertant: sed  
dicit hoc non esse vetum. Hi enim iudicant de causa  
domini, & quantum ad hoc sunt superiores: ut est  
tex. in cap. primo de causâ feud. apud pares termin. &  
dict. l. Corradi. circa prin. de prohib. alienatio. per Fe-  
der. §. præterea ita tenet & refert Old. in consil. suo 128.  
in colum. 2.

Qui autem dicantur Pares curiæ, Panorm. Ant. de  
But. & Barb. in c. 1. p. ceterum. de iude. dicunt, quod  
Pares sunt, qui habent consimilia feuda: vel etiam di-  
cit Alexand. in consil. suo 79. in 2. colum. in volum. quod  
Pares dicuntur similes vasalli ab eodem domino sine  
fidelitatis iuramento feudam tenentes. cap. 1. §. de in-  
uestitu. inter dom. & vasal. lis oritur. & de controversi.  
feudi apud pares termin. cap. 1. & 2. §. præterea. de prohib.  
feu. alien. per Feder. in visib. feudor. Et isti cognoscunt  
de materia feudal, notatur in locis præalleg. & per Pa-

norm. in consil. 82. incip. conditoris omnium. in 1. col. &  
Old. in consil. 272. incip. reverendissime pater. Aretin.  
consil. 4. & cundem Alex. in consil. suo in 1 & 5. volum.  
& Pares curiæ habent iurisdictionem ordinariam de  
iure, ut dicunt Ant. de But. Pan. & Barb. in c. ceterum.  
extra de iude.

Hodie vero in Francia pares Franciæ sunt de Par-  
lamento Parisiensi, possunt assistere, imo præcedunt  
omnes alios consiliarios in sedendo & deambu-  
lando.

Et hodie loco Ducis Burgund. est Alenconiensis,  
loco Ducis Aquitaniæ, Dux Borbonij, loco Ducis  
Normaniæ, Dux Vaudenisi, loco Comitis Tholosani,  
& loco Comitis Campaniæ, Comes Niuerensis:  
Qui quidem in locum aliorum faciunt subrogati in  
coronatione Regis Ludouici XII.

Eislet tamen dubium, an præcedere debeant præsi-  
dentes in Parlamento, & Cancellarium in consilio  
R. g. sed videamus, quod non in loco Parlamenti, &  
in auditorio, in aliis autem locis in deambulando vidi  
eis deferri, & per Cancellarium, & præsidentem in  
Parlamento Parisiensi; sed credo hoc esse propter ex-  
cellentiam Dacatum, aut Comitatum; quia, ut plu-  
rimum sunt de sanguine Regali, & dicam latius in-  
fra.

**Q**uod sedendi quo ad Nobiles & Principes iuxta  
Regem attendi debeat, ut dicit Bald. in c. 1. §. Marchio.  
in ist. le his quis feud. dare possit in visib. feudor. & gene-  
ralis consuetudo in hoc attendatur, ut etiam tenet Fe-  
lin. in cap. 1. auctum. extra de maior. & obediens. & , ut  
dicit. Iste honor appellatur prívilegium: tamen sunt  
alii Principes & Nobiles in Gallia & Francia, qui non  
solum attendunt consuetudinem, imo etiam præten-  
dunt prima loca eisdem deberi ex præminentia & ra-  
tione officiorum, seu dignitatum. Ita, quod etiamsi  
non sicut Principes ratione officiorum, prætendunt  
præcedentiam ante Principes, ut infra dicetur in plu-  
ribus dignitatibus Regni Franciæ, quas primo dicu-  
tiendo dico omnes pares Franciæ esse cæteris Princi-  
pib. Regni præfetendos. Cum, ut ait Guag. lib. 4. ca. 1.  
suum Chrys. sc. Carolus fidei Christianæ charitate  
adductus exercitum in Hispaniam daxit: prius tamen  
quam expeditionem prodaceret. Rem tanto Principe  
ordinat. Et omni præcipua Fraucorum nobilitate  
duodecim selegit, quos secum in militia produceret,  
eos Pares appellans: quia scilicet equali inter se digni-  
tate Regi contiantur perpetuo essent, neque cuius-  
quam nisi Parlamenti tantum senatus iudicio obno-  
xij tenerentur, qui conseruandis item, coronandisque  
Regibus adesseant, & fuerunt tunc instituti in Francia  
duodecim, ad instar duodecim Apostolorum, quos  
Christus in fidei propagationem, consecrationem, &  
perpetuam confirmationem, nec non ad iudicandum  
duodecim tribas Israhel elegerat, secundum Aposto-  
lum ad Ephes. 1. b. 3. Benedictus Deus & pater. &c. Vel  
instar Arualium sacerdotum, quos Romulus primus  
instituit, sequi duodecimum fratrem appellantur inter  
illos, ut ait Plinius lib. 18. cap. 2. Inter quos erant sex  
Ecclesiastici, & sex laici: & ex Ecclesiasticis tres  
Duces, videlicet Archiepiscopus Rheensis, Episco-  
pus Lugdunensis, & Episcopus Lingouensis; & tres  
Comites, scilicet Episcopus Bellouacus, Notionen.  
& Carthalaunensis: & sic etiam ex laicis tres Duces,  
scilicet Burgundia, Normaniæ, & Aquitaniæ Duces.  
& tres Comites, videlicet Flandrensis, Tholosanus, &  
Campanus. Hodiæ vero omnes Ducatus & Comi-  
tatus laicorum sunt uniti coronæ, præter Comitatum  
Flandrensem, qui est in manibus Catoli nunc Regis  
Hispaniæ, & Imperatoris Romani. Guag. tamen in di-  
cto loco, dicit hanc parum institutionem processisse  
ab Athurio Anglorum Rege, ut quidam assertant: sed  
dicit hoc non esse vetum. Hi enim iudicant de causa  
domini, & quantum ad hoc sunt superiores: ut est  
tex. in cap. primo de causâ feud. apud pares termin. &  
dict. l. Corradi. circa prin. de prohib. alienatio. per Fe-  
der. §. præterea ita tenet & refert Old. in consil. suo 128.  
in colum. 2.

Audiu aliquos dicentes, quod istud nomen, Archi-  
dux, in Alemania tantum vñatur, & est ex consuetu-  
dine introductum inter plures fratres, qui sunt filii  
vnus Ducis. Quoniam post mortem patris primogenitus  
habet maiorem partem, & inter eos vocetur  
Archidux, id est, primus Dux fratribus habentium ius  
in Ducatu patris, in quo succedunt, & est nomen  
prioris dignitatis, seu primogeniture Dacum: sicut in  
Gallia habens maiorem dignitatem filiorum Regis,  
dicitur Delphinus, nihil aliud legi. Ideo non insito,  
cum de ista dignitate ultra Duces, nulla fiat mentio  
in iure, & ideo iste præferendus est aliis suis fratribus  
aut Ducibus, qui omnes sunt Duces, sed quilibet ha-  
bet suam portionem: Sed inter alios non video, quid  
assumptio huiusmodi nominis inter eos faciat, nisi  
quod iste præcedat alios Duces, sicut Archiepiscopi  
præcedunt Episcopos.

**Q**uod sedendi quo ad Nobiles & Principes iuxta  
Regem attendi debeat, ut dicit Bald. in c. 1. §. Marchio.  
in ist. le his quis feud. dare possit in visib. feudor. & gene-  
ralis consuetudo in hoc attendatur, ut etiam tenet Fe-  
lin. in cap. 1. auctum. extra de maior. & obediens. & , ut  
dicit. Iste honor appellatur prívilegium: tamen sunt  
alii Principes & Nobiles in Gallia & Francia, qui non  
solum attendunt consuetudinem, imo etiam præten-  
dunt prima loca eisdem deberi ex præminentia & ra-  
tione officiorum, seu dignitatum. Ita, quod etiamsi  
non sicut Principes ratione officiorum, prætendunt  
præcedentiam ante Principes, ut infra dicetur in plu-  
ribus dignitatibus Regni Franciæ, quas primo dicu-  
tiendo dico omnes pares Franciæ esse cæteris Princi-  
pib. Regni præfetendos. Cum, ut ait Guag. lib. 4. ca. 1.  
suum Chrys. sc. Carolus fidei Christianæ charitate  
adductus exercitum in Hispaniam daxit: prius tamen  
quam expeditionem prodaceret. Rem tanto Principe  
ordinat. Et omni præcipua Fraucorum nobilitate  
duodecim selegit, quos secum in militia produceret,  
eos Pares appellans: quia scilicet equali inter se digni-  
tate Regi contiantur perpetuo essent, neque cuius-  
quam nisi Parlamenti tantum senatus iudicio obno-  
xij tenerentur, qui conseruandis item, coronandisque  
Regibus adesseant, & fuerunt tunc instituti in Francia  
duodecim, ad instar duodecim Apostolorum, quos  
Christus in fidei propagationem, consecrationem, &  
perpetuam confirmationem, nec non ad iudicandum  
duodecim tribas Israhel elegerat, secundum Aposto-  
lum ad Ephes. 1. b. 3. Benedictus Deus & pater. &c. Vel  
instar Arualium sacerdotum, quos Romulus primus  
instituit, sequi duodecimum fratrem appellantur inter  
illos, ut ait Plinius lib. 18. cap. 2. Inter quos erant sex  
Ecclesiastici, & sex laici: & ex Ecclesiasticis tres  
Duces, videlicet Archiepiscopus Rheensis, Episco-  
pus Lugdunensis, & Episcopus Lingouensis; & tres  
Comites, scilicet Episcopus Bellouacus, Notionen.  
& Carthalaunensis: & sic etiam ex laicis tres Duces,  
scilicet Burgundia, Normaniæ, & Aquitaniæ Duces.  
& tres Comites, videlicet Flandrensis, Tholosanus, &  
Campanus. Hodiæ vero omnes Ducatus & Comi-  
tatus laicorum sunt uniti coronæ, præter Comitatum  
Flandrensem, qui est in manibus Catoli nunc Regis  
Hispaniæ, & Imperatoris Romani. Guag. tamen in di-  
cto loco, dicit hanc parum institutionem processisse  
ab Athurio Anglorum Rege, ut quidam assertant: sed  
dicit hoc non esse vetum. Hi enim iudicant de causa  
domini, & quantum ad hoc sunt superiores: ut est  
tex. in cap. primo de causâ feud. apud pares termin. &  
dict. l. Corradi. circa prin. de prohib. alienatio. per Fe-  
der. §. præterea ita tenet & refert Old. in consil. suo 128.  
in colum. 2.

*Philippus parem, & parium decanum se esse, arque propterea primum sibi post regem deberi sedem argumentabatur.*  
Eam licet consultatione Procerum habita Rex negavit, & Philippo recubitum primum quatenus ad prelens negotium attinebat, decernit: quare offensus Andegauus Regi, proximum nihilominus locum usurpat. At Philippus nihil cunctatus mediis inter Regem Andegauumque insilit, recubuitque: quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomen adeptus est.

Et, ut refert Philip. Berg. lib. 8. Dux Burgundiae cæteros Duces Christianos antecellit, & primum locum post Reges obtinere debet: his verbis Burgundionum prouincia in Francorum cessit ditionem: hos autem Reges constat per multa tempora regnasse in Celtica Gallia, vbi fuerant hec ciuitates, Sononis, Luggeduum, & Vienna: Hi populi aliquando Hedui, quandoque Burgundiones, & interdum Sequani sunt appellati: hodie vero regia dignitate omissa, Ducatus titulum tantummodo retinent. *Quorum Dux cæteros Principes Christianos atque Dukes præcedit: & , ut dicit Alex. in consil. suo 235. in vol. est magnus Princeps in suo territorio.*

Et cum controversia fuisse in consilio Basiliensi, de sessione ordine atque prælitione, inter Dicem Burgundiae, & Electores Imperij, primum locum ante Dicem Burgundiae, seu eius ambasatores sibi deberi prætententes, pluribus de casis hiuc per dictos ambasatores allegatis fuit per concilium generale dictum, & pronuntiatum, ambasatores Dicis Philippi Burgundiae, debere precedere Electores Imperij, ratione Ducatus Burgundiae. Ex eo maxime, quia erat primus pars regni Francie, & de familia Regum Francorum ex parte patris, & Imperatoris, & Dicis Bauariae, ex parte matris, Et etiam quia pluta fecerat pro Ecclesia Romana, quam Electores Imperij, & denique, quia Electores habent solum non pen officij, Dux autem Burgundiae, nomen dignitatis, & fuit dictum, quod esset primus post Reges.

Et doctores, ut plurimum de eo mentionem facientes, nominant eum Illustrissimum, ut habetur per Alex. in consil. suo 6. in 4. vol. Et licet videatur, quod Dices sint tantum spectabiles, ut videntur tenere Doctores in l. ff. de officiis, omn. mand. & iuris, & Spec. in uit. de iur. i. d. omn. iud. ver. medij. tamen quia ad nos, Dices in Gallia sunt illustres, cum sint perpetui, & non temporarij, ut tenet Purpur. in dict. leg. l. in 26. colum.

**Q**uadraginta sexa consideratio. Omnes etiam alij Dices semper sunt præfendit Comitibus, ex quo ex ordine literarum est prior Dux; ideo maior, ut habetur in rub. quis dicitur Dux, Marchio, Comes. cap. fundatura. de elect. in 6. c. clericis. de innum. eccl. in 6.

Quis dicitur, Dux, vide in *commentarius nostris super consuetudinibus Ducatus Burgundia, in proem. in versic. Duc.*

Et aduerte, quod licet quis sit Dux, tantum præfertur Comiti, & Marchioni, licet habeat duas maiores dignitates; eo, quia nulla de persone sufficit ad præcedendum alium, ut tener Lud. Rom. in consilio suo 334. incip. quo ad primum. ver. quo ad secundum eo. quia vbi in aliquo concutit duplex dignitas, quia est Dux, & Comes, vel Dux, & Marchio, attenditur maior dignitas, & ab eo denominantur, secundum Innocentium in cap. solita, de maio. & obed. dominus mens Iaf. in leg. Imperium. in 3. colum ff. de iurisd. omn. iud. & melius in leg. 1. in 3. volum. ff. de verb. oblig. quia à maiori & digniori fit denominatio. l. queritur. ff. de stat. hom.

& l. cum ex aliqua. ff. de acquir. rerum domin. dicam infra.

Et inueni quandam ordinem Dacum & Comitum in Gallia, qui antiquitus intererant seu interesse debebant in coronatione regis, inter quos primo sunt duodecim pates Francie, de quibus supcta dixi in 44. confid. qui sunt sex Duces, & sex Comites: ultra illos erant Duces undecim, & quatuordecim Comites. Duces vero erant sequentes:

Dux Britannia.	Dux Aurelianensis.
Dux Borbone.	Dux Narbone.
Dux Andeganensis.	Dux Bituricensis.
Dux Aluermie.	Dux Turonenensis.
Dux de Valesio.	Dux Nemorti.
Dux Alenconensis.	

Hodie vero ex istis 11. sunt 7. Dacatus in manibus Regis, videlicet Dacatus Britannie, Aurelianen. Narbonen. Andegauen. Bituric. Turonen. & de Valesio: Sed dedit Ducatum Aurelian. in appanagium primo filio suo, & secundo dedit Ducatum Andegauen. eius matre, & tertio dedit Ducatum Bituric. dominae Margaretæ sorori eius & vxori Dacis Alencon. Alios autem Ducatus tenent videlicet Carolus de Borbonio Ducatus Borboni, & Aluernie, quos prætendit Ludouica de Sabaudia mater Christianissimi Regis nostri tanquam proxima Suzannæ de Borbonio mortuo absque liberis, quæ fuerat vxor dicti Caroli, & iunt in processu ipsa. & præfatus Carolus in Parlamento Parisiensi. Et ex aduerso multa per dictam Carolum proponuntur, videlicet quod ipse est de domo de Borbonio, & masculus ex inasculo, & est Dacatus, in quo foeminae non succedunt. Dux in commentario nostro super consuetudinibus Ducatus Burgundia, in titul. des fidz. §. anno. versic. quid de Ducatu Borbone. Ideo non insisto; quia non est materia prætentis stipulationis. Et etiam; quia hoc anno 1527. 6. Maij decepit ab humanis, & fuit interficetus in obsidione contra Romanum, qui crudeliter fuit obsessus & destruxta ab Hispanis & Alemanis. Carolo de Borbonio Dux exercitus pro Carolo Austriaco Rege Hispanorum, & elechio in Imperatorem, quod verit in desolationem Christianitatis, ex quo quæstio est decisa. Et Carolus de Alenconio tenebat Ducatum Alencon. qui præcedebat omnes: tum quia de sanguine Regali, & proximior: tum quia honoratur à principe eo, qui sororem eius germanam despontauit, sed ab humanis decepit anno Domini 1524. Ducatum vero N. mortis tenet domina Maria de Sabaudia, amita regis per donationem eidem factam per Regem.

Comites vero qui tunc interesse debebant, aut intererant in dicta coronatione, erant sequentes:

Comes D'arthus.	Comes de Vermendoys.
Comes de Guyse.	Comes de Senlis.
Comes Corronensis.	Comes Mouris fortis.
Dampmartin.	Comes de Bellomonte.
Comes Melunensis.	Comes du Perche.
Comes Blexensis.	Comes Druxensis.
Comes Desfamps.	Comes de Dunois.

Et isti omnes Comites tenent prædictos Comitatus à Rege in feudum, & Rex tenet hodie multos Comitatus ex illis.

Plures sunt alij Comites sub Ducatibus supradictis, videlicet sub Duce Burgundie sequentes:

Comes Niuerensis.	Comes Kadrellensis.
Comes de Charny.	
Sub Dacatu Aquitanie sequentes:	
Comes Pittauensis.	Comes de Rodarz.

Comes

*Comes Armigniaci.**Comes de la Marche.**Comes de Perdriac.*

*Comes Angolisinensis*: qui fuit effectus Ducatus tempore patris Regis nostri Francisci nunc regnantis.

*Comes de Perigourt.* *Comes de Vantadour.**Comes de Benon.*

Sub Ducatu vero Normaniæ nulli subsunt Comites.

Sub Ducatu vero NARBONE sequentes:

*Comes de Roussillon.* *Comes de Nîmes.**Comes de Castres.* *Comes de Leon.**Comes de Carcassone.*

Sub Ducatu BRITANNIÆ sequentes:

*Comes de Pontyeure.* *Comes de Nantes.**Comes de Parevel.*

Nulli sunt Comitatus sub Ducatu AUCELIANENSI.

Sub Ducatu AUCINIAE sunt Comitatus sequentes:

*Comes Claramontensis.* *Comes de Baye.**Comes de Montpensier.*

Sub Ducatu Borbonij sunt Comitatus sequentes:

*Comes Forez.**Comes Claremontensis Beauvoisini.*

Nulli sunt Comitatus sub Ducatu TURONENSIS.

Sub Ducatu vero de Berry sunt sequentes:

*Comes de Vendomby.* *Comes de Blasmont.**Comes de Vigny.* *Comes de Ligny.*

Sub Ducatu Andegauen. sunt Comitatus sequentes:

*Comes du Maine.* *Comes Vendomby.**Comes de Beaufort.* *Comes de Laval.*

Nulli etiam sunt Comitatus sub Ducatu de Valefio.

Nec etiam sub Ducatu Nemotrij.

Sub Comite vero Campania, sunt sequentes Comites, quitenent in feudum à dicto Comitatu, quem tener Rex in manibus suis, videlicet:

*Comes Barry.* *Comes Altissidoren.**Comes de Tonarre.* *Comes Porciensis.**Comes de Brianne.* *Comes de Grane pre.**Comes Ruthelen.* *Comes de Malle.**Comes de Vertum.* *Comes Vinne.**Comes de Buffy.* *Comes de Brye.**Comes de loigny.*

Et aduertendum est, quod hic Comitatus potius deberet dici Ducatus, quam Comitatus: Quoniam sub se habet decem, & ultra Comitatus. Sicut enim Rex debet habere sub se decem Daces, ita Dux debet habere decem Comites, seu Marchiones: & Comes seu Marchio decem Barones: & Baro decem feudatarios.

Sub Comitatu vero Tholosæ, qui est unus e tribus Comitibus parium Franciæ, sunt Comitatus sequentes:

*Comes de Frouez.* *Comes de Commines.**Comes de Bigore.* *Comes de Lustrac.**Comes de Lasse.* *Comes de Quercy.*

Nulli vero sunt Comites sub Comite Flandriae qui est unus de paribus Franciæ. Imo est primus inter Comites, ut dixi in Commentariis super consuetudinæ. *Ducatus Burgund. in ist. de feudis. §. 5. ver. quantum ad Comitatus est considerandum.* Sub Comite D'athyoys sunt sequentes:

*Comes de Ponthieu.* *Comes sancti Pant.**Comes de Guynes.* *Comes Bononia.**Comes de Faulcomberge.*

Et ordo supradictus alias fuit obseruatus in Francia in coronatione Regis Franciæ inter Principe Franciæ, licet sint alij officiarj, qui etiam debent intercessse, & habere locum in loco ubi sedet Rex videlicet in cadaphali, in quo sunt multi gradus, quod quidem cadaphale est ad modum throni lignei, ut habetur de simili Esdræ. Et Stetit Esdras, sacerdos, & lector legis super lignettum tribunal, & solium regium stat in loco superiori, in quo collocatur paratum more Regum Francorum. Altitudo enim sedis significat præcellentiam dignitaris, secundum Bald. in conf. 385. incip. Archid. habet. &c. vol. i.

In congregatiōne vero generali trium Statuum totius Regni Franciæ Turonis celebrata, aliud fuit ordo obseruatus, & obsergatur, qui est talis:

*Primi in superiori loco post regem erant Cardinales.**In secundo principes, & illi, qui de sanguine, seu pro sapientia regali sunt, & cum eis Constabili.**In tertio pares Francia Ecclesiastici.**In quarto Praetati secundum ordinem promotionis.**In quinto capita quatuor ordinum principalium.**In sexto quatuor principales officiarij, & milites ordinis de quibus infra dicam, ideo aliter non insisto.*

In oppositum Prelatorum erant multi.

Comites, &amp; magnates, videlicet:

*Comes de Candales, & de Benandes.**Comes de Fontenay.**Dominus de Latremolle.* *Comes de Benon.**Dominus de Fons.* *Comes de Sanxerre.**Comes de Rossy.* *Comes de Brayne.**Dominus de Lestrat, & Comes.**Dominus de Maleurier.**Dominus de Castillon.* *Comes de la Vair.**Franciscus dominus de Luxembourg.* *Comes de Martigny.**Dominus Vicecomes de Polignac.**D. de Clermont de Lodeve.* *Vicecomes de Nebuofan.**Dominus Vicecomes de Chartres.**Comes de loigny.* *Vicecomes de Thuranius.**Vicecomes de Com. et dominus de Trignac.**Dominus de Montmorency primus baro Francie.**Dominus des granges filius Comitis de Vantadour.**Dominus de Stouteville.**Dominus de Crony.*

*D. Diurop. propositus Parisi. & sic de singulis.* Et in hoc loco ponuntur, & poni debent omnes Comites, Vicecomes, & Magnates, seu Baronés, qui non sunt neque de paribus Franciæ, neque de principibus & sanguine regali.

Post eos fuerunt cellocati consiliarij magni consilij regis: Et in hoc non est sine dubio, an debeant precedere quatuor generales seu magnum Thesaurarium regni, dicam infra.

Post eos gerentes financierum. Post omnes praeditos fuerunt duo sciamna Nobilium: primum scilicet, & secundum, & ibi nullus fuit datus ordo inter omnes propter multipliciterem & multitudinem eorum.

Et haec omnia habentur in quodam parvo volumine, vulgo nuncupato, *les trois Etabl. tenus à Tours.* Vbi etiam ordo ciuitatum, & patriarcharum ibi conuocatur ponitur: & post ciuitatem Patiensim ponuntur electi, & delegati Ducatus Burgundiae, tanquam existentes de primo pari Francie, & Decano patrum: in quibus fuerunt comprehensi Heduenenses & aliae patriæ de Ducatu Burgundiae existentes.

*Alios autem videre potes in ipso, quo ordine ibi*

posci fuerint. & cōvocati: Et ibi pōnuntur ille de Comitatu Burgon. Eo , quia tunc erant subditi Regi Franciae: imo adhuc non est sine dubio , an sint sub regno, eo quia sunt de feudo Ducatus Burgund. cum ita sit, quod anno Dom. 1307. Philippus Comes Piastau. filius secundogenitus Philippi le Bel Regis Franciae ratione Ioannae primogenite Othelini Comitis Comitatus Burgun. p̄ficit fidem, & homagium Roberto Daci Burgun. pro terris, que tenebat in Comitatu Burgun. Causam dicit Ioannae sūx vxoris : & multa alia dici possent pro fundamento, & cōprobatione huius dīcti, quæ forte alio loco dicentur : sed nunc de his rāceo: cuī prescriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in cōtrarium, posset ad p̄dicta obiici.

**Q**uadragesima septima consideratio. Videatur etiā dicendum, quod Marchio Comitem p̄cedere debet, argu luera in rubr. quis dicitur Dux, Marchio, Comes, in vīb. feud. & vt dicit Bald. in cap. i. de feundo Marchie, est dignitas Regalis. & habetur in commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgun. in p̄cōmio. in ver. mar. quā. & vide Iac. de S. Georg. in suo tract. sen inver. Marchio in Italia. dom. meus Iason in l. 5. in pr. col. ff. de verb. ob. dicit, quod Marchiones perpetui æquiparantur Imperatori in suo Marchionatu. & dicit Bal. in l. donationes. C. de don. int. vir. & ux. quod sunt multi Daces, & Marchiones, qui in eorum territorio non magis litigantur legibus, quā Imperator: & ideo tales debent dici illustres. Et de Marchione Mætutæ, & Ferrariæ, vide Bald. in co. f. 195. lib. 2. vbi vocat eos illustres, & Sozin. vocat illustrissimos in conf. 66. li. 3. col. 6. quoniam, vt dicit Bal. in conf. 350. li. 3. Imperium non est eis commissum, sed in eos trāslatum. vide Purpur. in l. 1. in 29. col. ff. de off. eius cui mā. est iurisdictio. Consuetudo tamen Franciae se habet, quod Comes p̄cedit Marchionem, maxime quando sunt de Comitibus, qui sunt pares Franciae, aut qui sunt de sanguine regali. Cum sanguis regalis semper ceteris p̄feratur, vt dictum est supra in 32. confid. Cum omnes dignitates à Principe tanquam à fonte defluant, vt dicit Bal. in c. 1. in prin. quis dicitur Dux, Marchio, Comes. Ex quo ergo semper iura sanguinis. & naturalia sunt fortiora accidentalibus, dicendum est, quod Comites ex sanguine regali sunt ceteris p̄ferendi: & hēc consuetudo est etiam in Alemania, vbi Comites p̄cedunt Marchionem. In Italia vero, Marchiones p̄cedunt Comites, vt dicit Lucas de Penna in rub. de Comitib. consistorianis, li. 12. C. Vbi ample ponit, quis dicitur Comes, de quo statim dicam: dicit tamen ibi, quod in diuina scriptura maior erat dignitas Comitatus: Nam is, qui erat Princeps militiae, dicebatur Comes Regis, 2. Reg. c. 20. Ecce, qui voluit esse pro Iob Comes David. Vnde Iob Princeps & Dux nominatus est. 1. Para' c. 11. Cuius successor Comes dicitur, d. c. 20. Hodie autem, seu propter personas indignas, quæ ad dignitatem hanc indifferenter aspirant, seu propter multitudinem excrescentem, ad vtilitatem hēc dignitas est redacta in Italia, sed non in Francia & Germania: vbi pauci sunt, & in competenti numero, & ideo sūo gaudent ibi honore. In Italia vero hēc dignitates multitudine effusæ, honestate propria munijuntur, ar. tex. in Aut. de referend. in prin. De quib. Lucas in d. Iaco. Et cum Comites sint perpetui, apud nos sunt illustres, vt per plura tenet Purp. in l. 1. ff. de off. eius cui man. est iuris. in 28. col. & vide quæ dixi infra in 8. par. in 15. cap. 1. d. 2.

**Q**uadragesima octaua cōsideratio. Ille, qui est Marchio, & Comes simul, p̄fertur ei, qui est Marchio tantum, vt notat Bald. in l. sed & milites. in pr. ff.

de excu. tūs. quia duo vincula fortius vincunt vno Insti. de tutel. in prin. vt in simili dicitur de doctore in vtroque iure, qui p̄cedit doctorem in vno tantum, secundum Bald. in d. loco. & Alex. in Apoſt. ad Bar. ff. de obseq. p̄f. dom. meus Ias. in l. cohēredi. 5. qui dīcretas. ff. de vīl. & pup.

**Q**uadragesima nona consideratio. Dux Marchio, Quār Comes, expulsus à Ducatu, Marchionatu vel Comitatu retinet dignitatem, ita, quod sedere debet in loco Ducum, Marchionum vel Comitum. Bald. & Card. Alex. in cap. 1. quis dicitur Dux, Marchio, Comes. Quoniam ex quo inuestiti fuerunt de Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, retinent dignitatem, vt tenet lac de S. Georgio in tract. feudor. in verb. Comes. Facit tex. in c. Nabuchodo. 23. q. 4. ibi: Regnum, quod perdidera, rursus accipit. & facit cle. 1. de for. com.

**Q**uinagesima consideratio. Comites Palatini, vel Comites sacri Palatij, qui creantur à Principe ad legitimandum & ad creandum Tabelliones, licet non sint proprie Comites, cum non habeant territorium. sic dieuat Bal. & Card. Alex. in d. c. 1. quis dicitur Dux, Marchio, Comes. Tamen, quia habent voluntariam iurisdictionem & dignitatem, p̄fertuntur quibuscumq; aliis non habentibus Comitatum cum territorio, vt tenet Iac. de S. Georg. in d. 11. id. feudorum in verb. Comes. de his & abusibus etiam in l. de Terrarubca in p̄cōmio. in 1. seniuit.

**Q**uinagesima prima consideratio. Comes qui habet dignitatem Comitatus à iure, & non à Principe, vt est docto, qui legit 20. annis secundum gl. in l. 1. C. de prof. qui in Verbe Constantiopol. lib. 12. Card. in d. c. 1. Bat. in l. Alex in d. C. de decurio. li. 10. & in l. 1. in 3. q. C. de digni. aub. li. 12. a) in l. colbit. Codicis. p̄cedi aut p̄cedere debet milites & Barones: cum pari passu ambulent lex mortua, & lex vina. Cum etgo Comes sine territorio à lege viua, videlicet à Principe creatus, p̄cedere debeat alios non comites; sic etiam Comes à lege mortua creatus.

**Q**uinagesima secunda consideratio. Comes non recognoscens superiorē æquiparatur Principi; si vero superiorē recognoscatur, æquiparatur p̄fidi, vt dicit do. meus Iason in l. 1. p̄f. stationem. in 5. col. ff. de verb. ob. vbi etiam Edicta eorum, & statuta sunt ius p̄titorium, & non ciuite, quando maxime superiorē recognoscunt; sicut tunc sunt ius ciuile, vt ibi.

**Q**uinagesima tercia consideratio. Comes est nomen dignitatis, quādo profertur simpliciter, qui nunquam debet ornamēto carere. Nam inornati moribus & virtutibus nedum à comitatua Principes debent arceri, sed etiam nequeunt iuxta eius palatiū habitare. l. 1. in 1. quicunque. Cod. de operibus pub. Ad idem de conse. diff. 5. c. 1. care. Vnde sicut indecorum moribus non decet pallio decorari, vt 100. d. c. contra morem. Ita non decet Comitatus titulo insigniri: absque virtutib. enim Comes, sicut & Rex, eo deformior, quo illustrior patet. Nunquid potest abscondi ciuitas supra montem posita, deloltio, aut latere, sumus extinctæ lucerne super candelabrum? Simia in teatō, rex fatuus in folio sedens: vt ait Bern. de consider. lib. 2. Et indignum ad honores promoueri, nihil aliud est, quam decipere. 61. d. c. quid proderit. hoc dicit Luc. de Pen. in rub. C. de Comitib. consistor. li. 12. Sed quandoque est nomen officij tantum, vt quando profertur sub istis comes largitionum, comes domorum, comes horreorum, comes laborum, comes consistorianus, comes scholiarum, comes palatij: de quib. is infra dicam in parte sequen. vbi ponam de officiariis Principum.

**Q**VINQUAGESIMAQUARTA consideratio. Licet hic ante locuti fuerimus de Principibus sub nomine generali, est tamen adhuc alia dignitas, quæ suo speciali nomine dicitur Principatus, vt dicit Jacobinus de S. Georg. et suo trah. feudorum. in ver. Princeps Pedemontium Vbi dicit Ducem Sabaudie est Princeps Pedemontium: & ibi ponit exemplum de Principe Achaeæ & Pedemontium. Sunt multi in Gallia, qui habent hanc dignitatem, vt est Princeps Orensis, Princeps de Thalmont, Princeps de la Roche-sur-Yon, & sic de singulis. Et isti ex communi obseruantia ponuntur inter Principes, sed tamen communiter eos præcedunt: licet Jacobinus ibi ponat Principatum ante Comitatum, indiscriminatim tamen præcedunt Barones, vt infra dictum est, in 8. part. in 15. consider. Et Jacob. de S. Georg. in d. loco. Quid veniat appellatione Principis, & quot modis sumatur, & de specialitatibus Principum ponit usque ad 66 specialitates, quæ sunt in Principibus ratione Principatus, ex quibus in hoc cognoscitur excellentia Principum in multis ultra alias priuatas personas, de quibus hic ante in 23. consider.

Aduerte tamen, quia, vt dicit Ioa. de Imo. in rubr. ff. de verb. obl. i. vers. 7. nc. tunc, quod Imperator intelligit Principatum esse dignitatem post dignitatem Regiam, facit illud Exod. 22. Non maledices populo tuo, de quo vide Iac. Bonaldi, in gl. s. in ver. septuag. in proem. Ioa. de Terrarub. in lib. initialato, V. in ea Eccles.

**Q**VINQUAGESIMAQUINTA consideratio. Est adhuc alia dignitas. Puta quandoque, vt videmus, sunt, qui dicuntur Vicecomites, & dicit Spec. in d. c. de Vicecomite, quod Vicecomes est is, cui dominus castrum committit vices suas, seu executionem Iurisdictionis in castro: & ibi ponit, quomodo sit constituendus Vicecomes: apud nos tamen Vicecomes non est nomen officij, prout vult, & intendit Spec. sed est nomen dignitatis, quæ est quodammodo maior dignitate Baronie, sed minor dignitate Comitatus, & quasi sit apud nos minor, quam Comes, sed maior quam sit Baro: & sunt plures apud nos, vt erat dominus gubernator Burg. qui dicebatur Vicecomes de Thouars, Vicecomes de Thuraynes, & Vicecomes de Cöber. Apud nos etiam habemus maiorem Diuion. qui dicitur Vicecomes, sed hunc credo potius habere nomen officij quam dignitatis. Cum ex quo Diuio fuit olim tatum castrum, nunc est oppidum, & ex quo est maior illius castrum Diuionen. dicitur habere custodiæ illius, ex quo dicitur Vicecomes ratione custodiæ illius castrum, denotat tamen aliquam maioritatem & præeminenciam inter maiores ciuitatum esse in illo plus, quam in aliis. Ex quo etiam alios præcedit, quod facere non deberet, ex quo alii maiores sunt defensores ciuitatum, & sunt officiarum ciuitatum, & ipse est tantum officiarum castris seu oppidi: eo, quia Officiarij maiores ciui-

uitaris preferuntur aliis Officiariis minoris ciuitatis; vt Dicit Decius in cap. clericis, in 6. col. extra. de indic. dicam alibi.

Fuit alias questio inter Vicecomitem de Talardo & Marchiorum de Transio in prouincia Prouinciae, qui olim erat Baro tantum, & fuit creatus Marchio à Rege Ludouico XII. Et dicebat dictus Vicecomes, quod non poterat creari dictus Marchio; quoniam ante erat Baro in præjudicium sui, qui præcedere debebat eum, licet esset nomine creatus Marchio: Sed cum omnes dignitates à Principe procedant, cum dignus honore sit, quem Princeps vult honorari, dixi ample alibi. Imo potuit de Barone facere Marchionem, qui cum Marchio sit, præcedere debet Vicecomitem: & ita fuit dictum per Arrestum Parlementi Aquen. anno Domini 1511. vt refert Iacob. Bonaldi in gl. in verbo sequitur, in proœm. Ioa. de Terrarubea. in tract. initialato, vinea Ecclesie.

**Q**VINQUAGESIMALEXTRA consideratio. Alij autem inferiores, vt sunt Barones, cum non habeant omnimodam potestatem Principis, tantum inter nobiles computantur; præcedunt tamen quoad nos Simplices Nobiles, eo, quia ratione Baronie habent vatallos, ex quo magis honorantur, imo dicuntur habere maiestatem, ita ut eorum subiecti in eos conspirantes dicantur crimine læse maiestatis teneri. Ioa. Fabri in Proœmio Institutionum, in princ. super verbo, maiestatem. Post Azonem in Summa videtur tenere, quod non; sed Aegidius de Bellamera in consil. 15. s. verb. suixa quod ad propositum, videretur tenere quod sic, c. si quis 2. q. 1. & c. 5. in primis. & 5. q. 3. c. 3. & ita videtur tenere Archidiac. in c. si'c'is. de panis. in 6. quem ibi allegat Aegidius. Et qui habet caput Baronie magis est honorandus, cum videatur, quod ille solus non alij habentes partem in Baronie, debeat reputari, arg. l. peculium, §. quadriga. ff. de leg. 3. l. cum quidam. ff. de fun. instr. & l. quæsum. §. si quis. & ff. de offic. procons. & in l. si aliquam. in princ. & ff. de re milit. l. qui commoratus. §. arena. & quod notatur in l. cum diuerjis. ff. de relig. & sump. / in er. vbi habetur, quod vbi est capit, censetur esse totum: licet in certariū videatur facere text. in l. 2. ibi, aliquid ordinare. C. ut dign. ordo seruetur. & ibi Ioa. de Plat. Sed de intellectu illius legis, quomodo scholates eam intellexerunt, videatur supra in 4. parte, in 32 confid. Et Baro habet Iura Imperialia, & equiparatur Comitibus, licet Comitatus & Baronia di ferant: quia Comes ex teris paribus præfertur Baroni, vt tradit Curt. Iun. in tract. feudor. in 2. part. col. 28. vers. sed quia glos. per tex. in cap. fundamenta. de elect. in 6. vide Purpurat in l. 1. in 39 colum. de officio eius, cui mand. est iurisd. Et in supracriptione text. in c. grandi. de suppl. neglig. prata. in 6. preponit Barones Comitibus. Ideo videtur, quod esse sint maiores: dic tamen, quod Baro præcedit militem, vt in c. venerabilis. de confirm. usili vel inutili dicam infra in 8 parte.

# SEXTA CATALOGI GLORIAE MUNDI PARS, EST DE OFFICIARIIS PRINCIPVM.

*Triginta & octo Considerationes habet.*

**O**FFICIARIII namque Principum sunt in quadruplici doctrina: Quidam sunt circa personam Principis. Quidam etiam circa aerarium Principis, & de his omnibus in hac parte dicebatur. Quidam vero circa iustitiam administrandam: & de his dicebatur in sequenti parte. Quidam vero circa militiam: de his infra in 9. parte dictatus sum. Et in his comprehenduntur omnia officia Principum.

**P**rima Consideratio erit pro introductione & intelligentia materiae huiusce partis & sequentium, de propositione, l. 2.C. ut digni. ordo seruetur. lib. 12. quae est talis: omnes, priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda esse, cognoscant. Ut primo loco habeantur hi, qui in acta positi illustres peregerint administrationes. Secundo, veniant vacantes, qui praetentes in comitatu illustris dignitatis cingulum intergerint. Tertium vero ordinem eorum propicimus, quibus absentibus cingulo illustris mittitur dignitatis Quartam honorarium, qui praetentes, a nostro numine, sive cingulo, codicillo tantum honorariae dignitatis adepti sunt. Quintum corum, quibus absentibus, similiter siue cingulo, mittitur illustris ius signia, dignitatis. Sed administratores quidem etiam coantes rei priuatae omnibus vacatibus honorariis anteponi censemus. Vacantes autem post administratores venientes, non omnes iam omnibus honorariis credimus preponendos: sed eos vacantes illis honorariis, qui limitem adepti sunt dignitatem, ut praefectus praetorio, & o. quæstori, praelecto questorio proponatur, pariq; modo quæstorius questorio. Nam vacans comes thesaurorum, vel comes rei priuatae, honorario quæstorio vel Magistro Officiorum præferatur. Et inter administratores illos, etiam numerati decernimus, quibus illustribus, in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariae dignitatis, vel ante commisimus, vel postea committemus peragendum. Verbi gratia: Si vacatum Magistro militum, belli cura coniunctum. Cui enim aut vir magnificus germanus Magister militum vacas appellatur, cui bellum contra hostes mandauimus. Aut cum excellentissimus Propentadius non egisse dicitur praefecturam, cuius illustribus cunctis dispositionibus vice prætorianæ praefectoræ missis in expeditione copia comiteatum abundantit?

Ex qua lege collige principaliter, quod sunt tres principales Ordines dignitatum Officiorum, scilicet administrantium, vacantium, & honorariorum: Inter quos ordines, Administrantes præferuntur omnibus,

Vacantes vero præferuntur Honorariis in simili dignitate, non in dignitate dispari. Et inter administrantes computantur non solum iij, quibus à Principe cōmititur dignitas cum administratione, sed etiam illi, qui cum essent vacantes iterato vocantur ad administrationem per se, vel vice alterius. Et in effectu hoc continet tota illa lex, quæ licet faciat quinque gradus, tamen ~~gradib; in verbo vero ibid;~~, reducit ad tria membra, scilicet Administrantium, Vacantium & Honorariorum: quorum duo membrorum, scilicet Vacantium & Honorariorum subdividuntur inter presentes & absentes.

**S**ecunda consideratio ex d.l. est, quod licet ~~text.~~ in ~~scripta~~ legi connumeret istos tres Ordines solum in illustri dignitate: tamen etiam idem ordo maiestatis, habet locum in qualibet dignitate, & in omnibus aliis dignitatibus, ut dicit Ioan.de Plat. in d.l. omnes. & etiam in omnibus positis per eum in l. 1. C. de decr. lib. 10. Et ut dicit, etiam effectus istorum ordinum est: ut sit inter eos prior sedes, locus conspectus, decernendi, loquendique facultas, ut in l. 2. in fin. C. de praef. præt. & aliæ præfationes, de quibus per eum in l. 1. C. de præpos. officiis cubic. & de omnibus dixi in prima parte.

**T**ertia consideratio ex d.l. etiam infertur, quod maior honor Administrantibus, Vacantibus & Honorariis presentibus, quam absentibus, debetur. Et dignitas collata praesenti, est honorabilior & præstator ea, quæ confertur absenti siue utraque sit dignitas cum administratione. Ut quia unus administrat Romanas, alias in prouincia. Nam prefertur administrans Romæ, propter excellentiam ciuitatis. Ideo prefectus urbis, seu ciuitatis, est in majori dignitate: quia illustris, ut notatur in rubr. ff. de officio prefell. urbis: quam alij praefecti alibi administrantes, qui sunt spectabiles, ut dicuntur est per Ioan.de Platea in l. final. Cod. de decr. lib. 10 & facit l. 1. Cod. de filetar. lib. 12. & l. vnic. Cod. de præpos. lib. lib. 12. Siue utraque sit dignitas honoraria siue administratione, quia prefectus dignitas collata in praesentem dignitati collata in absentem; Sine utraque fuerit ad postulationem: Sine utraque, motu proprio Principis. Et hoc facit praesentia Principis, qui auctum extollit, argum. omnium. C. de testam. & de filetar. l. 1. C. cod. lib. Ex quo dicit Io. de Plat. in d.l. omnes. que est l. r. C. vi. digni. ordo seruetur. quod maioris est honoris Electio, facta presente Cancellario Principis, quam si mittatur sibi ad domini. art. d.l. & iuriū supra alleg. & dixi in 16. cōsid. quarta pars. & forte etiam infra dicam. Quia haec possunt adaptari

ptati ad omnia officia eiusdem status, in hoc, quod prouisus, praesentialiter est maior, quam in sua absencia, data paritate in reliquis.

**Q**uarta consideratio ex praedicta lege, quod inter Vacantes, illi, qui priori tempore vacauerunt, preferuntur. *I. s. Cod. de primis. eorum. qui in sacro palatio militi. lib. 12.* ita dicit Ioan. de Platea in *d. l. 2. C. vi* dignitatis ordo, &c. &c; ut dicit, Vacantes sunt in duplice genere, Qui dam, qui deposuerunt dignitatem & administrationem, ut puta dici potest de illis, qui certa habebant officia, & illis renunciauerunt, seu illa resignauerunt. Vcl quia aliquo tempore fuerunt officiariorum alicuius loci, seu vrbis, vbi non sunt amplius talia officia: Ut de illis, qui fuerunt consiliarij in senatu Mediolanensi sub Rege Franciae, & nunc quia ipse Rex non tenet Ducatum Mediolani, non amplius sunt consiliarij.

Quidam vero, quibus est data, vel missa dignitas, sed nondum habent administrationem: Pura, quia quis est eratus consiliarius ad primam Vacaturam, vel eratus Secretarius, vel magister hospitij, seu dominus, ad primam Vacaturam, & isti sunt Vacantes, qui inter eos preferuntur, secundum proprietatem temporis Vacationis, sed ex quo habent administrationem, semper preferuntur.

**Q**uinta consideratio ex ante *d. l.* quod semper habens administrationem, preferuntur Honorario, etiam in dispari dignitate: secus autem in Vacante; quia vacans eiusdem dignitatis preferuntur Honorario, sed enim preferuntur maioris dignitatis Honorario: quoniam procurator fisci, qui dicitur comes thesaurorum vel procurator Cæsaris, id est omnis rei privatae, non preferuntur Honorario questorio, vel ex magistro officiorum scilicet, Honorario, qui habet dignitatem magistri officiorum sine administratione: Non enim habet locum prælatio; quia sunt diffimilis qualitatis. Ita dicit Ioan. de Platea in *d. l. 2. §. fin. 2. colum. Cod. de dignitat. ordines servetur.* vbi dicit, quod Honoraria dignitas, tanquam extraordinaria; non impedit, quin possit quis acceptare aliud officium, stante statuto, quod quis non possit habere duo officia: quod etiam est de iure hac parte, *C. de prox. sacri. serv.* & ibi *Io. de Platea, lib. 12.*

Honorarij enim sunt apud nos, qui tantum habent nomen officij & dignitatis, & non administrationem, nec salario affluta, vt sunt plures magistri Registorum domus Regis, qui dignitatem illam honorariam tantum habent; sed tamen adhuc licet non habeant administrationem; tamen debent preferri omnibus aliis inferioribus dignitates inferiores, & minores, habentibus. Et ideo dixi in casu emergenti, tales debere precedere omnes aduocatos simplices, & si talis cum hoc esset aduocatus Regius, preferendus esset ceteris aduocatis regiis, & sic locutus est ceteris locutus est ceteris locutus est. Ego autem alias tales litteras obtinui à Christianissimo Rege Ludouico XII. sub domino Guidone de Rupeforti Cancellario Frâncie dignissimo & meritissimo in regressu meo ab Italia, qui sua benevolentia voluit me promoueri facere in consiliarium magni consilij Regis, & mihi iniunxit, vt redirem ad patriam ad preparandum & disponendum de negotiis meis, vt infra duos menses redirem ad curiam cum libris: Sed statim infra mensem decessit ab humanis, nec amplius prosecutus sum quodvis officium, sed me ad hanc nostram ciuitatem Heduensem retraxi, & vt scribere & componere possem *commentaria super consuetud.* Ducatus Burgundiæ (quod & factum est Deo auctore) & plura alia, quæ

tandem in lucem mittentur. Verum, cum Christiannissimus Rex Franciscus, hanc ciuitatem Heduensem primo ingressus fuisset, & orationem nomine ciuitatis habui, & habita oratione me alloqui fecit per R. d. Archiepiscopum Senonen. & Episcopum Siluaneum, qui mihi parte regia iniunxerunt, vt sequerer eius magnum consilium; eo, quia intendebat ipse Rex, & solebat me esse consiliarium in dicto consilio: quod recusavi, ex quo tale consilium non est firmum, nec stabile, sed potius cursorium, seu deambulatorium; quia semper vadit & currit cum curia Principis: & istud me traxisset à volitione librorum, & compositione aliquorum tractatum, quos iam incepseram. Nec à tempore, quo decessit dictus dominus Guido, intentionis meæ fuit usque nunc, habere aliquod officium, quod me retrahere, seu auocare potuisse à studio, prout nec prosecutus sum, licet stimulatus fuerim à multis: forte cum ero quinquagenarius; prosequar aliquid, si video, esse mihi vtile, & facilis prosecutionis. Si video, non posse ad id perueniri, nisi eo modo, quo hodie peruenitur, scilicet cum pecunia, stabo cum opinione Labronis. de qua in *A. 2. §. post hunc. ver. ex his. ff. de orig. iuris.*

**S**exta consideratio erit alia, quod officiorum existentium circa personam Principis, & sic officiorum palatij seu hospitij Domus regalis, quidam sunt, qui habent cogitare de epulis dicti palatij, qui & propositi & tribuni scholarum de iure vocantur: vt in *L. unica. C. de commib. scholar. lib. 12.* Et hoc, per quandam similitudinem. Quia sicut scholaris in studio addiscit & studet, sic studium istius parare epulas Regales seu Imperiales: vnde huiusmodi paratores dapum regiarum tribuni ac praepositi scholarum dicti sunt de iure, de his dicam infra in suo loco.

Sunt etiam quidam in dicto palatio, qui Comites sacri stabuli dicuntur, vt in *d. l. unica.* quia stabulum Regale aut Imperiale custodiunt, & prouident in vicetu equorum, & de talibus curam habent. Et iste apud nos vocatur grandis scutifer. dicam infra in *10. confid.*

Reperiuntur etiam alii, qui Comites curæ palatij dicuntur, id est, qui curant de ornatu, scilicet cultricis, linteaminibus & vtsilibus Domus Imperialis seu Regalis, & praedicti omnes habent diuersos ordines inter se. Quia nonnulli sunt in primo ordine, id est, manus & nobilis seu primatum habent officium: vt est inter cambellanos Regios primus cambellanus, qui in Gallia hodie est dominus Ludouicus de la Tremolle, gubernator Burgundiæ pro Rege Francie. Alii sunt in secundo ordine, alii in tertio, & alii consequenter in quarto, & sic de singulis, & quod omnes alii à prima sunt æquales, nisi quod qui prior est promotus ad tale officium, prior est in ordine, & sic de aliis.

Et generaliter, in quolibet ordine & statu officiorum Principis est unus, qui est praepositus ordinis de ordine suo. Et prouident etiam, vt quilibet de tali ordine diligenter, probe, & bene faciat, quod ordini suo incumbit. Ita dicit Iacob. Rebuff. in *d. l. unica. C. de comitib. & tribunis scholar. lib. 12.*

Sunt etiam quidam, qui prouident de medicinis, vt sunt medici: de ordine quorum infra dicuntur.

**S**eptima consideratio. Veniendo ad praxin nostram, quam hodie habemus in Gallia, & quaeruntur Curialistæ & Aulici, est, quod inter omnia officia domestica palatij seu hospitij domus Regalis;

maius officium , & dignius inter omnia , est officium magni magistri , qui in vulgati nostro dicitur , le grand maître , & in Sicilia dicitur magnus Senescalus , & in Aragonia maior domus , prout dicit . Luc . de Pen . in d . l . unica . C . de comisib . & tribunis scholar . Et ita etiam tenet Nicol . Boerij in suo tratl . de praesumentia sacr . magni concilij , quando ponit ordinem sedendi in regno : Sed ut mihi videtur , cum esset Curialista & aulicus ; eo , quia erat consiliarius in magno consilio Regis Francie , non bene intellexit statum illius : cum in palatio regis officium magni magistri sit aliud à magno Senescallo , & illa duo officia sunt penitus distincta , & diversa , & de viroque dicetur infra . Dominus vero Guil . Budæus , qui toto tempore vitæ suæ fuit aulicus regis , & nunc magister requestarum hospitij regis ordinarius , videtur hunc appellare pincernam maximum : eum dicat in leg . v . ff . de senatorib . in suis annotationibus , quod primores regiæ dignitatis ministrales , sunt Cancellarius , magister equitum , camerarius , & pincerna maximus , quod crebro fore officium huius magni magistri , secundum mentem ipsius domini Bedæi , cum sit talis de primoribus , & non potest sub aliis cum vocabulis comprehendendi : quod tamen bona venia dixerim , non mihi videtur ita esse ; cum si alias , qui dicatur pincerna maximus , de quo etiam infra parebit .

Sed , quantum ad huiusmodi officium magni magistri , potest & debet dici , magna æ autoritatis & præminentiae , honoris atque excellentiae inter alia officia : cum hoc nomine appelletur , & ei addatur magnus , ad maiorem expressionem & denotationem magisterij ; eo , quia decens est nomen , esse consonans rei . vulgato . & est & aliud . Instit . de donationib . & est bona argumentatio in iure ab Etymologia seu significatione vocabuli . Instit . de tutelis . § . 1 . & in tutores . & Instit . de testamentis principi . & notatur in cap . 2 . in principi . extra de testam . & ita habetur text . in leg . agere . § . ff . de verbo . signific . Vbi tributum à tribuendo , & donando . l . inter donum . ff . de verbo . signific . & iudex , quasi ius dicens . capit . for . u . § . iudex . extra de verbo significat . & similiter de verbo possesso , quasi pedum positio . l . g . 1 . in principi . ff . de acquirere . p . f . & similiter in mutuo , quasi de meo tuum , leg . 2 . § . 1 . appetitatis . ff . s . certi . pet . in verbo . excommunicatio , dicitur quasi extra communio , vt notatur in cap . placet . de sent . excom . extra ut de plurib . aliis similiter dici possit . Sed ad propositum nostrum dicitur ; quia maior est in statione : terron Grece , 2 . 1 . latine dicitur , secundum Papin . Et dicitur is , cui totius rei gubernatio est commissa . l . 1 . § . 1 . ff . de exercitu . l . item magistri . ff . de patrib . leg . actor . ff . rem ratam hab . Vel magister dicitur à monendo vel monstrando , quod alias monere & eis monstrare quid acturi sint , debeat . Et etiam magister militiæ , dicitur Princeps militum . 2 . Reg . 19 . c . De quo verbo magister , ponit Hostien . in summa de magistris . § . 1 . Ioa . Aud . in elem . 2 . cod . titul . de magistris . Nec huiusmodi nominatio alicui debet esse molesta ; cum Christus , vt à suis discipulis sic vocaretur , Ioan . 13 . acceptauerit : Vos vocatis me magister & domine , & be-ne dicitis , sum enim . Quibus enim precipua omnium rerum incumbit cura , & qui magis , quam cæteri diligentiam & solicitudinem in rebus , quibus præsunt habent , hi magistri appellantur : Quinetiam ipsi magistratus , per deriuacionem à magistris cognominantur , leg . quibus . ff . de verb . sign . Idcirco magistri , & Iudices eodem præcepti ordine ponuntur , Deuteron . 16 . Iudices & magistros constitues , in omnibus portis tuis ut iudicent populum iusto iudicio . & dixi in-

fra , in nona part . in q . confid . ver . predisti . Et hic magister , de quo hic dicitur Comes illustris . l . 3 . C . de cursu publico . lib . 12 . vbi iam constat , quod præst cursoribus publicis quos vulgo postas dicimus .

Item præst translationi seu electioni armorum . l . 1 . Cod . de fabricensib . lib . 11 . Et ipsi fabricenses eidem substant . leg . pen . & vlt . Cod . eod . de fabricensib . in duas glossis . vbi Imperator vocat magistrorum officiorum , sublimen . Item etiam ad eum spectat curate ne arma hiant à priuato , neque vendantur , ne reponantur alibi , quam in publicis armamentariis , vt in Aut . de armis . in subscriptione . & u . sive . & per totum . collat . 6 . Et ut dicit Luc . de Penn . in leg . l . Cod . de castre . sianis . lib . duodecimo . Hoc est officium , de quo saepius in legibus Codicis fit mentio . Cassiodorus 6 . variarum Epistoliarum in formula ipsius officij sic delictibit ; cuius verba hic inserere volui , prout etiam inseruit ipse Lucas modo seq . Reuerendum honorem sibi assumit , quisquis Magistri nomen accepit , quia hoc vocabulum semper de peritia venit , & in nomine cognoscitur . quid sit de moribus estimandum . Ad eum nimicum pertinet palati disciplina . Ipse insolentium scholiarum mores procellosos moderationis suæ terminis prospere differerat ; tam multi ordines sine aliqua confusione componuntur , & ipse sustinet omnium quod habet tutela discretum .

Sic nominis sui gravitate personæ ornata estibus Principatum : per eum senator veniens nostris præsentatur obtutis amouet trepidum , componit loquenter .

Sua quin etiam verba solet inserere , vt nos decenter omnia debeamus audire , aspectus Regij haud irritus collocutionis nostræ gloriolus donator : aulici consistorij quasi quidam lucifer . Nam sicut ille diem venturum promittit : sic iste desiderantibus vultum nostræ serenitatis attribuit . Causarum præterea maximum pondus in eius audientia finibus , maxima securitate reponit . Veredorum quin etiam opportunam velocitatem , quotum status semper in cursu est , diligenter suæ distinctione custodit : vt sollicitudines nostras , quas consilio iuuat , beneficio celeritatis expeditat .

Per eum exteris gentibus ad laudem Republicæ nostræ ecclœ studinis ordinatur humanitas , & nolentes redemit , quos mereentes exceperit .

Per eum quippe nobis legatorum quamvis festinantium , pronunciatur aduentus .

Per eum nominis nostri destinatur euæctio , & isti principaliter creditur , quod tam necessarium esse sentitur . His etiam laboribus æstimatis potestatem maximam huic decrevit antiquati vt nemo iudicium per provincias fasces assumeret , nisi & hoc ipse fieri decreuisset . Subdit eius arbitrio aliena iudicia , vt ad ipsum rediret , quod alteri visus est præstitisse : molestias quidem non habet exigenda , sed late bono fruatur potestatis adeptæ . Credo , quod ex diuersis titulis de floraretur dignitas ob leuamen Principis instituta .

Per æquatores etiam victualium rerum in urbe Regia propria voluntate constituit , si tam necesse rei iudicem facit . Ipse enim gaudium populis : Ipse nostris temporibus præstat ornatum , quando tales virtus copiae publicæ præficit , vt plebs querula seditionem habere non debeat sariata .

Officium vero eius tanta ingenij prærogativa decoratur , vt militia perfunctus municiibus ornatur nomine principatus , mitiore modo inter prætorianas cohortes , & vibanae præfecturæ milites videatur inu-

inuenisse primatum, à quibus sibi humile soluebatur obseq*uium*. Sic in fauore magni honoris iustitia quædam à legibus venit dum alienis excubiis præponitur, quod alibi militasse declaratur. Adiutor etiam Magistri nostris obtutibus præsentatur, vt vicaria sorte beneficij nos eligamus eius præsidium, qui nobis præstat fidele solatium. Hanc igitur dignitatem tot titulis decorataam, tot insignibus opulentam per indictionem illam gubernandam tibi congrua gravitate committimus: Ut per omnia, quæ gesseris, qua nihil moribus residuum relinquitur, si (quod absit) à tanta maturitate peccetur. Hec sunt verba ipsius Cassiodori, loco quo supra. Quem Cassiodorum in dictis Epistolis minime inuenire potui, licet cum perquirere fecerim apud bibliopolas, in vauesitatibus & aliis locis huius regni: Sed vt dictum est, verba supra scripta sunt relata per Luc.de Pen. in d. l. 3. quæ incipit: *hi Cod. de Caſtrenſi. lib. 12* per quæ clare cognoscitur, quæ sit & fuerit huiusmodi officium, & cuius dignitas, honoris, & præminentia fuerit tempore Cassiodori.

Istud vero officium alias fuit tantæ autoritatis, & præminentia in Francia, quod omnia tanquam Rex expediebat talis Magister sub nomine Regis. Hodie vero non est eius autoritas tam magna, nec excellens: Quid nam in omnibus quæ tangunt iustitiam (saltē quod non aulicos) & in multis supradictis non se intromittit, sed solum Cancellarius, de quo dicam in sequenti parte. Eius tamen autoritas adhuc hodie circa eas, quæ concernunt hospitium Regis, & etiam circa præsionem Regni in prouidendo militibus, est satis ampla: licet proprie eius autoritas cōcernat principaliter administratiōnem, & superintelligentiam Officiariorum hospitij Regis. Et maxime illorum, qui prouident circa epulas, & est proprie officium Magistri Officiorum: de quo habetur rubr. de *Officio Magistri Officiorum. C. & proprie cognoscit de causis Officiorum Principis etiam cubiculariorum*, ut est text. in *L. cubicularios. C. de prepos. scri. cubiculi. lib. 12*. & sub eius cognitione & punitione sunt omnes Officiarij hospitij Regis, vt dicit Iacob. Rebuffi, in rub. de *auctorib. lib. 13. C. vbi dicit eos esse illustres, L. eos. Cod. de princip. agent. in rebus, cod. lib.*

Et etiam cognoscit de causis Principum agentium in rebus, & ipsorum agentium in rebus. *l. ex eo. C. de agentib. in reb. lib. 12*. & ibi Iac. Rebuffi, qui dicit hoc esse verum etiam de causis criminalibus, licet videatur esse text. *l. in l. 1. C. de princip. agent. in reb. u. eod. lib. 12*. & ibi idem Rebuffi, quod Princeps agentium in rebus, cognoscit de causis agentium in rebus: sed ipse Rebuffi ibi dicit, quod est verum, quando sunt centenarij, aut ducentenarij. De aliis vero, qui sunt centenarij, aut ducentenarij, cognoscit Magister Officiorum, vt ibi per eum dicam latius infra.

Cognoscit etiam de causis fabricensium, vt supra dixi *l. penult. quæ incipit eos. C. de fabricensib. lib. 11*. similiter de causis silentiariorū. *l. ne aduersa. Cod. de silent. lib. 12*. Item de Caſtrenianis. *l. 3. & 4. C. de Caſtren. lib. 12*. Item de decanis, *eod. lib. vt declarat Ioa. de Plat. in rub. C. de quaſtorib. & Magistris Officiorum. lib. eod. 12. vbi Quodoſtores, Magistri Officiorum, & Comites factarum largitionum, & recipiuntæ æquiparantur, & sunt illustres.*

**O**ctaua cōſideratio. Videtur, quod post istum magnum Magistru[m] sit prepositus sacri cubiculi, qui dicitur *magnus Senescallus* secundum vulgate Gallicum, vt dicit Lucas de Penna. *rubri. C. de prepositis sacri cubiculi. & de omnib. cubiculari. & privil. eorum, lib.*

12. vbi dicit, quod post debilitatum Imperium cuncta propria vocabula sunt delecta.

Et licet istorum & similiūm hodie nullus sit usus, notitia tamen, vt dicit, est necessaria, *c. fuerunt. p. paulatim. 7. d. s. & illum vocat Mareſcallum Io. de Platea in d. rub. sed errat quoad nos, quia Mareſcalli in Gallia sunt alij, vi dicain alibi.*

Sed quia apud nos alij modo vocabulo videtur, quod sunt Cambellani, id est, custodes vel fabricatores lecti qui habent sub se plures, vt sunt illi, qui vocantur *les chambriens, ou v. l. us de chambre*, vel etiam aulæ, vel cameræ, vbi cubat Princeps, dicuntur custodes cameræ, que debet esse sancta, id est, immaculata, & ad cuius custodiā boni, probi, & electi sunt cubicularij assūmendi, *l. quicunque. C. de ope. dubl. & vt dicit Iacob. Rebuffi in dict. rub. de prepos. sacri cubiculi alleg. per Odofredum, isti præposito facri cubiculi Imperatoris & equiparati potest magnus Cambellanus Regis Franciæ, vocatus, *le grand Chambellan*, qui præstet cubiculo, hoc est, cameræ Regiæ. Alius autem cubiculariis, de quibus loquitor ille titulus, in illa particula, ibi: *& de omnib. p. cubiculariis, & equiparantur alij Cambellani Regis, qui sunt sub magno seu primo Cambellano: & hunc honorem communiter volunt habere Senescalli & alij Officiarij Regij maiores laici, qui hoc sibi reputant ad magnum honorem, quando sunt Cambelli si Regis, & non immixto, vt statim videbitur. Hic vero tempore Constantini dicebatur paracœmomenus cubiculus, vel præfectus cubiculus, id est, curam habens cubiculus imperialis, & hic præfectus cubiculi apud nos dici potest primus Cambellanus. Vidi etiam arresta Parlamenti Franciæ, vbi sit mentio de domino Ludonico de Trimollia, qui erat primus Cambellanus, & vocatur ibi Protocambellanus. Olim etiam talis erat subdienus paracœmomeno, id est, magno Senescallo, præter tamen omnibus cubiculariis, hoc est, qui in cubiculo administrabit: & hic præpositus sacri cubiculi, id est, magnus Senescallus, secundum Lucam de Penna, vbi supra, & equiparatur in dignitate, immunitate, vel honore, non tamen excellētia, vt potestate, præfecto prætorio, id est, Cancelario, vel melius Præsidenti. Cum nullus præter Constabilem Cancelario sit & equiparandus, vel præfecto urbiss, qui potest dici præpositus Parisiensis, vel Magistro militum, qui potest dici Mareſcallus, vel verus Capitaneus: & æqualis honor est seruandus in sedendo iuxta Principem, & sedibus collocandis, vt qui prædictorum primus promotus ad osnium repertur, primam locum obtineat in sedendo. Ita est textus cum notatis per gloss. Doctor. & maxime per Lucam de Penna in dict. *l. 1. C. de prepos. sacri cubiculi. lib. 12*. Et hi secundum eundem hodie Secrætarij (vel eleganter à secretis, hoc est, cui secrætaria corammittuntur) dicuntur: Quia secretaria, quæ vel nullis vel paucis communicant, scribant, dictant, & explicant, quæ scilicet Princeps secreto, pata in cubiculo**

**N**ona consideratio erit in hoc. Quoniam, vt dicit Lucas de Penna, *i. rubri. C. de prepos. sacri cubiculi. lib. 12*. In cubiculo Principis quidam magnificentissimus gerebat officium, qui chartularius vocabatur: & huius forte inter cetera erat officium, vt codicilli, id est, literæ Commissionis Officiorum, quæ diuersis Magistratibus mandabantur, & quæ erant subscribendæ manu seu chirographo Principis, per eum expeditentur: & hi erant maiores primicerio, vt dicit Lucas de Penna in dict. *rubri. C. de prepos. sacri cubiculi. lib. 12*. Et hi secundum eundem hodie Secrætarij (vel eleganter à secretis, hoc est, cui secrætaria corammittuntur) dicuntur: Quia secretaria, quæ vel nullis vel paucis communicant, scribant, dictant, & explicant, quæ scilicet Princeps secreto, pata in cubiculo

(quod vulgo dicimus *le cabinet*) iubet, ordinat, & dilitponit: libellisque, puta epistolas, & petitiones secrete Principi legunt & explicant: & hodie apud nos dicuntur, *les Secretaires des commandemens*: & sunt quatuor ordinarij scilicet. de Robertet, Gedoyen de Neufville, & Doruet: Sed inter omnes semper fuit & est praepcius, & maximae autoritatis apud Reges Franciae ius ple dominus Robeitet. Et hi sunt maiores omnibus aliis secretariis Regis, & omnibus preferendi. Et isti sunt de magna canera, seu de magno laterculo: de quibus facit mentionem Pet. Cotereau in suo schedulari *Magistrorum ciuitatum*, n. de questore. Alij autem sunt, qui sunt de parua, & sunt clarissimi, qui vero de magna spectabiles, & Magistri sacrorum scriniorum dici possunt. *L. unica. C. de proximis sacrorum scriniorum.* & *rot. tit. de proxi. sacrorum scrin. lib. 12. C. de quibus infra dicam*, ubi forte statum consistorij Principis descripturus sum.

**D**ecima consideratio. In palatio seu hospitio Principis est alius officiatorius, qui comes sacri stabuli (vt iam supra in hac parte, in 6. consider. dictum est) vocatur, & apud nos magnus leutifer dicitur. Hic vero plures sub se habet, quorum est praefectus, qui dicti sunt stratores, hoc est, qui praelunt equis terranis, & sellis, & frenis, de quibus habetur titulus *de stratoribus*, lib. 12. Cod. Et eundem comitem sacri stabuli appellat text. & ibi Iacob. Rebuilt in d.l. vnuca. C. de comitib. & tribun. scholar. eod. li. 12. Et inter illos stratores est primus, secundus & tertius ordo, secundum quod Principi placet in suo statu ordinare. Apud nos vero tales dicuntur *Escriviers d'escrivie*. Et tales dicitur unus ex primoribus Regiae Maiestatis Officiariis, quem Budæus in suis annotationibus in l. fin. de Senatorsb. ff. Magistrum equitum vocat.

Et de ordine istorum, & eorum præminentia seu autoritate videri potest in breuiario Principis, seu in quadam libello, qui dicitur *Statutus Francie*, qui sit singularis annis: & in eo apponuntur & describuntur seiatim omnia nomina Officiatorum, sub quibus subsunt, taxa eorum stipendiatorum, qui tenentur facere, & eorum incumbit officio, & quomodo, & in quibus, & per quæ, & quot tempora deseruire: que in forte succinete alibi ponam eidem adaptando & conserendo officia antiqua, de quibus in iure fit mentio.

**V**ndecima consideratio. Alij reperiuntur officia- rii hospitiij Principis, qui dicuntur domestici & commissiales, seu protectores & custodes personæ Principis: quorum quidam sunt, qui eum sequuntur, quidam vero, qui eum præcedunt, quidam qui eum de nocte custodiunt. Et tales protectores dicuntur etiam agentes in rebus, & habent quilibet eorum unum prepositum, qui Princeps agentium in rebus nuncupatur. Et sunt centenarij aut ducentenarij, ut sunt in curia Christianissimi Regis Franciae illi milites, qui dicuntur vulgo, *Les cent Gentils-hommes de chez le Roy*, qui habent Capitaneum, qui potest dici primicerius, seu Princeps agentium in rebus. Et illi etiam sagittarij equestris, qui hippotoxata dicuntur, seu forte pilati, dicti, *Les deux cents archers*, qui etiam habent Capitaneum, quem primipilo forte non indecenter comparemus.

Sunt & alijs protectores seu custodes corporis Principis, qui vulgati nostro dicuntur, *La garde du Roy*, (ut sunt communiter quidam Helvetij) & proprios eos stipatores, laterones, & somatophylacas dicemus, & gerunt hastile, quod alabardam vocant. Et tales salutatione prius facta, potestate osculandi habebant Vicarios præfeti, id est, Locumtenentes capi-

tanei ianuæ Principis, vt dicit text. in l. 1. C. de elemos. & protection. li. 12.

Et hic aduerte, quia Princeps dicitur adorari. Alij vero salutari. gl. fi. in l. 1. C. de silentiar. eod. li. & quod Princeps dicatur adorari, tex. in l. unica. Cod. de comitibus & tribunis scholar. eod. li. licet ibi gl. verbum adorandi, exponat, id est, salutandi, sic in l. sancimus. C. de consultibus. Cod. eodem lib. & in l. 2. ibi: aeternitate in nostram adoratur. Cod. de fabricensibus libro undecimo. sed etiam ibi gloss. dicit, quod est improprius, cum solus Deus adoratur, Imperator vero seu Princeps cum reverentia aditur & honorari debet. Et quod solus Deus est adorandus, & soli sibi sacrificium est offerendum, dicit Inn. in c. 2. de celebrat. miss. De salutatione dictum est in t. 1. part. & plene in præsed. par. in 32. confid. incip. prosequendo materiam, &c. & infra ista part. in 22. considerat. ii. Et quod alijs à Princepe dicuntur salutari aut reverenti, tex. est in l. 2. & 5. Cod. de proximis sacrorum scrin. eod. lib.

**D**odecima consideratio. In Palatio seu Regia Principis sunt & alijs, qui de persona eius curant, ut sunt medici, & sunt in hoc officio tres ordinarij: primus videlicet, secundus & tertius: Et quilibet ordo habet unum præcipuum etiam suum medicorum & superiorum, qui vocatur Princeps medicorum, & tales vocantur archiatri, ut in l. medicos. in prin. Cod. de profess. medicis. li. 12.

Et tales habent tantam dignitatem, quam habet Dux & Vicarius Principis, qui adini nistrauerunt, qui apud nos dicuntur Gubernatores patriarum, ut dicit Iohann. de Plat. in rub. C. de comitib. & archiatri sacri palstij. li. 12. Vbi etiam dicit post Bartol. quod Medici Principum, qui meruerunt esse in primo ordine medicorum, nobilitantur, ut efficiantur Palatini Comites. Et sunt in dignitate spectabili: & ibi sunt tres dignitates, scilicet Archiatriorum, id est, medicorum Principis, Vicariorum, & Ducum, quæ aequaliter. Et non est doctrina, nisi in prioritate temporis, ut dicit ibi text. Iac. Rebuff. & Ioh. de Plat. & Luc. de Penna.

**D**eclimatertia consideratio. Alij sunt Archiatri, qui dicuntur ostiarij palati, seu hospitiij Principis. Et Archiatus est Princeps eorum, quasi Princeps atrij Principis. Et Atriensis, hoc est, ianitor, seu ostiarius, aut is, cui credebatur cura atij, id est, prime partis domus, cum de atris intrans domum. Vnde Vetr. lib. 6. In urbe atria proxima, ianuis esse debent. Unde in Euang. dicitur: Cum foecitis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet.

Et iste Archiatus est in magna dignitate: cum æquiparetur Vicario, & Duci, ut in l. 1. C. de Comitib. & Archiatri. sacri Palatij. li. 12. & ita exponit Luc. de Pen. in d. rub. vbi dicit, quod in Regno magni virti consuerunt officium pro magnis munere gerendum suscipere. Hodie vero deficient: iustitia, huius, sicut & exercitorum, claritas est delecta: sed quicquid dicat, hoc potest esse in regno Sicilia & Neapolitano, de quo ibi intendit loqui, cum ibi tum resideret. Sed in Regno Franciae est in magno honore, & solet concedi Nobibus, & his, quos Princeps favore & benevolentia prosequitur.

Idem tamen Luc. de Penna in rubr. C. de comitibus consistorianis. in fin. li. 12. dicit, quod Magistri ostiarij in curia Regis sunt Comites consistoriani. Cuius officium est conuocare ad præceptum Principis, vel quæstoris Iurisperito s, aut alios, illosque cum necesse esset introducere in consistorium Principis: Et his post quæstorem, & Magistrum Officiorum prægerat in consilio Principis, & hic dicitur *comes consistorianus*.

Dicit enim Pyrrhus in lib. de Magistris Roma. quod

quod Comites consistoriani sunt, qui Principis consistorium & tribunal comitantur. Hic sunt illustres, cuiusmodi Sacri consist. Regij, qui Regem aut ipsum consistorium, cui praest Cancellarius, sequuntur. Sed credo illud esse generaliter ad omnes: sed specialiter Comes consistorianus dicitur ille, qui habet curam, & gerit officium conuocandi ad præceptum Principis omnes de concilio & consistorio eiusdem. Dicit ueterius Pyrthus, quod amissionales sunt, quos hostiearios Galli vocant. Alij Archiatros dicunt ab atrio custodiendo, nonnulli atrientes, ut dictum est. Consistoriani vero Ambrosio dicuntur, qui senatorij ordinis, vel amplissimi sunt, qui ad principale consilium eligebantur.

**D**ecimaquarta consideratio. In domo Principis sunt plures Comites, qui semper Principem comitantur. Cum Comes à comitando, vel sequendo dominum dictus sit, i. item apud. §. comitem. ff. de iuri. l. 1. ff. de extraord. triuin. Et habent officia in domo Principis, & quia dicuntur cum adiectione oneris sunt nomina officiorum tantum. Secus, quando cum adiectione patriæ, aut prouinciæ: quoniam tunc sunt nomina dignitatis, ut supra in præced. parte plures nominaui, l. 1. 46. confid. Sunt etiam quandoque sine comitatu, ut in Auth. ut ab illustrib. & qui super eam dignitatem sunt, &c. in princ. iuncta gl. ibi in verbo, comites, col. 5.

Et in hac parte dixi supra, est Comes sacri stabuli, de quo in 10. confid. etiam Comes scholarum, ut in 6. confid. Sunt tamen alij Comites: primo Comes largitionum, & est, ut Pyrthus in suo tract. de rogaris, & in Palatinis. l. 1. qui largitiones Principis in comitatu faciebat: quis autem hodie fungatur huiuscmodi officio, forte scribam infra, vbi officia deputata circa exercitum Principis enumerantur, & est proprie thesaurarius secretus Principis, qui dicitur, Le trésorier des menues plaisirs. Vel forte crumenarius ( quem argentarium vocant) qui etiam forte rationarius, id est, accepti, expensique librum conficit, aut eleemosynarius Principis, de quo statim dicam. Nam dona facit, & liberalitates exercet Princeps, ut in l. unica. C. §. liberal. Imper. locutus sine herede deceas. l. 10. Et liberalitas seu munificencia est proprium Regis, & ex ea plurimum laudatur, ut dixi in præced. part. in 8. confid.

Et est Comes domesticorum, qui teste Pyrrho, vbi supra est, qui præfecturam in domesticos Principis habebat secundum Iustinian. Forte dici posset hodie præpositus domus Principis ( qui vulgo dicitur, Le Præf. de l'h. &c.) cum habeat iurisdictionem, & præfecturam in domesticos ipsius. Qui etiam videtur habere officium Irenarchæ, cum habeat cognitionem causarum criminalium, & pacem procuret inter domesticos & aulicos Principis: Imo in omni curiali facinorosos animaduertit, quod videtur esse officium Irenarchæ, ut in l. unica. C. de Irenarchis, lib. 10. Et ab isto hodie deputantur in prouinciis Irenarchæ, seu liminarchæ, hoc est, præpositi Marescallorum.

De aliis vero Comitibus suis locis dicetur: maxime de Comite stabuli, qui erat primus inter omnes; & omnibus præterat: loco hujus hodie est Connestabilis, sed erratur in vocabulo, quia deberet dici (ut aliqui volunt) comes stabilis.

Et licet multa sint officia in curia seu palatio Regis nostri, quæ ad istos comites adaptari possent, quæ in manibus habete non potui, licet multos aulicos & Palatinos rogauerim, ut ad me destinarent statum in curia Christianiss. Francorum Regis, ut omnia officia Curiæ adaptare satagerem officiis antiquis &

in iure descriptis: Sed cum ad me non detinenterint, alitet non insistam, nisi in iure, & antiquis scriptis reperi possint, & quæ usitata fuerint, in aliis me remittendo ad Pyrthum, ad Fenestellam, & Pompon. Lætum.

Adverte etiam, quod olim breuis fiebat, qui continebat sigillatim officia ministerio Principis deputata, ut ait text. in l. fin. in princip. C. de Castris. & minister. lib. 13. Sed etiam hunc breuem ( qui continebat numerum Officiariorum ) non habemus, ut dicit ibi gloss. 1.

Quæ enim in nouissimis tribus libris Codicis leguntur, nihil fere antiquitatis redolent, ut ait Budensis: à Græcis enim sumpta sunt, & ob id magna ex parte non intelliguntur: authorum eius temporis penuria.

Si velis videre breuem statum Regis Salomonis, habetur compendiose, 3. R. 4. vbi sic dicitur: Erat autem Rex Salomon reguans super omnem Israël. Et Principes & Praefecti ipsius Salomonis nominatim ibi describuntur, & multi alij eiusdem Officiales.

Primo, nominantur tres, quos pro Scribis habuit, quos dicimus à secretis.

Secundo, unus nuncupatur, qui à Commentariis dicitur, & forte talis Commentaria componebat, loco cuius subrogatus videtur in Francia Cancellarius.

Tertio, unus solus, qui super exercitum dominabatur, ut hodie apud nos est Connestabilis Francie.

Quarto, tres erant super eos, qui assidebant Regi, & forte hodie loco istorum sunt electi secreti, aut strati consili. Regis.

Quinto, unus erat amicus Regis.

Sexto, unus nuncupatur, qui erat Prepositus domus.

Septimo, unus erat super tributa, quem uoco Generalem Financiarum, seu magnum Thesaurarium.

Octavo, duodecim praefectos habebat super omnem Israël, quorum nomina ibi describuntur, & quibus regionibus præterant: & hi præbebant annanam Regi, & domui eius. Per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Non temere forte crediderim a Carolo Magno, Francorum Rege, istorum duodecim praefectorum olim fuisse institutos duodecim Pares Francie.

Ibi etiam de expensis seu sumptibus, & cibis mensæ ipsius Salomonis, dum scribitur: Erat autem cibus Salomonis per se quatos dies triginta cori jemila (hoc est, farinæ albæ, seu floris farinæ triticeæ) & sexaginta cori farinæ (quæ erat ex omnibus frugibus, & leguminibus. Corus vero medimnos Atticos 41. capiebat. Medimnus vero sex modios continet.) Item decem boves pingues, & viginti boves pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubulorum & auium altilium. Item habebat quadraginta millia præsepiæ equorum curriliun, & duodecim millia equœstrum, nutriti bantque eos supradicti Regis praefecti, sed & necessaria mensa ipsius Regis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

Et de Officiariis diuersorum Ordinum tam Pontificalis dignitatibus, quam Imperialis fit mentio. in c. Constantini 96. distin. & ibi videtur quod militiæ clericalis officia sint adiuuenta instar secularis.

Sed longe ante Salomonem, cum iam sexaginta anni, & ultra lapsi erant, cum regnare incepisset Salomon. Samuel sanctiss. Domini Prophetæ Hebreorum Magn⁹ Pôtifex, & Iudex, Leges seu iusta regni Hebreorum iussu Domini dederat Sauli in Regem Hebreorum assumpto: quæ descripta erant in libro, ut habetur, i. Reg. 8. & 10. c. in fin. Vbi statim elici potest de statu Regis Saulis: de quo in precedenti part. in considerat. de prævileg. Principum, vers. 162.

**D**ecimaquinta consideratio. Aliud est officium domesticum Principis, quod dicitur Comes

horreorum: pristini Principis curator. De quo facit mentionem Pyrrhus *in suis tractat. de Togatis & Palatibus.*

Et hie habet sub se mancipia quædam purgandis horreis adscripta, coquendaque pani Principis. Et hic potest esse præfectus annonæ, seu tribanus.

**D**ecimasexta consideratio. Est & aliud officium Domesticum Principis, quod dicitur officium Comitis sacri palatij secundum Luc. de Penna, ut infra dicetur. Sed secundum Pomponium Lætum dicitur officium præfecti fabrorum, quoniam, ut ait, sunt artifices, qui castra sequuntur, ut fabris lignariis ferrariis que præsint. Et is Magistratus eligebat idoneus, & qui castris seiret bene prouidere, præfertim, qui in urbium expugnatione cuniculos subterraneos ficeret, atque id genus alia, ut Mamurra eques Romanus fuit præfetus fabrorum C. Cætaris in Gallia: qui (teste Polydoro *De Inuent. rerum. lib. 4. cap. 8.*) fuit primus, qui parietes domus crux matmoris operuit. Et de huiusmodi officio forte latius infra dicetur 19. part. Et talis proprie apud nos dici posset Magister operum.

Dicit tamen Lucas de Penna *in l. vni. c. C. de comitibus &c. iuribus & habilibus. l. 12.* quod comes sacri palatij erat præpositus castrorum conseruationi, & ornamento Imperialis palatij. Erat autem architectus peritissimus omnium, ante pedes regios primus, incedens auream virginem ferens in manu, hic per uigili cura vigilabat circa decorum palatij, ut antiquum nitorem in pristinum conuerteret, & noua similia antiquitate produceret.

Crederem autem potius, quod talis præfectus fabrorum seu operum esset sub comite, qui habet curam sacri palatij. Cum hic comes curæ sacri palatij sit de primis, & cœcipetur comiti, & tribuni scholarum, etiam comiti sacri stabuli, ut est *t. x. in d. l. vni. ea.* Et si in maxima dignitate, in qua non est præfectus fabrorum: licet ad humiliitudinem huius in palatio Parisiensi in mensa marimorea est adhuc iuridictio magistri operum, seu latomorum, qui cognoscere debet de operibus & ædificiis factis pro Principe, & potest ille Magister latomorum adaptari huius præfecto fabrotum. Et quod tales magistratus habeant iurisdictionem super prædictis, corroboro sic. De iure enim Magistri militum habent iurisdictionem inter suos milites. Casus est *in l. magisteria præfectoris inter militares viros. C. de iurisd. omnium iud.* Secundo sic, ratione professionis, vel negotiationis, quæ subiicitur iurisdictioni illius, qui præcessit talibus, & de his quæ pertinent ad eius artem, seu curam, *l. fin. in princip. vbi* est propria officina. *C. eod.* Hodie tamen de consuetudine Regni Franciæ centum milites Regis, de quibus supra dixi in ista part. *in v. considerat.* litigant coram dominis Requeritatum in Parlamento Parisiensi, prout & alij domestici Principis, si velint, & hoc virtute literarum Regiarum ab eis imperitatarum, quas *Comitum* vocamus.

**D**ecimaseptima consideratio. De aliis officiariis Principis tractat, qui sunt omnibus, & ipsi scilicet Principi, & aliis quibuscumque magistratibus necessarij, & sunt ætarij, qui ætatum Principis administrare habent, & in recipiendo, & in distribuendo. Et tales inter ceteros sunt laudandi, & retroactis temporibus, & de iure: & de facto fuerunt laudati & honorati. Et acceperunt nomen ab æte, hoc est, pecunia: Quoniam olim æs fuit in precio magis, aurumque accedat, ut ait Lucifer. Nunc, verba vice, iacet æs, au-

tum summo successit honore. Et primo ex æte pecunia signata fuit. Vnde Ouid. in Fastis:

*Era dabant olim melius, nunc nomen in auro est,  
Vt tag, concessit præsca moneta noua.*

Aduerte, quod in hoc ætario plures sunt Officiales. Sunt enim primo generales, secundo Magistri computorum, tertio thesaurarij, quarto receptores. Sed quomodo hi possint ad officia (olim in iure scripta) adaptari, videndum est, in primis apud nos in Francia quatuor sunt Generales Financiarum, scilicet Generalis Franciæ, Normanniaæ, Britanniaæ, & Lingua Occitanæ. Hic etiam prius præmitto, quod apud nos Principes singulis annis faciunt breuiarium, in quo describunt statum eorum generalem, & in illo statutum de ætarij pecunia, quam de fiscali, quod eo anno fieri velint: quam summam instrumento ministerioque omni Aulico ferri placeat, quam argentariam nunc, & officiales dovesticos vocant. Quam etiam rei militari attribui (quam teste Plauto, belli neutrū sit pecunia) quam stipendiis: Quoniam & officiariis, & militibus stipendia sunt necessaria. Ideo habetur *Luc. 3. Neminem concutiatis, estote contenti stipendiis vestris.* Quam liberalitatibus, quam venatico apparatu, quam auctio, equitioque, id est, falconariæ scutarioque, ut verbis nostris utar. Quibus etiam usus est ille elegans vir dominus Gulielmus Budæus *in suis annotationib. ii. in Pandeltas, super l. vnic. ff. de offic. questor.* Sed ad rem redeo. Quam denique in euentus varijs, & ad incerta rerum caluumque (quo nomine præfecti ætarij immanes summas suæ potestatis faciunt) in legationes dimittendas admittendasque, atque etiam in lauitiam destinati, hoc est, munera, & xenia, quæ legatis exterarum gentium donantur. In eo etiam breuiario, Princeps anniversaria constitutione stipendia quædam augeri, quædam circumcidere, quædam eradi iubet. Ex quo velut Archetypo quini quotannis veluti traduces ducantur. Quorum unum præfecti fisci commenem inter se sumunt, & sunt thesaurarij: Reliquos præfecti ætarij (& sunt Generales Financiarum) habent suum quisque cum suo tribuno ætario (hoc est, Receptore generali) communem. Ex quibus rursus secundaria quædam breuiaria coactoriis prouinciæ suæ, hoc est, receptoribus particularibus faciunt, in quibus attributas prouinciæ suæ pecunias variis nominibus exponunt & erogant. Nomina intellige capita breuiarij, hoc est, rationis argentariæ, titulique earum rerum, & huiusmodi, quas supra enumerauiimus, quibus expensæ pecuniæ feruntur.

Ex his autem velut subbreuiariis sunt rursus, quæ pyxacia, breviaque dicuntur, & breues vulgo bordellos appellant, id est, commentariolos summam rerum continentis, de quo exempla sunt *in l. Actuary. l. excellencia. & l. subemus. 2. in fiz. C. de erogat. milit. anno. i. 12.* Attributæ autem pecuniæ (teste Budæo) ab antiquis dicebantur, quas nunc assignationes dicimus. Tributum dictum est à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributum à singulis proportione census exigebatur. Ab hoc ea, quæ assignata erat, attributum dictum. Ab eo vero, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant tribuni, ætarij dicti sunt. Id quod attributum erat æs militare dictum. Tribuni igitur ætarij secundum Ascenium ea officia gerebant, quæ nunc generales receptores obiunt, exequuntur attributam pecuniam quæstoriis prouinciabilibus (pro quibus hodie habemus thesaurarios bellicos) adnumerantes ex ætario promptam. Tamen secund. Var. *l. 1. de ling. Lat. in fi.* Tribuni ætarij dicti erant,

erant, qui militibus ipsis protinus adnumerabantur, qui nunc thelaurarij sunt bellorum. Nec immerito forte hic officiales ætati inter domesticos, & palatinos Principis annumerantur. Cum sint officiales generales ad omnem statum Principis, tam sui ipsius suorum officiarum domesticorum, quam iustitiariorum, & rei militaris. Ideo de his in hac parte sit mentio, etiam generales recte apud nos dicuntur, cum eorum officium, scilicet. illorum, qui sunt digniores in ætati administratione habeant officium generale ad omnes circa Remp. versantes.

Nunc ergo ad hos deueniamus, qui quandoque dicitur sunt quæstores seu præfecti ætati (vt dicunt Budæus & Pyrrhus) & tales sunt illustres, vt voluit Purpur in l. 1. co. 13. lib. 10. *Mud autem recipi potest. ff. de off. eius cui mand. est iure s. d.* Ideo digni sunt magno honore, & tales præfetti deberent omnibus domesticis & palatinis, post quatuor primores Domus Regiae, de quibus ante dixi. Non tamen præfuntur Cancellario, & Præsidentibus in Parlamento, in congregacione generali, nec Magistris reuestratum & consiliariis, vt dicit Boetius in tract. lo. Montaigne, de autoritate magni Concilij: vbi vide modum sedendi in consistorio Christianissimi Francorum Regis. Imo dicit idem Io. in d. tract. in 2. ratione, quod tales quæstores ex plebeis & ignobilibus eligeantur. l. 2. §. deinde curævarum. ff. de off. iur. a. l. vni. ff. de off. quæstor. & ibi gl. in ver. plebeis. vbi glosa tria genera quæstorum declarat. & etiam gl. in præm. Instituti. num. §. c. amque hoc. in ver. b. ex quæstori sed videtur dicendum per gl. in d. l. vnic. Quod tales quæstores sint tantum spectabiles, vel clarissimi, illustres tamen nominantur, per text. in l. 2. Cod. de off. quæsto. & Io. Montaigne, vbi supra dicit, quod sufficit, vt sint humilioris ordinis: quibus non assentit Purpur. in l. 1. nu. 43. cum quinque sequent. in 25. consider. incip. cum vi. Sed cum Budæus & Pyrrhus tales quæstores dicant eos esse, quos magistros seu dominos computorum vocamus: Ideo eos in lequendo videtur dicendum, quod tales generales financierum sint illi, qui præfecto ætati computatur, de quo sit mentio in l. securus. ff. de iure fisci. & per Pyrrhum plene in libro de quæstoriis magistris. vbi dicit, quod talis quæstor magni honoris gradus erat.

Iacobus Rebatti in l. præcepit. & in f. 1. C. d. canone largi. tit. lib. 10. videtur tales administratores ætati alio nomine vocare; quoniam eos nominat Comites. Nam (vt ait) Princeps duo habebat patrimonia, & ad gubernationem istorum præponebantur duo Comites, scilicet, Comes sacrum largitionum, & Comes rerum priuatrum, & hiberauit idem priuilegium, vt in l. vni. C. de Palatiis sacrar. lar. u. lib. 11. Nám quilibet erat illustris & de Comite rerum priuatrum probatur in l. unica. C. de off. comitu rerum priuat. iuncta l. fina. ante fina. C. de assess. Probatur de comite sacrum largitionum, l. suis ex prætoriano. C. de execut. & exalt. libr. 11. & l. 2. §. ideo. C. de novo codice compam. & l. unica. C. de off. comit. sacrar. largit. & l. viros deuoros. C. de patatinus sacrarum largit. & rerum priuat. eodem lib. 12. Vnde officium comitis rerum priuatrum erat, vt gubernaret res fiscales, quæ appropriabantur ad commodum Principis, nec conuerterebantur in utilitate publicam. de quo Lucas de Penna in l. 3. quæ incipit, si quando. C. de bonis vacanib. lib. 10. m. in l. 2. de petit. honor. sublatis: C. eo. h. vbi refert ea, quæ pertinebant ad ejus officium. Et iste constituebat procuratorem Cæsaris, qui sibi reddebat computum. l. p. c. de iure fisci. lib. 10. & licet gl. in d. l. vnic. C. de off. comitis rerum priuat. vocauerit istum comitem procuratorem Cæsaris; tamen contra-

rium est verum vt notatur in 4. Lœv. C. de i. ref. & in l. si quæ in tractat. C. de bonis proscript. & in l. si quando. C. de bonis vacanib. eodem lib. 10.

Officium vero comitis sacrum largitionum erat colligere tributum, & applicabatur in thelauraria, seu filio, ex quo soluebantur stipendia militaria (vt paulo ante dictum est) nec conuerterebantur in utilitatem Principis; tamen isti comites habebant diuersa officia, vt probatur in l. impræm. C. de name aris & attuaris. lib. 12. Etiam iste comes sacrum largitionum habebat specialem potestatein, & custodiam ipsius thesauri. Et reddebat rationem præfecto prætorio, vt in Auct. de coll. u. §. eoc intem. coll. 10. 9. & l. fin. in fin. Cod. de exalt. libr. lib. 10. Et omnes collatores, & exactores reddebat sibi computum; Et ipse præfecto prætorio, vt dixi Ex quo videtur dicendum, quod generales prædicti æquiparati possunt dictis comitibus; quia non redditum alicui computum, nec subiiciuntur, nisi præfecto prætorio, hoc est, Cancellatio. Licet videantur aliqui dicere, quod tales sint thelaurarij Franciæ, sed potius credendum est, quod tales generales magis adaptati possint ipsis comitibus, vt possint dici illustres; cum sint in maximo honore, & semper fuerint magis, quam thelaurarij, & receptores, qui subsunt eis, & tenentur reddere computum eisdem. Et hæc dixi ad substantiationem opinionis Purpurati, in hoc, quod dicit ipsos generales, esse illustres, in quo multorum extolluntur, cum officium eorum in extraordinariis pecuniis, & subsidisi quærendis & conservandis versetur.

Vnde & de quæstoriis sentit G. Benedicti in sua rep. c. R. y. 1. v. r. . uxorem remissa Etelastam. 59. de testam. vbi ita ait: Quæstores sunt generales, & receptores talliarum, quas Rex annis singulis indicit, pro necessitatibus. Regno occurrentibus, secundum maius & minus pro modo necessitatuum. quæ talliae levantur à non priuilegiatis pro valore rerum & bonorum ruralium, quas quisque plebeius habet & possidet: & ibi ponit, quomodo talliae, seu collectæ dictorum subsidiorum indicuntur, levantur & exiguntur; & per quos, saltē in partia Tholosana.

Aduerte pro intellectu præd. etorū. quia, vt refert Budæ. in d. l. vnic. ff. de off. quæsto. & Pyrrhus in loco ante alleg. tria pésituationum geneta, seu solutionum fuerunt apud antiquos.

Primum dicitur Canon; & est hodie id, quod domum dicitur. Exemplificat Budæus in portoriis, vestigalibus, & huiusmodi.

Secundum dicitur oblatio, & est id, quod nunc auxilia dicimus, Aydes in vulgari: vt Oetaiani heinitim, hoc est, per mensuras diuenditi, & vicesima eius, quod cupatim cœlātumque venit reliquum mercium, quæque à solidariis negotiatoribus vendantur (quos grossarios appellant) quæque à minutariis & venditoribus, qui & propolæ dicuntur, hoc est, non sua vendentes, sed à negotiatoribus præempta, vt postea pluris vendant.

Tertium est indictio (quam talliam vocamus) antiqui collationem vocabant: & Cicero collectam dicit. Et in administratione istarum pésituationum est differentia, teste G. Benedicti in loco ap. et all. g. quoniam thelaurarij administrant domum, quod est ordinarium, generales vero talliam, quæ dicitur manus extraordinarium, vt statim dicam.

Et isti generales habent jurisdictionem in palatio Parisiensi, in quo sunt duo præsidentes, octo consiliarij, aduocatus, procurator, grafsarius, & duo appetitores. Et ab eis non appellatur. Et appellations

emisse à sententiis, & iurisdictionibus electorum, & generatiorum deuoluuntur ad eorum iurisdictionem, & curam, qui quidem electi cognoscunt de auxiliis, seu subsidiis, & generatij, vel hortearij de gbellis salis.

**D**ecima oœtaua consideratio. Ad thesaurarios se offert relinquendo Magistros computorum in parte lequente, cum sint officiarij iustitiae. Hi thesaurarij (qui sunt quatuor generales in Francia præfecti sive vocari possunt, auctore Budæo in l. vni. ff. de offic. quæsto. & tales etiam possunt dici illustres, vt ait Purp. in l. col. 3 ff. de offic. eius, cui manda est iurisdict. per text. quem dicit ad hoc facere in l. fin. Cod. vbi senat. vel clarissimi. in princ. ibi: cui sacros nostri nominis thesauros, aures priuatas nostra pietatu, vel serenissima Augusta nostra coniugis gubernandas iniunxit nostra serenitas. Et ibi facit differentiam inter generales & particulares, de quibus infra. Videretur tamen dicendam ex rationibus deducetis in præcedenti considerat. de generalib. quod sunt tantum spectabiles, & sufficiunt, quod tales sint: cum etiam Magistri militum (qui vocantur mareschalli Francie, aut capitanei) sunt tantum spectabiles, vt dicit Spec. in ut. de iurisd. omv. iud. ver. f. nedij. & dicam infra in 9. bart. in 10. confid.

Gallius Benedicti in sua repet. & Rayn. in verb. & ux. rem nomine Adelafiam. nu. 506. vñque ad nn. 509. de testum. ponit originem istorum thesaurariorum, seu questorum, vt dicit quod huiusmodi questores, seu thesaurarij à populo Romano originem seu ortu habuerunt in principio nascentis civitatis. Cum ætrium populi actum esse ccepisset, in quo pecunia publica reponebantur: quia vt essent, qui ætrarij thesauro præsident, constituti fuerunt questores, qui pecunia præsiderent, & dicti sunt ab eo, quod inquirende & conseruandæ pecunia causa creati erant. Verba sunt l. 2. §. usq. tem. trib. ibi: deinde cum ætrarium, &c. ff. de orig. ur. ob quo dicit tex. in d. l. vni. ff. de offic. quæsto. quod origo questoribus etiandis antiquissima est, & pene ante omnes magistratus: Habuerunt enim Romulus conditor urbis, & Numa Pompilius binos questores, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio, hoc est, consensu & electione creaverunt. Et in hoc videtur G. Benedicti quasi præfettere istos thesaurarios supradictis generalibus, & in Francia sunt quatuor principales, qui de causis inter fisca, & priuatos cum præsidibus, id est, senescallis aut balliis cognoscunt, l. 2. C. si aduersus fiscum restitut. post. Et hoc fit Tholosæ, teste eodem Guil. Benedict. vbi simul cognoscunt: Et horum officium est (vt dicit) querere & exigere omnia, quæ domanij Regis, & de patrimonio, seu de mensa sunt. Et debent discurrere prouincias, vt visitare domanium, illud conseruando, & si iuste fieri posset, augendo, & occupatum ac perditum recuperando auxilio præsidum, vbi de reditu vigintiquinque librarum Tuconensium, & infra quæstio fiet. Si autem de maiori summa augeretur, curia Parlamenti, in cuius ressorto est, cognitio pertinet. Et tamen, vt dicit, officium generalium in pecuniis extraordinariis, & subsidiis querendis versatur, vt etiam dictum est in præcedenti consideratione. Dicti etiam thesaurarij in hoc videntur laudandi, cum administratio eorum versetur circa extraordinarium munus generalium vero circa extraordinarium.

**D**ecimanona consideratio. Generales receptores Francie tribunis ætrij comparari dicit Budæus & Pyrrhus. Qui vero dicuntur tribuni ætrarij, dictum est supra ista part. in 17. confid. vbi dixi post predictos, quod ea munera obibant, quæ nunc generales rece-

protes obeunt, assignatam pecuniam thesaurariis bellicis adnumerantes ex ætrio promptam. Sed teste Varrone, hi erant, qui militibus ipsis protinus, hoc est omnino, vel longe a finibus adnumerabant, qui hodie thesaurarij bellici vulgo dicti sunt, *Les trésoriers des guerres*. Nam his attribuitur pecunia, quam militibus reddunt pro stipendiis.

Tribuni non tam ætrarij, quam (vt appellantur) ætrari. Ætratos tribunos Cicero pro obætratis dixit, id est, æte alieno obrutis & implicitis. Gallia vero memoria nostra (vt ait Budæus alterius genere ætratos, huiusmodi tribunos, omnesque argentariam factitantes, hoc est, pecunias numerantes, semper habuit, id est) bene numeratos. Refert tamen Nicolaus Boerij in suo commento super consuet. septena Bituricens. tit. de consuetud. matrimon. §. 5. Quod clerici finantiarum ab initio magnam faciunt pragam, seu bragam, & per extetiora apparent diuites, sed in fine mitrantur, & in exilium mittuntur, vt ait factam fuisse tempore Lud. XII. Francorum Regis. Sed prius est hoc an. 1527. die 9. Aug. Quidam generalis Francie detentus incarcera-  
tus Parisii in arce, quæ vulgo Bastille dicitur, fuit cōdemnatus per judices commissos à domino nostro Rege vt in patibulo Montisfalconis suspendetur, & strangularetur (quod & factum fuit die lunæ, t. 1. eiusdem mensis sequente) omnia bona sua confiscando: & in dicta sententia continetur, quod dicti judices declarauerunt dictum generale astrictam, & conni-  
ctam de furtis, falsitatibus, dolibus, intervectionibus, hoc est, callidis surreptionibus, & malis administrationibus finantiarum Regis mentionatis in processu, & priuatum ab omni honore & statu, pro reparatio-  
ne dictum criminum & delictorum ordinantes in super summam tercentorum millium Parisiensem, su-  
per dictis bonis & confiscactionibus accipi pro resti-  
tutione summarum & partium male captarum per dictum generalem super finantiis Regis, & aliis dâmnis, & interesse in eis factis, dictam summam adiudi-  
cantes Regi pro restituzione prædictorum.

Istud vero deinceps cedat aliis in exemplum, vt sint inculpati, nulliosque culpi notatione digni. Inculpa-  
biliter enim teste Cassiodoro necesse est, viuat, etiam qui solam sui præsentiam nouit Principibus offerendam. Qnomodo tamen parcendum sit honori, & ve-  
recundia Domus Regis, & his, qui pro domo & pa-  
rentibus Regiis laborarunt, vide per G. Bened. Et in rep. c. Rayn. in verb. & ux. nomine Adelafiam. nu. 8. c. 8. extra de test. Allego pro hoc text. in c. sed & quod Princi-  
pi, ad finem. ibi: nam quo ob meritum. iuncta glo. in ver. ob  
meritum. quam seq. ibi doct. Inst. de iure nat. &c. & ibi notat Ang. per illum tex. quod iusta causa minuendi, vel  
remitendi penam alicui delinquenti est propter mul-  
ta scutitia, quæ contulit Principi vel Republicæ. Plu-  
res etiam alij referuntur petenti ob supradicta delicta in carcerebus Parisianis, de quorum vita dubitatur,  
quæ cum vitiosa sunt, sticpitus (vt nulla radix inde re-  
maneat) seruanda sunt, vt utr verbis l. 2. C. de pet. bon.  
sublat. l. 10. licet hodie talia potius radices effundat,  
cum essent omnino tollenda; quia ex mala radice  
procedunt. Et huiusmodi ætrarij administratores, vul-  
go in Francia porci Regis dicuntur, tanquam vitam  
in ocio, & sine solicitudine degentes, pro quo benefa-  
ciunt ea, quæ dicit Luc. de Penna in d. l. 2. post Polycr.  
lib. cap. 2. Hi autem, vt ait in republica ventris & in-  
testinorum Imaginem ferunt: qui, si immensa auditate  
rapta congerient, & congesta tenacius reseruauerint  
innumerabiles, & incurabiles morbos corpori Rei-  
publicæ generant, & virtus eorum totius corporis  
ruina

ruina imminet. Et secundum Hippocratem, crassa & obesa corpora, cum crescendi modum impletuerint, necessariam esse sanguinis diminutionem, & nisi fiat, in paralysin, & plurium genera morborum pessima erumpere. ut refert text. in c. ne tales. de consec. distin.

5. Vnde non sine causa omnium talium & simillium raptorum. Hæres, in præsenti seculo est fiscus, qui eos bonis alienis impinguatos minuit: quod fieri necesse est, ne externaliter peteant, saltem expediens est, ut quod vi, vel alias iniuste perdidit proximus capiat fiscus. Cuius omnia digerendi, & rapta denorandi, est sapax stomachus, ut ait Guili. Benedicti in sua repet. c. Rynut. in verb. & uxorem nomine Adelasi. m. num. 938. & ibi vide num. precedenti, quomodo exclamat contra cupiditatem Gallorum, maxime contra collectores, custodes seu gardiatores portuum, & pedagiorum, quos, coriatores, ne dicam tortores, vocat. Et per eundem in d.c. in verb. condidit primo, circasi. contra oppressores huiusmodi, & eos, qui ad oppr. nemendum inquis vestigalibus populum auctores extiterunt.

Vigesima consideratio. Etiam inter tales administratores, etarij fiscalium pecuniarum Principis, sunt multi inferiores, qui respondent supradictis, & magistris computorum, ut sunt apud nos receptores particulares, balliuatum, seu senescalium, hos Pyrrhus & Budæus vocant coactores, & coactio argentaria pro ipso munere cogendi pecunias, quam nunc receptam vocant, de quibus in sequenti part. n. 35 confid.

Et pecuniae collectæ per eosdem, ad præpositos Thesaurotum, seu generales receptores deferri debent. l. 1. i. C. de susceptorib. lib. 10. Et ipsi receptores particulares, singulis annis rationem de susceptis reddere debent. text. in l. ne ninem. C. eo. iiii. de susceptorib. & hoc sit apud nos, coram præsidente, & magistri, computorum Divisione denariorum, receptam ordinariam concernentibus.

Item thesaurarij, sub se habent clericos, qui actores, seu procuratores dici possunt: Nam, procurant executiones fieri contra inferiores receptores prouinciarum, pro pecuniis per eos debitis, pro quo facit l. sue C. de execut. & exact. lib. 12. & l. missi opinatores. C. de exact. tribur. lib. 10. Exactores particulares thesaurariis reddere rationem tenentur, de omni pecunia per eos percepta, & collecta, ut in l. i. C. de canone largit. tit. lib. 10. Et omnes supradicti, tam quatuor Thesaurarij, quam quatuor generales, tenentur annis singulis reddere Regi computa, & rationes de receptis, & administratis, seu his, qui eo deputati sunt ut dicit G. Bened. in rep. c. Ryn. in verb. & uxorem nomine Adelasi. n. 410. extra de test. m.

Vigesimaprima consideratio. Sunt & inter prædictos administratores etarij, quidam obseruatori: quos hodie contratorulatores dicunt. Quos dicunt Budæus & Pyrrhus, comparando esse Antigraphis, hoc est, quod acta prædictorum autigraphant, hoc est, contrascriptant. Et tales etiam custodes appellantur, secundum Ciceronem teste Budæo, in l. unica. ff. de officio. questio. Allegans etiam Vlpianum in l. 3. §. 1. in fin. ibi: date sunt enim quasi obseruatori actua eius & custodes. ff. de administrat. & peric. iutor. De Antigrapho ait Arist. in politicus. Ne interuetantur pecuniae publicæ, institui opportet, ut palam omnib. cini bus tradantur. Antigraphaque eacum siant per fratras, & tribus singulas, id est, fratratim, tributimque, quod collegialiter dicimus.

Et isti habent officia, & administrationem, & sic di-

gnitatem, sed non sunt in tam magna dignitate, quam præcedentes. Cum eis subsint, & omnes eisdem generalibus & thesaurariis, seu receptoribus generalibus subsunt.

Supradictorum administratorum munera nunc diuersissima sunt, quam olim fuerunt. Erat enim teste Budæo alia prorsus ratio apud eos etarij administrandi, atque nunc apud nos. Pecunia enim publica vno in loco condita erat, quod etarium dicebatur. (de quo alibi dixi) quam etarij cum opus erat, promebant. Nunc autem priuatim asseruntur, priuatimque eius ratio constat. Quo sit ut etarium nostrum, dispersum in potestate sit paucorum: ceterum Imperatores exercitum ex prouinciis decadentes, rationes suas ad etarium referabant, id est, computos reddebant, ut nunc loquimur, hæc Budæus in l. unica. ff. de off. quest.

Vigesimasecunda consideratio. Quia in hac parte potissimum de officiariis principum, qui curia Principis sequuntur, ut eidem in suo, & pro debito officij obsequantur. Vnde curiales dicti sunt. Ex quo, cum cura esse debent: Ideo pro merito obsequij aliqua in quibus honorantur, & privilegiantur ipsi Curiales non incongrue hic inserere curavi. Et quæ plerisque in locis iuris, resparsa erant, in vnum coegi, ut studio & labore parcatur.

In primis Curiales in hoc honorantur, quod adorare possunt, & salutare Principem, etiam sine munere, quod tamen aliis non permittitur. Nam nemo audebat potest Principem, nec ipsum salutare absque dono, instar regis Parthorum. & refert Petrus Candidus in proœmio Appiani Alexand. in pri. de bellis ciuitibus. Dux in commun. nostri o super consuet. ducauit Burgund. tit. de iustices. §. 4. ad initium, ver. Additio. item etiam, &c.

Tamen Curialistæ possunt quandocunque adorare principem, & salutare, ut de pluribus ante dixi suis locis: & habent in l. i. C. de silentiari. li. 12. Et ibi labobus Rebuffi, dicens, quod Princeps adoratur, ceteri autem salutantur. Et non debet quis genu flectere, nisi coram principe: & à quibus salutetur, vide in l. i. C. de veterani, li. 12. Et sola regia maiestas adorari debet. Ceteri vero, ut Barones, & alij salutari debent, ut ibi inquit Rebuff. & dixi supra ample in 5. par. 33. consider. incip. prosequendo materia, &c. Et in 1. part. in 26. consideratione, incip. Quid dicitur honorari in salutatione. Et in 34. confid. incip. Honor eisam in adeundo. Et ista eadem part. in 11. confid. cuius initium est: Alij reperiuntur officiarij. Et quod curiales sine munere exhibitione latentur honore curiæ, videtur tex. functa gl. in verbo functione, in l. C. de silen. li. 12.

Vigesimatertia consideratio. Honorantur curiales in hoc, quod quamvis priuatis non licet deferre vestes oloberas, aureas, paragaydas, hoc est brocatas sericas, & murice cinctas: cu tales sunt vestes Principum. l. 2. 3. & 4. C. de vestib. oloberis, lib. 10. In curialiibus Principi ministrantibus (ut ornatores siant coram Princepe) licitum est, & permittitur tales vestes ferre, ut dicit Ioann. de Plat. in d. l. 2. Potest tamen Princeps eis auferre cum recedunt, ut ait Luc. de Pen. in d. l. 2. & dixit infra in vlt. par. in 95. confid.

Vigesimaquarta consideratio. In hoc etiam honoratur curiales, quod illegitimus seu naturalis per traditionem, seu oblationem. Curiae à patre factam (hoc est, si fuit curialis) legitimatur, & legitimus efficitur. tex. est in l. communionem. & l. si quis. C. de natural. lib. in Auth. quib. modis natur. effic. sui. §. 1. & §. 3. si quis sit. & §. & quoniam. & §. filium. usque ad §. trib.

col. 7 in Aut. en. de monachis. & si vero relinquens. coll. 1. 6. vlt. & ibi notatur in verbo curie. Institut. de nupt. in cap. per tuus. & ibi glo. s. in verbo filium. & per doct. extra quis fil. sine legit. in l. fin. & ibi not. Luc. de Pen. col. 4. C. de hu qui sponte munera publica lib. 10. & per eundem in l. si cohortalis. 10. 4. de cohort. lib. 12. Et tales succedunt parentibus ex testamento, & ab in-estate, l. quoniam desideria. Cod. de natur. lib. Sed quoniam, vt dixit Ang. in 5. 1. in Auth. quibus msd. natur. effic. legit. collat. 6. hodie talis legitimatio non est in viu, non aliter insisto. Sed vide ea, quae dixi in commento nostro super consuetud. duc. Burgund. tit. des successions des bastards. §. 3. in glo. ab intestat. vers. secundus modi, vbi modi legitimandi describuntur.

**V**igesimaquinta consideratio. Curiales in hoc prilegiantur, quod praedia eorum non possunt alienari sine solemnitate, de qua i. fin. C. d. prædictis curiis. l. 1. 10. Et istud est in favorem ipsorum curialium, ut Republica habeat diuites Curiales, vt i. 2. alliu. & in tantum in hoc prilegiantur res curialium, quantum res minorum & Ecclesie. & in hoc pari passu ambulant, vt notatur per Purp. in l. m. mandata, le officiis cuius mand. est iuris d. Et aduertere in hoc singulare, quod, quando petitur interponi decretum indicis in talibus alienationibus, debent causæ sigillatum exprimi, nec sufficeret generalis expressio causæ. Ut si dicatur, vendo propter eis alienum exoluendum, sed oportet singulariter, & sigillatum exprimi causas, hoc est, vt nominentur creditores, & quantum cuiilibet debetur, vt habetur in l. 1. C. de prædictis curial. l. 10. & ibi Jacob. Rebus. dicit idem obseruandum in rebus minorum, & Ecclesiastum vendendis, allegat l. magis puto. §. s. c. fide reb. eorum. Facit ad hoc l. si quis mihi bona. §. ussum. vers. sed vt cum. §. de acq. bared.

**V**igesimasexta consideratio. Curiales Principis in hoc honorantur ultra alios, quod debent habere pro legitima sua nonem vincias, licet alij filij non habeant, nisi tridentem, vel semissim, in A. u. de triente et. s. miss. 6. 1. art. 3. Quod bene notare debent Corfesani Principis, vt dicit Matt. Laud. in tract. de off. dominorum. art. 34. vbi tamen dicit hoc esse verum in legitimis. Et non in naturalibus legitimatis, secundum Ioan. But. & notant moderni in Auth. nouissima. C. de inoff. testam.

**V**igesimaseptima consideratio. Curiales etiam in hoc honorantur, & elequentes curiam Principis, quod ignobiles efficiuntur nobiles, & consequentes nobilitantur, assistendo seruitio & obsequio Principi: vt dicit Ang. in 6. 6. col. 1. In 7. de excus. per rex. ibi. l. unica. C. de mand. Princip. & dom. meus Ias. post eum in l. omnium, n. primo notabilis. C. de testam. Purp. in l. 1. col. 18. de off. eius cui mand. est iuris d. Dixi in 8. part. in 19. confid. vbi dicitur, quod adhærentes lateri Principis & eidem, in officio quoconque minimo nobilitantur. Pro isto dicto Ang. in d. l. omnium. allegat l. quam dicit notabilem in l. unica. C. de prepos. labor. l. 12. dicit text. Nam immunitate digni sunt, quos notarii literis comitatus illustrat.

**V**igesimaoctava consideratio. Etiam curiales, & simulantes Principi consequuntur dignitatem, in quoconque seruitio sint deputati, etiam si sit co-cus Principis, vt dicit Barbatia in tract. de Præstantia Cardinalem. q. 1. co. 22. dixi in 8. par. in 7. confid. in 11. par. in 35. confid. vbi constat omnes artifices Principum præferri cæteris, & gaudent multis immunitatibus, quibus carent alij Artifices, per l. 2. C. de excus. artifici. l. 10. & vide quae supra relata sunt in l. par. in 61. confid. cuius initium est. cum ergo ex virtute &c.

**V**igesimanona consideratio. Illustriores dicuntur Curiales, qui seruiunt Principi, respectu aliorum, etiam illustrium, qui non resident in curia, vt probat Barbatia in confid. suo 57. incip. præclare scribitur apud lob. col. 8. in 2. vol. Quod præferuntur in eadem dignitate constituti illi, qui sunt in curia, & qui seruiunt & assistunt Principi, per tex. in l. 1. vers. quos lateris nostri decus illustrat. Cod. de propos. labor. lib. 12. vbi omnis ordo recipit splendorem à Principe, sed non æqualiiter: Quia non ita resplendet ille, qui abest à curia & latere Principis, sicut ille qui est in præsentia Principis. tex. est ibi. Et facit, quod dicit Bald. in rubr. ff. de officio proco. s. vbi inquit, quod Principis præsentia seu Papæ, Cardinales illustrat, allegat l. 1. 1. dixi supra in 4. part. in 16. consideratione. cuius initium est: Cardinales manentes, &c. Adducit Barbatia in d. consilio rationem text. in l. bene à Zenone. ad finem Cod. de quadrienni præscriptio. ibi: Quia enim suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum, die noctuque laborant, quare non habent dignam sua prerogativa fortunam? vbi est text. mirabilis, quod illi, qui sunt in seruicio Principis, debent esse premiati. Et licet textus loquatur in Imperatore: tamen quia ratio generalis est dispositio, dispositum ampliatum ad amplitudinem rationis legis, vt voluit gl. in verbo factum. in c. 1. de elect. in 6. probatur in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. & in l. cum pater. §. dulcipimus. ff. de leg. 2.

Faciunt ad præcedentia, quæ dicit Angel. in l. 1. ff. de testam. n. 1. quod doctor, qui est ad latus Principis præfectus militi. ta recenset Purp. in l. 2. column. 18. ff. de officio eius cui mand. est iuris d. Pars enim corporis Principis familiaris eius seu curiales esse censentur text. in l. quisquis. in princip. C. ad leg. Iul. maiestatis. canonizata in c. si quis, circa principium. 6. quæst. 1. & recitatur per glo. in verb. cum familiares. in cap. cum dictum. extra de clericis non resid.

**T**rigesima consideratio. Curiales in hoc prilegiantur, quod non possunt conueniri coram iudice ordinario loci, vbi habent domicilium: sed debet conueniri in curia, & ibi causæ eorum tractari debent. Maxime pro negotiis curialibus coram magistro officior. aut magno præposito domus Principis, de quibus supra in hac parte dictum est. In aliis vero causis, non concernentibus eorum statutum curiale, sed negotia priuata, seu particularia, & suatum terū, habent in Gallia omnes curiales Iudices eorum destinatos, qui Parisis in Palatio habent cameram iudicariam (quæ dicitur camera requestarū) & istud imperant a Principe curiales in vim quarundam literatum Regiarum (quæ vocantur literæ de comitibus) in vim quarum causæ iporum curialium committuntur, deputantur, assignantur talibus iudicibus, pro carum decisionibus. Et sunt pars dominorum de Parlamento habentes cameram separatam. Ab his tamen ad curiam magnam appellatur, vt dicit G. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verb. & uxorem nomine Adelasiam, in secunda decis. nu. 480. in fine de testam.

Et prædicta satis probantur, in l. fin. C. vbi causa fiscal. vel diuine domini, hominū nque eius agantur. vbi etiam coloni Principis conueniuntur in civili negotio coram præposito sacri cubiculi, (qui hodie apud nos vocatur cambellanus) vt supra, ista eadem par. in 8. confid. cuius initium est: videtur, quod post 1. l. 1. 1. & c. dixi.

Etiam facit extraugans Eugenij IV. incipiens, diuina, & textus concordatorum in titulo de appellatio-nib. quo ad curiales summi Pontificis, qui alibi quam in ipsius curia conueniri nō possunt. Et, vt dicit commentator regulatum cancellarie, super regula sexta,

Capellanus honoris Papa<sup>r</sup>, est exemptus ab ordinario, etiam si non exercet actu officium suum: pro quo allegat gl. in verbo videtur. in Autb. vi ordinariae prefecures, &c. col. 5. &c ibi idem commentator dicit idem esse in cubiculario.

**T**rigesima præmpta consideratio. Curiales in hoc pariter honorantur, & priuilegiantur; quoniam excusantur à tutela texti. in L. uirisperitos. ibi, cum dicit in consilium Principum assumptos. & ibi: quoniam circa latus ororum agerent, & honor delatus finem certi temporis ac loci non haberet. ff. de excus. ut. concordat l. si. ibi: certa latus nostrum militantes. C. cod. tit. Dixi in proxima seq. par. in 3. consider. versi. addo alium effectum. &c. concordat etiam text. in l. verum. §. ex facto. ibi: vel hi, qui circa Principem sunt occupati, vt in consiliarij Menandri persona est inducunt. ff. de minorib.

**T**rigesima secunda consideratio. Curiales & Domestici Principum excusantur ab hospitiis militum, seu exempti sunt ab onere hospitandi milites, text. in l. decurionibus ibi: domus quoque C. de silentiar. & decur. eorum, lib. 12. Et licet ibi tantum videatur loqui de silentiariis (hoc est, qui excubias faciebant in palacio Principis, apud nos vulgo dicti, 'es archers de gue'). Idem tamen dicendum de aliis, vbi eadem ratio militat. facit etiam text. in l. in sacris. Cod. de proximitate sacrar. servior. & in l. 2. C. de prepos. sacri cubiculi, cod. lib. 12. &) l. Archi atros, quæ medicos facti palatij molestia hospitali liberaret.) C. de metat. & epidem. lib. 12. & in l. 2. illius tit. plures enumerantur. vt Consulares, & patriti, consules, praefectori, Magistri militum, Magistri officiorum, vel quæstores, Comites domesticorum, & protectorum, & factarum largitionum, & priuatarum largitionum, & Primicerius Notarium, illam habentes immunitatem, diuerso tamē nomen modo. Nam aliqui habent tres domos, quidam duas, quidam unam: Tantum immunes à prædicto onere. Similiter Tribuni ex primicerio, illa potiuntur libertate, vt in l. si. illius tit. Plures etiam alii excusantur, vt Doctores legum, & Comites, vt dixi in commento nostro super consuetudinibus. due sius Burgundie, titulus iustices. §. 4. ingloss. l. vers. sed queritur, cum versic. seq.

**T**rigesimatercia consideratio. Curiales in hoc honorantur: Cum, vt communiter videmus in Galia, & apud vos excusantur à tallus & collectis taxationibus & impositionibus Principum, & donis aut aliis muneribus extraordinariis, quæ sunt, & conceduntur Principi & Regi, vt apud nos sit in fenagiis: quoniam communiter in literis Regiis triplici statui huius patriæ directis dicitar, quod ab his sunt reservati & exempti Nobiles origine nobiliter viuentes, & officiarij domestici Principis.

Sed, an ista exemptione, seu immunitas, ei competit ex priuilegio vel de iure, vel ex genetali consuetudine. Quantum ad nobiles, dixi infra in 8. par. in 48. consideratione, cuius initium est, nobilitas in hoc honoratur.

Quantum vero ad huiusmodi officiarios, de iure plures excusantur à prædictis ratione dignitatis aut officijs, vt in tñ. de excusat. muner. lib. 10. C. vt in l. max. morum illius tit. enumerantur super illustres Comites Consistorij, Notarij, Cubicularij, & excubicularij. Item in l. si. Illustres comprehenduntur. Item in l. eos. omnes Comites, vt præsidum, proconsulum, & procuratorum Cæsaris & magistris scriniorum, memorij, & sacratum epistolatum vel libellorum, & qui signabant responsa Imperatoris. Item in l. certis. protectores & præpositi labor. Item in l. negotiantes. Purpurarij, & vestiarij, qui quidem omnes habent immunita-

tem à muneribus ciuilibus extraordinariis, vt in d. l. patet, & non solum habent illam prærogativam, quam diu Principi seruant, sed quam diu vixerint. l. eam legem. C. e. tit. & de pluribus habemus tit. particulares, de quibus fit mentio de eorumdem immunitatibus, vt in l. 1. & 2. Cod. de primicer. lib. 12. l. in sacris. 2. & l. ubi emus. C. de proximijs factor. servior. & l. 2. Cod. de priuileg. eorum, qui in sacro palatio multe. leg. 2. C. de prepos. sacri cubiculi. & de omnijs cubiculi. l. 1. Cod. de palatinis sacrar. largu. & idem dicendum in aliis, vbi eadem ratio militat. text. in l. fin. C. cod. tit. lib. 12. & dicit Imperator, in l. unca. C. de preso. l. abor. lib. 12. Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

Et cum senatores excusentur, vt l. 4. C. de dignit. lib. 12. ideo à fortiori curiales & familiares Principum. Nec ex eo eorum conditio deterior fieri debet, cum circa Principem se obsequiales exhibent vniuersis. text. in l. cum dilecta, & ibi gl. fi. ext. de cler. non resid.

Facit; quia docentes in urbe Romana (quæ est communis patria: sicut & curia regia) non minus priuilegiantur, quam docentes in propria patria. text. in leg. sed & reprobari. §. penult. ff. de excusat. iux. vbi dicit textus: Quoniam communis opinata & existente patria Regia urbe decenter utique, tanquam in propria patria utilem sciplum tribuens & exhibens, vel immunitate fruetur. Ratio, quia officium nemini debet esse damnosum, nec ad compendium. l. videlicet. ff. ex quibus causis maiores. cap. peruenient. extra de fidei us. §. leg. si seruus communis. ff. de furtis. Facit etiam; quia curiales (vt forenses & peregrini) mereri possunt indulgentias in anno Iubilæi: vt in extra uagari. Bonifacij VIII. incep. Antiquorum, de pauperi. & remiss.

**T**rigesima quarta consideratio. Etiam curiales sunt exempti à vectigalibus, & pædagiijs, quæ imponuntur pro rebus eorum vehendis & transportandis ad curiam, aut sequendo curiam. l. ubi emus. C. de prox. factor. servitor. lib. 12. C. de silentiar. & decur. eorum, codem l. sic & senatores, l. 4. C. de dignit. codem lib.

Istud optime probari potest, pro omnibus ex generali consuetudine, quæ in hoc obseruatur in toto regno, & quæ in talibus est obseruanda, vt dicit tex. in l. si public. §. si. ff. de publice. & vñig. & ibi gl. in verbo, munitionum, in d. l. in §. de reb. enumerat plures casus, in quib. quis excusat à solutione gabellarum & vectigalium, quod Io. de Imol. dicit esse intelligendum in quatuor, scil. quod in talibus quis excusat, aut ratione rei, aut ratione personæ, aut ratione priuilegij, aut ratione consuetudinis: pro quo facit l. maximarum ex carni. C. de excusat. muner. li. 10. & ceterem tales curiales esse exemptos tam ratione priuilegij, quam personæ & consuetudinis præscriptionis, cum liberatio à vectigalibus, seu non præstatio præscribi possit. tex. in l. iugatio. §. earum. ff. de publican. Et consuetudo pro immunitate consequenda, inspici debet, textus in l. negotiantes. ibi: secundum veterem consuetudinem. & in l. maximarum. ibi. vetero more durante. C. de excusat. muner. lib. 10. l. §. pen. cuius initium est: sed ea ibi: vel more. ff. de muner. & honor.

**T**rigesima quinta consideratio. Subiecti ad residentiam alicuius officij & beneficij, si efficiantur curiales, excusantur ab illa residentia, & non obstante absentia, salario, & stipendia officiorum huiusmodi percipere debent, argumento: cum dilect. extra de clericis non resid. Et est ratio secundum text. Quia familiares circa Principem se obsequiales vniuersis exhibent, vt supra in 2. proxima consid. dixi. Et principi & omnib. prosunt; & qui in seruitio & familiarit. Principi.

sunt, pro praesertim habentur, secundum gl. vlt. vbi facit c. d. e. r. e. r. o. ex tra co. 1. n. & seraire officio intelligentur. in d. c. cum dilectus. c. ad audiencem eo. tit. arg. c. fire. 7. q. 1. c. simili er. 16. q. 1. & c. hoc huius placiti. 12. q. 2. & intellige curiales, hoc est, existentes in servitio Principis, vel Officiales curiae trahentes ibi moram ex precepto ipsius Principis. Nam satis tunc dicuntur ab illo causa Reipub. vt dicit Panor. in d. c. cum dilectus. ibi, sed queritur. & pro hoc allegat. l. sed & si per praetorem. in fin. & l. Reipub. ex quibus causis maiores. Et, vt dicit Comitatator regulatum Cancellariae super reg. 5. Illi potissimum curiales dici debent, per quorum curiam & consilia Respub. expeditur, hoc est, extollitur, vel utilis sit, vel Reipub. negotia explicantur. Et curia sic diffinitur in commento Valerij, lib. 2. de inst. antiquis. in cap. ubi de Eumene Rege Asia fit mentio. sic, quod nihil aliud est, nisi fidem pectus & altum Reipub. Et quemadmodum ea, quorum animus noster conscient est, secretæ in pectori nostro seruantur: ita arcana consilia Reipub. in pectori curiæ reponi, atque seruari debent, & ibi vide duo exempla de secretis curiæ non reuelandis.

**T**rigesima sexta consideratio. Curiales laudantur apud Principem, qui sunt prediti virtutibus, industria prouidi, moribus honesti, in ministeriis experti. Et tales erant curiales & ministri Salomonis. 3. Reg. 10. c. vbi dicitur: Videns Regina Sabba omnem sapientiam Salominis, habitacula servitorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, non habuit ultra spiritum, & C. ant. 3. c. En lestulum Salomonis, 60. fortis ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella fortissimi. Et ut tales sint, debet Princeps sollicite studere. Secundum enim iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est Rector ciuitatis, tales & habitates in ea. Eccl. 10. in prin. Et in hoc exaltari debet curia Principis, quod semper multæ Nobiles, probataeque personæ sunt astantes, vt in I. omni. in princ. & ibi not. Anoe. C. de testa. & in §. Lilius l. dicit per illum §. quod ideo Princeps habet omnia iura in scrinio pectoris, & totam Philosophiam: Quia in curia sua sunt, & esse debent, prænotabiliotes homines mundi, in quacunque facultate, pro quo allegat preceum. C. sed particularius est in prima constitutione. C. in §. ideoque, & in secunda, in §. sed cum ibi & electis viris iuncto §. incip. ad istum enim laborem. facit proximam Inst. in §. cumque.

**T**rigesima septima consideratio. Si videoas semel Curialem carentem septem vitiis sequentibus, laudes eum usque ad extremum.

Primo, quod non sit ambitious dignitatum: Ideo laudabimus Priscatum Millennium, qui tamdiu Imperium sustinuit, quandiu cum Arheniensibus bellum gerendum fuit, postquam vero pax ex victoria facta est, depositum Imperium, ne ultra quam Reipub. necessitas exegerat, dominus ciuium permaneret, vt dicit

Valer. lib. 6. 5. Et ultra laudabimus illum, qui gratias egit, quando consulatum amisit, de quo Val. li. 4. c. 3.

Secundo, quod non sit adulator.

Tertio, quod caueat improbam munera accepitionem, quæ etiam prudentes excusat.

Quarto, quod non sit officiorum, vel commodorum venditor.

Quinto, quod non sit simulator exterior amicitiarum, nec fingat se amicum, donec veniatur ad arietatem experimentum.

Sexto, quod non sint astuti & sophistici machinatores ad calumniandum vel illaqueandum: & ex consequenti, ad excoriandum, vel spoliandum populum, iniquas leges statuendo, vel eis fauendo, peruersas consuetudines allegando, vanas vias calumnandi adiuuendo.

Septimo, quod comassationibus, & ociosis, & vanis ludis non vacent, de die non faciant noctem, nec de nocte diem. Tales enim, qui talia vita non habent, insigniter sunt laudandi & commendandi, & usque ad celum extollendi: Sed cum pauci tales reperiatur, ideo aliter non iniustum, cum etiam sit ultra intentum nostri operis, sed de miseriis curialium, & de his septem vitiis te remitto ad Ioann. Valensem in sua summa de regimine vita humana, seu communione, par. 18. dist. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ubi ample & ad Polycrat. de nigris curialium, sere in toto suo tract. potissime vide in lib. 5. cap. 10.

**T**rigesima octava consideratio. Curiales seu auxiliari in hoc privilegiantur, quod eis facilis parcendum, seu mitius agendum est quam aliis, gloss. in fin. in cap. quando, 86. dist. c. si vero, infra in initio extra de senten. excommun. c. qualis. in fin. 25. dist. in c. Ideo teste G. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verb. & uxorem nomine Adelasiæ, in materia successionis ab intestato. numer. 808. Ista fuit causa, propter quam Ioan. & Paulus fratres Iuliani Imperatoris primicerij ad fidem conuersi, non fuerunt publicè, sed in carcere decollati, ad quos Tertianus ad eos decollandos missus, Non (inquit) decet vos intra aulam Regiam nutritos ut publicè occidamini: sicut habetur in corum legenda. Et ratio videtur; quia tales, pro Rege, domo, & parentibus Regis laborare solent. Ex quo Abiathar (licet esset morte dignus) veniam obtinuit à Salomone, vt scribitur 3. Reg. c. 2. ibi. Abiathar quoque, dixit Rex, vade in agrum tuum, & quidem vir mortuus: sed hodie te non intercidam: quia sustinuisti laborem in omnibus, quibus laborauit pater meus. Et pro ista parte, adduco gloss. optimam, in verb. ob meritum. §. plane. Inst. de iure natur. Quæ glossa ab omnibus approbat. Et dicit, quod sit remissio poena, quando quis multum seruierit Principi, & sic iusta causa minuendi poenam alicui delinquenti est, propter mala seruicia, quæ contulit Principi vel Reipub. Et dixi hic ante in 19. consider. incipien. Generales receptores, &c. versi. quonodo tamen parcendum, &c.

Sexta partis Catalogi Glorie Mundi finis.

# SEPTIMA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

## OFFICIA IVSTITIÆ ET IVRISDICTIONVM CONTINE-

BIT: DEPVTTATA TAM CIRCA CONSISTORIA ET PARLAMENTA, QVAM

Tribunalia seu Prætoria, & alias sedes Regales inferiores. Et fiet de his

vna commixtio, secundum quod est quæstio de omnibus

Officiis Iustitiæ. Sed tamen de Dignioribus

primo fiet mentio, & secundum eorum

dignitates, & prout vnum præce-  
dere debeat alium.

*Vnam & quinquaginta Considerationes complectens.*

**G**ENERALIS est hæc prima consideratio ad omnes dignitates seu Magistratus. Quoniam alij sunt maximi, vt superillustres, Alij magni, vt illustres, Alij medijs, vt spectabiles, vt probat tex. in §.  
pe. i. ibi. & medijs habentes admini-  
nistrations, quos spectabiles voca in auth. de non alter-  
nan. aut permitt. colla. 2. Alij minimi, vt sunt clarissimi.

Et alij insinui, Pro quo facit tex. i. l. raptore. §. si. autem. primo. ibi; Nec non atq; cuiuslibet ordinis iudicces. C. de epis. & cler. vt sunt defensores ciuitatum vel locorum, & iudices municipales seu pedanei. Et hoc ordine istos 5. gradus: seu genera magistratum, posseit Spec. in utr. m. iud. in pri. Quæ distinctione probatur per gl. in verb. post magnificis iuguncis in Auth. ut ab illustribus, & qui super eam dignitatem, & c. §. penult. col. 5. & per gl. in verb. illustrib. quam ibi sequuntur August. Arct & Io. de Plat.) in §. iugue in proœm. Inist. vbi gl. expresse specificat gradum insinuorum. Licet ab initio notat, quatuor esse ordines dignitatum: & de his aliquid supra dixi in prima par. in 66. confid. post tracta. de insig. armo.

In primis tamen sciendum est, quod omnis potestas est à solo Deo, sive iubente, sive sinente, ut tex. in c. quid culpatur. 25. 7. 1. Potestas namque Dei precellit omnem hominum potestatem, ut in c. qua contra. 8. distinet. & qui potestati iudicariæ oblistis, Dei ordinationi resistit, text. in c. qui resistit 11. 9. 3. Nisi præcipiat illicitum, quia tunc potestas potius est condeinanda, ut ibi.

Item, ipsa Potestas iudicaria regendi hunc mundum, est duplex, videlicet Pontificalis & Regalis, ut est tex. in c. duo sunt. 96. distinct. & c. Principes. 23. 9. 5. & ut dicit Bald. in cap. 1. quis discatur Dux, Marchio, & c. omnes dignitates & iurisdictiones à Papa & Imperatore deriuantur. Et ad curam Principis, magistratum in creatio tantum pertinet, tex. in l. vñica. in prin. ff. ad leg. l. l. de ambitu. Dixi supra in §. part. in 32. confid. incipien. quod quilibet. & 24. confid. versi. 15. vers. 58. & vers. 72. Et eius utriusque potestatis Christus actibus suis disseruit. c. cum ad verum. ead. distinct. Vtraque tamen potestas, mutuo se iuvare tenetur. d. c. Princeps. & c. Princeps. & c. incestuosi. 23. qu. 5. cap. 1. & c. quoniam. & ibi not. in gl. fin. exira de offic. ord.

Et sicut excellunt diuina humanis, cœlestia, terrenis, & spiritus carnis: sic Pontificalis potestas regalem excellit. text. in c. su. episcopis. 10. distinct. c. solua de matto. & abe. & c. nouit. c. de indic. Imperator quippe potestati Papæ subesse debet. si Imperator: & c. fiscus. 67. 4. ff. Hæc Luc. de Pen. in l. 2. C. de silentiar. lib. 12. sed è diuerticulo ad viam redeamus.

Maximi igitur sunt superillustres. Exempli secundum Spec. vbi supra, Ut sunt, Papa & Imperator, qui supra omnes sunt, l. c. duo sunt. 96. dist. c. in apib. 7. 9. 1. c. cuncta per mundum 9. 9. 3. l. deprecation. ff. ad leg. Rhod. de ias. & de istis duob. quomodo sint supra omnes alios, dixi supra in 4. & 5. par. ideo aliter insist. Sed an sint superillustres, & an superillustris sit gradus, an adiectione qualitatis, seu dignitatis, ad primū gradū, ample disputant doctores, maxime Purpu. post Deci. & D. meum Ias. in l. prin. ff. de off. csw, cui mand. est iurisd. Alc. tamen l. distinctioni, ca. 4. tenet intrepide, hunc non esse gradū, & reprehendit hanc distinctionē officiariorum ex pluribus, vbi etiam cōprobat illos, quos dicimus, & illustres, & spectabiles, sepe fuisse dictos clarissimos, vt infra in 17. confid. patebit, ex quo non bene stat cum hac distinctione: Sed ad istud ultimum satis responderet Purpur. vbi supra, n. 162. & 163 Spec. in d. ut. etiam inter superillustres ponit consules & Patritios, & Bald. in d. l. l. etiam adnumerat Senatores. Sed quibus hi cōparentur, & an inter tales sint situandi, vide Purpurato in d. l. l. versi. 2. circa senator. vbi ample de unoquoque post Domin. meum Ias. & Decium. Et hæc, de primo gradu, scil. de superillustribus, si gradus dici possit, in quo non insisto, cum satis de his per supradictos doctores scriptum sit. Et ex his licet nō multum utilibus (vt utar verbis Luc. de Pen. in l. fin. C. de petit. bono. sublati. lib. 10. ) tamen; quia delectabilia sunt, visum est occupare membranas.

Et de singulis infra fiet mentio suis locis, referendo officia iustitie, & quos ex magistratibus nostris aequiparare possimus antiquis. Verum teste Purpurato in d. l. l. versi. sed circa hoc exemplum, si similitudinem per omnia quætamus, vix erit similes inuenire. Vnde dicit Pyrrhus lib. 2. de magistratibus, quod nunquam eadem omnino huius temporis magistratum cum antiquis comparatio fiat.

**S**ecunda consideratio sit de illustribus, inter quos primo est præfectus prætorio, ut probat text. in l.

*principi: u. §. I.C. de ap. & in l. de ordinario. C. de offic. pref. prato. orsenis. etiam tex. in §. in illo. in Authen. de appell. & i. fr. que coll. 4. probat cum posse dici illustissimum. Et verum est; quia hoc superlatiuum non mutat gradum, sed quandam maiorem praeminentiam designat ad alios, qui illustres sunt sine honorarios, sive administrationem habentes. Nam accidentia denoniant sebiscutum. not. Bald. in c. unio. §. cateri quis datur Dux, Marchio, & c. in usib. Feud. Et istius loco hodie subrogatur Francie Cancellarius, de quo inferius in hac parte dicetur, & de eius excellentia ad omnes alios officiarios Principis.*

*Secundo inter illustres est prefectus urbis, secundum do. meum Ias. in d.l. 1. cum quo transeunt ceteri post Spec. in d.c. de turisd. om. ind. ver. maoni. pro quo tex. est in l. viros. C. de palatinis sacrarum largio. lib. 2. Et huius magistratus magnum erat imperium, ut patet in leg. l. ff. de officio prefecti urbis. & in l. 3. vbi dicitur. prefectus autem urbis cunctis, qua inura urbem sunt, an ecclias dignitatibus. C. cod.*

*Tertia, sunt Reges & Cardinales, vt ponit pro exemplo do. meus Ias. 1. d.l. 1. & post cum ibi Purpuratus, vbi ample d. sputat, an Rex Francorum sit illustris, aut superillustris. dixi de eo supra in 5. parte. De Cardinalibus vero etiam superioris ractum est in 4. parte & etiam de Patriarchis de quibus etiam faciunt mentionem dicti doct. in d.l. 1. & hos ponunt pro sexto exemplo illustrium. Item consulari principi sunt illustres, de quibus etiam & infra videbitur. Et doctores, qui per 20. annos legerunt, ut ibi per Purpuratum de quo infra in 10. parte in 21. considerat.*

*Tertia consideratio. Quia circa gradum illustrium & excellentiam illius dignitatis deuentum est: Ideo priuilegia, seu effectus illustrium, qui sunt multiplices, hic referre curavi. Et circa eos ( studiose lector aduertere) quia potuerunt tibi honorem afferre coram magnis dominis. Primus est; quoniam illustres litigantes, debent necessario comparere per procuratorem, alias puniuntur in amissione causarum, textus est in l. pen. quae incipit: quoniamque. C. de procurato. Sed text. in Auth. vi ab illustribus, & an si super eum dignitatem sunt, &c. coll. 5. hoc restringit solum procedere, in magnificientissimis illustribus, qui differunt a simplicibus. illustribus cum illustrium multa sint genera. l. 1. C. ut dign. ordo ser. li. 12. quamvis communiter in omnibus illustribus intelligatur, pro quo facit generalis rubr. d. Auth. Quod procedit, teste Purpurato in d.l. 3. num. 145. etiam si esset causa talis, in qua poena corporalis posset imponi, secundum Salic. in l. reos. col. mibi. 6. C. de accusatio. Fel. in c. cum te. col. 3. de re ind. Marian. Sozin. in c. veniens. col. de accus.*

*Secundus effectus est: Quia illustres personae non possunt ducere vxorem, sine confectione dotalium instrumentorum. text. in Auth. vi liceat mari & aui. §. quia vero, le premier. collat. 8. Sed istud de iure canonico non est necessarium ( videtur tamen honestum, & tutius est ita fieri) teste Purpurato in l. 1. nu. 145. ff. de offic. eius. cui mandat. &c. qui pro hoc allegat Panorm. in c. tanta, in princ. qui filii sint legit.*

*Tertius effectus: Quia illustres possunt per alios legere suas sententias. tex. in l. 1. C. de sententiis ex periculo recit. qui probat hoc verum in omni illustri: Imo idem, si quis solum sit redactus ad modum illustris, & propter dignitatis prerogatiuam, vt in Episcopo tex. est in c. fin. de re iud. libr. 6. procedit, etiam si nullum verbum proferat; cum in alio sufficeret, quod diceret: & ita condemnno, vel absoluo. vt in Potestatibus Italiz. secundum Specul. in tri. de sententia. §. sequitur. circa*

*prin. Bart. in l. certi iuris. ff. de iudic. & ita hodie obseruatur per omnes iudices: secundum lo. Ande. in d.c. fi. & Accurs. in glo. 1. in l. fi. C. de sententiis. ex peric. reat. Et tres predictos effectus posuit do. meus Ias. in l. 1. sap. alleg. ff. de offic. eius. &c.*

*Quartus: Quia illustris non potest citari nisi per litteras. tex. in l. quoties, in fine. C. de dignitatibus. lib. 1. Fol. in c. 2. de iudicis. col. 14. Ideo non sufficeret citatio hoc casu facta per nuncium sine compromissione expressa, & in hoc ille text. est singularis secundum Purpuratum in d.l. 1. n. 148.*

*Quintus est: Quia si datur iurisdictionis alicui Vicario, seu officiali, in tali iurisdictione, non comprehenditur persona illustris. Decius in d.l. 1. ff. de offic. eius. alleg. tex. in c. 2. in fin. de offic. vicar. in 6. (& bene meo iudicio, saltem iuncta gl. in l. in fi. quae docuit allegare text. sequentem) sed Purpuratus vbi supra dicit, quod ille text. nihil facit, sed voluit allegare text. in c. 1. in fin. de offic. ordi. cod. lib. 6. Qui tamen secundum eum non concludit: quia ratio ibi assignata, scilicet, ob reuerentiam pontificalis officij specialis videtur esse in Episcopo, qui eo respectu videtur transcendere illustres, etiam si non sit illustris, de quo dixi supra in 4. parte. Et tenendo hunc esse etum habere locum, adducit pro eo similem textum in cap. inquisidores. de heretic. libro sexto. & ibi gloss. in ver. expresse. quae etiam pro ista parte allegat. c. quia pers. l. sum. de sentent. excom. cod. lib. Sed talia iura non extenduntur ultra causus in eis expressos, vt voluit Decius in c. grec. erea. versc. quinto lumen. de off. del. leg. quia, vt dicit text. in c. 2. de off. del. leg. eo. lib. 6. pontificali dignitate predictis ob reuerentiam facti officij, quod exercent, plurimum deserti conuenit, & eos plus aliis honorari decet.*

*Sextus: Quia illustris dignitas liberat a patria potestate, vt tenet Barb. in tractat. de præstantia Cardinallium in l. quæst. prime pars. pro quo facit text. per totum. in Auth. constitutio que de dignitatibus. & Episcopatus filium liberat a patria potestate. col. ut. 6. Quod an sit verum, vide per domi. meum Ias. in l. qui se patris. col. 3. vers. alias casu. C. unde lib.*

*Septimus: Quoniam si mulier est illustris, spurius filius ei in aliquo non succedit legitimis stantibus. tex. in auth. si qua illustris. C. ad Officia. Sozin. tamen limitat illum text. in conf. 148. inc. memini me. & secundum illud fuit iudicatum per Bal. de Bartholinis, scilicet, quando coitus non est accusabilis aut punibilis, de iure civili, vt est, vt dicit, in simplici coitu, quo casu, vt inquit, spurius succedunt patri & matri. & istud dicit procedere G. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verb. & uxorem nomine Adelasiam. num. 698. extra de testamenti. scilicet in casu istius fallentia, vbi talis mulier esset concubina, & in primo casu vbi esset metetrix. Et aduerte ad ea, quae dicit Sozi. in l. Gallus. §. quod si i. ff. de lib. n. postbu. vbi dicit, quod coitus per vxoratum cum soluta, non est punibilis nec accusabilis iure civili. & dicit de hoc esse casum in l. 1. C. de adult. dicit tamen G. Bened. vbi supra. num. 673. 674. & 675. quod hodie omnis actus fornicarius, & quicunque concubinatus quantumcunque simplex & occultus multipliciter de iure civili est damnatus & prohibitus. Idem etiam tenet Barb. in c. per tuas in prin. extra de probat.*

*Octauum effectum addit Purpura. in d.l. 1. vt dicit ultra omnes sebentes: Quoniam, vt dicit, illustres iudices possunt iudicare secundum eorum conscientiam, iuxta ea, quae ponit Cat. in l. 1. circa fin. C. vt quae defant aduoc. vbi dicit, quod Papa iudicare debet secundum conscientiam suam. & dixi supra in 5. par. 32. consid.*

*confid.versio.38.* Princeps potest iudicare, quod inferiores facere non possunt: qui præcise tenentur iudicare secundum allegata & probata, text. in *L. illicius. §. veritas. ff. de off. pr. fid. & ibi D. meus Ias. in c. indic. 3. 9. 8.* Et si conscientiam deponere non possunt, causam alteri delegare debent, ut tradunt doct. ibi & Ang. de Clauasio *in summa A gelica, in verb. indicare, §. 7.* aut alias exonerare à iudicando, ut per Abbat. in *c. pastoralis. §. quia vero. col. pin. s. t. extra de off. deleg.* Et ita in dominis de Parlamento secundum decisionem Guidonis Papæ *9. 29.* quod non placet Purpurato in *d. l. 1.* Nec etiam crederem esse verum in calo, vbi repetiri posset decisio iuris in contrarium. Quoniam non possunt facere contra ius, multo minus iudicare, cum secundum iura sit iudicandum *c. 1. de consti. & c. paratus ibi: percentiat te 23. 9. 1. & c. summopere 11. 9. 3.* Sed in causa dubio, vbi non esset decisio iuris, sententia eorum, seu arrestum etiam in conscientia habet vim legis. Et ut dicit M. Lauden. in *tract. de Principibus*, quod licet Princeps possit iudicare secundum veram & iustum conscientiam suam: caueat tamen (ut dicit) ne sua conscientia sit male informata, pro quo allegat. *c. 1. de re iud. lib. 6.*

Nonus est, in tutorum forma & excusatione, quæ speciales reperiuntur in pupillis illustribus Romanis, ut in *L. 1. & 2. C. de tutorib. vel curat. illa. tr. vel clariss. perso.*

Decimus: Quia Princeps ab illustribus, ut à præfectis prætorio salutatus assurgit aliquantulum, ut est text. in *L. unell. gl. in ver. process. 2. C. de senten. passis.* Ita dicit Feli. esse in omnibus illustribus, in *rub. de maior. & obed. col. 4.* dicens, quod ex hoc arguitur maior & honor. Quod, an sit verum, scribit Purpur. in *d. l. 1. num. 162 ff. de off. eius, &c.*

Vndecimus: Quia si illustres sint in ius vocati, habent ius sedendi, etiam si sint accusati, & propriam causam defendant, per text. in *L. fin. §. sedendi, quod ibi Bal. C. ubi senatores, & c. vbi infert ad Episcopum accusatum, quod tamen aliis non illustribus non conceditur. l. 1. C. de off. ciuil. iudic. & ibi gloss. in ver. honora- ri. exponit, id est, aduocari. quem text. Felin. in *rub. de maior. & obed. col. 4.* nimis extendit ad omnes consistoriales Principis. Et dicit idem Fel. in *rub. de Magist. col. 5.* quod quilibet iudex tenetur doctorem ad se venientem in uitare ad sedendum, allegando *L. fin. C. de aduoc. diners. iud.* Nisi quando est hora causæ propriæ *d. l. 1. Cod. de off. ciuil. iud. vel pro alio causam egerit. l. quisquis, in fin. C. de postulando.* Quod quomodo prædicta intelligentur, explicat Purpur. in *d. l. 1. num. 167. 168. & 169. ff. de off. eius, &c.* Et dixi alibi de Episcopo & doctore.*

Duodecimus, statur iuratoriae cautioni illustrium, tam in causis criminalibus, quam ciuilibus, nec aliam dare cogi possunt in iudicio. text. est in *leg. quoties. in prin. C. de digni. l. 12.*

Decimus tertius: In pœna corporali magis defertur illustri seu nobili, quam plebeio. Purp. dicit hoc probari in *L. properandum. §. sin autem vitaque. C. de iudi. & dixi in commentariu nostro, super consue. duc. Burgun. tit. Des droid. & appar. à gens mariez. §. 20. in gl. desciende- re. nu. 5. & infra in §. par. in 33 consider.*

Alium scribit effectum Purpu. illustres palatini sive officiales Principis, si sint perpetui, possunt emere res subditorum. allegat pro hoc Alexand. in *L. principalib. ff. scer. pet.*

Sed ad ultimum effectum, quem pro decimo quinto ponit Purpur. deuenio, in quo dicit, quod illustres in hoc priuilegiantur. Quod si legati sint missi ex

parte illustris in aliquam ciuitatem possunt expelli hospitati in hospitio, si sint inferioris conditionis, ut suscipiantur tales legati. Ita tenet M. Laud. in *tract. de leg. Princip. c. 2. incip. superuenientibus legatis. argum. tex. in L. iubemus. C. de sacrosan. eccl. Credo quod si secunda in §. scientes, ibi ea enim, que ad beatissima Ecclesia iura pertinent: vel post hac forte pertinerint, tanquam ipsam sacrosanct. Ecclesiam & religiosam intacta conuenit venerabiliter custodiri. Licet alias hospitatus non debeat expelli. L. vnic. §. caupo. & ibi Ange. furt. aduer. nautas, caup- stabul.*

Addo alium effectum, scilicet, quod illustres excusantur à tutela vel cura, etiam iam suscepta. tex. est in *L. spadonem. §. siire. versi. si autem quis. ff. de excus. iut. & in L. iuri speritos. in prin. ff. eo. & in L. verum. §. ex facto. ff. de minorib. Cor. boro prædicta: Nam propter officium procurator fisci à tali munere excusat. tex. in §. uen- diu. Inst. de excusat. iut. Item silentiarij Principis *L. fin. C. l. eod. & l. fi. C. de silent. l. 12.* Item præsides & magistratus ciuitatum *L. ubi ete. §. 1. & §. remittuntur.* Item administrantes res Principum, Praefectus vigilum, vel annone propter magistratum excusat. *L. administrantes. in prin. ff. de excusat. iut.* Qui tamen sunt in inferioribus ordinibus ergo à fortiori, qui in superioribus constituuntur. Item sacerdotes. tex. in *L. gen. in prin. ibi vel qui sacerdotium. ff. de vocatio. & excu. muner. & c. generali. 16. 7. 1.* Facit: quia iudex seu arbitrus effectus sacerdos non cogitur sententiare, & solvit compromissum, ait interconsultus Paulus in *L. non dis- fug. ienu. §. sacerdotio. ff. de arbiteris.* Et ratio ibi assignatur, scilicet: quia id non tantum honori personarum, sed & maiestati Dei indulgetur, cuius laetis vacante sacerdotes oportet: Ita dicendum est in illustribus personis, qui maximam dignitatem habent, & no cessant labore pro maiori Reipublicæ munere, & commodo, quam si tutela vel cura exempti sunt. Et quod deferendum sit dignitati & personæ: text. est, & ibi *Dd. & gl. in ver. superiorib. in c. pastoralis. in §. 1. ex- tra de off. deleg.**

Adde & alium effectum: Quod illustres personæ ad munera sordida, & extraordinariæ necessitatis dana non tenentur. text. in *L. fin. quæ incipit: ab i. lust. ibus C. de excus. muner. l. 10.*

**Q**uarta consideratio sit de mediis, qui spectabiles dicuntur: Inter quos primo ponit Spec. tit. de iuri. s. d. o. nn. i. id. 3. e. .me. ij. magistros militum. alleg. l. 2. C. de off. magistr. milii. De isto latius infra in *9. par. & paulo inferius, vbi de Connestibili, qui adaptari po test magistro militum.* Et in quantum iste magister militum posset capi pro Connestibili, dicerem illum esse illustrem, secundum quod etiam voluisse esse, & nominat talem Imperator *L. 1. & 2. C. de off. Magi. mi- lii.* Sed in quantum caperemus Magistros militum pro capitaneis guerrarum, videtur dicendum, quod effent tantum spectabiles, pro quo voluit allegare Spec. *l. 2. C. de Comitibus rei mil. l. 12.* licet etiam Purp. in *d. l. 1. num. 252.* vbi de spectabilibus exemplificat, videatur quodammodo dubitare, dicendo illos posse dici etiam illustres.

Secundo exemplificat Spec. vbi supra de Prætore, qui dicitur spectabilis, secund. text. in *Auth. de app. & insta que. §. simili que modo. collat. 4. & in §. preconiz- zionis. in Auth. de leonibus. coll. 3.* Item prefecti vigilum. tex. in *L. 3. ff. de off. pref. vigi.* Item Proconsul, ut probatur in *præalleg. §. simili que modo.* in *Auth. de non a- lien. aut permul. reb. §. hoc omniro. ver. dicitur autem. col. 2.* Item Praefectas Augustalis. §. supra alleg. & *L. v- nica. C. de primaria carcerib.*

Itē p̄f̄ctus Ägypti vicarij, & Duces, text. in l. rāpt̄res §. fin autem primo. C. de Epis. & cler. & de Du-  
cib. etiam tex. est in c. anteriorum. §. per. & fi. 2. o. 6.

Item Comes rerum priuatum, procurator fisci, & Comes orientis (non tamen Comites Italiz, & Ale-  
maniae, qui clarissimi sunt) Comites vero Prouincias regentes, vt olim erat Tholosanus & Prouinciae, vel Campaniae, spectabiles sunt, vt prealleg. §. similique modo. & d. c. anteriorum. §. similique modo. hæc sunt ex-  
pla spectabilium posita per Spec. vbi supra, do. meus Ias. & post eum Purpuratus in d. l. i. ff. de off. eius. ponit alia exempla, sc. Episcopum & Archiepiscopum, de quibus ante dictum est.

Item Capitaneus guerra & ciuitatum. Item Mar-  
chiones, & Barones, & ibi Purpur. probat, quod quā-  
doque Duces, Comites, Marchiones & Barones illu-  
stres dici possunt: vide ample per eum, & de quibus  
suis locis dicam.

**Q**uinta consideratio in sequendo Spec. in d. t. de  
ur. om. iud. ver. min. m. de ipsis minimis tractat,  
qui clarissimi vocantur. Inter quos primo posuit p̄f̄-  
fides prouinciarū, pro quo tex. in l. v. i. c. §. l. & ibi not.  
in verbo, rectorib. C. de priuat. circ. & in Auth. de non  
alien iudicis aut permitt. ad si. abr. d. omis autem col. 2.  
melior tex. in l. 2. C. si aduersus siscum. Item ciuitatum  
& prouinciarū rectores, vt in l. rapt̄res. §. sic aut̄ pri-  
mo. ibi: & viri clarissimi rectores prouinciarum. C. de E-  
pis. & cler. do. meus Ias. & post eum Purpur. in d. l. i.  
ff. de off. eius, &c. ponit multa alia exempla de his mi-  
nimis, de quibus hic nō discutia, sed suis locis in hoc  
opere dicimus, ne peruerterimus ordinem, & intentu  
nostrum, eo etiam maxime, quia hoc opus non mul-  
tu fundatur super huiusmodi gradibus, sed potius su-  
per dignitatibus, quas gerunt in administrando secū-  
dum diuersa tempora, præcipue constitutionū huius-  
modi officiariorum, & tempora hodierna, secundum  
quæ administrant in effectu: & in sequendo Alciatum  
in lib. 3. dispuñt. c. 4. dicam, quod hæc claritates termi-  
norum potius fuerunt datae ex voluntate Principum,  
quam ex necessitate officij: cum talia non necessitent:  
ex quo in his non multum insistere intendo. Ponunt  
tamen D. meus Ias. & Purp. in d. l. i. gradu abbates.  
Commendatarios, Abbatissas, Priores & Priorissas in  
casibus, in quibus præsunt monasterio. Dixi supra 4.  
pari. etiam Procuratorem Cæsalis, iuridicum Alexan-  
driæ, Doctorem, legentem inter scholares, Auditores  
sacri palati, Gubernatores & Barones, Memoriales,  
Propositores consistorij Imperialis: Etiam videtur po-  
nere magistros scriiniorum, quos voluit comparare  
Magistris requestatum: Sed in utroque errat, ideo nō  
insisto, sed latius & clarius infra dicetur: cum de uno  
quoque suo loco fieri mentio, & pro certo in hoc gra-  
du, & in his multum erravit Purpuratus, ad quæ tam-  
en nolo insistere.

**S**exta consideratio erit de infimis: Et sic de quinto  
gradu, secundū Spec. quem etiam videtur sequi do.  
meus Ias. & Purpuratus in d. l. i. ff. de off. eius cui mand.  
est iurisd. & vt exemplificat Spec. Isti sunt defensores  
ciuitatū, vel locorum, & magistratus municipales, qui  
non possunt cognoscere ultra summam 300. solidoru.  
vt in Auth. de defens. ciuit. §. & iudicare. coll. 3. in aut.  
de iudicib. §. audient. col. 6. l. magistris. ff. de iurisdic.  
on. iud. Item pedanei iudices (vt putant) qui nō pos-  
sunt cognoscere nisi de paruis, & in duobus auris  
finire. l. fin. C. de pedoneis iudic. c. ei qui. §. item cum ce-  
ra. 2. q. 6. Item forte secundū eundem Duumuiri l. fin.  
C. qui amsu. ad bon. n. ff. l. dies. §. si forte. ff. de damno  
infel. Item rationalis, qui cognolcit de causa liberti-

natis, & seruitur, non tamen ingenuitatis. l. pen. C.  
vbi causa statua agi deb.

Et omnes supradicti sunt officiarii iustitiae ordina-  
rii, habentes iurisdictionem, & sic dignitatem: Et de  
his vide Petrum Cothureau in suo schedulare magistr.  
ciuilem in tit. de magistratib. municip. Et quicunque  
in magistratu sunt, dicuntur esse in honore, l. honor. in  
prin. ff. de munib. & honor. c. pen. & fi. 42. diff. vt notat  
Dec. in c. vt debitus bon. extra de ap. & in ca. licet causam  
in 2. not. extra de probat. Ideo tales honorandi dicuntur.  
facit tex. in §. pe. ibi: eo, quod honorare nobis placet dignos.  
in Auth. de conf. coll. 4.

De delegatis vero nihil est dictum, sed inferius n  
hac parte post ordinarios, : n 18. confid. cum etiam eis  
debeat honor & reverentia.

**S**eptima consideratio. In Francia duo sunt officia  
omnibus aliis excellentiora, & principaliora, quo-  
rum unum est primum, & prius in iustitia. Aliud au-  
tem in re militari, pro quo facit tex. in Auth. de non  
aliena dis aut perm. ad fin. ibi: seruabunt autem eam  
nostra Repub. Iudices maiores & minores, ciuiles & mi-  
litares, colum. 2. vi a priori eis excellentiori incipiamus.  
Cum omnes alij sublunt eidem iurisdictione, & iusti-  
tia, & deinceps ad sequentes in ordine prosequamur.  
Fiet initium à Quæstori, seu p̄f̄cto prætorio, qui  
hodie apud nos est dignior, maior, & excellentior:  
quia Cancellarius dicitur, & apud quem est omnis  
potestas p̄f̄cti prætor. & Quæstoris: vt Parp. in l. i.  
num. 93. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. vt statim  
dicetur.

In Gallia vero post patres Franciæ coronatione &  
lætatione Regis Franciæ duo sunt, habentes officia,  
qui præcedunt omnes Principes, & senap̄r adsunt ad  
latus Principis: puta Cancellarius Regni Franciæ, &  
Connestabilis, de quibus cum nunc quadret ad rem,  
videndum est, quis istorum sit præferendus: & in  
primis de Cancellario, & quale sit eius officium, vt  
cognoscatur, in quo eius dignitas & præminentia  
consistat.

Cancellarius enim primum à Regia maiestate in  
iustitia distribuenda magistratum cancellando dictū  
obtinet. Et officium eius est rescripta, & priuilegia  
per Regem concessa, aut concedenda sigillo regio  
muniti, sed apud se est, quod priusquam eo muniantur,  
corrigit & cancellat: de quo Polycrat. in initio sui  
libri ita:

Hic est (inquit) qui leges Regni cancellat iniquas,

Et mandata p̄ij Principi æqua facit.

Si quid obest populo aut legibus inimicum,

Quicquid obest, per eum definiit esse nocens.

Et talis Cancellarius dicitur Quæstor, vt habetur  
in gl. universos. Cod. de diuer. rescript. ita dicit Luc de  
Pen. in l. neminem. C. de die. v. l. 10. Et vt dicit G. Be-  
ned. in sua rep. c. Rajn. angl. & uxorem nomine Adela-  
stam. in 2. deci. ver. habemus pariter in Francia, vu. 485.  
Adhuc Cancellarius loco quæstoris in Francia habe-  
tur, de quo in l. præcipiu. C. de appell. secundum glos.  
super verbo, quæ stor. in l. 2. C. de peit. bonor. sublati,  
l. 10. & in l. f. l. de diuer. res. pro qua gl. est tex. in Au-  
th. n. vi diuina quoque iussiores. coll. 1. d.

Et huins officium quæstoris erat decretare petitio-  
nes, sicut & Logotheta in Regno, secundum ipsum  
Luc. de Pen. in l. 1. de peit. bon. sublati. Quas signa-  
bat, & in eis se subcribebat, vnde archigymnateus,  
id est, scribatur Princeps dicitur, vulgo vero Can-  
cellarius vocatur, teste Calepino in suo Dictionario  
quem sequitur in hoc Beroaldus: & cum etiam nomi-  
nat au-

nat auricularum Principis, & hic ad latus Principis sedere debet, & est illustris. vt dicit Bald. in d. l. 2. in 3: notab.

Hodie tamen Secretarij Regis in subleuamen Cancellarij propter multitudinem negotiorum in Cancellaria, & curia Regis affluentium, se in talib. subscribunt, facit gl. in §. cumque in proœ. Inſtit. secundum vñ in uelleclum, & Bald. in d. l. 2. dic duos alios esse questores, de quibus ad eum me remitto, cum nihil de his ad rem. Et de præminentia dignitatis ipsius satis patet in l. 1. ff. de off. pref. præt. Est enim Principis Vicarius, & præpositus ad utorio Principis, sicut fuit Ioseph tempore Pharaonis in Ægypto Genes. 41. Creat præfides, & alios magistratus vice Principis, in Auct. ut indices sine quoquo suffrag. post prin. coll. 2. Etiam proconsules, & rectores consulares, C. de off. pref. præt. Africe. l. 1. §. De eo itaque, & de eius autoritate infra latius dicturus sum: prædicta tamen scriptis Lu. de Pen. in rubr. C. de praef. prætor. sue verbis, &c. lib. 12.

Budæus vero in suis annos. in tu. de off. pref. præt. ff. dicit hunc Cancellarium dici posse præfect. præt. Vel etiam dicit, quod loco dictatoris est: & inter alia dicit, quod hodie ejus patres primas sunt videre, ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli Regij non è republica, atque etiam dignitate Reipublicæ principali que exant. Cuius centuræ aut stylo Principum maiestas acta sua eximi nunquam voluit: Denique, qui Principis præsentis Vicarius, & peregrine agente Principe, Interrex quodammodo esse censeretur iure, ac proprie (vt idem Budæus arbitratur) nomophylax. i. legum præsidium, iuris asylum / id quod de Papiniano quondam dictum est / morum, institutorumque aræ, æqui bonique columnæ appellari potest: atque etiam esse debet id, quod etiam credere me cogit consensus sere hoaminum, institutumque quoddam quasi per manus traditum, caput eum ac verticem iustitiae appellantium.

Antiquissimum autem esse magistratum ex vetustis monumentis appetat. Quoniam, vt dicit idem Budæus ibi: competit an. 1511. Stephanum quandam Cancellarium diplomati subscriptisse à Ludouico Rege cognomento Crasso monachis diu Diony. indulto.

Ee, vt dicit, multo antiquius legit diploma Caroli cuiusdam, in quo hæc verba addita erant: *Gazelinus notarius vice Rogeri Archepiscopi, sumique Cancellarij recognous indictione 8. an 28. reguanæ Carolo Regi gloriofo. Videtur autem fuisse Carolus ille Magnus an. etiam 1157. Hugonem alterum Cancellarium subscriptisse competit ipse Budæus diplomatici cuidam, quo Ludouicus, qui Pius cognomento dictatus est, ius Regalium antistiti Aurchensi remisit, quatenus ad supellectilem elegantiorum, & instrumentum fundorum Episcopaliū attinet. Aliumque item Bartholomæum, anno 147. eiusdem generis beneficio præcipali subscriptisse. Et vt dicit ibi idem Budæus paulo post: Cancellary nomen apud nos vereor, ut iam consensaneum tantæ res esse passu. Quæ enim hodie dignatio ac maiestas huius honoris? tenuis hæc appellatio atque apud alias gentes proculata significatum suum sustinere ac perferrre non potest. Latinum certe nomen non est, nisi fortasse credimus à Cancellando (quod nec ipsum satis latinum est) Cancellarium dictum. Atqui ne ijs quidem seculis, quæ hoc verbum generunt satis festinum nomen fuit. Cancellarij diploma quoddam, legitimus Comitis Viromanduani in quo addita hæc verba erant: Ego Cancellarium scripti*

ac subscripti. Fuit apud alios honoratioris Scribæ nomen, qui Græce archigrammateus dicitur, vt quidam tradiderunt, quasi Princeps scribarum. Apud nos vero iam inde ab initio magnum huic magistratu honorem habitum esse. Præterea, quæ diximus etiam ex eo coniçere possumus, quod anno 1225. Guarinus quidam antistes Siluanectensis gessisse eum magistratum traditur, vir magni nominis illo seculo.

Regnante enim Philippo secundo (qui Augusti cognomentum meruit, & annos quatuor, & quadraginta imperauit) diu nullus Cancellarius apparuit. In eodilis enim Regiis illis temporibus indultis adelitum fere legimus vacante cancellaria. Anno autem 1310. constitutione Philippina interdictum esse competitum consiliariis Parlamenti, vt ne ab urbe abnotarent duntaxat quominus omnibus concessibus Curia interessent circa comiteatum, aut Regium, aut Cancellarij cum Principe curiæ, qui cum supremus appellabatur: Nunc vero cum in Curiam amplissimam arbitratu suo ingredi Cancellatio licet, tum vero à Principe Curia primo ei loco ceditur, quasi magistratum omnium antisti. Itaque Cancellariatus summum est hodie honorum fastigium, ultra quod nihil sperare licet homini quidem priuato, & togato, quasi quoddam summa quæque ambientis animi solstitium. Ab eo iam progressus nullus, sed qui se commoverit regredi tantum potest.

Proinde hunc, qui norma est omnium iura reddentium, qui in omni ferme parte constituenda Reipublicæ Principis vicem implete aut certe obtinere creditur. Cuius oie facundi Reges moribus nostris esse solent. Cuius oculis velot canisitijs circumspiceret omnia ac perlustrare creduntur, nequid usquam subsulter non suo loco positum. Cuius auribus, vt dicitur, perpurgatis, plenam ac iustum operam postulatoribus dare didicunt. Qui caput est sanctioris interiorisque consilij.

Hunc denique, qui promus & condus clementia benignitatisque principalis factus est, id est, qui illius æquitatis officia, quam Cancellariam dicimus, liberali administrationem habet. Qui morum legumque Regimen perpetuum receperit videtur, quod mundus primus omnium Augustus Imperator Romanus accepisse sibi delatum, non ipse accepisse dicitur.

Hunc inquam tot nominibus eximium, multiplicis ac variæ prudentie fiducia subnixum esse necesse est; In hoc vno acumen dialecticorum, sententias Philosophorum, verba oratorum, memoriam iurisconsultorum, ingenium poetarum, pariter omnia versatile, acre, impigrum, indefessum esse oportet.

Hunc omnia, quæ ætas ista caput, complecti & perdiscere conuenit, quæ modo ad instituendum: excollendumque politicum virum valeant. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici juris autoritas, & regendæ Reipublicæ ratio, quod scientia tanquam numeris huius materias, quædam subiecta esse debent, quæsique in numero condita.

Hunc id authoritatis esse oportet, cui omnes magistratus honorum suorum fasces submittere non indigentur. Cæterorum magistratum imperium suis ac certis finibus circumscribitur, sub huius iure imperioque omnes nostræ prouinciae sunt, vt olim omnes erant Romanæ sub consulibus. Itaque dominum eius totius Imperij Gallici conciliabulum quoddam, atque adeo oraculum esse pat est, veluti quandam tristis æquitatisque officiam. Eius ianuam ac vestibulum

omni postulanti, omnibus horis patere: nulli tamen hinc, id est, à nullo quicquam poscere oportet. Imo vero non claudi veluti perfugium ac portum discessis, & legis iuraque implorantibus, quæ ipse tuenda suscepit. Aram atque asylum his, qui contra vim, aut improbitatem ius suum obtinere nequeunt.

Hunc denique, qui tantam tam augustam personam ab optimo Principe impositam sibi sustineat, omnibus numeris gravitatis, constantie, severitatis, prudentiae, temperantie, fortitudinis, integratitatis, absolutum esse vitum, undeunque doctum, vndeque placentem, omnium denique horarum hominem esse oportet. Earumque rerum severitate multis condimentis humanitatis, comitatisque committigate. Hunc eum esse decet, in quem bonorum suorum finum natura mira benignitate effuderit, qui magistratus, non qui magistratus donatus esse videatur. Cuius vita censura sit, ut inquit Plinius. Eaque perpetua, ad quam ceteri magistratus dirigantur, ad quam hi conuertantur, quibus non tam imperito opus est, quam exemplo. Cuius tot tantæque sint animi doles, ut cuius esse plurimæ maximæque videntur profectitiae illæ quidem & dominice ( quæ gratias vulgo vocant ) non hominum peculiares. Est plane vir, qui ex ingenio suo ab amicitiis virtute atque omni festiuiore victu & coniunctu alienus esse debet, sola innocentie conscientia gloriaque virtutis contentus. Hic est enim unus omnium magistratus, cuius res in utramque partem gestæ minime in tenebris latere, aut quoquo modo abditæ esse possint: quippe qui in luce occidentis in oculis clarissimæ omnium prouinciarum, id est, Galliarum in auribus tot tantarumque gentium sit politus, id est, sinitiarum nobis, aut etiam ad quas fama nostri peruenit. Qui si se, veluti in medio amplissimi Imperij theatro positum omnibus conspicuum esse secum reputauerit, ad spectaculum coeuntibus non modo indigenis, sed finiti mis etiam & vterioribus, nimirum nullum habitu m abluendum, nullum motum inconcinnum, nullum flexum indecorum reddiderit. Huic porto non modo optimatibus, atque sibi, id est, conscientie, inferniendum est, & sibi & misericordia ( ut dicitur ) sed etiam populo, & scena, id est, multorum existimationi, quantum per naturam rerum licet. Arduum sane opus, & alioquin etiam intractabile seuerum & populare esse, supercilium aduersus delicta aulicorum distingere, impotensissimis cœptis querundam opibus atque aulicis factionibus præpotentium obsistere. Principem ita nonnunquam aut alio vobementio affectu percitum demitigare, & ( ut verbo Ciceronis vtar ) molli articulo tractare caute & circumspicte fortem intrepidum, cum opus est ita esse, ne fortitudo in neruum erumpat. Postremo in comitatu Regio physicum animum, integrum ac sarcum ( ut dicitur ) & rectum ab insidijs assentatorum, ab obreptionibus versutorum, & formidine potentiorum aulica terricula nonnunquam intentantium conservare. Mira enim blandimenta genuit aulici vicitus ratio, quibus præstantissima etiam virtus saepe connivere visa est. Hec Budæus in loco supra desinato: ad illius magistratus festiuitatem, & decorum, ne dicam instructionem. Et idem in tractatu suo de sive. in fin. Est enim ille magistratus ( vbi de Cancellario loquitur ) inter togatos summus, cuius domus ( quod nomophylacium dicitur ) juris custodia, legum ac constitutionum præsidium, oppressorum asylum, flagitioso um scopulus, æquitatis officina, aræ supplicium, & iure summo laplorum adminiculum esse debet, nul-

lis prope finibus munia eius circumscribuntur, quasi unus ille honor ad se summam omnium rerum munerumque trahat, cum Principis vires propinquum adimpleat.

Olim etiam hic Cancellarius Francie apud Gallos patricius vocabatur: de quo in c. 1. de do. iuxta superscriptionem: & haec dignitas liberat quem à patria potestate ut §. 2. Inst. quibus modis suu patria potest. solvit. & in leg. fin. Cod. de consulibus. libro duodecimo.

Inter præclaros & literatos viros hoc officio, vt fertur in Gallia, decoratus & functus est Iacobus de Rauenna, qui prius fuerat docttor regens Tholosanus, secundum Barth. in l. 1. ad. de sen. quapro eo, quod in terest, preferit.

EIAM PETR. de Bellaperrica Burgundus doctor regens Aurelian. fuit Francie Cancellarius, & ut talis epitaphio adhuc hodie in choro Ecclesie cathedralis Parisijs palam visitur sepultus insignisque decoratus.

Fuit etiam Ioannes Fabri, vir undeque literatus, & in iure peritissimus ac summus practicus, Regni Francie Cancellarius, ut habetur in prima Epistola ad breviarium eiusdem super Cod. vbi ita ait: Affirmans præerea summum in Gallia gesse magistratum, neque ab his dissentio hoc arguimento, quod ciuitatum ac populorum locales consuetudines, quæ plerunque etiam doctissimos ( ut iuta testantur ) latent viros inter literas atque à Reipub. regime viventi sorte fieri non soleant: quas tamen saepius refricat, ac velut sibi tritissimas endauit.

Functus est etiam hoc officio Epinarius, qui fuit Cancellarius Caroli Magni, & scripsit Epistolæ plures ad dieis, vitam ipsius Caroli, & historiam temporum, & de monte Dulphi dicensis Angolismæ Burdegalem. Et slavus fuit, ut habetur in suis Commentarijs. in præm. l. sive. in verbo, flamus.

Fuit & ille inter alios præstantissimus, & omnium literatum & doctrinatum expertissimus, sanguinque nobilissimus Guido de Rupeforti etiam Burgundus post fratrem suum Guillelmum de Rupeforti cui non fuit similis. de Guillelmo fit mention per dictum Guillelm. Benedicti in dicta sua reper. cap. Raynit. in verb. & vxorem nomine Adelasiarn, numer. 498. vbi plurimum laudatur. de testament. Et prædictus Guido etiam laudatur à Io. de Gradibus in apostolis ad Petrum de Rauenna, in alphabeto aureo, super verbo index. & accumulatus per Budæum in trah. suo de off. quest.

Fuit & tempore suo Tribonianus Iustiniani Imperatoris Cancellarius, de quo vide Guidonem Papie q. 336. vers. 32. quero. & est text. in l. 1. in fin. ver. xx bis. ff. de off. quest.

Fuit & Ioseph, Pharaonis Regis Cancellarius. Nam cum Pharao, Rex Ægyptius, de periculo futuræ famis innumeris somnis vrgretur, nec visionem tantam humanum possit televare consilium, Ioseph, vir beatus, inuentus est, qui & futura vera prædicaret, & periclitanti populo prouidentissime subueniret. Ipse primus huius dignitatis insulas consecravit, ipse carpentum reuelendus ascendit ad hoc gloriarum culmen euectus, ut per sapientiam conferret populis, quod pœstare non poterat potestas dominantis. Ab illo namque Patriarcha, & nunc pater appellatur Imperij, ut habetur Iudicum Gen. 41. & ut habetur, uno tantum Regni solio Rex cum præcedebat, ex quo est primus post Regem, & secundus in ordine: & deponit Lucas de Penn. in dicta rubr. de prefettis

*prefectio prætorio, libro duodecimo.*

Fuit & Moyses Dei Cancellarius, ut habetur *Num. 12. & Iosaphat Regis David Cancellarius 2. Reg. 8. secundum interpretat. Lyrae de qua per eundem Bened. in d. sua repet. c. Ray. in verb. et uxorem nomine Adelaisum. num. 391. ex. de testam.*

Vlpianus fuit Alexandri Cancellarius, & Seneca Neronis, ut refert ipse Bened. vbi supra. & fuit etiam Cancellarius in Eccles. Romana, ut dixi supra in 4. par. in 13. conf. Plutar. vero scribit Eumenem Cardianum fuisse Archigrammatea, hoc est, Cancellarium Alexan. Magni. & Ant. in 2. part. historiarum. tit. II. ca. 14. dicit Castiodorum fuisse Cancellarium Theodorici Regis Italix.

Aliquando etiam Cancellarius in iure fuit dictus *Præfectus prætorio simpliciter sine adiectione loci, & talis leges condere potest, negotia sine appellacione terminare, potestate nulla dignitas est æqualis, vbi que vice sacra iudicat, nullus miles de fori sui auctoritate præscribit, excepto magistro militum, de quibus per Luc. de Pen. in l. duos. C. de suscep. præf. & arcariis. l. 10. Circa latus Principis stat, & in eius comitatu semper est. l. præcipim. §. huius. C. de appell. ibi tam text. facit differentiam inter præfectum prætorio, & quæstorem, & primum nominat præfectum prætorio. Et dicit Specul. in vir. de inv. dict. omn. iudic. versic. magn. Quod iste est illustris, & præest omnibus iudicibus aliis, & excellentior est magistris omnibus aliis. & tria specialitate lètatur. Primo: quia ab eo non appellatur. Secundo: habet potestatem condendi legem. Tertio: quia minores contra eius sententiam non restituuntur. l. l. vnic. in fin. ff. de officio prefecti præto. nisi à Princeps. l. in eius. & l. s. ff. de minor. & talis est illustris. §. llo. in Authen. de appell. coll. 4. qui probat eum dici posse illustrissimum. Et etiam eminentissimus appellatur. leg. 2. Cod. de sentent. ex peric. recit. Et gloriofissimus dicitur. §. fin. in Authen. de non alien. colla. 2. Et præfecti prætorio dicitur sublimissima sedes. leg. apertissimi. Cod. de iudic. Et magnifica sedes. l. fin. vbi senato. vel clariss. Et ipse magnificus appellatur. l. præcipim. C. de appell. Et ad eum nomine magnificentæ rescribit Imperator. l. sanctim. la premiere C. de aduoc. divers. iud. Et alias de eius laude, & excellētia, vide Purpu. in l. l. in 11. col. ff. de off. eius mand. est iuri. d. alleg. Budæum, vbi supra.*

Cuius consilio & directione vniuersalia Regni, & summe ardua, statum Regni, aut si aliquod sit inter partes vel Princeps bella mouentes iurgium, aut Parlementa de limitibus aut prærogatiis disceptent, Rex audit, gubernat, & discentit.. facit text. in Auth. ut iudices sine quoquo suffrag. §. hec omnia. coll. 2.

Hinc Princeps dicit se legem facere apud eum. in Auth. de priuile. dotis muli. hære. non prestat. §. que igitur in fin. coll. 8.

In omni enim pater est Princeps, & dominus vniuersæ domus sue, ac Princeps in toto imperio. Genes. 45 Hæc dicit ipse Lucas de Penna in d. rubr. de præfectis præto. libr. 12. & per eum amplius in d. leg. duos à quo omnia prædicta excerptis dicit. Bened. in loco supra alleo.

Et hic Cancellarius omnes alios huius Regni officiarios quicunque sint, siue sit in consilio Regis, siue in omnibus aliis parlamentis præcedit, & primus post Regem sedet, prout dicit idem Benedict. & dicit Cassiod. lib. 6. variarum quæst. sic. Si honoris alicuius est origo laudabilis, bonum initium sequentibus rebus prædicare potest, præconium tali auctoritate præfectura

prætoriana gloriatur, qui & mundo prudentissimus, & diuinitati probatur acceptus. Et ibi ample ponitur per Cassiod. de potestate, authori, dignitate & officio Cancellarij, & qualis esse debeat, qui est relatus per Luc. de Pen. in d. l. duos. vbi etiam amplissime per cum.

Sed an Cancellarius Connestabilem in actu indiferenti præcedere debeat, licet habeamus titulum expressum de præfectis prætorio siue vrbis, & magistris militum in dignitatibus exæquandis, lib. 12. Vbi dignitas præfeturæ prætorianæ, ut est Cancellarius & Magistri militum, ve sunt magni Marescalli in Francia, qui sunt sub principe militiæ, id est, Connestabili adæquantur, ita quod prior incedit, qui primo promotus ad officium inuenitur, etiam ipsis depositis ab administratione officij, ut in l. l. o. item titu. ergo multo fortius Connestabilis dicitur maior: Tamen ipse Luc. de Pen. doct. celeberrimus in rub. de titu. l. dicit, quod præfectus prætorio ceteris dignitatibus antefertur, & reprezentat reverentiam principis, & est eius vicarius. nos. in l. l. C. de off. vicar. Ex quo ex hac considera. possumus dicere Cancellarium debere præcedere Connestabilem.

Aduerte tamen, quod vbi filius Regis primogenitus est, sedet ad dexteram, & Cancellarius ad sinistram, ut tenet Nicol. Boerij in tra. l. Joan. Mun. ad. de auctore magni consilij, ibi: *Nunc condescendo ad aliam partem.*

**O**ctaua consideratio. Alia tamen ratione dici possit Connestabilem debere præcedere Cancellarium, & antefieri ex ordine literæ. Qui quidem ordo in talibus facit, ut qui primo nominatur à Princeps, prior sit & dignior, dixi sup. ample in l. par. in 17. confid. Quoniam ut habetur 2. Reg. 8. Ioab qui fuit Connestabilis David, qui dicebatur Princeps & præpositus militum, fuit primo nominatus à David in creatione, quam Iosaphat, qui fuit eius Cancellarius, ut supra dictum est. Et etiam in l. s. quando. C. de appell. Primo vir sublimissimus Magister officiorum nominatur, quam vir excellentissimus questor, qui dicitur Cancellarius. Et etiam text. in l. l. C. de nouo Codice comp. & in multis aliis locis, semper preponunt arma legibus. Ex quo videtur, quod Connestabilis, qui circa arma versatur, Cancellario preferatur, qui circa iustitiam intendit. Et Connestabilis nomen eius est, qui militiæ apud Francos primus post Rege in præficitur.

Et videtur, quod priuilegium creatum à Deo fuit tale officium: eo, quia cum post creationem Angelorum prælium factum fuit in cœlo, & Michaeli fuit data potestas pugnandi cum angelis eius quib. fuit præpositus tanquam Princeps illius exercitus, ut habetur Apoc. 12. Ex quo constat, quod cum fuerit Princeps militum, seu exercitus, ut dicatur præpositus paradisi, qui dicitur Dux bellii, ut dicit gloss. in l. 3. in fin. ff. de re iud. Quod idem est, quod Connestabilis, quod tale officium fuit institutum ante officium Cancellariatus.

Et sicut arguitur, quod matrimonium est dignius ceteris sacramentis ex tribus. Primo, propter institutorem & auctorem: quia Deus fuit author & institutor: & quia fuit institutum in statu innocentie, & in paradiſo terrestri. Alex. conf. 56. in 4. vol. & dixi in rubr. Des droits, & appartenances à gens mariéz, in comment. nostris super consuetud. Ducat. Burgund. Sic etiam dicendum est de officio Connestabilis, quod fuit institutum in paradiſo à Deo, & in statu innocentie quo ad eos qui prelibabantur in viu potesta-

tis concessae à Deo, ut constat ex supra deductis. Igitur videretur dicendum, quod Connestabilis præcedere deberet omnes, & quoscunque alias officiales Regni propter excellentiam illius officij, quæ consistit in illis tribus, ut dictum est.

Et ut refert Budæus in suis annotationibus super tit. de officio prefelli. præf. ff. in celeberrimo trium ordinum conuentu (quos statutis dicimus) vidit, & nouit Magistrum militum (quem *Constabularium* vocat) Principis ubique legatum re quidem militari primo loco inter magistratus sedisse, proximeque eum Cancellarium. Sed etiam 3 Reg. 4. c. in statu Regis Saul, viri literati, & sic Cancellarius præfetur in ordine Magistro exercitus, ex quo ille ordo non est multum attendendus in hoc.

Aduertendum est: Quod videtur, quod isti duo præcedere debent Duces, cum de sententia Ducum apud tales appellatio sit terminanda. 1. si quando. Cod. de appell. Imo quod plus est, dicit Guido Papæ, quod de sententia Delphini ad Connestabilem, vel Cancellarium appellatur per illum text. vt in q. sua 536. ver. 74. Et de inferiori ad superiorum appellatur, imo de patre ad patrem non valet appellatio. c. non putamus. de consuetudinibus. 6.

Et de materia, quod de inferiori ad maiorem sit appellandum, ample per Præpositum in rubr. de appell. in 6. col. quod an sit verum de iure ciuili, vide Bald. in sua Margarita, in litera Sabi; sententia, ver. s. 15. de quo vide in l. a. consubstibus, & in l. præcipissimis. C. de appell. & Anton. Nicellum. in concord. gl. iuris ciuili & caronici, in 6. concord. vers. 41. & 42.

Et; quia omnia Regna gubernantur tam per iustitiam, quam bella & arma bellica, quorum requiritur concursus, & ita ad inuicem coadunantur, quod unum est ita necessarium, sicut reliquum, notatur in proœm. Instru. & dicit text. in l. 1. Col. de Iustini Codice compon. Quod summa Reipublica. tuitio de stirpe duarum rerum, armorum, atque legum veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus anteponi nationibus, omnibusque dominari tam præteritis effectis temporibus, quam de propilio in æternum efficiet. Istorum etenim alter alterius officio semper eguit, & tanta res militaris legib. in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt, & intrasæ est per iustitiam, ita extra se per militiam reprimendo aduersarios, per militiam præcipuum decus, & stabilimentum totius Imperij, quale est militaris disciplinae tenacissimum vinculum, in cuius sanguinac tutela serenus tranquillusque beatæ pacis status acquiescit: vt refert Valerius libr. 2. titul. de disciplina militari in princ. Ob quod Mars impetum Romani patet appellatus ibi prohibetur, cum de Lucio Quinto Cincinnato loquitur, cuius militia ditector in præsenti Regno est Connestabilis, qui ad res bellicas secundus post Regem est, teste Gaguino suorum Chronicis, lib. 4. c. v. 1. vt refert G. Bened. prædicti in sua repet. cap. Rayn. in gl. & uxorem nomine Adelasiam. de testamen. quod ut dicit, ibi olim tribunus Celerum (id est, militum, qui celeres equos habent) vocatus, de cuius initio, nomine & officio ac potestate habemus in l. 2. §. quod ad magistratus attinet. ff. de orig. iur. vbi habetur, quod fuit creatus tribunus celerum, qui præerrat militibus: & primus fuit Iunius Brutus apud Romanos. Huius Iunij Tarquinius Superbus, ex cuius cognatione erat, patrem & fratrem interfecit: Iunium vero Brutum (quod stultitiam simularet) vita donauit, eique fatuo (quod ipse idem Brutus apud Halicarnassum de se narrat) magistratum dedit, ut præfectus

Celerum esset, forte ne nullo diceretur honore à cognato Rege affectus. Hic Brutus, cum & ingenio excelleret, & prudens, author erat Rgje tyrannidis cienciæ, hinc in d. l. 2. §. exactis. deinde Regibus tribunitia lege Regias leges exoluisse dicatur.

Hinc Brutum tribunum Celerum ibidem intelligendum est, vt dicit Vdalricus Zasius in diel. l. 2. in §. quod ad magistratus in sua singulati repetitione. In veteri testamento Princeps militæ talis vocabatur, vt fait Holofernes sub Nabuchodonosor Assyriorum Rege, qui regnabat in Niniue magna, Iudub. 1. c.

Et Nabuzardan sub Rege Babylonis, etiam Princeps militæ vocatus est, & post Regem secundus tenet. vlt.

Et sub Saule primo Iudeorum Rege fuit Abner, 1. Reg. 17. in fin. Et sub Davide Ioab, ut dictum est, 2. Reg. 2. in 8. c.

Et sub Rege Syriæ Naaman, 1. Reg. 5. c. Et sub Salomon Banias, 2. Reg. 23. & prædicta dicit ipse G. Bened. in prædicta sua rep. c. Rayn. vbi supra vbi dicit ultra quod habet quatuor Mareschallos sub se, qui olim Romæ Magistri equitum ac pedimentum, id est, militum, dicebantur: Et de his infra plenius dicam in 9. parte, in materia laudis & gloriæ militum, an sit officium potius respiciens militiam, quam gubernationem domus Regalis.

**N**ona consideratio. Inter officiarios iustitiae sunt præferendi Praef. Eti prætorio aliorum locorum, vt sunt Prædentes Parlamentorum Franciæ, qui sunt honorandi secundum institutionem locorum, vbi sunt prædentes: & isti dicuntur cum adiectione locorum Prætorij, vbi sunt præfecti.

Et quoniam Parlamentum Parisiense est primum, & primo institutum, ideo Prædentes in illo quibusunque aliis secundum ordinem illorum præponuntur & anteceruntur: ita quod etiam ex quatuor prædentialibus ultimus præcedere debet primum aliorum Parlamentorum.

Et quod Parlamentum Parisiense primo fuerit institutum & erctum, refert Gaguin. in Chronicis Francæ, lib. 3. cap. fin. prope fin. vbi ita inquit: *Parlamentum publicum ad iustitiam ministrandum Convenitum Francia vocare.* Cuius instituenda author ab historiis non traditur. Id enim cuiusque anni definito tempore loco, quem Rex designasset, habebatur. Verum; quia hec generalis ex toto Regno coitio impensis, & laboribus conuenientes afficiebat, obseruatum postea est, ut ex maioribus civitatibus & prouinciis periti iudiciorum, & consuetudinis homines ad id munus electi ius cuique prouocationem litiganti dicerent. Que institutio cum vaga interdum incertaque communitatis sedibus esset, decreta est Parlamento apud Patios curia, & sedes, in qua iudices designati se iugiter sistenter perpetui prouocationum definitores. Qui octoginta sunt annua ex Regis fisco stipendia capientes.

Et hi quidem per quatuor curias distributi seorsum considerunt, quoque prædentes habent. In prima quam Franci cameram vocant, Prædentes quatuor, & consilarij 30 causas, & lites audiunt, dilationes, & quæ ad iuris cognitionem attinent, constituant, leuiora quidem & temporanea finientes.

In reliquis singulis duabus Cameris 18. inquisitoribus præsunt, qui enuestarum, id est, inquisitionum consiliarij dicuntur, quib. prædentes quatuor præficiuntur.

Horum omnium pars ex clero, parsque ex laicis constituitur, sententias dictant, quas statutis diebus alter præsidentum in prima Curia palam enunciat: idque arrestum, id est, fixum & firmum vocant, à quo videlicet nemo prouocare possit: qui vero reus sententiam in se excipit, liberatum eo. Parisiensem multa afficitur. Si quis tamen in iudicio error admissus videbitur, errorem proponendi, & in iudicium eiusdem Curiae deducendi potestatem habet, nec prius auditur, quam duplicatam multam depoluerit.

Quarta Curia est eorum, quos requestatum, id est supplicationum Palatij Magistros vocant, apud quos causa eorum tantum agitur, qui Regis obsequiis deputati, vel priuilegio donati sunt. Et ab his quidem judicibus, qui octo sunt, prouocare ad Parliamentum licet.

At cum in dicendis iudiciis nodas aliquis, & cuncte in causa difficultas surgat: Omnia Cariatum, & Camerarum consiliariis conuentientibus sententia fertur.

Eius Parliamenti tanta tempe fuit apud Francos auctoritas, ut quæ Rex ipse de Republica que iure, & prouentibus Regni statuerit, ea sine huius tenatus decreto non procedant.

Sunt præterea ipsius Parliamenti coiudices dum adesse volunt Franci pates, de quibus supra in s. part. in 43. cons. incip. licet consuetudo scendit. &c.

Atque ut huius sacrosanctæ concionis Regem auctorem certum sit, sic Regia siagalis quibuldam annis recta eduntur, quibus ad diui Martini diem festum Parliamentum inchoandi iudicibus auctoritas datur.

Ad hoc præterea Parliamentum spectant alii supplicationum Magistri, qui Regij Hospitij peculiari nomine appellantur, qui Regi frequentius assistunt Cancelleriam sedentes: Et hi post primæ Curiae præsidentes omnium primi sedent. Haec sunt verba Gaguin. in sua Chronicis. ib. 3. c. fin. quæ refert de verbo ad verbum G. Benedict. in sua repe. c. Ryn. in verb. ejus versus nomine Adelasi in decessum. Vbi dicit; quod sunt tantum octo Magistri requestatum Dominus Regis, propter nec erant tempore suo: sed hoc anno domini 1522. Christianis. Rex noster Franci addidit, & creauit alios quatuor de novo.

Et fuit huiusmodi Parliamentum fundatum ad instar senatus Romani à Romulo verbis conditore. Titio Liuio 1. Decad. l. 1. teste, instituti, in quo erant centum Senatores. l. fi. C. de petivio. heredi. notat. in rub. ff. de sen. & l. l. C. de eadu. tollen. & vocabantur venerabilis coetus. l. leges. C. de leg. b. & patres conscripti. C. de emendat. Iustitia Codicis, n. prius. & horum potestas erat amplissima, ut dicit Alb. in d. l. fin. & de his Parliamentis fit mentio, n. cap. docet. de im. nun. Eccles. & in cap. fundamenta de electio. & de eius potestate, & preeminentia in iurisdictione, quod sit æqualis cum Rege, ita quod Rex ex sua ordinaria potestate non potest tollere ea, quæ acta sunt per eius Parliamenta. Imo etiam de plenitudine potestatis ordinata, tenuit do meus Ias. in quoddam consilio, quod fecit, quod alias vidi, & legi in suo studio, sed illud non potui habere.

Et potestas Senatorum seu Consiliatorum illius adæquatur Principi, cum in necem eorum machinantes tenentur lege Iulia Majestatis. Cum censur pars corporis principis. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maj. quod tamen contrarium tenet ibi Salic. & Guid. Papæ quæst. sue 344. in fin. Et rebellantes iniuste in

his, quæ ad eorum officium spectant, ut rebelles regni puniuntur, in extrauaganti Henrici: Quoniam: Sic sit à sententia Senatus non appellatur. ff. a gub. appellare non licet. l. l. præf. cl. ff. termino c. anteriorum. 2. quæst. 5. Nec etiam ab arresto Parliamenti Spec. ut. de appell. s. videndum circa fin. facit quod notat Bald. in proxm. ff. & Pan. in rub. de appellatio. Guido Papæ quæst.

Et tale Parliamentum non posset aliud habere præter Regem in suo regno, ut videtur tenere Batt. in leg. hic Tycius Caesar. ff. de here. in fin. & melius in leg. 2. circa fin. in pen. notab. ibi. heren. cum tamen illud seu Parliamentum. vbi non est alius superior, quoniam cognoscere de appellationibus in ultimo ressorto, est de Regalibus. l. quæst. Regal.

Et præsidentes in illis dicuntur præfecti prætorio, sed cum adjunctione, sicut olim dicebatur præfectus prætorio Africæ. Et tales sunt in eadem potestate, quæ sunt Magistri militum, ut dictum est supra. Et præferuntur omnibus aliis post cancellarium in Francia, qui simpliciter dicitur præfectus prætorio.

Et licet hic ante dicatur, quod solus Rex potest habere Parliamentum in suo regno; unde ergo istud, quod Dux Philippus Burgundia, & post eum Carolus eius filius, etiam Dux Burgund. habuerunt Parliamenta in ipso Ducatu Burgund. ut patet ex consuetudinibus nostris compilatis ab ipso Duce Philip. in proxim. illatum: & ibi glossa nostra ponit, quid dicatur Parliamentum, & multa de his, quæ hic ante dicti sunt.

Sed, cum prædicta sint de Regalibus, scilicet, cognoscere de appellationibus in ultimo ressorto, ut notatur in d. c. que sunt regal. quod modo potuit cognoscere de talibus. Dux Burgund. cum sit unus ex paribus Franciæ, imo Decanus, & sic recognoscit Regem Franciæ in superiori, saltem in Ducatu. Nisi dicatur, quod hoc fuerit ex priuilegio regis, sed videtur, quod hoc non possit concedere Rex in suo regno: cum quæ sunt de regalibus, alteri committi non possunt, nec alteri concedi, ut tenet per plura Lucas de Pen. in l. contra publican. 1. 6. co. C. de re mali. Nil dicatur, quod Rex de facili revertitur ad suam priuilegiam naturam. l. 5. v. 1. ne petere. versio. id est dicimus. in fin. de p. 3. Et ideo cum olim Burg. fuerit regnum, & sic iura regalia habens, ut patet in chronicis Philippi Bergomensis, in suo supplemento chronic. lib. 8. circa pri. incip. vbi ponit multis Reges fuisse in Burgundia, & fuit extitum regnum & habuit finem. Eo; quia deuenit ad manus Childeberti & Clotarii post mortem eorum patris & Clotildi s. filia Regis Burgundia eorum matris, à quo tempore amisit nomen regni.

Sed non esset sine dubio, an potuerint supprimere illam dignitatem regalem, & deducere eam ad Ducatum: saper quo non insisto, nec aliud dico, nisi quod ex quo Rex Franciæ adiuncta sibi patria potuit supprimere illam dignitatem regalem. Ideo etiam, si quodammodo exierit extra manus Regis Franciæ, posset ipse Rex facere & consentire quod fuerit, & sic cum illa dignitate quæ antea erat: quia haec ditiones & divisiones principatum sunt de iure positivo, quibus possunt derogare Principes, & in hoc non est dubium.

Et post prædictos Præsidentes, præsidentes aliorum Parliament. præsident in suis locis tanquam præfecti prætorio: In Parlamento vero Parisiensi etiam præferuntur consiliarii illius loci, post tamen alios præsidentes, secundum eorum gradum & dignitatem, quæ inter primos aliorum Parliamentorum attendi-

tur, secundum dignitatē Parlamenti illius, in quo praeſident, quæ dignitas in hoc consideratur secundum prioritatem institutionis Parlamenti. Ita quod praeſdens Parlamenti Tholosæ, præcederet alios, & sic deinceps. Et postmodum habebitur respectus ad alios, secundum prioritatem promotionis, aut dignitatis loci, secundum considerationes superius positas, de prioritate loci & promotionis, secundum quas prædicta declarari possunt.

Possit tamen dici, quod sic fieret vna congregatio generalis omnium præsidentium regni quod præſidentes Burgundie alios à Parlamento Parisiensi præcedere deberent; eo, quia in congregatione Principiū Dux Burgundie tanquam primus par Francie & Decanus alios præcedit: vt dixi supra in 5. par. in 45. confid. Et ibi etiam dixi, quod in consilio seu in congregatione universali totius Regni Francie, quæ fuit facta Turonis, tempore Caroli octaui Regis Francie, gentes triū statuum Ducatus Burg. habuerunt locum incontinenti post Præpositum Parisiensem. Et merito etiam ceteris sunt præferendi in Christianitate, quia fuerunt priimi, qui fidem Christianam & factum talis suscepserunt; & me- dius quorum fere tota Gallia ad fidem Christi conuerſa est. Nec in hoc eisdem nocere debet prioritas institutionis in aliis: eo, quia ex quo est ordo qualitatis, non est cui andam de ordine temporis. 1.1. C. 2. e cor. sub. 4. 11. & ibi dixi supra in 1. part. in 78. confid. Etiam facit: quia si bene inspiciatur, alias fuit regnum amplum & bene dilatum, vt etiam supra dixi in 5. parte, in 45. confid. & ideo in memoriam pristinæ dignitatis deberent esse, & collocari in primo loco & ordine, post Parlamentum Parisiense, ante Parlamenta aliorum prouinciarum.

**D**ecima consideratio. Post tales præsidentes sunt præfendi domini locum tenentes regij, seu gubernatores patriarum & prouinciarum. Qui præcedunt in auditorio, omnes consiliarios post primū præsidentem, & tales Rectores, Legati, Vicarij, Vicereges vocari possunt etiam præsides secundum Budæum in 1.5. in aliquam, ff. de off. pro eo. 15.

Licet videretur in hoc esse dubium, ex quo locum tenenti Regio, seu vicegerenti, qui dicitur esse apud nos gubernator patrie, talis honor & reverentia debatur, qualis domino. Et sic videretur, quod sicut Princeps & Rex noster præcedit præfatos prætorio etiam in auditorio, quod etiam eius vicegerens seu locum tenens, per ea, que dicit Philip. Francus in cap. grandi, in 5. notab. de suppl. neglio. Pratal.

Sed licet tales quandoque dicantur in suis literis institutionis, locum tenentes Regij: tamen officium eorū proprie dicitur esse officium proconsulis, quod est supra omnia alia officia post præfectum prætorio: cuia talis dicatur spectabilis, vt habetur in 1. præ. ep. nostra seruus. vers. illud etiam generali. C. de canone largionali. 11. l. 10. Et tales, qui apud nos locum tenentes Regij in prouinciis sibi decretis vocantur. Et horum officium magnum est, & præfeti prætorio vice funguntur in sibi commissis. Nam, si præfectum ceteris dignitatibus antefert, Vicarius ex ipso vicariatus nomine se eius trahere iudicat portionem, dicit 1.1. C. de off. etca. & haberut per Luc. de Pen. in d. l. præcepst. in d. ver. illud. Et dicit text. in d. l. 1. quod talis repræsentat reverentiam domini.

Sed videtur, quod ille text. loquatur solum de Vicario præfetto prætorio, prout videtur sentire Luc. de Pen. in 1. eos quis. C. de comitib. qui prouincias resunt, lib. 12. Ideo secus de his, qui sunt Vicarij Principiis: cum

tales vna & eadem persona repetentur. 1.1. de off. Vicarij, libr. 6. & hi ordinatam iurisdictionem habent, & causas audiunt per querelas simplices subditorum, & generaliter quæ in principali statuta sunt, in vicario repetita intelliguntur, 1. diffinito. ff. de pecul. 93. diff. cap. vlti. vbi est hoc verbum, locum tenens, facit text. in c. 1. de off. Vicary, in 6.

Et tales, qui prouincias gubernant seu administrationem & gubernationem habent inter comites primi ordinis gaudent priuilegio Vicariatus, vt est text. & ibi Luc. de Pen. in 1.1. C. de comitib. qui prouincias resunt lib. 12. Personam enim Principis tales repræsentant, 1. etiam eos. ibi: qui imaginem principalis. Cod. de appellat. Inde cum tales personam Principis repræsentant, debent omnes ei parere & reverentiam exhibere. tex. in c. præcipimus. 63. diff. & ibi gl. ordinaria de hoc. 1. 2. in c. cum alii magister. ext. do off. deleg. quæ dicit per d. c. præcipimus. & per c. primum. 94. diff. quod delegatos honorare debemus tanquam ipsum delegantem, vt notat Goffredus in summa, de ma. & obed. §. reverentia debetur, in fi. & not. Spec. in eu. de legato. 9. 2. ver. honoradu autem est legatus, & probatur in c. ane. 2. 3. ext. de off. deleg. facit totus tie. 1. off. etiu. qui vicem alterius gerit. & maximus in d. c. præcipimus. Quia omnis legatus est honorandus, & plus, & minus, secundum locum illius, cuius legatione fungitur, & vide ante in 1. part. in 6. confid. ver. 6.

Et ideo, legatus Principis majoris, præcedere debet legatum Principis minoris, licet ipse, vt priuatus, esset inferior. Inde dicitur, quod si subditum honoro, videor dominum honorare, vt dicunt And. de Battulo, & Ioan. de Plat. in 1. f. in sup. illud text. C. de re milit. lib. 12. & Cæpolia in tractatu suo, de Imperia, missum eligendum, in vers. pro imperat. in 3. & 4. col.

Ideo videtur dicendum, quod prædicti domini gubernatores seu locum tenentes Regij in suis prouinciis sibi deputatis, præcedunt præsidentes, præterquam in sede iudicandi in auditorio Parlamenti propter rationem positam infra in 2. 1. c. fid. incip. gerentes magistratum. De potestate tamen seu autoritate proconsulium, quibus videntur adaptati gubernatores patriarum, videatur Purp. in 1. 1. in 26. coll. ff. de off. eius cui mandat. est iurisdict.

**V**Ndecima consideratio. Post hos præsidentes sunt hodie octo magistri requestarum, vt dictum est supra in secunda consideratione proxime posita, qui regi frequentius assistunt Cancelleriam sectantes, & hi proprie magistri requestarum hospitij regis vocantur, qui post primæ curia Parlamenti Parisiensis præsidentes, omnium primi sedent in ipsa curia Pagamēti, vt G. Benedicti in rep. sua t. R. sy. in verb. & extrem nomine Adelasiām. extra de teſtām.

Hi enim præcedunt omnes consiliarios totius regni, in quacunque curia Parlamentea assistant, & in omnibus assistere possunt, tam in curia Parlamentali Parisiensi, Divisionensi, Tholosana, Burdegalensi, Rothoniagensi, Aquensi, quam Gratianopolit. Quæ omnes curie habent præsidentes, post quos assistunt dicti magistri requestarum, qui dicuntur referendarij, id est aduocati sacri palatij. Cum petitiones supplicantium coram Principe proponant, & referant: vt dicit glo. & Ia. de Beluito in Auct. de referendaris. coll. 3. & tales magistri requestarum vocat lac. Rebus. in 1. eos. C. de excus. munier. lib. 10. referendarios. Et vide etiam Spec. in su. de supplicatio. 5. 1. post print. vbi ponit, quæ sunt referendarij.

Et non debent esse ultra octo, vt dicit text. in diff. auct. Ex quo, ex illo textu, fuerunt antiquitus in Gal-

lia solum ordinati & instituti octo. Nunc vero (vt dixi in precedenti consideratione) sunt nouem. Et licet inhibetur, ne fiant ultra octo, si tamen fiant, deponi non debet supernumerari: ut dicit ibi text. & Angelus de Perusio, & glossator seu commentator regulorum Cancollarie Iulij Pape II. in tercia parte.

Et, vt dicit ibidem tex. tales sunt spectabiles, prout est praeses prouincie (qui apud nos in multis locis dicitur balliua, & in aliis locis & prouinciis senescal-jus) vt est gl. in §. cumque hoc in gloss. in verbo, ex quaforis in proa. Inſtitutio. Qui licet maius Imperium omnibus post Principem habeat, vt dicit tex. in l. praeses prouinciae maius. ff. 19 off. præsid. l. id 20 ff. de off. proconsu. & leg. Imo nec quicquam est in sua iurisdictione, quod non per ipsum expediatur; Tamen prædicti magistri reuestarum, præferuntur illi & præsident ante eum in suis iurisdictionibus. Et hoc est; quia, vt dicunt quidam, præsides prouinciae sunt solum clavicilli, vt est text. in l. fin. C. de decurio. lib. 10.

Et obseruatur in tota Gallia, in quibuscumque locis sint, si velint tenentes locum præsidis, i. est; balliu, seu senescalii, expediunt causas sui præsidatus, seu balliuatus, aut senescalibus: & ita vidi ſepe fieri per nobilium ac sapientem virum Dominum Dionysium Poillot, Iuriū doctorem, & magistrum reuestarum, quando accedebat ad hanc ciuitatem Heduen. caula habitandi, & suos patentes visitandi, postquam tres menses in curia ſeruerat, vi moris est.

Et tales; post longam exercitacionem talium officiorum, vocari merentur comites, vt dicit Io. de Platea in d. l. eos. C. de excu. in nunc. lib. 10. P. vi in l. fin. de decurio. C. eo. lib. vbi ipse Io. de Platea ponit 12. dignitates, quæ liberant quæm̄ ē decurionatu, curia & patria potestate. Inter q̄tas est dignitas referendariorum, quorum officium est respondi principum peragere, & signare, vt ibi.

Et tales sunt exempti seu eximuntur à maneribus, subsidiis, impositionibus seu talliis d. l. eos. Io. de Platea in locis præallegatis. Budæus taumen, & post eum Pyrrhus in suo tract. de magistrat. Romanis lib. 1. magistros reuestarum & proximos factorum scriotorum comparauerunt, quod non credo tales esse, sed potius esse, les secrétaires des commandementz, qui sunt quatuor tantum, tres ordinatij.

Tales autem hodie apud nos habent iurisdictionē ordinatiam, quam tenent leviſum à curia, in qua de officiis Regis cognoscunt, ab eis tantum appellatur ad Parliamentum. Et ita decisum fuit arresto, anno dom. 1384. vt refert Aufterij in tract. de reſtorum. ca. 43. & G. Bon proxime dicta repet. in repetitio. c. Rayn. engla. & uxorem nimine Adelafiam. in additio. extra de reſtam.

**D**odecima consideratio. Post prædictos prælideces, & magistros reuestarum sunt ceteris aliis quibuscumque officiariis dominis & Principibus preferendi consiliarij curiæ Parliamenti in suo auditorio & curia, cum distinctione seu modificatione quadam: videlicet, Quoniam in Parlamento principis solent esse consiliarii Ecclesiastici & Seculares, vt Ecclesiastici à dextris, & seculares & laici à sinistris, & quilibet in suo loco & ordine sessionis secundum ordinem promotionis, vt qui primo promotus ad tale officium, primo ſedeat in suo loco & altiori, dixi ſupra in pluribus locis.

Et, quo ad hanc considerationem, Quod consiliarij tales præfatur aliis, patet, Quoniam sunt senatores, & loco senatorum sunt, vt ſupra dictum est in q. confid. huic part. Cum ad instar Senatus Romani fuerint instituta Parliamenta, in quo ſunt senatores seu conſi-

liarij, & tales ſunt propriæ curiæ maximæ, vt Parliamentorum principis: ex quo cum quilibet ciuitas habebat Senatum ſuum, vt in Autb. de natural. lib. in curia deput. in princip. vt dicit Luc. de Pen. in rubric. & in homines. la premire. 3. colum. de decur. C. lib. 10.

Et tales in corpore Reipublicæ obtinet locū cordis, ex quo Imperator inter senatores cōnumeratur, vt est tex. in l. fin. Senator. lib. 10. ibi Luc. de Pen. de digni. l. 12.

Et de corpore Reipublicæ, quomodo regatur, & per quos regi debeat, vide eundem Lucam in l. 2. C. de ap-paratu. procons. & l. q. eodem lib. 12.

Et talibus nō poſſunt indici munera, per quoscumque iudices cuiuscumque authoritatis ſint; Imo ſi quid eis eft mādandum, hoc ſolu per principem fieri debet. l. nemo prefestru. C. de digni. lib. 12. Nec bona eorū cōtribuere debet in ſumptib. operū publicorū, quæ præſides prouinciarū in ciuitatibus iubet fieri, vel ædificari. l. quoniam dū eſt ſindices. & l. ſexatorum ſubſtantia. de digni. ex quo male faciebat ciues Diuionēs, qui volebat compellere senatores seu consiliarios Parlamēti Diuionen. ad aliqua maneta oppidi Diuionen.

Et ſub his senatoribus comprehenduntur Patrij & Cosules viſque ad omnes illustres; quia hi ſoli poſſunt dicere ſententiam in ſenatu. l. fin. §. 1. ff. defendantur.

Aduerte tamen, quod appellatione populi continetur etiam Senatores, notatur per Innoc. & alios in c. ſedes de reſcrip. Ethorum magna eft authoritas, vt l. humanum. C. de legib. g. ff. in §. conſtat auſter. in verb. ſed & plebiscita. l. ſtr. de iuſti. & iur. & hi poſſunt facere legem. l. non ambiguit. ff. de legib. & ſenatus Notarut per Io. Fabri in l. fin. C. de ſenator. Hodie tamen cum concedere legem ſit unum de reſeruatis Principi, & ſic ſolus Rex in ſuo regno leges componit, ipſi vero consiliarij bene condunt circa ordinatia litis, aut reformati ſtylum curiæ, aut addunt.

**D**ecimateria conſideratio erit. Quia offendentes tales consiliarios principis committunt etime læſe maiestatis l. juſſate. C. ad iug. l. l. maiest. & vide Guifdonem Papæ g. 34. q. in fin. & dixi ſupra in q. confid. huic part. Quæritur, ſi dicatur vni ex talibus consiliariis: Si non eſſet ob reuerētiam officij tui & regis, bene te caſtigarem, dicit ille, nō respicias Regem; nec eures de officio, ſed defedas te ſi potes, & deponit uestes & Inſignia Regis. Iſte eum acriter verberauit; num quid in pœnam verberatis ſenatorem aut officiatum regis incidat; Videtur, quod non. arg. l. quatinus. ff. de tru. u. & quia hic videtur celare interſeſe partis, ergo, & regis, l. 2. ff. ſi quis in ſuo vocat. non teru. & hanc opinionem tenet G. de Cug. in d. l. quatinus.

In contrarium videtur facere l. 1. §. uſque ad eccl. ff. de inſuris. Eo, quia ille a ſe abdicare nō potuit officium Regis. l. legatus. ff. d. offi. proco. ſel. fi. . C. de defens. ciuit. & hāc opinionē tenet Io. Fabr. in l. ſeru. . C. de penit. & itatenu in o. n. e. t. noſtris ſuper conſuet. ducit. Bur- gund. in ſu. de inſuris. §. 7. in glo. ſimple reſonſe. verſic. 7. conclu. Hac q. questionem examinavit Alberic. in ſu. ſtatutu, qua. 4. ſed nesciuit in qua partem inclinarer.

Et ſenatores dicuntur a ſenio, eo, quod ſoli ſenes ad tale officium eligi debet, quorum institutionem Romulus Romane verbis coditor primo inuenit, vt ſapta dixi in d. 9. confid. huic partis. Et ideo ſapienter dicebat Innocen. & Bald. in cap. 1. de reuenun. quod plus valet umbra ſenis, quam enis iuuenis. De quorum ſeniorum præminetia vide G. Bened. in ſua reper. c. Rayn. in verb. ad eccl. impub. de reſtam. & dicam latius in ſu.

Et ideo nescio, quid dicendum de quibusdam conſiliariis noſtri temporis, nouiter institutis & creatis in Parliamentis, quos video ad dignitatim promoue-

ri in ætate xx aut xxv ann. mediante pecunia, aut alia vi nescio quali: Nisi quod difficile sit. Quæ malo inchoantur principio; vix bono peragantur exitu. Ex quo male omnia gubernentur, non potest aliud dici, nisi quod Consilium iuuenium, Roboam fecit egenum 3. Reg. 12. mihique propono versiculos morales:

Roma vetus veteres cum te rexere Quirites,  
Nec bonus immuno, nec malus ullus erat.  
Defunctus patribus successis praua iuuentus,  
Consilia cuius precipitata ruu.

Et quod consilium senoru sit consilio iuuenium praferendum, & magis laudandum, vide G. Benedicti in loco hic ante allegato. Dicta de temporis nostri gubernaculo taceo: cum omnibus sit nota, & melius est in his tacere, quam male loqui, cum ex plurimis pauca exprimere sufficiat. Et quia hic materia senum & iuuenium non se offert, nisi quodammodo extraordinariè, non aliter insisto.

Ex duabus proximis considerationibus infero vnu: Quod curia Parlamentalis Fracæ, est prima & principalis omnium curiaru; & sic, si per modum curiarum cōgregatæ & cōnocatæ incedat, & in actu, in quo tota curia representatur, præcedet omnes alias curias. Et licet generales Francæ aut præsidentes in camera computorum videantur esse maioris dignitatis, quam consiliarij de per se, cum sint primi & præsidentes in eorum curia; Nō tamē in cōgregatione prædictarum Curiarum debent præcedere consiliarios curiarum Parlamenti: Imo, nec grapharios eiusdem curiarum, ex quo tota curia teneret primum locum honoris, omnes Curialistæ seu ministeriali illam sequuntur; & sic præcedunt etiam ipsos præsidentes computorum, qui sunt de secunda curia, & sic de secundo loco honoris: argamento eorum, quæ supra deducta sunt in 4. parte. in 32. confid. vbi dixi, quod canonici Ecclesie cathedralis, qui non sunt in tanta dignitate de per se, quantum Abbates, si tamen incedant processionaliter in cōgregatione Ecclesie cathedralis & aliarum, præcedunt Abbates, & quæcunque alia collegia, cujuscunque præminentia, exemptionis aut priuilegijs fuerint; cum sint primo de loco honoris. Ex hoc ergo infertur, quod domini computorum, si vellent incedere, & qualiter cum Curia Parlamentali erraret cum vellent attentare id, quod nō cuit Lucifero; quia vellent fieri similes Altissimo, quod naturæ repugnat. Sed adhuc nō est sine dubio, an debeant præcedere præsidem prouinciarum, ut infra in secunda proxima consider. sequent. dicitur. Ex quo ad minus clarum est, quod etiam præsidentes computorum de per se, non possunt præcedere dictos consiliarios cum consiliarij sint illustres, prost & Questores: sed hodie sint de priori loco honoris, in quo etiam secundus est major primo loci honoris sequent.

**D**ecimaquarta consideratio. Inter hos consiliarios; quia sunt quidam in magno consilio regis, quod dicitur Consistorium; alij sunt in Parlamentis, quæ dicuntur tribunalia; est magna altercatio de præminentia istorum, videlicet, qui istorum sint præfendendi. Et quia Montaigne & Nicolaus Boerij satis super hoc insuaderunt in tractatibus, quem fecerunt de authoritate magna consilij, ne dicta eorum transportem, & ne etiam volendo plus extollere aliquos ex his, ad dicta eorum me remitto, ex quibus unusquisque cogitare potest, & clare decidere, quis illorum sint præferendus. & in quibus locis.

**D**ecimaquinta consideratio. Cum, ut satis claret, in hac parte sit mentio de statu iustitiae, sine qua regnum in se durare non potest: cum ut ait Aug. libr. 4. ciuitate Dei. Quid enim sunt regna, nisi letocci-

nia, vbi non est iustitia: & qua imperatoriam maiestatem oportet esse armata, vt habetur in precepio Institutionum, & infra latius dicam.

Et neuter istorum statuum iustitiae scilicet, & militia, sine pecunia cōsistere potest. Vnde Philippus animam Reipublicæ esse dicit pecuniam, (de qua plene in fina part. in 34. confid.) cum nummus profecto pro his omnibus quibus homo indiget, fideibeat, & de publicis pecuniis officiariis iustitiae, salario, & militibus stipedia, assignati debet de quibus viuūt, ne subditos cōcutiant, aut deprædētur, secundum quod dictū Lue. 3. Neminem cōcuriat, neque calumniam faciat, sed estore cōrenti stipediis vestris. Ideo introduetus est tertius status in Fracia, & in omni parte mundi, qui est status thesauriorum qui à questredis & cōsecuādis pro Reipublicæ utilitate pecuniis, olim Questores nominabatur, ut suprad in preced. part. in 18. confid. incip. ad ob servarios. Et olim primus honoris gradus? Questoris erat, ut dicit C. ordo in orationibus, & hodie tales apud nos sūt generales Fracæ, qui habent sub se thesaurarios, qui tamē omnes sunt sub Camera comptorū, ut refert G. Ben. in reper. c. R. iy. in verb. & uxorem nūmine A. et alij. vnu. 5. o. extra de testam.

Sed quoniam hic solum intēdo facere mentionem de magistris computorum (cum tales sint Iudices officiarii iustitiae) ideo reliquis præmissis dicēdam videatur, quod præsidentes computorum hodie sunt subrogati loco procuratoris Cæsaris, cuius officium consistit de iure in iudicando l. 2. C. si aduersus fiscum. & qui cognoscit de rebus tangentibus & vēditoribus fiscalibus seu de dominio principis, ut habetur in rubr. vbi causa fiscals. & in l. final. C. si aduersus fiscum. Et ille dicitur comes rerum priuatarum. si quis. & in l. universi. C. vbi causa fiscals. Ex quo textu sumendum est, quod præses prouinciarum est major præsidente computorum facit l. 4. C. de offic. præsidi, imo per illum text. & l. procurator. non habent potestatem condemnandi aliquem ad peccatum, quod tamen hodie usurpat ex potestate (ut dicunt) sibi à rege concella.

Dicunt tamen aliqui, quod cum sint illustres, ut l. 2. C. de officio Quæst. etiam comes rerum priuatarum, ut est text. in d. l. si quis. & præsides prouinciarum rātum clarissimi, ut supra iba part. in 5. confid. quod debent præferri illis, sed illis tex. loquuntur tantum de Quæstoriis, qui dicuntur generales finianciarum apud nos, & sunt illustres ideo tales præfetti possent præsidibus prouinciarum, sed non præsidentes computorum, qui tantum dici possunt spectabiles, ut dixi in preced. part. in 7. confid. incip. de aliis officiis, ex quo sunt in loco procuratoris Cæsaris, ut ante dictum est.

Et iste procurator Cæsaris differt à procuratore fisci, Quia procurator Cæsaris est ille, qui administrat redditus prouenientes ex bonis, quæ princeps habet tanquam bona priuata, ut est dominium. Procurator autem fisci est ille, qui administrabat bona Principis, quæ conuertitur in usus publicos: vel, ut dicit Paul. de Castr. in l. 1. C. vbi causa fiscals. quia officium procuratoris Cæsaris est, quod consistit in iudicando, l. 2. C. si aduersus fiscum, ut sunt domini computorum. Nec consistit in pœnarum impositionibus, l. 1. ff. de off. procur. Cæsaris. Et iste est de quo hic ante dictum est, qui est præses in camera computorum, qui aliquando officio præsidis vtitur, prout dicit text. & ibi Salicet. in l. procurator. C. vbi causa fiscals. Procurator vero fisci agit, & quandoque vocatur curator Reipublicæ. l. curator. C. de modo multo. quandoque logista, id est rationalis, d. l. curator. & de isto infra dicitur in bac part. in 34. confi. vbi sit mentio, in quo loco

loco sedere debeat infer aduocatos.

Etiam de prædictis magistris computorum videatur Bud. in 11. §. de off. quest. & illos præfectos ratiociniorum vocat la Rebuff. vocat eos magistros scriniorum, ut habetur per eum in rub. C. de magistris scriniorum lib. 12. & dicit eos esse spectabiles. Pyrrhus vero in tract. de questoriis magistratib. dicit, quod Imperator eos vocat præsidentes sacris ætariis per text. in l. vlt. C. de aduocat. fiscer. Ab eorum tamen sententiis appellatur ad Parliamentum, ex quo sunt inferiores dominis de Parlamento. Cum non oportet ad comparcs iudices appellationes referti, sed à minore iudicio in maius tribunal ascendere, ut dicit tex. in Authent. de appel. & infra. quæ tempora. §. illo videlicet, collat. 4.

Et in ista camera computorum, sunt alij officiarij, qui dicuntur tabularij, quibus equiparantur clericci cameræ computorum (quos audientiarios vocamus, de quib. per Iac. Rebuff. in l. in far. C. de sacra fiscer. lib. 10.

**D**ecimasexta cōsideratio. In supremis Curis, tam consistorialibus, quam Parlamenteis sunt grapharij, hoc est scribæ, qui etiam habent dignitatem ultra alios sedium regalium: & inter hos primi sunt cum spectabiles dici possunt, & sic videtur quod procedere debeant præsides prouinciarum, hoc est balliuos & Senescallos, quod non est dubium in loco eorum iurisdictionis, sed non in loco iurisdictiōnis magistratus dictorum Balliuorum, Quoniam ibi quoscunque præcedere debent, pro quo l. 4. f. d. off. 7. & id. & infra hac parta dicetur, & in 24. confid. vbi dicitur, quod gerentes magistratum generaliter in suis iurisdictionibus, ceteris sunt præferendi. Et, ut dicit Iacob. Rebuff. in rub. C. de magistris sacr. scrin. lib. 12. secundum Bald. & Andr. de Bertr. magistri seniorum sunt Notarij magnæ curiæ principis, quibus potest æquiparari magnus Notarius magnæ curiæ Parlamenti Parisis, qui vulgo vocatur grapharius vel Notarius principalis principis. Quod tenet registrum seu regestum literatum, & tales dicuntur proximi sacrorum seniorum. Sed pro clariori intelligentia horum graphiarum, seu seniorum sumenda est doctrina Iacobi Rebuff. in l. 1. de proximiis sacr. scrin. lib. 12. vbi dicit, quod tria sunt senioria, sive cameræ, in quibus reponuntur scripture principem tangentes: in uno seniorio, seu camera ponuntur epistolæ seu literæ, que per principem aliis mittuntur, seu ab aliis mittuntur principi. Et istud est officium secretariorum principis; de quibus supra dixi in part. oratione.

Et licet plures in curia principis secretarij instruantur; tamen unus est magis secretus & continuus principi, qui est & reputatur præpositus huius facti scripti: quia preponitur aliis senioriis, hoc est aliis secretariis. Etiam vocatur proximus; quia plus se approximat & appropinquat principi quam alij secretarij: & qui habet principalem custodiā viius seniori seu cameræ, vbi tales sunt scripture, & literæ reponuntur, cum talis sciat arcana & secreta principis, ut l. proximos. C. de proximiis sacror. seniorior. & est apud nos hodie & à multis annis, scilicet à tempore Caroli VIII. usque nunc dominus Robertus, qui præstet & semper præfuit in calibus omnibus secretariis regni, & merito: cum non fuerit repertus excellentior eo in talibus.

Vel, ut dicit idem Rebuffi erat aliquis istis literis custodiendis præpositus per principem secundum seniorium sive cameræ, vbi tales sunt scripture & literæ posita, cum talis sciat arcana & secreta principis. Et dicitur seniorium locus, vbi solent libri vel chartæ recondi, tanquam cancelli quidam, ut in l. librorum. §. libris. ff. de leg. 3. Et si cum in palacio summo erant

duo latercula, puta magnum & minus, id est, due sacerdotem, magna & minor, & istud erat minus laterculum seu minor camera, in quo unicum erat seniorium, in quo factæ dispositiones recondebantur; hoc est, principi legales constitutiones, seu ordinaciones una cum codicillis, hoc est, literis officiorum imperialium quotunque, etiam militarium recondebantur, ut facit text. in §. 1. in Au. b. de mandatis Principum. col. 4. vbi optimus rex. Et quod codicilli militarium officiorum ad solicitudinem pertineant Questoris in eodem minori laterculo, vide text. in l. 1. unita l. 3. Cod. de officio Questoris. Et quod cum legalibus libris codicillis, id est, sicut officiorum debeant obseruari in ipso minori laterculo, vide text. in d. §. 1. ibi: una cum codicillis in Authent. de mand. Princip. Quod quidem laterculum, de quo in illo §. 1. scribitur, erat minus. quod apparet ex l. 1. C. de off. Qu. Stor. & sic in illo minori laterculo erant tantum illa duo senioria quæ pro uno habebantur, ut dictum est. In laterculo, vero maiori, erant tria senioria, ut statim dicetur: & in hoc laterculo minori erat unum, quod erat distinctum duobus, unum pro libris legalibus, alterum pro codicillis: licet, ut videtur tenere Pet. Cothet. au in suo s. b. dulari magistratum, in 11. de questore palatij, & ea cella in Francie. quod non distincti essent senioriis librorum Principis, & codicillorum, sed permixti essent tatum quatuor senioriis libris & codicillis deseruientes in scribendo, & dictando, & reuelando & recipiendo, seu magistrando qui quatuor antiquarij (ut pura idem Cothet) sunt, de quibus loquitur text. in hac part. C. de proximiis sacror. seniorior. lib. 12. Monetur. Nam ibi dicitur; quod quatuor antiquarij senioriorum seu secretariorum memorialia segregabantur à generali seniorio memoria, & ei non obsequabantur, sed specificè erant istorum antiquorum quatuor senioriorum partes. Et isti quatuor antiquarij habent permixtum munus ad obsequendum liberas & codicillis, qui quidem antiquarij dispositionum adæquantur nostris commendatoris secretariis, quibus dictatio & transcriptio codicillorum seu literarum regiarum incumbit. Alij vero sunt secretarij libellarij: Alij memoriales: Alij epistolares: de quibus ibi ample per Pet. Cothet. Sed talis triplicitas apud nos obseruatur, cum tantum apud principem, & in aula ipsius ad illi deseruendum seu obsequendum sint prædicti quatuor antiquarij, qui dicuntur les se. regai es des commandemens.

Alij vero, qui obsequuntur, & deseruunt tantum consistorio, & sic Cancellario (qui est principalior illius) & in his, quæ concernunt iurisdictionem seu institutionem, non in his, quæ concernunt res priuatas principis. Et isti sunt de magno laterculo, seu maga camera in qua sunt tria senioria memorie, scilicet epistolaram & libellorum. Ita probantur in l. 1. 2. 3. & 4. C. de proximiis sacror. seniorior. Et de primo seniorio, vbi reponebantur literæ dixi hic ante, de secundo vero, vbi reponebantur scripture libellorum & cognitionum, potest poni exemplum, Parisius in camera Parlamenti, vbi reponuntur tales scriptores, qui magistri Parlamenti dicuntur, sunt ibi plures, sed sunt ibi 4 præsidentes, qui præponuntur aliis Magistris Parlamenti, & habent ibi præsidentiam, qui possunt appellari uno respectu præpositi huius facti seniori, hoc est cameræ Parlamenti, & hoc etiam iure vocatur proximi quia magis se approximat Principi. Sed quia istud exemplum non est bene conueniens, Ideo aliud ponit magis quadratis, videlicet in Graphario curiæ Parlamenti, qui præponitur & præstet omnibus scribis illius curie, & sunt tres principales: Vnde qui dicitur grapharius civis

lis: Alius criminalis: Alius præsentationum. Et sub eis sunt alij quatuor, qui in absentia eorum signant, & quilibet illorum principalium habet suum scrinium, seu suam cameram, quam *burellum* vocant.

Et ilij vocantur Præpositæ dictæ cameræ, seu Magistri dicti Bucelli, seu proximi sactorum scriniorum, ut dicit Iacobus Rebiff. *in d. loco.*

De tertio vero scrinio, in quo sunt magistri computorum præpositi, non hic reperio, cum ante diximus.

Aliud est scrinium in palatio regio Parisiis, seu camera, in qua sunt depositæ scriptuæ tangentes antiquitates, & notabilia facta Regi, quod scrinium vocatur camera thesauri; & delimitatur ibi unus principalis præpositus seu præsidentis, pro gubernatione seu custodia illius cameræ, tenens clavem principalem illius cameræ, & proponit etiam habentibus alias claves illius; & qui etiam proximus vocari potest, cum se magis appropinet Regi, quam alij. Et tales proximi seu præpositi sactorum scriniorum, eisdem honore & dignitate funguntur, quibus Vicarij principis, & ex eo tempore, quo officium proxiratus sunt adepti. *I. Cod. de prox. sactor. scrinior. lib. 12.* Et isti possunt salutare Principem, & sedere in iudicio cum iudicibus, *I. in sacris scrin. la prima. de prox. sactor. scrinior. C. eodem lib.*

Et aduerte, quod isti secretarij proprie sunt adiutores Cancellarij, ut dicit Pet. Cothecau *in suo schedulari magistratum. c. de adiutor.* Principis, & debent esse septem, ut ibi dicit, ut facit text. *in l. comperimus. C. de prox. sactor. scrinior.* Quorum primus inter omnes est audientiarius apud nos, qui æquiparati potest mello proximo, de quo *in l. peculiari. C. de prox. ac. scrin.* qui dicitur prior illorum, qui erant adiutores quæstoris.

**D**ecima septima consideratio. Post principaliores officiarios supremarum Curiarum videndum est de aliis pluribus iudiciis ordinariis, qui sunt apud nos. Et primo de præfecto vrbis, qui a quibusdam adaptatur præposito Parisensi, & Tholosano. Num volunt adaptare Viguerio Tholosæ, quod non credo: sed in quantum possit præposito Parisensi, videtur, quod sit magnæ autoritatis, dignitatis, & excellētiae, cum præfectus vrbis sit illustris, ut supra ista parte, *in 2. consideratione* dictum est. Ideo etiam præpositorus Parisiensis illustris esse debet per huiusmodi adaptationem, & tales æquiparantur de iure præfecto prætorio, *I. Cod. de pref. præs. sive vrbis, &c. lib. 11.* Dicit tamen, Purpuratus *in l. 1. n. 96. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* quod huius præfecturæ simulachrum apud nos non videtur, cuius iurisdictionem ad prætorem translata esse, author est Fenestella. Capitanei tamen ciuitatum, qui apud nos videntur, quorum tanta non est potestas, ut tradit Iacobus Rebiffus *in l. 1. colum. 2. in fi. C. de malis erib. in quo loco, &c. lib. 10.* huic præfecto vrbis non sunt æquiparandi. Ego autem dico, quod huic possit æquiparari capitaneus iustitiae Mediolanum præfecto prætorio æquiparetur: cum ab eo, prout nec a præfecto prætorio, non appelletur. Et ita vidi tempore, quo assistebam magnifico Dominico Roberto de Pardines capitaneo iustitiae Mediolani, tempore, quo illustris Dominus Carolus de Ambasia erat locum tenens generalis in Italia, pro Christianiss. Francorum Rege.

**D**ecima octava consideratio de prætoribus tractat, qui sunt spectabiles, vbi supra ista

part. *in 4. confid.* dixi, & tenent omnes in *l. ff. de off. eius, cui mandat. est iurisd.* Sed quibus aptari possint incertum est cum tales Prætores potestatem haberent legem condendi, seu ius, quod honorarium appellabatur *§. prætorum. Inst. de iure natur. gent. & civili.* Et in urbe prætor à p̄cessando nominatur, cui consulum insignia concessa sunt, ut tradunt Pomponius Letus & Fenestella, *lib. de magistris cap. 19.* Et ut Varro scribit, prætor dictus; quia iura præter: quia iuria condere, ut iam dixi, & abrogare instituta solus poterat, & in causis ciuilibus criminalibusve suimum imperium obtinebat, ut tradunt Moderni, maxime Zanus *in l. 2. §. cumque consules. ff. de orig. iur.* Ideo dicit Purpuratus *in d. l. 1. numer. 204.* quod Bartol. merito cum equiparat Senatoribus, & præfecto prætorio, *in l. omnes populi. 4. 9. 1. præses patres. ff. de iussu. & iur.* & ideo non videtur, quod omnes alij essent similes; cum solum ibi loquatur de prætore vrbis, ut dicit D. meus Ias. *in dict. leg. 1.* ex quo male videtur equiparari Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Episcopis, qui non possunt eo modo statuere. *cap. cum inferior. extra de maior. & obed. & hoc, nisi essent Vicarij Principis,* vel præscripsissent iurisdictionem, metum & mixtum imperium, & principi reseruata, ut declarat Arctinus *in leg. stipulationum alie. & princip. colum. penult. ff. de verb. obligat.* quo casu tales essent illustres, ut dicit idem Purpuratus *in dict. leg. numer. 205.* vbi facit illam differentiam inter prætorem vrbis, & alios, quam etiam facit Baldus *in l. recept. Cod. de non numer. pecun.* Et ideo (ut idem Purpuratus ibi, *in sequent. num. voluit*) difficile videtur reperire inter magistratus nostros, qui æquiparetur huic prætori, quicquid de Prostribus nostri temporis dicant Baldus & Barbatia *in rubr. Cod. quis admittit.* Maxime; quia nullam habent autoritatem nisi quatenus eis est attributa per statuta, seu rescripta constitutionum, ut tradit Bald. *in Authen. caſſa. collat. 1. C. de sacroſanct. Eccles.* quamvis large oannis magistratus possit dici prætor, ut dicit Bald. *in l. fin. in l. queſt. C. de editi. aition. & Decius in Lubricunque, per illum text. ff. deregulis tur.* Huic prætori vrbis ita possent adaptari præpositorus Parisiensis, & Viguerius Tholosanus, sicut præfecto vrbis: nisi in hoc, quod non habent autoritatem, condendi ius, nisi in his quæ respiciunt stylum iurisdictionis eorum.

**D**ecima nona consideratio. Præsides prouinciarum per Spec. *in rubr. de iurisd. omn. iud. ver. minimi. & Bart. in l. 1. a quo ibi nemo discrepat ff. de off. eius, cui mandata est iurisdicō.* tantum clarissimi dicuntur, & in quarto gradu, qui dicitur minorum ponuntur. Et quod præses prouincie sit clarissimus, ut est text. *in l. 2. in fin. Cod. de dilatoribus. lib. 10.* Et talis etiam est rector prouincie, bonus text. *in l. memini. §. C. de aduoc. diuers. iudic. & qui apud nos dicitur Balliuus & in multis locis Francie, senescallos, qui quidem Rector prouincie dicitur clarissimus, ut est text. in l. unic. §. sin autem post. C. de rapru. viii. &c. & dixi supra ista part. *in 5. confid.* Nec tenuis est hic titulus ut dicit hic Purpuratus *in d. l. nu. 258.* maxime in superlativo positus. Cum dictio clarissima figurat positi, & pro insignia atque excellenti accipiatur, cumque denotet, qui veluti fulgore quoddam fama resplendet ita ut perinde sit, ac si dicatur excellentissimus præses prouincie, & dicitur iudex ordinarius. text. *in l. eos. in princip. C. de modo multar.* & *in l. omnes. §. 1. C. de Episcop. & cler.* Et licet multa iura dicant præsides clarissimos, per hoc tamen non exclu-*

non excludunt, quin esse possint in superiori gradu. Nam etiam Senator dicitur clarissimus, textus in l. 2. Cod. de his, cui vensem et sis imper. qui tamen in primo gradu super illustri positus est supra in hac parte in 1. consideratione, ad finem. Et praefectus praetorio clarissimus appellatur. Et pro hoc Purpuratus allegat authent. de Belisario vicario Consulis collat. 3. sed puto voluisse allegare in Authent. de mensura ordinandorum, in f. c. illar. 3. quem tamen fore illustrem, nemo unquam dubitauit, ut etiam dictum est in hac parte, in 2. considerat & praetor dicitur clarissimus in l. in princ. C. de tutoribus vel curatoribus illustrum, &c. qui tamen inter spectabiles ponitur, ut in consideratione praeced. d. xi. Etiam procurialis dicitur clarissimus ut in l. & si superior. Cod. ex quibus causis infamia irrog. & tamen spectabilis est, & luperius ita part. in d. 4. consider. probatur. Similiter Comites dicuntur clarissimi in l. i. C. de aduoc. dñe, & iudic. & tamen in praedictos monasteriis esse spectabiles supra in 5. part. in 47. consider. & in supradicta 4. confid. Ideo Alciatus in l. i. C. de perfectissimatus dignis lib. 12. & lib. 3. disput. cap. 4. bene le reiolut in his alteratio.ibus, dicens: Non fuisse firmas magistratibus ipsis dignitates: sed solitas concedit secundum merita personarum, & considerata plerunque loci, cui præterant, qualitate. Licer non neget, hoc crebrius fuisse verum, quod à Doctoribus traditur. Et post eum Purpur. in d. El. l. 1. num. 163. sic concludit, quod cum appellatio praesidis generalissima sit, sic quod largissime accipitur pro eo, qui praes alicui rei, ut per textum in l. i. & ibid. 1. ff. de offic. presid. Large quando dicitur praes pro provinciæ, & sic praes, secundum varias potestates, diversimode potest in his magistratuum gradibus collocari, ita ut aliquis repetiri possit, qui inter illustres connumeretur, ut in praesidiis Parliamentorum, de quibus supra ista parte, in 9. consider. Et hoc propter concurrentem (quo ad quædam) autoritatem praefecti praetorio; & quia specialiter Principis est consiliarius, ex quibus illustratur. Sed quicquid sit, praes provinciæ maius imperii habet omnibus post Principem. textus in l. preses provinciæ, quæ est 3 ff. de offic. presid. Etiam quandoque perfectissimatus dignitatem dicitur habere, ut dicit Purpuratus in dicto loco, num. 265. cum tribus sequentibus. Et quod praesidis nomine generale sit, ad omnes magistratus provinciarum Rectores, vide Petrum Cothureau in suo sch. dulari magistratum ciuitatum, c. de praesidiis provinciarum. Vbi ample de his. Dicit tamen Budensis in l. s. in aliquam. ff. de officio. presid. quod Balliu, seu Seneschall, dicuntur praefecti aut etiam iuridici, & continentur nomine proconsul, nec praesidis, quia in Gallia non sunt provinciæ, sed provinciæ. Item; quia ab his appellatur ad Curias Parliamentorum. Sed tuendo communem, videtur, quod vocari possint Praefectes provinciæ, nec est recipienda multitudine terræ, sed potestas. Item à sententia praesidis & Proconsulis appellatur, l. 2. & f. C. de temporib. & reparatio. appellat. & in l. i. ff. quis & à qu. appell. Et aliquando Provincia capitul pro territorio, siue districtu, ut in Authent. quæ in provincia. C. r. b. de crimine agi avari. Et aliquando unus praesidiatus dicitur una provincia: Praes enim erat caput provinciæ, & ei subiectant plures ciuitates, ut in omnibus legibus, quæ faciunt mentionem de praefecte provinciæ. Et si fuerint facti duo praefectes in eadem provincia, censentur duæ provinciæ, & stadem. ff. de officio. bessor. & non capitul hic ut appellatione provinciæ veniat Regnum seu Regio; ut est Francia, Hispania, Germania, Italia, & huiusmodi De Officio

Præsidis: & quod Iudicem oportet habere iuris & qui notitiam, voluntatem boni, & potestatei exequendi: & quod iuramento debet esse legibus alligatus, & sordibus muneric alienus, vide in Polycratico, lib. 5. c. ii.

**V**igesima consideratio. In patria nostra Ducatus Burgund. habemus & alia officia seu magistratus, qui dicuntur Iudices Cancellariæ contractuum Ducat. Burgund. quibus dicitur praesesse; qui apud nos dicitur gubernacor Cancellariæ contractuum Ducatus Burgundiz quod est officium ordinarium, & cuius iurisdictio ordinarie exercetur in ciuitatibus & oppidis (in quibus ditiones seu praefectorum balliorum exercentur) per se, si velit aut suos locum-tenentes, & ab eorum sententiis ad supremam cutiam appellatur: & de isto etiam infra ista part. in 38. confid. dicetur: Sed videndum est, quæ sit eius authoritas, & utrum sit æqualis praesidi Provinciæ, seu Balliu, an vero inferior: & si sint in loco indifferenti, quis istorum praesidere debeat. Nam ut videmus, sua est cognitio tantum ad contractus receptos sub sigillo Cancellariæ Ducatus Burgundiz qui habent executionem paratam, ex quo videtur delegatus à Principe ad universitatem causarum. Ex quo ergo est delegatus à Principe, videtur esse maior praeside provinciæ, & sic Balliu, qui est ordinarius. Cum delegatus à Principe sit maior quocunque ordinario, ut est casus in capite studiisti, extra de offic. deleg. melius probat in cap. pastorali. de offic. ordin. & in c. sane quia de offic. deleg. ut dicit Alex. in rubric. ff. de offic. eius, cui mandat. est iuris. col. 1. & hoc communiter tenet. Ratio est; quia delegatus representat ipsum principem delegantem: c. sanct. le second. de offic. deleg. Abb. in cap. decernimus. col. 2. de iudic. extra. Ideo, eius voluntati se conformare debet. c. super literis. de rescript. limitando. ut ibi per Dec. 5. nos. lib. cons. 143. colum. 2. Idem Alciatus in paradoxis, lib. 1. cap. 12. disputat, ut in iudicando dignior esset delegatus, an vero ordinarius Iudex, & concludit delegatum: & ut dicit, licet Doctores, qui de hoc disputatione nihil allegent, quod multum faciat ad propositum, ipse tamen allegat text. 14 l. i. C. de offic. Vnari. Vbi si Vicarius & comes simul cognoscant de causa; Vicarius tanquam à Principe delegatus, preferendus est. Facit doctrina Bartholi in l. duo. ff. de re iudic. Vbi si ordinario Iudici fuerit adiunctus delegatus à Principe, qui aliam sententiam tulerit, quam ordinarius, quod sententia delegati vim obtinet potius, quam ordinarij, cum delegatus sit dignior.

Ex quibus satis constat, quod in causis concernentibus executionem praeficam ex contractibus sub sigillo dictæ Cancellariæ receptis datus sit delegatus à Principe, siue tanquam collega, sine etiam per modum priuationis iurisdictionis, quod videtur esse dignior, & sic ordinario preferendus.

Et ex his inferit Alex. consil. 79. incip. circa p. im. col. 3. vers. quis iugur. in l. vol. Quod delegatus papæ est maior Episcopo, & delegatus ab Episcopo est maior Vicario Episcopi in illa causa: Vnde ab eo ad Vicarium non posset appellari. Roman. si p. 458. incip. tu habes in l. m. & communem tenet Guido Papæ q. 272. & est bonum argumentum de delegato simplici ad universitatem causarum, ut per plura tenet Alexander in lege more. ff. de iurisdiction. omn. iudicium. & Decius in capit. cum causam. extra de appellatione. in fin.

Contractum tamen mihi viderur esse de iure dividendum hoc casu, videlicet, quod dictus gubernac-

tor non sit maior, nec dignior Praeside Prouincie, & sic Balluo, cum Praeses Prouincie in ea Prouincie, in qua est, maius imperium habet omnibus post Principem, ut dicit text. in *l. Praes. Prouincie. 3 ff. de Offic. Presidii.* & dixi in precedentis consider. Et talis gubernator Cancellariae est tantum Iudex ad certas causas, creatus à Principe in privilegium alteri, scilicet, Philippo primo Duce Burgundie concessum; quia Dux Burgundie non erat supremus, nec habebat talem potestatem, quod executiones factae virtute sigilli sui haberent executionem paratam, quod obtinuit à Rege, ut videlicet haberet iurisdictionem Cancellarii, quæ videntur dependere à Cancellaria Francie, quæ tantæ potestatis est, quod instrumenta sub sigillo Regio recepta habent executionem paratam. Ideo hoc casu non videtur, quod fuerit solum delegatus; Imo fuit creatus solus Iudex ordinarius creando in hoc nouum officium, quod potuit facere Rex, cum noua officia creare posset ut dicit Alberic. de Rosat. in lege studentibus. quæ est *l. Cod. de offic. prefec. urbi. Dixit in Commento nostro super consuetud. Ducat. Burgun. in rubr. Des Iustices, versi. Vnde nemo potest.* Et in hoc, quādo esset delegatus ad vniuersitatem causarum, ex quo est perpetuus, & non temporalis, dicitur habere iurisdictionem ordinariam, prout videnus de auditoribus Rotæ, qui sunt delegati ad vniuersitatem causarum; tamen quia sunt perpetui, habent iurisdictionem ordinariam: Quoniam quando committitur vniuersitas negotiorum, dicitur concedi iurisdictione ordinaria. Ita Alex. & Dom. meus Ias. & polt eos Purpuratus in *l. more. col. 7. & 8 ff. de Iurisd. omn. iud.* Ex quo maxime hodie talis gubernator instituitur tanquam ordinarius, & non tanquam delegatus, ita quod loquendo in suis mandatis & commissionibus non dicit se aliquid agere auctoritate concedentis, scilicet Regis, sed tanquam ordinarius loquitur, ita quod pro ordinario habetur & tenetur: & in hac nulla est dubitatio, quin non sit ordinarius, & datus cum ordinatio in illo genere causarum prouenientiis ex virtute sigilli, & sic videtur, quod possit æquiparari Magistro censu, qui dicitur clarissim. ut in *l. consilia de sua ha. C. de testa.* Ex quo videndum est, an sit datus accumulatius cum ordinario, an vero priuatius, ita quod ordinarius possit semper se intromittere de huiusmodi causis, si per partes primo adeatur. Et videtur in hoc, si æquiparatur Magistro censu, quod non, ut est textus in *l. testa. omisa. Cod. de testam. vbi Angelus multum se extendit circa huiusmodi dubium,* & dicit istum articulum multum esse intricatum, sed tandem sic distinguit: Aut sunt plures delegati circa idem, & vni mandatur expeditio causarum alterius ad eandem causam, quod omnibus aliis intelligitur denegata. *l. cum praec. ff. de iud.* Alias nil, vel modicum operaretur tale præceptum. Quod dicit idem, si pastorale præceptum alteri delegatur, ut dicit in pluribus procuratoribus successiæ constitutis æquiparando mandata ad iniucem, ut dicit glos. in lege iudicium. *ff. de indic. coniuncta leg. sequi cum procuratorio. § finali. ff. de procurat.* & in capite primo, de procur. lib. 6.

Quandoque sunt plures habentes iurisdictionem vniuersalem ordinariam, & una causa contenta sub illa committitur per superiorum vni ex ordinariis; & tunc idem, ut intelligatur delegata aliis; de quo dicit esse casum in terminis, in *act. cap. studi. extra. de offic. deleg.*

Quandoque plures habent iurisdictionem vniuersalem, & unus iurisdictionem in certa specie causa-

rum contenta sub genere, & deinde superior mandat de illa specie cognitioni fieri per iudicem, habentem in ea speciale commisionem, & hoc casu similiter in omnibus intelligitur delegare, nisi in mandato aliud exprimatur: & de hoc dicit esse text. in *d. l. 1. C. de off. prefec. urbi.*

Quandoque contingit, quod plures habent iurisdictionem ordinariam vniuersalem, & certum genus causarum indeterminate, vel determinate, quo ad certum genus personarum committitur aliis. Et tunc aut constat de intentione: Utrum voluerit auferre habenti vniuersalem iurisdictionem, vel non; & tunc statim sub certo. Aut vero non constat; & tunc commissio specialis fit favore personarum, inter quas debet esse affectio, aut odio earum, aut fit favore Reipublicæ, aut dubitatur: Si favore personarum: tunc aut favor est eis, quod intelligatur adempta omnibus aliis iurisdictione, & intelligitur adempta: dat exemplum. Si monachi vnius monasterij impetrant à Papa certum determinatum visitatorem; quia ille solus visitabit, & non aliis, sic intelligitur, quod habetur in *l. quod in rerum. §. si quis. ff. de legat. 1.* & ibi per Jacob. de Arena, ut in fratribus humilitatis de Mediolo. sic intelligitur, quod habetur, in *l. f. C. de apparit. magistr. l. 12.* vbi apparidores eorum habent certos iudices, & non alios. *l. f. C. de surisd. omn. iud.* Si vero favor est eis habere plures iudices, ut in scholaribus; & tunc non intelligitur aliis adempta iurisdictione, ut in auth. habita. *C. ne filius pro patre.*

Si vero eorum iurisdictione attributa est, ut in Inquisitore hereticorum deputato in aliqua civitate: & tunc nihil detrahitur iurisdictioni ordinarij, ut in *c. 10. per hoc. de heret. lic. lib. 6. & in c. statuimus. iunct. gloss. Innoc. de off. deleg. eod. lib. 6.* Ita dicit Angel. in *d. leg. testamenta omnia. C. de testament.* Si favore Reipublicæ sit data aliqua potestas, seu iurisdictione in aliqua specie causarum fa. ore Reipublicæ: quoniam non videtur esse adempta potestas ordinario vniuersali; eo, quia expedit plures habere potentiam cognoscendi & determinandi causas tam ciuilis, quam criminales, in *Austh. ut differentes indices.* & *l. 2. Co. vbi de criminis agi oport.* Ita est distinctio Angelii in *d. l. testamenta.* Ex qua videtur, quod cum hæc potestas sit tam in favorem Ducis Burgund. & suorum etiam Reipublicæ: & quod in concessione illius iurisdictionis non est expresse adempta potestas Balliu, qui est index ordinarius in talibus, & sic in favorem Reipublicæ: quod talis potestas iudicis Cancellariae non est data priuatine ad iudicem ordinariū, & sic ad Balliu, quia ante huiusmodi concessionem etiam cognoscebat de huiusmodi executionibus præcisissim, sed tantum accumulatissimum, & quod ita de his cognoscit Balliu, si præueniat, quam Iudex dictæ Cancellariae: Et ita se obseruat consuetudo apud nos Non tamen præses valet eius iurisdictionem impedire, ut in simili dicitur de defensoribus ciuitatis in *Authent. de defensoribus ciuitatum. §. null. la. collat. 3.*

Et de materia amplissime Barbat. in *d. cap. studi. extra de offic. delegat.* ad quem ultra alios recurre: & in *c. cum cottingat. col. extra de foro cope.* vbi plures decis. & remissiones ad hoc allegat, quas videre poteris.

Et quicquid id sit, concludendum est, quod semper Balliu est major eo, ex quo dictus gubernator est tantum ordinarius in certo genere causarum, & Balliu maius imperium eo habet in tota provincia sibi decreta, & ita est in obseruantia, & allego textum ad prædicta multum clatum. in *l. nihil omnino. C. de palatinis sacr. largi.* vbi dicit: *Reserventia non solum ab inferio-*